D. BENEDICTI DE BENEDICTIS De Capra, Perusini,

Iurisc. celeberrimi,

CONCLVSIONVM, REGVLARVM, Tractatuum, & Communium opinionum,

Cum Ampliationibus, & Limitationibus in utroque iure,

Volumen primum.

Quorum omnium summa in quarta pagina continetur.

Per D. Desiderium Guidonem, Asculanum, V. I. D. nunc recens in lucem editum.

Adiectis Summarijs, ac locupletissimo Indice.



Cum priuilegio Illustrissimi Senatus Veneti.

VENETIIS,

MDLXVIII.

ILLVSTRISS^mo. ATQVE AMPLISSIMO CARDINALI Alexandro Sfortiæ.

Desiderius Guido S. D.



N OMNIBVS *disciplinis tradendis certi sunt quidam modi, quibus facilius id, de quo sermo est, enarratur, & ab auditoribus percipitur: sed præ cæteris optima est Distinctionis ratio & uia; quæ, distributis, & suis in locis collocatis quæstionibus, quid in quaque dicendum sit, demonstrat. Affinis huic est ratio Regularum cum ex aggerationibus et circunscriptionibus, quas Ampliationes & Limitationes uocant, quin & forsan hac planior, difficillimæ enim, atque obscuræ quæstiones post Distinctionem si ad Regulas dirigantur, & qui casus excipiendi demonstrentur; quæ principio percipi non poterant, fiunt adeò planæ, ut qui uis eas maximo cum fructu in promptu habere se dicere possit. Quod si in alijs scientijs uerum est; multo magis in ipsa Pontificia, Ciuiliq; iuris prudentia. Quo in genere docendi & scribendi quantum inter alios excelluerit reuerendus Benedictus de Benedictis de Capra Perusinus, Celeberrimus Iurisconsultus, et, quod multo est maius, sanctitate uitæ singulari, cum ex lectione tot uoluminum, quæ ipse omnibus partibus iuris canonici illustrandis conscripsit, facile est cognoscere, tum multo apertius ex hoc ipso primo Regularum & Tractatuum uolumine apparet: in quo quotidianas & forenses quæstiones felicissime per Distinctiones, ac Regulas tractauit. Unde intelligi id poterit, ante Bartholomæum Soccinum, aliosq; recentiores, qui Regulas conscripserunt, illum hanc occupasse prouinciam; &, quod utilius est, non ieiune aliorum simpliciter dicta referendo, sed sententias explicando, qui ueri sint Textuum utriusque iuris, & quæ Glossarum sensus, demonstrando, suum iudicium pronuntiauit, ac rationibus, & authorum testimonijs, quid tenendum, quid reyciendum, quid commune sit, quid in foro ciuili, quid in sacro seruetur, plenissime docuit. Huius autem generis duo conscripsit uolumina, quorum alterum hoc est: & utrunque ad Ioannem de Guidonibus,*

sua memoria clarissimum iurisconsultum, abauum meum, & tunc magnæ curiæ uicariæ regni Neapolitani reformatorem, à Ferdinando Aragonensi Rege constitutum, amicum suum, misit. Quæ uolumina diu cum latuissent, his proximis annis dum amplam bibliothecam in utroque iure multorum uoluminum manuscriptorum ipsius abaui mei per Iacobum, patrem meum, celebrem Iurisconsultum, locupletatam tracto, occurrit hoc uolumen adeo nescio quo fato male habitum, ut uix legi posset. Lætus tum ego, tanquam si thesaurum inuenissem, diu penes me carum habui; cum uerò in hoc meo quasi quodam secessu Venetijs uitandi ocij gratia id accuratius perlegerem, &, quæ in eo mendose scripta erant, emendarem; non potui me continere, quin ad communem huius disciplinæ studiosorum utilitatem edendum curarem. Cumq; animo uoluerem, cuius patrocinio tutum tanquam in lucem è tenebris exire posset: Tu statim amplissime Cardinalis de me iandudum optime merite, cuius & summa generis nobilitas, & splendor dignitatis est maximus, & singularis animi humanitas, atque magnitudo, & in hac legum scientia mirificus usus, occurristi. Te igitur obsecro, ut munusculum hoc ea humanitate, qua, ut alijs in rebus soles, accipias; tuoq; patrocinio tutius in publicum prodire patiare, perpetuum meæ in te obseruantiæ testimonium: quem ut DEVS OPTIMVS MAXIMVS AD CHRISTIANAE *reipub. commoditatem quam diutissime seruet incolumem, precor.*

Venetijs XV. Kal. Febr. M D L X V I I I.

CLARISSIMO D. IOANNI DE GVIDONIBVS DE ACCVMVLO V. I. Consulto, magnæ curiæ Vicariæ Regni Neapolitani reformatori.

BENEDICTVS DE BENEDICTIS PERVSINVS S. P. D.





ON destiti, amice carissime, ut tute scis, quantum per me fieri potuit, legendo & docendo, tum & scribendo, huius nostræ legalis disciplinæ studiosos iuuare: ex quibus laboribus selegi frequentiores in forensi usu quæstiones plurimas, & ni fallor, distinguendo, & sub regulis ac fallentiis reducendo, plano stylo eas taliter tractaui, ut ueram decisionem ipsarum, & in foro obseruatam quilibet mediocris ingenij intelligere possit. Memorq; diutinæ nostræ amicitiæ, à principio sub clarissimo Domino Ioanne de Imola, tui, imò nostri amantissimo, inceptæ, & demum, cum bis primus hic Perusij esses Collacteralis, confirmatæ cupiensque ab amico sincere corrigi, eas sic collectas ad te mitto, ut in quibus ego defecerim, tu summa tua peritia, & in iure dicendo experientia, corrigas, ac reformes. Vale, meq;, ut facis, ama. Perusiis die X. Octobris. 1458.

PERVTILES ET IN FORO FREQVENTATAE MATERIAE CVNCTIS ET IN SCHOLIS PROFITENtibus apprime necessariæ,

*QVAE IN HOC LIBRO POTISSIME TRACTANTVR, QVINGENTAS SPARSIM CONTINENT COMMVNES OPINIONES, hoc asterisco * conspicuas, & ad canones & leges ultra ccxxv. Intellectus diuiası in sex partes.*



PRima de legibus, statutis, & consuetudine in xvj. conclusionibus & regulis.

Secunda folio 20. de iudicibus, iudicialibusque, ubi copiose de rescriptis & commissionibus, de procuratoribus, & ratihabitione in xlix. conclusionibus & regulis: Accedit fol. 56. locupletissimus tractatus de proro gatione iurisdictionis ad uiam regulæ redactus.

Tertia incipit folio 75 cum pulcherrimo Notorij Tractatu in sex membra diuisio sub regulis & limitationibus distincto, ad Criminalia potissimè pertinente. subsequuntur & ipse regulæ Criminales. nu. 21.

Quarta folio 109. uersatur circa contractus emptionis & uenditionis, & euictionem, demum de Sterilitate, in Regulis duabus, in quarum qualibet aliæ includuntur regulæ, sicut & in cæteris.

Quinta folio 124. continet practicabilem Tractatum Permutationis beneficiorum etiam ad uiam Regulæ cum limitationibus reductam, penès quem positæ sunt conclusiones & regulæ xiiij. ad Ecclesiastica Beneficialiaque respicientes.


Sexta & vltima, quæ incipit fol. 150. terminatur Conclusionibus & Regulis x. ad ultimas uoluntates pertinentibus. subsequitur. fol. 169. Amplissimus Substitutionū tractatus, in quinque partes diuisus, in quo profunda illa materia ad conclusiones distinctiones & regulas cum Ampliationibus & limitationibus reducitur. Item & folio 204. alius Tractatus copiosissimus executorum ultimarum voluntatum in membra octo diuisus, & ipse ad conclusiones, distinctiones & regulas distinctus.



INDEX ALPHABETICVS IN PRIMVM VOLVMEN CONCLVSIONVM, REGVLARVM, ET TRACTATVVM D. BENEDICTI DE BENEDICTIS DE CAPRA.

IN QVO OMNIA SVIS LOCIS PONVNTVR,

quæ notatu digna sunt, et sparsim continentur, citata Conclusione seu Regula uel Tractatu. Item et numeris ac foliis in legentium commoditatem.



 105.

Com-

Condem

Constitu-

Excommu-

 324

Frustra

Intellectus

Intellectus.

seu

seu conscientiam iudicare in eo super quo non reperitur textus expressus, sed opiniones sunt. nu. 15. Idē superior in dispensationibus suum sensum & cōsciētiam sequi pōt. nu. 20. & hoc uerum si causa subest nu. 21 Item in pœnis ordinarijs temperandis ante sententiam suam potest sequi conscientiam secundum communem ✱ nu. 25. Item ubi non est certa pœna determinata. num. 26. intelligitur suo arbitrio pœna remissa. nu. 27. sed tunc si maiorem imponat quàm consueta sit, grauat & potest appellari. nu. 28. nisi cum causa hoc faceret. nu. 29. Item in commissis iudicis arbitrio in iudicia, ut in dandis iudicijs potest suum sequi sensum, & hoc uerum in his quæ sunt leuis præiudicij. nu. 30. secus si grauis. nu. 31. Itē in suo arbitrio commissis liber est à regulis iuris positiui. nu. 32. & 34. non tamen à regulis iuris & æquitatis naturalis seu iurisgentium, etiam per quæcunq; uerba quæ latissimè ipsi iudici cōmitterētur secūdū cōem ✱ nu. 33

Iudex in eius arbitrio simpliciter uel ut in arbitrio boni uiri (ut in dubio præsumitur) non erit liber à regulis iuris positiui, quatenus tangat præiudicium tertij, saltem graue. regu. ea. fo. 22. nu. 35. & 37

Iudex censetur bonus uir. ibi. nu. 38

Iudicis sententia non redditur ipso iure nulla si ea sit contra communem opinionem, secus si contra ius certum. regu. ea. fol. 21. nume. 19

Iudex cognoscit an rescriptū sit surreptitium, uel eū nō habere iurisdictionē in citata reg. 19. fo. 22. nu. 1. secus si notoriū foret rescriptum esse surreptitiū, uel eū nō habere iurisdictionem. nu. 2. tunc cognoscit de sua iurisdictione. nu. 3. etiam si sit delegatus. nu. 4. etiam si rescriptum sit ipso iure nullū. nu. 5. Nisi notoriū esset ipsum iurisdictionē non habere. nu. 6. uel ipsi iudici hoc notū esset, cum tunc, si procedat processus erit nullus. nu. 7. etiam si partes ignorarent. nu. 8. secus si iudex ignoret & partes sciant. num. 9. & si sibi data est iurisdictio in casu notorio uel manifesta & de eo dubitetur non cognoscit, & hoc uerū si de facto esset dubiū. nu. 10. aliàs si de eo eßet certum, sed dubitetur an sit notorium. tunc cognosceret. nu. 11. Item apposita declinatoria quæ ipsius iudicis honorem perstingeret, ut suspectus non cognoscit secundum communem ✱ nu. 12. Idem si alia opponatur exceptio quæ pariter inficiat iudicem & iurisdictionem, tā in principali quā in incidenti, & tunc an eatur ad arbitris quòd non. nu. 13. sed cōsiderādū quòd si recusetur ut suspectus, & non procedet. nu. 14. aliàs secus. num. 15. nec cognoscit de sua iurisdictione quando exceptio quæ opponitur pariter concludit in incidenti sicut in principali secundum cōem ✱ fo. 23. n. 16. Idem si opponeretur de totali fundamento iurisdictionis secundum communem. ✱ nume. 17. Item non cognoscit an sua sit iurisdictio. quando dubitatur non solum de exercitio iurisdictionis, sed etiam de proprietate iurisdictionis. nu. 18. sed contra. nume. 19. quod uerius est quando priuilegia super his apertè non resistunt. aliàs secus. nume. 20. & idem dicendum in exemptis præscriptione nume. 21. siue ordinarius sit in poßessione subiectionis, siue non, nam quousque de præscriptione non constat, cognoscit: secus si allegaretur priuilegiū et præscriptio. nu. 23. quod qualiter procedat uide. nu. 25. 26. 27. sed cognoscit, & puniet quādo talis eßent exēpti sed nō loca. nu. 28. secus si ēt eorum loca. nu. 29. nisi delictū esset notoriū. nu. 30. sed contrariū uerius, ēt si delinquat in offensam diœcesani. n. 31. si tamē ex delicto cōmisso notoriè in loco exempto incurratur ipso facto excōicatio ordinarius loci, ut euitetur poterit denunciare excōicatū. nu. 33. Item non cognoscit quādo de ea habiturus esset cōmodum. nu. 38. et hoc uerū si ex tali cā recusaretur. n. 40. nisi cōsuetudo sit ī cōtrariū. n. 41. uel nisi qualitas cōmodi uel personarū aliud suadeat secundum cōem. ✱ nu. 42. nec cognoscit quādo inter plures iudices de ea esset cōtentio, cū recurrendū sit ad arbitros nu. 43. & cōtēdēdo de sua iurisdictione ac si esset pars de ea nō cognoscit. n. 34. Itē si procedat ex officio, cū retineat locū partis sed cōtrariū uerius. nu. 35. nisi recusetur ut suspectus nu. 36. itē procedēs ex officio si reuocet in dubiū eius iurisdōē super ea potest pronunciare. nu. 37. sed quādo rescriptū esset oīno falsum, nō cognoscit et si cognoscat & pronūtiauerit rescriptū uerū quod erāt falsum processus uero sētia tenebit. nu. 44. & 45. ēt si appellet. nu. 47. sed in cōtrariū est cōis ✱ Legistarū. nu. 48. sed prima uerior & pariter cōis ✱ nu. 49. in rescripto. n. 50. cōcordatur ut prima procedat quādo rescriptū est omnino falsum ut quia rescribens nullam poterat dare iurisdōnē. nu. 51. secunda perdat: quando poterat dare iurisdōnē, sed rescriptū dicitur falsum ex capite surreptionis uel obreptionis. nu. 52

Iudex criminosus repellitur à iudicando si opponatur. reg. 20. fol. 24. nu. 15. & hoc uerum si ex tali crimine inferatur infamia ipso iure. nu. 16. aliàs si ueniret inferenda per sententiam ut est communiter de iure ciuili secus esset. nume. 17. quod procedit etiam in delegato. numr. 18. nisi eßet tale crimen quod induceret priuationem potestatis ipso facto. nu. 19. uel crimen esset notorium. nu. 20

Iudex ob naturale impedimentum inhabilitatur à iudicando reg. 20. fol. 24. nu. 4. etiam si non opponatur, possunt etiam huiusmodi quandocunq; opponi. nu. 6. nisi ex post facto superuenirent. nu. 7

Iudex uolens se excusare à munere iudicandi ob infamiā non oppositam, non poterit, & hoc si talis infamia nō erat detecta. ibi. nu. 24. secus si detecta fuisset. nu. 25. sed uerius quòd si non opponatur nō excusatur. n. 29

Iudex pronuncians se competentem potest dictam sententiam seu interlocutoriam si ab ea non sit appellatum reuocare. regu. xxij. fol. 25. nume. 1. sed pronuncians se incompetentem desinit esse iudex, nec potest ulterius se in causa intromittere. nu. 2. Nisi ab huiusmodi interlocutoria foret appellatum. nume. 3. & 4. ubi ponitur ratio.

Iudex in pparatorijs & ordinatorijs iudicij seruare debet consuetudinem loci ubi proceditur secundum communem, ✱ dūmodo illa sit rationabilis, cōcl. 24. fol. 27. n. 1. aliàs secus. nu. 2. quod & lacū habet in testamentis. nu. 3. & 9. In decisorijs seruare debet consuetudinem loci contractus. nu. 4. & hoc si ius nascatur ex contractu. num. 5. si ex delicto, tunc seruanda est consuetudo loci delicti. nu. 6. & si ius respiciat facul-

L

Legatum

Vel

11.etiam

Prorogari

tempora-

coram

bus

trimonio

sed

quòd

Testari

prater

tuto

FINIS.

D. BENEDICTI DE BENEDICTIS

DE CAPRA IVRISCON. PERVSINI EXCELLENTISS. CONCLVSIONVM, TRACTATVVM, REGVLARVM,

CVM AMPLIATIONIBVS ET LIMITATIONIBVS in vtroque iure, ac communium opinionum,

VOLVMEN PRIMVM.

PER D. DESIDERIVM GVIDONEM ASCVLANVM V. I. D.
Nouiter in lucem editum.

CVM SVMMARIIS ET LOCVPLETISSIMO INDICE omnium quæ ad praxim necessaria sunt.

CONCLVSIONIS ET REGVLAE PRIMAE ARGVMENTVM.

Lex Ciuilis sicut & Canonica seruanda est etiam in foro pœnitentiali.


SVMMARIVM.

1 ☞ *Lex positiua ecclesiastica & ciuilis seruanda in foro animæ, nisi esset peccati nutritiua nu. 2. Seu ipsamet distingueret inter forum & forum numero 3.*

4 *Lex positiua ciuilis vel ecclesiastica iniusta ex fine, seu ex authoritate vel forma non seruanda, nisi ob scandalum vitandum aliud inducatur. nume. 5.*

6 *Lex positiua fundata super præsumptione, quam certum est non esse veram, non seruanda in foro animæ.*

7 *Lex positiua imponens pœnam pro debito in foro animæ non seruanda, sed pœnitentia iniungenda, nisi lex imponat pœnam ipso facto. nu. 8.*



1 EX positiua † nedū ecclesiastica verum & ciuilis seruanda est etiam in foro animæ seu pœnitentiali: vt notatur per Beatū Thomam in secunda parte, q. j. articulo vj. et per Innocētium in c. quia plerumque. de immunita. eccle. & per Ioannem And. in c. quanquam. de vsur. libro vj. et per Ioannem Calderinum in procemio Decretaliū. Videtur enim lex ipsa edita authoritate Dei per suos ministros, quod et licet sit regulariter verum, tamen fallit.

2 Et primò: † quando ipsa lex esset peccati nutritiua. Ad hoc quod notatur in c. finali. de præscri.

3 Secundò fallit: † quando ipsa lex distingueret inter forum et forū, vt est in casu c. tua. de spōsal.

4 Tertiò fallit: † quando ipsa lex esset iniusta, siue sit iniusta ex fine; vt quia non tendit ad bonum commune, sed edita sit per principem ob cupiditatem. iiij. dist. c. erit. siue sit iniusta ex authoritate: vt quia excedit potestatem condentis. Ad hoc c. vt animarum. de constitu. libro vj. Vel ex forma: vt quia non distinguit æquè onera inter subditos suos, vt facere debet; vt voluit ipse Bea-
5 tus Thomas vbi supra. Et hoc nisi † aliud inducatur propter euitandum scandalum, vel turbationem: vt plenius ibi per eum.

6 Quartò fallit: † quando ipsa lex positiua fundatur super præsumptione, & certum est illā præsumptionem non veram: vt in c. is qui. de sponsalibus, & hoc voluit Innocen. in d. c. quia plerūque. Ad hoc quod habetur. viij. dist. c. veritate.

7 Quinto fallit: † quando ipsa lex imponeret pœnam pro delicto, cum tunc satis sit, quòd sacerdos pro illo delicto imponat pœnitentiam, vt voluit Glos. xij. quæstio. secunda. fraternitas. Ad hoc quod notat Innocen. in c. sicut dignum. de homicid.

8 Quod verum intellige † nisi ipsa lex imponat pœnam ipso facto, puta, si publicet bona alicuius, cum tunc non possit ille cum bona conscientia retinere. Ad hoc quod notatur in l. commissa. ff. de public. & in c. ij. de præscrip. libro vj. & hoc voluit D. Nicolaus in c. j. de constitutio vbi de hiis.

CONCLVSIONIS SECVNDAE

ARGVMENTVM.

Ius canonicum diuiditur in canones, decreta, decretales epistolas, dogmata, mandata, interdicta, & sanctiones.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Iuris canonici quot species.*
2 *Canon qui dicatur?*
3 *Decretum quod dicatur?*
4 *Decretales epistolæ quæ?*
5 *Dogma, quod?*
6 *Mandatum quid sit?*
7 *Interdictum quale?*
8 *Sanctio qualis?*

1 IVRIS † canonici plures sunt species, nam ecclesiasticę consti tutiones quandoque appellan-
2 tur canones. Canon† enim dicitur illud quod statuitur in vniuersali Concilio c. altercatio-
3 nis. de bigam. Aliquando † decretum, quod dicitur, quando Papa statuit de consilio Cardinalium suorum ad nullius consultationem. Quæ-
4 dam dicitur† Decretalis epistola, vt est illa quam Papa statuit solus, vel cum consilio Cardinalium ad alterius consultationem. lix. dist. c. hoc ad nos. xix. distin. cap. si Romanorum. Quædam
5 † dicitur dogma, vt est illa propriè quæ editur de doctrina fidei, xxiij. distinct. c. qui episcopus.
6 Quædam† mandatum, ut est quæ traditur de doctrina morum. xiij. dist. cap. hijs igitur. Quædam
7 † intecdictum ut est illa quæ prohibet nulla pœna
8 adiecta. xxxij. distin. c. interdixit. Quædam† sanctio, vt est illa in qua pœna adiicitur. xxxvi. dist. c. ii. ponit Glo. in c. i. dist. iij.

CONCLVSIONIS TERTIAE.

ARGVMENTVM.

Contrauenicus legi an mortaliter peccet.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Veniens contra legem seu constitutionem præceptiuam mortaliter peccat. quod tamen semper non uerum. nu. 2.*
3 *Intellectus ad Clementinam exiui. §. quia præterea. de uerb. signifi.*
Verba imperatiui modi quando inducant præceptum, & quando in hijs attendenda consuetudo. num. 4. seu materia nu. 5.
6 *Verba imperatiui modi in materia consilij non inducunt in contrauenientem mortale peccatum. Idem si uerba sint cõmunia, ut decerno siue statuo. nu. 7.*

1 
N VENIENS † contra legem uel constitutionem mortaliter peccet, D. Anton. Imol. & D. Nicol. & alij hoc ponunt in c. nam & concupiscentiam. de constit. ex quorum dictis recolligendo dici potest, quòd aut materia de qua agitur est præcepti, ut uidetur in dubio esse si cõstitutio loquatur per uerba pręceptiua similia vel æquipollẽtia: & tũc ueniens cõtra, incurrit peccatum mortale. xj. quęst. iij. qui resistit. xiiij. q. v. c. quod pręcipitur. c. ij. de maior. & obed. Quod ta-
2 men† non habet locum semper in uerbis imperatiui modi, de quibus in Clemen. exiui. §. quia prę
3 terea. de uerb. signi. † cum pro ut ibi colligitur il-
4 la uerba non inducunt præceptum, nisi † consuetudo aliud interpretetur, iuxta notata in c. cũ di-
5 lectus. de cõsuet. uel nisi† materia sit multum ponderosa. vt habetur in d. §. quia præterea.
6 Aut† ipsa materia est consilij, ut in dubio uidetur esse: quãdo loquitur per uerba ortatiua uel cõsultiua uel æquipollentia: & tunc veniens contra non incurrit peccatũ mortale. iiij. dist. c. & hoc si legibus. & d. c. quod præcipitur. Quod & locum
7 habet similiter: † quando loquitur per uerba communia, ut decerno vel statuo, cũ tunc similiter nõ incurrat mortale peccatum: ut uoluit S. Thomas ij. ij. c. lxxxvj. q. j. artic. ix.

CONCLVSIONIS ET REGVLAE IIII.

ARGVMENTVM.

Legibus vel Canonibus qui ligentur.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Constitutiones particulares uel locales ligant tantum subditos.*
2 *Papa, & Imperator. & quilibet inferior ligantur iure diuino uel naturali, in quo peccant eo grauius in maiori dignitate constituti. nu. 3.*
4 *Papa, & Imperator ligantur ex eorum cõtractibus.*
5 *Papa, & Imperator à iuramento & uoto non possunt se ipsos absoluere.*
6 *Papa non ligatur iure canonico positiuo, astringitur tamen mente eius determinantis circa peccatum ex lege diuina nume. 7. non ut incurrat pœnam sed quòd malè faciat nu. 8.*
9 *Clerici inferiores à Papa in quacũque dignitate sint, ligantur iure canonico.*
10 *Laicus quilibet etiam Imperator ligatur lege canonica quo ad spiritualia, nisi quis sit infidelis, uel paganus. nu. 11.*
12 *Laici de temporali dictione ecclesiæ uiuere debent secundum canones, & non secundum leges, secundum communem opinionem. ✱ nisi essent infideles. nu. 13. secus si essent de terris imperij. nu. 14.*
15 *Subiecti imperio, uacante illo possunt iudicari à iudice ecclesiastico.*

16 *Iudex ecclesiasticus, si secularis negligat facere insti tiā se immiscere potest iurisdictioni seculari etiam in terris imperij.*

17 *Legistæ quando habent diuersas opiniones statur decisioni iuris canonici, si per illud casus deciditur. secundum communem opinionem. nu. 18.*

19 *Iudex ecclesiasticus etiā in laicos in terris Imperij cognoscit de criminibus ecclesiasticis, puta sacrilegio, rapina bonorum ecclesiarum, simonia nu. 22. periurio. nu. 23. adulterio nu. 24. sodomia. nume. 25. & alijs similibus. nu. 26. sed an quo ad iudicem secularem priuatiuè nu. 34.*

20 *Iudex ecclesiasticus cognoscit de heresi laicorum priuatiuè quo ad iudicem secularem nu. 22.*

27 *Iudex ecclesiasticus cognoscit de crimine laici: quando per denuntiationem causa ad eum defertur. uel ratione connexitatis, ut in dote. nu. 28.*

29 *Iudex ecclesiasticus cognoscit de crimine laici, si falsum commissum est in literis apostolicis.*

30 *Iudex ecclesiasticus cognoscit de concubinatu laici, de sortilegijs & diuinationibus nu. 31. de assasinio. nu. 32. De fracta pace. nu. 33.*

35 *Casus uersibus comprehensi in quibus iudex ecclesiasticus cognoscit in laicos.*

36 *Papa, & inferiores clerici non ligantur legibus imperialibus.*

37 *Imperator non ligatur iure ciuili positiuo. inferiores uerò ligantur si subiecti sint in foro contentioso nu. 38. siue fideles seu infideles sint nume. 39. siue obediant siue non de facto nu. 40.*

41 *Lex priuilegiatis rebelles ad ipsos non se extendit.*

42 *Lex secularis ad subditos exemptos ex causa non se extendit, uel ipsi stetissent tanto tempore in possessione libertatis, quod Imperator uisus esset negligere. nu. 43. sed contra nu. 44.*

45 *Lex secularis seruanda est à subditis, etiam in foro animæ, nisi lex ipsa distingueret inter forum & forum nu. 46. uel esset iniusta, uel peccati nutritiua. nu. 47. uel fundaret se super præsumptione. nu. 48. uel imponeret pœnam nisi ipso facto imposuisset nume. 49. nel foueret lucrum proximo odiosum. nume. 50.*

1 LEGIBVS vel Canonibus † qui ligentur vtile est scire. Hostien. D. Anton. & Imol. de hoc tractant in c. j. de constit. ex quorũ dictis aliqua addendo cõcludi potest quòd aut loquimur de constitutionibus particularibus vel localibus, & dicendum est illis ligari propriè subditos, de quo dic plenius vt notatur per Glos. in d. c. j. & ibi per Doct. & præcipuè Vincent. & Ioã. And. Aut de constitutionibus generalibus seu de iure
2 cõi, & tũc aut † de lege siue de iure naturali vel diuino, uel naturali, & tali iure obligãtur non solũ inferiores à principe, sed etiã ipse Papa vel Impe-
3 rator. xxv. q. j. sunt quidã. adeò † quòd in illis grauius peccant, quàm alij, cũ sint in maiore dignitate. per notata. in c. cũ quidã. de iureiur. & c. magnæ. post principiũ de voto. & ij. q. v. præsul. Et
4 hinc est † quòd ipse Papa vel Imperator ligantur ex eorũ contractibus, cũ ligentur ex iure naturali.
5 Ad hoc qđ notatur in c. j. de proba. Et † ex iuramẽto, & voto, nec possunt se ipsos absoluere, p notata in c. omnis. de pœnit. cũ iure diuino ligentur. Secundo verò casu, uidelicet de iure cõmuni positiuo, & tũc, aut loquimur de generalibus cõstitutionibus canonũ seu de iure canonico, aut de cõ-
6 stitutionibus imperialibus seu de iure ciuili. Si † de iure canonico, & tũc, aut loquimur de Papa vel de eius successore, & cũ nõ sit subiectus non ligatur tali iure, vt voluit Glo. in d. c. j. per id quod habetur in d. c. cũcta. ix. q. iii. Ad hoc l. si qs in prin
7 cipio testamẽti. ff. de leg. iij. cum simi. Sed † licet nõ astringatur ipse Papa vel eius successor tali iure positiuo, tamẽ astringitur mente legis positiuę determinãtis aliquid circa peccatũ ex lege diuina. Et hinc est, quòd astringitur ex dispositione de qua in d. c. omnis. vt sentit Io. And. in c. significasti. de foro compet. secundum D. Anton. in d. c. j.
8 Quod uerum est, † quo ad hoc ut malè faciat non seruando id quod ibi dicitur, cũ non habeat locũ in eo pœna ibi posita: que alios astringit, cum nõ sit subiectus pœnæ iuris positiui, secundum Imol. in eod. cap. j.
Aut loquimur de inferioribus à Papa vel eius
9 successore, & tũc, aut † de clericis seu religiosis, & ligãtur ipso iure canonico in quacũque dignitate sint: vt c. ij. de maior. & obed. & c. prȩsul. ij. q. iiij. & c. quòd clericis. de for. cõp. ubi plenius de hoc.
10. Aut † de laicis & quo ad spiritualia, & tũc & quilibet laicus etiã si sit Imperator ligatur, cũ omnis creatura quo ad hoc sit subiecta cõditori canonũ & sic Papȩ vt c. per uenerabilẽ. qui fil. sint legit. & de iudic. c. nouit. & in xxix. dist. si duo. & c. Im-
11 perator. Quod uerũ est, † nisi ipse laicus sit infidelis uel paganus, cũ talis spiritualiter nõ sublit, cũ sic extra regulã. c. gaudẽmus. de diuor. & ij. q. j. multi.
12 Aut loquimur quo ad temporalia, & tunc † aut ipsi laici sunt de terris ecclesię, & ligantur iure canonico, etiã in foro seculari, cũ uiuere debeant lege Dei uel canonica, & nõ secundũ leges ciuiles. c. si duobus. & ibi notatur cõmuniter per Docto-
* res * de appel. etiam † si sint infideles, ut patet ex
13 notatis in c. quod super his. de uoto.
14 Aut † non sunt de terris Ecclesiæ subiectis, sed Imperij, & nõ ligãtur regulariter iure canonico. Quod tamẽ fallit in pluribus, ut not. Glo. in c. licet. de for. compet. & ibi per Doct. videlicet
15 Et primò fallit, † uacante imperio, cum tunc iudex ecclesiasticus immiscere se possit seculari iurisdictioni, etiam in terris imperij, cum superior non inueniatur d. cap. licet.
16 Secundò fallit, † cùm iudex secularis negligit facere iustitiam, ut in eod. c. licet. versi. dummodo. & in c. ex tenore. eod. tit. argumen. xxiij. quæst. v. administratores.
17 Tertiò fallit, † cùm aliquid ambiguum fuerit, & inter iudices uariatur. c. per. venerabilem. circa

18 medium,qui fil.sint legit. Ad Papam† enim spe
ctat decidere opiniones etiam inter legistas in-
quantum quòd eius decisioni est standũ etiá in
foro ciuili, ex quo Imperator non determinat
contrarium,per notata in c.Raynutius. de testa-
men.& per Bart.in l. præscriptionem.C.si con-
✱ tra ius vel vtilit.publ.quod & cõiter tenetur, ✱
19 Quartò fallit† in omni crimine ecclesiastico,
puta vsura: vt in cap.cum in diœcesi.de vsur.&c,
quoniam,eod.tit. Idem in sacrilegio & bono-
rum ecclesiasticorum inuasoribus & raptoribus,
c. cum sit.& c.conquestus.de foro compet. cap.
20 nulli.c. prædia.xij.q.ij.& c.de viro.Idem† in cri
mine hæresis.c.sicut.c.ad abolendam. c.vrgentis
& per totum de hæret.& eod, tit. per totum lib,
21 vj. † Imò priuatiuè vt c. inquisitionis.§. prohi-
22 bemus.eod.lib.vj. Idem† in simonia extra de si-
23 mon.per totum.Idem† in periurio Glo.in c.cũ
sit generale. et ibi D. Antonius & D.Nicolaus.
✱ Innocen.& alij communiter ✱ in c.nouit.de iu-
24 dic.Idem† in adulterio.Glos.in d.c.cum lit.& in
cap.gaudemus. de conuers. coniug.& vtrobique
25 Doctores,vbi plenius. Idem† in sodomia. c. cle-
rici.de excess.prælat.& ibi D.Nicolaus.c.in ar-
chiepiscopatu.de raptor.& ibi D.Nicol. Innoc.
in c.super his.de uoto. Gaspar Calder. consi.xj.
26 in tit. de iudic.& foro compet.&† in alijs simi-
libus,peccatum sapientibus.d.c. nouit.
27 Quintò fallit: † quando per denuntiationem
criminis causa defertur ad iudicem ecclesiasti-
cum, d. cap. nouit.
28 Sextò fallit:† ratione connexitatis,vt in dote.
c.de prudentia.de donat.inter vir.& vx.
29 Septimò† in crimine falsi, quod committitur.
in literis apostolicis.c.ad falsariorũ.de crim.fal.
30 Octauò† in crimine concubinatus, secundum
Goffredum & D.Nicol. in d, cap.cum sit.& Fe-
der. de Senis.consi.clxij.
31 Nonò fallit† in sortilegijs & diuinationibus.c.
contra idolorum.xxvj.q.v. quod & sentit etiam
D. Nicolaus in d.cap.cum sit.
32 Decimò fallit† in crimine assassinij. c.j. de ho
micid.lib.vj.ex cuius ratione coniuncta cũ dicto
c.nouit. secundum D. Nicol. potest dari genera
lis limitatio in delictis concernentibus statum
totius Christianitatis.
33 Vndecimò fallit† in crimine pacis fractæ.c.j.de
treug.& pac. Ioan.And.in c.fina.eod.tit. lib. vj.
in Glos.& c.placuit. vbi Glos. xc. distin. secun-
34 dum D. Nicol. vbi supra. Sed † an in omnibus
istis priuatiuè ecclesia iudicet, vel detur præuen
tio? vide per Doctores in dictis iuribus.
35 Quos † omnes casus & alios Hostien.compre
hendit his versibus. Hæreticus, simon, feruus,
periurus, adulter, pax, priuilegium, violentus
sacrilegusque, si vacat imperium, si negligit, am-
bigit an sit, suspectus index, si subdita terra, vel
vsus, rusticus & seruus, peregrinus, feuda, viator,
si quis pœniteat, miser aut sit, causaque mixta, si
denuntiat ecclesiæ, quis iudicat ipsa.

36 Si verò † loquimur de legibus imperialibus, seu
de iure ciuili positiuo, & tunc aut loquimur de
Papa vel alijs clericis vel religiosis,& eis non li-
gantur.c.ecclesia.de constit.
37 Aut de laicis,& tũc † aut de Imperatore seu eius
successore,& cum non sit eis subiectus non liga-
tur: vt voluit Glo.in d.c.j. de constit. Textus est
in l. princeps.ff.de legib. & in l. digna vox. C.
38 eo.tit. Aut† de inferioribus ab ipso principe, &
tunc, aut loquimur in foro contentioso, aut in
foro animæ seu pœnitentiali. Si in foro conten-
tioso, & eos ligant, dummodo sint subiecti ipsi
imperio: vt voluit Glos. in d.cap.j. Quod proce
39 dit† siue sint fideles siue infideles.l.nemo. C. de
iudæis.& l. iudæus.Cyn. in l.j.C.de sacros.Eccl.
40 Quod etiam procedit† siue tales subiecti obe-
diant ipsi imperio de facto siue non, vt quia sint
rebelles,cum etiam ad eos extendantur tales le-
ges, & eos ligent: vt voluit Bart. in d. l. j. per l.
deprecatio.ff.ad leg. Rhod. de iact. Quod & li
cet etiam regulariter sit verum, vt ipse leges li-
gent ipsos subiectos imperio vt supra. Ta-
men fallit.
41 Et primò: † quando tales leges priuilegiarent,
cum tũc ad ipsos rebelles non extendantur. ff. de
capit.diminut.l.amissionem.§.qui deficiunt. de
senten.excom.c. à nobis.
42 Secundò fallit; † quando ipsi subditi essent exẽ
pti à potestate principis secularis ex causa, vt
quia essent subiecti ecclesiæ, vel ex alia iusta cau
sa. Ad hoc quod notatur in cap.ij. de maior. &
obed. & instit. de his qui sunt sui vel alien. iur.
per Glos.
43 Tertiò fallit:† quando ipsi subditi stetissent tã-
to tempore in libertate quòd Imperator visus sit
negligere, quasi possessionem iurisdictionis.
Tunc hii quamtuncunque sint in possessione ma
lafide, tamẽ nõ ligantur statutis imperij, vt vo-
luit D. Antonius in dicto. cap. j. de constitutio.
44 Sed † hoc dictum non videtur verum: quia ta-
les populi non possunt dici possidere se ipsum
seu iurisdictionem superioritatis. ff. de acquir.
rer. domin.l. liber homo. & per consequens vi-
detur quòd ad ipsum Imperatorem tãquam pro-
prietarium pertineat fructus quasi possessionis
iurisdictionis, & sic potestas statuendi, iuxta
notata per Innocen. in cap. querelam. de elect.
& in cap. in literis. de restitutio. spoliat. & per
Archidiac. xij. quæstio. ij. cap. cum deuotissi-
mam, secundum Imolam in eodem. cap. j. de
constitutio.
45 Secundo verò casu videlicet† in foro animæ seu
pœnitentiali, et in eo similiter ipsæ leges ipsos
subditos ligant, cum per ipsos subditos sint ser-
uandæ, prout in foro contentioso, per notata in
viij. dist. quo iure.& de immunit.eccl.cap. quia
plerique. Quod & licet regulariter sit verum,
tamen fallit.
46 Et primò: quando† lex ipsa distingueret forum,
prout habetur in c. tua. de sponsal.

Secundò

47 Secundò fallit † quando ipsa lex esset iniusta, vel peccati nutritiua.c.nouit. de iudi. vbi de hoc.

48 Tertiò fallit † quando ipsa lex fundaret se super præsumptione, quam certum est non esse veram.c.is qui. de sponsal.

49 Quartò fallit: quando † ipsa lex imponeret pœnam, cum quo ad pœnam non sit seruanda in eo, vt voluit Glos. xij.q.ij. fraternitas. Quod uerum intellige, nisi † imponat pœnam ipso iure seu facto, vt quia ipso facto publicet bona, eum tunc illa non possunt cum bona conscientia detineri, vt voluit D. Nicolaus in d.c.j. de constit. per ea quæ habentur. ff. de publican. l. commissa. et de præscrip. c.ij. lib. vj.

50 Quintò fallit: † quando ius ciuile foueret lucrum proximio odiosum vel rigorem quendam, tunc enim talis lex ciuilis non esset seruanda in foro canonico, licet expressè non reprobetur. facit. c. dilecti. de iudic. et c.j. de dol. et contu. secundũ D. Nicol. in c. filius noster. de testam.

CONCLVSIONIS ET REGVLAE V.

ARGVMENTVM.

An constitutio liget post duos menses.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Constitutio noua suum operatur effectum post duos menses à die publicationis.*

2 *Constitutio noua necessariò non est singulorum auribus inculcanda.*

3 *Constitutio noua ligat post duos menses, nisi in ea exprimeretur tempus quando incipiat ligare. & hoc quo ad irritationem actus, non quo ad hoc ut contrauenient incidat in pœnam secundum communem opinionem. ✠ nu. 4.*

5 *Constitutio noua & si aliàs ligat post duos menses, secus tamen quando est antiqui iuris declaratoria, cum tunc statim, & hoc nisi ultra declarationem aliquid adderet, cum in addito secus esset. nume. 6.*

7 *Extrauagans redacta ad corpus iuris statim ligat, sicut antea ligabat, secundum communem opinionem. ✠*

8 *Constitutio priuilegians statim imprimit uires à tempore data, & prodest etiam ignoranti: sed contrarium uerius, & commune. ✠ nu. 9. 10.*

11 *Constitutio noua inducens nullitatem actus statim ligat, & hoc uerum, si est appositum decretum, aliàs secus. sed contra nume. 13. nisi in decreto apposita foret dictio extremitatem denotans. nume. 14.*

12 *Decretum Papæ afficit ignorantes quo ad nullitatem actus.*

15 *Constitutio noua à die habita scientia ligat etiã ante duos menses. Sed cõtra nu. 16. quòd nõ attendẽdũ.*

17 *Intellectus ad auth. ut facta noua constitu.*

18 *Constitutio noua inferioris, à principe à quanto tempore liget iudicis arbitrio relinquitur, secundum communem opinionem ✠ Idem in constitutionibus prouincialibus Concilij. eod. nu.*

19 *Constitutio noua etiam post duos menses à tempore publicationis ignorãtes non ligat. & hoc uerum, si ignorantia uacat omni culpa. nu. 20. si uerò adsit lata culpa ligat nu. 21. nisi constitutio requirat dolum nu. 23. uel ueniret imponenda pœna corporalis nu. 24.*

22 *Lata culpa dolo æquiperatur.*

25 *Ignorantia leuis uel leuißima non excusat à pœna ciuili noua constitutionis, sed bene à pœna criminali, sed uerius quòd à pœna criminali nu. 26. & hoc si ciuiliter puniri non poterat: aliàs secus. nume. 27.*

28 *Scientia noua cõstitutionis creditur iuris præsumptione, qua tamen admittit probationẽ in contrarium. Ignorantiam nouæ constitutionis modus probandi duplex est. nu. 40. & sequentibus.*

29 *Constitutio particularis prouinciæ. Item & generalis ac etiam ipsius principis, publicanda est in prouincia, nisi consuetudo aliter disponat. nume. 30. Idem dicendum in constitutionibus papalibus. nume. 31.*

32 *Absentia à prouincia si probetur excusat à pœna noua constitutionis constringentis ipsam solam prouinciam.*

33 *Forensis excusatur à pœna statuti loci, nisi statutum damnaret factum à iure damnatum, secundum communem opinionem. ✠ nu. 34.*

35 *Statutum si damnat factum damnatum per loca propinqua, ab eius pœna forensis non excusatur, secundum communem opinionem. ✠*

36 *Contrahens cũ alio eius cõditionẽ indagare tenetur.*

37 *Culpa lata est non indagare quæ perquirenda sunt.*

38 *Forensis qui traxit moram considerabilem in loco à pœna statuti illius loci non excusatur. Idem si esset de loco uicino. nu. 39.*

42 *Ignorãtia noua constitutionis probatur per iuramentum. sed contra. cum dilucida requiratur probatio. nu. 43. Dic arbitrarium fore secundum quantitatem præiudicij. nu. 46.*

44 *Probatio dilucida ubi requiritur non sufficit unius testis cum iuramento.*

45 *Probatio facilis & leuis dici non potest unius testis cum proprio iuramento.*



1 CONSTITVTIO † noua regulariter incipit ligare & habere effectum post duos menses à tempore publicationis, et non ante, textua est in auct. vt fact. nou. consti. circa principium, collatione. v. & de senten. excommunic. cap. nouerit. & cap. non magnoperæ. ne elec. vel monac. et cap. super specula. Glos. in c. cognoscentes. de constitutio. nec est † necesse vt sin-
2 gulorum auribus inculcetur. xvj. distinct. cap. quod dictis. & cap. ad hæc. de postulat. prælat. tamen fallit.

3 Et primò:† quando in ipsa constitutione ex-
primeretur tempus: quando incipiat ligare, cum
tunc illud sit seruandum: vt in c. cum singula. de
præbend. lib. vj. & vt notatur per Glo. in ipsa da-
ta procœmij Decretal. in tantum, quòd si in ipsa
constitutione disponatur quòd à tempore publi
cationis liget ligabit, tunc immediatè. vt voluit
Glos. in Clementina ad nostram. de hęreti. Quod
4 †verum est, quo ad irritationem actus, non quo
ad hoc vt contrafaciens incurrat pœnam cũ non
sit in culpa, vt patet in c. cognoscentes. de consti.
& prout voluit Glos. in d. Clement. in verbo. ex
* tunc. communiter approbata. *
5 Secundò fallit† quando constitutio noua esset
antiqui iuris declaratoria, cum tunc statim habet
effectum. vt voluit Glos. in verbo de cætero. in
procœmio Clementinarũ. & in dicta data. Quod
6 procedit vt uoluit Paulus, nisi † ipsa constitutió
ultra declarationem aliquid addat, cum tunc in
addito dicendum est prout dicetur in constitu-
tiõne noui iuris introductoria. Ad hoc quod ha
betur in l. leges & cõstitutiones. C. de legib. & in
c. fi. eodem tit. de constitu. vbi de hijs, de quibus
in dicto procœmio per Paulum.
7 Tertiò fallit† in extrauagantibus redactis ad cor
pus iuris, cum & illæ statim ligent, cum & anteà
etiam ligabant. & hoc voluit Glo. in d. c. cogno-
scentes. de consti. sed clarius Paulus de Leazar. in
dicto procœmio. Quem sequuntur D. Antonius
& Imol. in d. cap. cognoscentes. Cum quibus cæ
* teri transeunt. *
8 Quartò fallit† in constitutionibus priuilegiá-
tibus, cum illæ assumãt naturam priuilegij, quod
statim imprimit vires à tempore datæ, & prodest
etiam ignoranti, iuxta notata in c. i. de concess.
præb. lib. vj. Ad hoc etiam quod notatur in l. cũ
pater. §. surdo. ff. de legat. ij. & istud voluit Glo.
prædicta in verbo de cætero. & Paul. in dicto
procœmio, quem sequuntur Imola & D. Nico-
laus in d. cap. cognoscentes. & hoc idem tenuit
Bart. in l. diuæ memoriæ. C. de decurionib. lib. x.
& in l. omnes populi. ff. de insti. & iure in v. quę-
stio principali. cum quo residet Imola vbi supra.
9 Sed quidquid dicant † hoc non uidetur verum,
quòd priuilegium assumat uires statim à die da-
tę, sed potius à die notitię ipsius priuilegiati, vt
* patet in dicto c. j. & ita communiter tenetur. *
10 Nec† videtur uerum quòd si sit in corpore iuris
clausum assumat uires in præiudicium eorũ con
tra quos conceditur, nisi post duos menses, sicut
constitutio, cum eius naturam sequatur, ex quo
accessoriè uenit, ut in regula, accessorium. lib. vj.
& hoc uoluit Glos. in d. versic. cæterum. dicens
aliud esse de iure communi, & aliud in priuile-
gio simpliciter dato.
11 Quintò fallit,† in constitutionibus ex quibus
consurgit nullitas actus secundũ D. Antonium.
in d. c. cognoscentes. allegat l. fin. ff. de decurion.
ab ordine faciend. quæ hoc non probat. & etiam
allegat Glos. in data vj. Sed certè in illa Glo. hoc
nõ dicitur, sed bene tenet hoc ibi Paulus. Quod
procedit secũdum Lapum in Clemen. j. de elect.
quando in ipsa cõstitutione esset appositũ decre
tum, aliàs secus esset, per id quod habetur in di-
cta aucten. vt factæ nouæ constit. Pro quo facit,
12 quia† decretum Papæ afficit ignorantes quo ad
nullitatem actua, iuxta notata in c. si eo tempore.
de elect. lib. vj. secundum Imolam in d. cap. co-
gnoscentes. pro quo facit Glos. in c. j. §. ex parte.
13 de concess. præb. eodem lib. vj. Sed imò† & quã-
tuncunque sit appositum decretum, nihilomi-
nus non afficit, nec habet effectum ipsa constitu-
tio, nisi post duos menses, cum tale decretum vt
accessorium reguletur ab ipsa constitutione, si-
cut si appositum esset in dispositione conditio-
nali, vt notatur in d. cap. cognoscentes. & in Cle-
14 mentina. j. de elect. Quod procedit † nisi in tali
cõstitutione uel decreto apposita esset dictio ex-
tremitatem denotans, ut dictio ex nunc, vt dicta
Clement. ij. de hæretic.
15 Sextò fallit: † quando ipsæ cõstitutiones an-
te duos menses peruenirent ad notitiam, cũ tunc
ligent statim, cùm ad notitiam peruenerunt,
pro ut notatur in d. l. fin. ff. de decret. ab ord. fac.
& hoc uoluit Glo. in c. ij. de reb. eccles. nõ alien.
lib. vj. in ver. hactenus. & hoc etiam tenuit Ioan.
de Lignano in d. cap. cognoscentes. de consti. &
16 Bart. in d. l. omnes populi. Sed † Paulus in dicto
procœmio, & D. Antonius in d. c. cognoscentes.
uidentur tenere contrarium, uidelicet, ut non li-
gent ante duos menses. per d. auct. ut factæ no.
17 constit. & non bene, tum † textus ille intelligi
debeat nisi detur notitia, per notata in d. l. fina.
cum duo menses ob aliud non dentur, nisi ad prę
sumendam scientiam. pro quo etiam facit text.
in d. canone proposuisti. lxxxij. dist. in fine prin-
cipij. in versi. neque enim. & in c. j. de concess. præ
ben. lib. vj. secundum D. Nicolaum qui hoc idem
tenet. Ad hoc etiã text. in c. j. de postula. pręlat.
18 Septimò fallit † in constitutione inferioris à
principe, puta, in statutis alicuius loci uel colle-
gij, in quibus cum nõ reperiatur tempus certum
determinatũ in iure, in quãtum tempus ligent,
erit arbitrarium & arbitrio iudicis committe-
tur, vt voluit Hostien. in summa tituli de consti.
in versi. quando constitutio. & Ioan. And. in c. j.
de concess. præb. in vj. & in data vj. libri. & Bart.
in d. l. omnes populi. & Bald. in l. leges sacratissi-
mæ. C. de legib. & hoc tenent communiter Mo-
* derni. * Quod † & locum habet pari ratione in
cõstitutionibus prouincialibus Concilij, secun-
dũ Imol. & D. Nicol. in d. c. cognoscẽtes. de cõ
stit. esto quòd Glo. in d. c. proposuisti. cum qua
uidetur transire D. Nicolaus ubi supra, aliud vi-
deatur velle, videlicet de sex mensibus. Sed certè
d. Glos. non vult aliud, cum nõ loquatur de tem
pore infra quod ligent, sed infra quod sint publi
candæ, vt patet ex ea iuncto c. quod allegat, se-
cundum Imol. & D. Nicolaum vbi supra.
19 Octauò fallit, † data ignorantia ipsius. Nam
licet

licet regulariter constitutio noua quoscunque li
get post duos menses à tempore publicationis,
tamen non ligat nec afficit ignorátes, secundum
Glos.finalem in d.c.cognoscétes. Ad hoc d.l. fi.
20 & dictum c.cũ in tua. † Quod uerum intellige
quando talis ignorantia esset sine omni culpa,
cum tunc euitaret omnem pœnam legis, ut pro-
bat textus apertè in d.c.cum in tua.& in d.l. fina.
Ad hoc regula, sine culpa.lib.vi.
21 Aliàs † si ignorantia nõ sit absq; culpa, et tunc
si ipse ignorans sit in lata culpa, ut quia ignoret
cõstitutionem quam sciunt cõiter homines illius
loci, sed non in dolo, ut quia uerè ignorat, & tunc
21 talis ignorans ea ligatur, cum † lata culpa regula-
riter ęquipereiur dolo. ff. depos. l. quod Nerua. &
ff. de uerb. sig. l. magna. Et hoc tamen sublimitan
23 dum est, nisi † ipsa constitutio requirat dolum: ut
notatur in d. l. quod Nerua, ubi etiam notatur
quando hoc sit, de quo in d.c.ij. de constitut. per
Imolam. & in c.j. de comod. & per Bar. ff. si quis
ex testamen. lib. esse ius. fuer. l.j. §. Scæuola.
24 Iterum & secũdò sublimitandũ, † nisi ueniat im
ponenda pœna corporis afflictiua, cum tunc nõ
ęquiparetur dolo, ut notatur in l. in actionibus.
ff. de in lit. iur. secundum Imolam, in d. cap. ij.
25 Si uerò † ipse ignorans non fuerit in lata culpa,
sed in leui uel in leuissima & tunc ut uoluit Cyn.
in l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cleri.
& in l. data opera. C. qui accus. non pos. non liga
tur ipsa constitutione quo ad pœnam crimina-
lem, sed quo ad pœnam ciuilem, cum talis culpa
non puniatur criminaliter; sed ciuiliter in resar
ciendo damnum iuxta modum culpæ per text. in
26 l. qui hæres. ff. de incẽd. rui. et naut. Sed imò † &
criminaliter punitur pro modo culpæ: ut uoluit
Glo. & Bart. ff. de pœnis. l. respiciendum. per il-
lum tex. & per l. absentem. eod. tit. quod et sequi-
27 tur D. Anto. & Imo. in d.c.ij. Quod sanè † intel-
ligas, quando non posset puniri ciuiliter, cum
aliàs nõ puniretur criminaliter et ita procedere
poterit dictum Cyni secundum D. Nicolaum in
dicto c. ij.
Sed animaduerte cum utilitas dictæ octauæ
fallentiæ pendeat ab intelligentia alterius con-
28 clusionis quæ est, quòd licet † post duos menses
præsumatur notitia ipsius cõstitutionis. ut dicta
auct. ut fact. nou. constit. Tamen non est præsum
ptio iuris & de iure, cum admittatur probatio in
contrarium, uidelicet de ignorantia, ut patet ex
prædictis, & vt vult Glos. fin. in d.c.ij. de constit.
quæ notabiliter dat duos modos probandi igno-
rantiam constitutionis nouę. uno modo proban
do absentiam à prouincia, cum ea probata pro-
29 betur ignorantia. Quod procedit † non solum in
constitutionibus particularibus ipsius prouin-
ciæ, sed etiam in generalibus, & non solum in im
perialibus quæ publicandæ sunt in prouincia, ut
in dicto auctẽ.
30 Sed etiam in Papalibus, nisi † cõsuetudo aliud
disponat, consuetudo enim in huiusmodi mul-
tum operatur, secundum D. Anto. in d.c.ij. ideò
ei standum, per notata in c. cum dilectus. de con
31 suetud. Nam & circa Papales † constitutiones sa
tis dici potest dispositum esse à iure canonico,
quòd debeant publicari in ipsa prouincia, vt ha-
betur in Canone. quod dicitis. xvj. distinct. & in
c.i. de postul. prælat. quod & sentit allegata Glo.
fina. in fi. in d.c.ij. ibi, extra prouinciá, huiusmo
di enim cõstitutiones publicãdæ sunt per ipsam
prouinciá, uel saltem in locis principalibus ipsius
prouinciæ, sicut & sufficit sit facta per totá ciuita
tem uel diœcesim: quando ipsa constitutio di-
stringit solum ciuitatem uel diœcesim. quod &
placet Imolę in d.c. ij. per id quod habetur in
d.c.j. de postul. prælat. quidquid dicat Archid. in
d.c. quod dicitis. cuius dictum ita procedere pos
set & non aliter, secundum D. Nicolaum in eo-
dem c.ij. & bene.
32 Quod locum † habet in constitutionibus con-
stringentibus diœcesim uel ciuitatem solam ut
sufficiat probare absentiam à loco, ut est textus
in d.c. cũ in tua. et ita procedere poterit quod no
tatur in d.c. proposuisti. & in d.l. fin. secundũ D.
Nicolaum ubi supra, & hinc est quòd sufficiet
33 † probare se forensem ad euitandam pœnam sta-
tuti loci, cum ipse forensis uideatur probabiliter
ignorasse tale statutum, unde iuuabitur saltem
beneficio restitutionis in integrũ, ex clausula ge-
nerali de qua in l.j. ff. ex quib. caus. maior. Quod
licet regulariter procedat tamen fallit.
34 Ex primò † cum statutum damnat factum à
iure damnatum, imponẽdo nouam pęnã, cũ tunc
censeatur esse in supina ignorantia: vt tenent cõ
✻ muniter Legistę ✻ & præcipuè Cyn. & Bart. in
l.j. C. de Summ. Trinit. per l. vulgaris. §. si quis.
ff. de furt.
35 Fallit & secundò: † quando statutum damnat
factum communiter damnatum per loca propin-
qua, sicut est extrahere uictualia, debuit enim in
36 terrogare de conditione & qualitate loci: quia †
qui cum aliquo contrahit &c. l. qui cum alio. ff.
37 de re iud. in lata † enim fuit culpa non indaga-
re quæ perquirenda erant Bald. in l. iij. col. ij. C.
de naut. fen. Idem Bal. in quodam consi. incip. sta
tuto communia Papię. quod uolunt D. Antonius
✻ & Imola in dicto. c. ij. & communiter tenetur. ✻
38 Tertiò fallit: † quãdo ipse forensis traxisset mo
rã in loco tãto tẽpore, quòd uerisimiliter potuis
set informari de ipso statuto, cum tunc similiter
censeatur esse in supina ignorantia, secundum di
ctos D. Antonium & Imolam ubi supra.
39 Quarto fallit: † quando talis forensis esset de
loco uicino, & ibi conuersatur, cum & tunc præ
sumatur scire eorum mores. c. postquam. de elec.
c. quanto. de pręsumpt. quod & uolunt ijdem D.
Antonius & Imo. in d.c.ij. ubi plenè: quando fo-
renses ligentur statutis, de quo in c. fi. de fo. cõp.
& in c.ij. de constit. lib. vj.
40 Secundo modo probari potest † ignorantia,
probando impedimentum, puta, si probetur q
tempore

tempore publicationis erat furiosus uel demēs,
41 et hoc † nisi post tale impedimētum superuenisset habilitas tanto tempore durans quòd uerisimiliter potuisset informari. viij. dist. quæ cōtra mores. secundum D. Anto. ubi supra. qui etiam dicit quòd probato impedimento uel absentia cautum est exigere iuramentum, tractans ex hoc.
42 An † ignorantia constitutionis probari possit per iuramentum. Super quo Ioannes de Deo super dicto Canone proposuisti, uidetur tenere q. sic. cum qua opinione uidetur transire Glo. in c. innotuit. de elect. & in regula, præsumitur. lib. vj.
43 † Sed Innocen. in dicto c. ij. de consti. uidetur tenere contrarium, dicens quòd ignorantia dilucide est probanda, & per consequens non sufficit iuramentum. quod & uidetur ibi tenere etiā Pau. & Io. de Lignano, & D. Ant. & Barthol. Brixiēs. in d. Canone proposuisti: quia tunc demum uidetur standum iuramento super ignorantia; quādo non subest grauis præsumptio scientiæ, ut patet ex notatis in c. quia uerisimile. de præsumpt. & ff. quod met. caus. l. non est uerisimile, secundū Imol. ubi supra. Ad hoc Glos. in c. nulli. de electio. lib. vj.
44 Imò & plus: † quia ex quo requiritur dilucida probatio, non sufficit unus testis cum iuramento; ut uoluit in eo. c. ij. D. Florianus & Franciscus Zabarella. pro quibus facit de testi. c. tam litteris per Glo.
45 Sed † in contrarium facit text. in c. j. de postul. prel. ubi patet quòd non facile debet admitti allegās ignorantiam, nec facile admitti dici potest, qui cū uno teste & iuramento admittitur. Vnde dictum Innocentij non uidetur tutū, secundum D. Ant. & D. Nicolaum in eo. c. ij. secundum quem Imol.
46 † & concurrente aliquali probabili causa ignorantiæ posset deueniri ad iuramentum. Est enim hoc arbitrarium secundū qualitatem præiudicij, qualitatem personæ allegantis ignorantiam, & facti qualitatem, ex quo ignorantia prætenditur. Ad hoc bonus tex. iuncta Gl. in d. c. innotuit. & c. fin. de iureiur. pro quo facit quod notatur in d. c. nulli. & in d. regula præsumitur. & argum. ff. de confes. l. non fatetur. & ff. de adul. l. si adulterium cum incestu. §. j. quę omnia nota. sunt enim quotidiana & utilia.

CONCLVSIONIS et Regulæ sextæ.

ARGVMENTVM.

Constitutio noua ad præterita quando extendatur.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio noua ad præterita quādo trahatur, remissiuè.*

2 *Constitutio, si in ea expressè dicitur, quòd trahatur ad præterita seruanda est, nisi præterita fuissent decisa. nu. 3. Nisi & tunc etiam in noua constitutione expressum sit quòd ad præterita decisa trahatur. nu. 4. secus in rescriptis. nu. 5. imò etiam in rescriptis ex iusta causa concessis. nu. 6.*

7 *Constitutio noua, etiam si in ea dicatur quòd ad præterita trahatur, non tamen trahetur ad decisa per sententiam, licet ab ea esset appellatum, secundū communem opinionem. & et hoc uerum nisi aliud expressè in ea caueatur. nu. 8*

9 *Constitutio noua, etiam si in ea disponatur trahi ad præterita, non tamen extenderetur ad deducta in causa principali in qua penderent, & hoc si in causa sit conclusum; & relatio facta superiori. nu. 10. imò etiam si solum foret conclusum. nume. 11. secus aliàs. nu. 14. & hoc uerum si constitutio emanauit proprio motu. nam si aliter non extenderetur ad pendētia. nu. 15. nisi ex certa scientia emanarent. quod communiter tenetur. & nu. 17.*

12 *Intellectus ad authen. at cum de appel. cognos.*

13 *conclusio in causa, negotium dicitur finitum.*

16 *Constitutio quæ trahitur ad præterita præsumitur calumniosa & iniusta.*

18 *Constitutio noua, si in ea exprimitur quòd trahatur ad futura, & tunc ad præterita non trahenda.*

19 *Constitutio simpliciter loquens quomodo consideranda.*

20 *Constitutio antiqui iuris declaratoria respicit futura, & in dubio trahitur ad præterita, nisi aliud appareret & de mente conditoris. nu. 21. Vel per prius communis intellectus foret q. non traheretur ad præterita. nu. 22. Etiam si constitutio declaret irrationabilitatem prioris intellectus. nu. 23. dummodo prior intellectus non nutriret peccatū. nu. 24. sed contra. nu. 26*

25 *Consuetudo irrationabilis non ualidat actum nec liberat à culpa.*

27 *Intellectus ad c. unicum. de postula. prælat. lib. vi. Intellectus ad c. unicum de cleri. non resid. lib. vi.*

28 *Constitutio noua declaratiua et si trahatur ad præterita, non tamen ad decisa per sententiam secundū intellectum qui tunc seruabatur, nisi foret appellatum, & pendente appellatione superueniret ipsa constitutio declaratiua. nu. 29. Et hoc in constitutione noui iuris promulgatoria, secus in declaratiua antiqui iuris. nu. 30*

31 *Matrimonium contractum secundum cōem priorē intellectum alicuius constitutionis non separabitur, si diu est quòd fuit contractū, si superueniat constitutio contrarium dans intellectum. sed contra. nu. 32.*

33 *Intellectus ad c. finale. de spons. da.*

34 *Sacramenta collata secundum priorem intellectum constitutionis ob animæ periculum; si superueniat noua constitutio declaratiua contra præcedentem sunt reiteranda.*

35 *Constitutio noua inducens causam annullationis non trahitur ad præterita, nisi aliud appareret ex ipsius uerbis. nu. 36. Aut sub erat annullationis causa ante ipsam nouam constitutionem. num. 37. Et hoc uerum si ipso iure. nu. 38. Alias secus. nu. 39. sed contra. nu. 40.*

41 Con-

41 *Constitutio noua procedens confirmãdo trahitur ad præterita. Idem si concordat cum iure antiquo. nu.42, Nisi habeat annexam inductionem noui iuris, secundum communem opinionem ✠ nu.43.*

44 *Constitutio disponens de nouo futura & non præterita respicit, nisi adderet uel minueret pœnam ex causa, cum tunc tẽpus sententiæ inspiceretur. n.45.*

46 *Stante statuto quòd uendens sal priuato, capite puniatur, & quis contrauenerit, et non sit punitus, si aliud fiat statutum quòd puniatur sic uendens in libris centum, puniendus erit qui iam contrauenit pœna secundi statuti.*

47 *Constitutio noua inducens indulgentiam uel remissionem pœnæ trahitur ad bannitos de præterito, secundum communem opinionem. ✠*

48 *Constitutio noua inducens exceptionem, quæ tunc non meruit, sed causatura facto post, extenditur ad præterita si illud factum succedat post constitutionem, & hoc nisi in constitutione aliud exprimeretur. nu.49.*

50 *Constitutio noua prouidens tollendo exceptionẽ, tollit eam etiam competentem super facto de præterito, & hoc si exceptio incipiat competere post ipsam constitutionem. secus si anteà. nu.51.*

52 *Stante statuto quòd instrumenta confessionata mandentur executioni, nec aliqua exceptio nisi solutionis opponi possit, instrumentum factum ante tale statutum habebit tale priuilegium, secundum cõmunem opinionem. ✠*

53 *Statutũ disponens super actu successiuo habente plures partes, emanans post actum inchoatum sed non perfectum, concernet actum de præterito quoad partes futuras; secundum communem opinionem. ✠ licet eam aliqui impugnent. nu.54. et 56. quod uerum est nisi partes de futuro sint ita connexæ quòd non possint à præteritis separari. nu.57.*

55 *Intellectus ad c. quanquam. de constitutionibus.*

58 *Statutũ nouũ respiciens finem, respicit præteritum à quo finis dependet, secundum communem opinionem. ✠*

59 *Statutum puniens extrahentẽ bladum, ligat qui ante illud incæpit extrahere, sed posteà perfecit, nisi prius incæpisset, sed casu impeditus destitisset, et posteà extraxisset. nu.60. Vel nisi cum contractu mito cum superiore incæpisset extrahere. nu.61. & idem si cum priuato, nu.62. sed contra. nu.63.*

64 *Constitutio noua respiciens executionem, & super ea disponens, si fiat posteà in ea locum habebit, licet fiat ex actu de præterito. sed contra. num.65. cum constitutio non comprehendat actum de præterito: cuius executio est de futuro. nu.66. præcipuè si agitur de præiudicando iuri alterius. nu.67*

Intellectus ad Clementinam, ut hij qui. de ætat. & qualita.

Intellectus ad Clementinam primam, de testam.

68 *Statutum excludens fœminam à successione extantibus masculis, non habet locum, si ille de cuius successione tractatur esset mortuus, ante statutum, licet fœmina adhuc non exceptauerit.*

69 *Guardianus fratrum deputatus executor testamenti ante Clement. exiui, quæ prohibet hoc posse fieri, poterit post ipsam executionem facere quamuis testator esset mortuus.*

70 *Minor in ordine si consecutus fuerit præbendam, in qua secundum constitutionem nouam præferendus erat maior, non erit ei auferenda, secus si eam non fuisset assecutus, et hoc si receptus sit capituli authoritate, nam si Papæ etiam si non fuerit assecutus in executione præferendus esset. Sed contra tamen communis est opinio ✠ quòd constitutio noua disponens circa executionem actus habet locum in executione quæ fit post ipsam constitutionem, etiam si fiat ex actu de præterito. nu.72. Nisi executio eēt accessoria nec posset separari ab actu de præterito; nu.74. Vel constitutio disponeret circa executionem sub certa ratione, quæ non habeat locum in executione de qua tractatur. n.75.*

73 *Intellectus ad c. cum tu. de usur. & nu.83.*

76 *Constitutio noua loquens per uerba præteriti temporis, ad præterita trahitur & etiam ad futura. nume.77. nisi inducat indulgentiam uel remissionem pœnæ. nu.78.*

79 *Constitutio noua loquens per uerba quæ possunt se habere ad præsens & futurum, & tunc intelligitur, ut potius futura comprehendat.*

80 *Constitutionis nouæ natura est respicere futura.*

81 *Constitutio partim declaratoria antiqui iuris, et partim noui iuris editoria, quomodo intelligenda.*

82 *Constitutio noua inducens nouam pœnam super facto damnato à iure, quo ad illam pœnam non includit factum de præterito.*



1 RDVA est quæstio. † Noua constitutio quando trahatur ad preterita, & quando non. super qua Doctores uario modo locuti sunt. Nam aliter loquitur Compostellanus, in c. ij. de consti. & aliter Glos. in c. licet Canon. de elect. lib. vj. et aliter Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. et iure. quem sequitur Ioannes de Lignano in c. quoniam. de constitu. licet de eo mentionem nõ faciat, & aliter D. Anton. D. Florianus, Imola, & D. Nicolaus in eodem. c. quoniam. Ideò pro eius declaratione sequendo Bar. in principalibus mẽbris, & dicta aliorum coniungendo, & aliqua addendo, dicendum est, quòd pro declaratione huius materiæ tria membra sunt consideranda.
2 Nam quandoque et primò † in constitutione noua dicitur, quòd trahatur ad preterita, & tunc trahitur ad preterita, ut est expressum in d. c. quoniã. & C. de legib. l. leges & cõstitutiones. Quod & licet regulariter sit uerum tamen fallit.
3 Et primò, † quando talia præterita fuissent decisa aliquo remedio decisiuo, puta sententia quæ transiuit in rem iudicatam, transactione, iuramento, uel solutione, cũ tunc ad ea non extẽdatur. ut est casus in l. causas. C. de transac. secundũ
4 Imol. Hoc tamen † sublimitandum est: quando expressè hoc in ipsa cõstitutione caueret, hoc uidelicet

delicet quòd trahatur ad negocia decisa, cum tũc
ad ea trahatur: ut uoluit Glos. in d.l.causas. Ad
hoc Glo.in Clem.j.de immunitate ecclesiarum.
5 Quod † restringendum etiam est, ut procedat in
ipsis constitutionibus: secus in rescriptis, cum ta
lia concedi non possint cum magno præiudicio
partium: ut uoluit Barto. in l.fina. C.si contra ius
uel util.publ.per l. quoties. C. de precib. Imper.
6 offer. Sed imò † & idem est in rescriptis, dum-
modo ex iusta causa concedantur, cum tunc per
ea tolli possint iura alterius, sicut & per consti-
tutionem; ut notatur in c.quæ in ecclesiarum. de
constitut. & hoc uoluit Glos. iuncto textu in d.l.
causas. secundum D. Nicolaum in d.c.quoniam.
7 Secundò fallit: † quando talia præterita fuis-
sent decisa per sententiam à qua esset appellatum,
ita quòd essent deducta in causa appellationis, &
in ea penderent, cum tunc ad ea non trahatur: ut
est text. in auth.ut cum de appel. cognos. circa
principium. Ad hoc Glos. in d.c. licet Canon. &
in l. sancimus. C. de sacrosan. eccles. & in Clem.
dispendiosam. de iudic. & hoc uoluit Bart. in d.l.
✠ omnes populi. & communiter tenetur. ✠ Quod
8 intellige †. nisi aliud expressè in ea caueatur,
ut supra.
9 Tertiò fallit † quando præterita non fuissent
adhuc decisa per sententiam, sed deducta essent
in iudicio in causa principali, in qua penderent,
cum tunc ad ea, non trahatur, prout uolunt Gof-
fred. in c. ij. de constitu. quem sequitur Glos. in
d.c. licet Canon. & hoc uoluit Glos. in d.l. legea.
10 Bar. in d.l. omnes populi. Quod procedit † quan
do fuisset in eis conclusum, & ratio facta supe-
riori, ut d. authen. ut cũ de appel. cognosc. & hoc
uoluit Compostel. & Ioãnes. And. in d.c.ij. Imò
11 † idem si fuisset solum in causa conclusum, se-
cundum D. Flor. in d.c. quoniam. quod etiam uo
luit Bald. in d.l. omnes populi. Sed hoc non pro
12 batur in d. auth. † ut cũ de appel. cognosc. quæ co
pulatiuè loquitur de conclusione & relatione, se
cundum Imo. in eod. c. quoniam. Sed licet non
probetur ibi, tamen hoc probatur ex alio. Quia
13 † post conclusionem in causa negocium dicitur
finitum, ut notatur in c.ij. de restit. in integr. lib.
14 vj. et in l.j.§.fina.ff.ad Tertul. Si uerò † non fue-
rit in causa conclusum, & tunc ipsa constitutio
trahitur ad talia pendentia in ipsa causa princi-
pali: ut in d. authen. ut cum de appella. cogno. &
ita procedere poterit dictum Hostien. qui hoc te
nuit pro ut refert Glo. in d.c. licet Canon. Quod
15 uerum est: † quando ipsa constitutio emanasset
proprio motu, aliàs si emanasset ad impetrationẽ
alterius, & tũc licet trahatur ad pterita, ut supra:
tamẽ nõ trahitur ad pendẽtia in ipsa causa, per no
tata. in auth. ut in medio lit. §. si uerò. et §. si cau-
sam. & hoc uoluit Compostel. in d.c. ij. quem se
quuntur Ioan. And. & Imol. & D. Nicol. in d. c.
quoniam. & ita procedere poterit opinio ipsius
Hostien. de qua per Glo. in d.c. licet Canon: Præ
16 sumitur enim † constitutiones quæ referuntur
ad præterita calũniosas & iniustas esse, & est tex.
17 in l. penul. C. de decurio. lib. x. Et hoc † nisi ema-
nent ex certa sciẽtia. c. si. ut lite pend. ubi de hoc
per Ioannem Andr. et alios Modernos com-
✠ muniter. ✠
18 Quandoque & secundò † in constitutione no
ua exprimitur quòd trahatur ad futura, & tũc ad
ea trahitur, & non ad præterita, cum natura ip-
sius hæc sit, ut patet in d.c. quoniam.
19 Quandoque et tertiò † ipsa constitutio simplici
ter loquitur non faciendo mentionem de præte-
ritis uel futuris. & tunc quinque casus sunt consi-
derandi. Quorum primus est: quando constitu-
tio noua procedit declarando. Secundus: quãdo
procedit annullando. Tertius: quando procedit
confirmando. Quartus: quando procedit de no-
uo inducendo. Quintus: quãdo procedit partim
declarando, & partim de nouo inducendo.
20 Primo casu si procedat † declarando, hoc est,
si sit declaratiua antiqui iuris, & tunc non solum
respicit futura, sed etiã trahitur in dubio ad præ-
terita: ut in authen. de filiis ante dotal. instrum.
nat. circa princip. & hoc uoluit. in d.c. cum tu. de
usur. & in proœmio Clemẽtinarum in uerbo de
cætero. & Bar. in d.l. omnes populi. & Bal. in d.
l. leges. Quod & licet regulariter sit uerum, ta
men fallit.
21 Et primò † quãdo in ea apponeretur aliquod
uerbum per quod appareret de mente condito-
ris, quæ fuerit quòd non comprehendantur præ-
terita, ut est si apponatur uerbum de cætero. Ad
hoc quod notatur de consecret. eccle. uel altar.
c. aqua. & per Glo. in uerbo de cætero. in c. unico
de postula. præl. lib. vi. & in c. unico de cleric. nõ
resident. eod. lib. vi.
22 Secundò fallit: † quãdo constitutio declarato
ria haberet per prius cõmunem intellectum, in
contrarium, ita quòd communis obseruantia ser-
uabat contrarium: quia tunc non trahitur ad præ
terita, ut uoluit Glos. notabilis in d. c. unicu de
postul. præla. & in d.c. unico de cleric. non resid.
Quod procedit secundum D. Antonium in d. c.
23 quoniam. etiam † si constitutio declaratoria de-
claret irrationabilitatem prioris intellectus, per
id quod habetur in Clem. j. de elect. & in Clem. si
24 una. de reb. eccles. & hoc † nisi prior intellectus
nutriret peccatũ, si antiqua cõsuetudo seu prior
seruaretur intellectus. tunc illo irrationabili re-
probato trahetur ad præterita, ut uoluit Glos. no
tabilis in d. Clem. si una. per quam Dominicus in
d.c. unico. de postul. præl. hoc tenuit. Pro qua fa
25 cit: quia † consuetudo irrationabilis non uali-
dat actum, nec liberat à culpa. Ad hoc text. cum
Glo. iiij. distin. denique. secundum D. Nicolaum
in d.c. quoniam. qui hoc uidetur tenere. Imò et
26 † quod plus est, quantuncunque ipsa constitutio
declaratoria habeat in contrarium priorem in-
tellectum communem trahetur ad præterita, ut
colligitur ex d.c. unico de postul. præl. & de cle-
27 ric. non resid. † in quibus apponitur uerbum de

cætero

cætero.propter quod non concernunt præterita.
Secus autem si tale uerbum non fuisset appositũ
ut ibi uidetur innui. Ad hoc.c.cum apostolica.
de hiis quæ fiunt à prælat. & hoc satis uidetur uel
le Ioannes And.in c.abbates.de priuileg.lib. vi.
in Nouella. ubi dicit quòd iusta causa mouendi
anctorem ad statuendũ circa futura & nõ præteri
ta fuit:quia ibi dicitur in Glo.videlicet;quia cõ-
muniter contrarius intellectus sequitatur uerus,
secundum ipsum Imol. in d.c.quoniam.qui ta-
28 men dicit post Ioan. And. ibi.quòd licet † con-
stitutio declaratiua trahatur ad præterita,non ta
men trahitur ad præterita decisa per sententiam,
secundum intellectum qui tunc seruabitur: argu
mento.l.Barbarius.ff.de offi.præt. Ad hoc etiam
quod notatur per Innocen.in c.nihil.de elect.et
29 hoc † nisi fuisset ab ea appellatum, & pendente
causa appellationis superueniret noua constitu-
tio declaratiua,cum tunc esset seruanda:argumen
to c.cum causa.de re iud.secundum ipsum Ioan.
30 And.ex cuius dicto notatur, Quòd† licet consti
tutio noui iuris promulgatoria nõ trahat ad cau
sas pendentes in causa appellationis:ut supra di-
ctum fuit,tamen secus est in constitutione decla
ratiua iuris antiqui:quia illa seruanda est, etiam
in causis pendentibus in causa appellationis: ut
supra patet. Imò plus dixit ipse Io.And.in eod.c.
31 quoniam. Quòd† si matrimonium fuisset cõ-
tractum secundum priorem intellectum commũ
nem non separabitur posteà, si diu est quòd ita
fuit contractũ.xxxij.q. iiij. c. obiiciuntur. quan-
uis cõstitutio noua declaret quod erat ambiguũ,
ad hoc quod notatur xxxv.q.iiij.quod scripsi.fa-
cit etiam ad hoc quod habetur de spons.du.c.fi.
& de frigid.fraternitatis,secundum Ioan.And.&
pertransit in d.c.quoniam.D.Anto. Sed certè in
32 hoc uidetur dicendum contrarium † uidelicet,
ꝙ ex quo superuenit constõ declaratoria declarãs
matrimoniũ esse nullũ,tale matrimoniũ de iure
separari debebit, ex quo reperitur inualidũ esse,
per ea quę notantur.ff.de adul.l.si adulterium.§.
idem Imperatores. secundum Imo.in eo.c.quo-
niam.qui tamen dicit quòd iusta causa esset dispẽ
sandi:quãdo matrimonium iam diu sic fuisset cõ
tractum potissimè ex quo fuit contractum se-
cundum intellectum qui tunc seruabatur, per ea
quæ notantur.in l.qui in prouincia.§.diuus.ff.de
ritu nup.Ad hoc etiam quod habetur in dicto Ca
33 none quod scripsi. Nec dictum † c.fi.facit in con
trarium imò pro,sanè intelligẽdo secundum ip-
sum Imolam,qui post Innoc.in eod.c.quoniam.
34 dicit†quòd sacramenta quantuncunque sint col
lata secundum priorem intellectum, sunt reite-
randa propter periculum animæ, per id quod ha
betur in c.ij.de baptis.& in c.ueniens. de cleric.
non baptiza.
35 Secundo uerò casu:quando† constitutio noua
procedit annullando,& tunc,aut causa annulla-
tionis inducitur per statutũ uel constitutionem
nouam, & non trahitur ad præterita. C. de cu.
furios.l.fi.in fi.& C.de test.l.iubemus. & hoc nisi
36 † aliud appareat ex uerbis ipsius, puta si loquatur
per uerba pręteriti temporis. l.decernimus.C.de
crosan.eccles.
37 Aut† causa annullationis suberat ante consti-
tutionem nouam. & tunc trahitur ad præterita,
ut in auct.de alien.& emphy.§.omnia.& in auct.
de incest.nup.§.hoc quidem.coll.ij. prout uoluit
Bar.in d.l.omnes populi.& D.Anto.& Imol. in
38 d.c. quoniam. Quod procedit:† quando causa
nullitatis de præterito subsistens inducit nullita
39 tem ipso iure,aliàs† si non ipso iure,& tunc cum
actus teneat,licet debeat cassari non trahitur ad
præterita,per id quod notatur.in cap. ij.de con-
stit. Ad hoc tex.cum Glos. in verbo de cætero. in
Clem.j.de usur.secundum D.Nico.in eod.c.quo
40 niam.Cuius † dictum non procedit sine dubita-
tione,cum Glo.illa adhoc non faciat,imò potius
in contrarium,ut ibi patet.& infra patebit.
41 Tertio uerò casu: † quando constitutio noua
procedit confirmando,& tunc trahitur ad præte-
rita,ut tenuit Iaco.de Belui. quem sequitur Bart.
in d.l.omnes populi. Ad hoc quod habetur. in c.
j.de translat.prælat. & in l.bene à Zenone. C. de
quadrien.præscri.& hoc etiam uoluit Host.in d.
42 c.quoniam.dicens, quòd quando† constitutio
concordat cum iure antiquo,trahitur ad præteri
43 ta,& hoc†nisi habeat annexam inductionem no
ui iuris, cum tunc quo ad illud non trahatur ad
præterita. ff.de legib. l. ius ciuile. & hoc uoluit
Bar. in d.l.omnes populi.& Imo.in d. c. quoniã.
* quod & communiter tenetur. *
44 Quarto casu:† qñ cõstitutio procedit inducen
do de nouo,uel de nouo disponendo, & tunc ip-
sa constitutio non trahitur ad pręterita, sed solũ
futura respicit,ut est expressum in d.c.quoniam.
& in d. c.ij. eod.titu. de constitu. & in d.l.leges.
Quod & licet regulariter sit uerum tamen fallit.
45 Et primo: quando † constitutio noua dispo-
neret addendo uel minuendo pœnam ex causa,
cum tunc tempus sententiæ inspiciatur, adeò
quòd talis pœna imponetur pro delictis etiam
anteà commissis.ff. si ex noxal.causa,agat. l. pe-
nul.& hoc sentit Glo.in auctem. ut iud. sine quo-
quo suffra.§.opinionem,& ita procedat quod no
tatur in d.l. leges.ut uoluit.Barto. in d. l. omnes
46 populi.ubi ex hoc dicit. quòd † si factum fuerit
statutum quòd uendens sal alteri priuato sine li-
centia capite puniatur, demum posteà fuerit fa-
ctum aliud statutum,quo puniatur in centum li
bris,quòd tunc si ante tale statutum aliquis uen-
didit sine licentia,& nõ sic punitus, punietur po
stea pœna secundi statuti:& sic in centum libris.
quem sequitur in d.c.quoniam. Ioan.de Imo.
47 Secundò fallit:†quando constitutio noua pro
cedit inducendo indulgentiam uel remissionem
pœnę, puta si dicat quòd quicunque fuerit ban-
nitus rebanniatur soluendo tantum, cum tunc
trahatur ad bannitos de pręterito; ut ff. de legi.
l. cum lex.ubi Barto.& Bald. & hoc uoluerunt
quòd

quòd voluit etiam D. Florianus. & Imol. in eod.
* cap. quoniam, & communiter tenetur. *
48 Tertiò fallit: quando † constitutio disponeret
inducendo exceptionem, quæ non causatur tem
pore contractus, sed ab alio facto post contractū:
quia tunc si illud fiat post constitutionem, trahe-
tur etiam ad præterita. Vnde si constitutio dispo
nat quòd possidens bona fide per decem annos
præscribat, si aliquis possideat per decem annos
post statutum, causabitur ex tali possessione exce
ptio præscriptionis etiam in præteritis. Ad hoc
lex pen. C. de vsucap. & l. testium. C. de testi. vt
voluit Bart. in d. l. omnes populi. Pro quo facit
49 l. fiscus. ff. de iure fis. Quod verum intellige † nisi
aliud exprimatur in ea, & ita intelligi poterit quod
habetur. C. de duob. reis in aucté. hoc si debitor.
secundum Imol. in d. c. quoniam.
50 Quartò fallit: † quando constitutio prouidet
tollendo exceptionem, cum tunc tollat exceptio-
nem competentem, etiam super facto de præteri-
51 to, & hoc † si exceptio incipiat competere post
ipsam constitutionem: secus si antea: arg. dictæ
52 l. fiscus. Vnde † si constitutio disponat quòd in-
strumenta confessionata mandentur executioni,
nec opponi possit aliqua exceptio, nisi solutionis
tunc tale instrumentum factum etiam ante tale
statutum mādabitur executioni, nec poterit op-
poni exceptio quæ competat post dictum statu-
tum, secus si ante; vt voluit Bart. in d. l. omnes po
* puli. quem ibi cōmuniter sequūtur scriptores. *
53 Quintò fallit quando † constitutio disponeret
super actu successiuo habente plures partes, vt
est si disponat super ordinatorijs iudicij, vel ra-
tionibus edendis super administrationibus, quia
tunc emanans post actum inchoatum sed nō per-
fectum concernet actum de præterito, quo ad
partes futuras, licet non quo ad præteritas, vt vo-
luit Glos. in d. c. licet canon. & in Clem. prima, de
testam. & Bar. in d. l. omnes populi. per l. ij. ad fin.
C. de iuramen. calum. & l. cōtractus. C. de fid. in-
* stru. & hæc est communis opinio * esto † quòd at-
54 tentari possit quòd talis constitutio nō trahatur
ad lites ante ipsam constitutionem inchoatas per
55 decretalem dicti c. quoniam. Quæ † indistinctè
loquitur. Maximè si pendeant in causa appella-
tionis, vel sit conclusum in causa, vt supra, secun-
dum Imolam, nec ad alia extraiudicialia cœpta,
nisi loquatur per verba præteriti temporis, ut lo-
56 quitur dicta Clemen. vbi de hoc per Glo. Sed † li-
cet hoc attentari possit disputatiuè tamen Doct.
communiter transeunt cum prædicta opinione,
cum qua etiam transit D. Nicol. in d. c. quoniā.
57 Quæ tamē communis opinio procedit, † nisi par
tes de futuro sint ita connexę quòd non possint à
præteritis separari, cum tunc ad ipsas non traha-
tur: vt voluit Glo. in d. Clem. j.
58 Sextò fallit: † quando constitutio noua respi-
cit finem. puta disponat quòd vir lucretur tertiā
partem dotis vxoris præcedentis in matrimonio,
cum locum habeat talis constitutio etiam si vxor
prius nupta decesserit post dictam constitutionē,
vt uoluit Bart. in d. l. omnes populi. arg. dictæ l.
* fiscus. cum quo transeunt communiter Doct. *
Quod tamen non procedit sine dubitatione, se-
59 cūdum Imol. vbi supra: qui dicit hoc idem esse †
si statutum puniat illum, qui extraxerit bladum
extra ciuitatem in certa pœna, cum talis constitu
tio liget etiam illum; qui ante ipsam incœpit ex-
trahere sed postea perfecit: vt uoluit D. Anton.
in d. c. quoniam. Ad hoc. l. nō solum. §. sed vt pro
bari. ff. de noui oper. nunc. & quod notatur per
Bald. in regula cūm sunt. in textu, quod uerum
60 intellige, † nisi prius incœpisset, sed casu impedi
tus destitisset, & posteà extraxisset, ut uoluit Ho
stien. & post eum Ioan. Andreæ in c. ij. de consti.
per l. Cæsar. ff. de publica. & ibi plenius notatur.
adducit enim ad hoc Host. c. gratum. de offic. de-
61 leg. & c. proposuisti. de foro comp. vel † nisi ex cō
tractu inito cum superiore incœpisset ipsum tra
here: quia tunc cum actus sequens sit secutiuus
ad præcedentem, non habet locum pœna ipsius
statuti, secundum ipsum D. Antonium. Sed imò
62 † & si ex contractu inito cū alio priuato incœ-
pisset idem esset: aliàs posset incurrere damnum
absque sua culpa, contra id quod notatur in d. c.
63 ij. secundum Imol. vbi supra. Sed † imò & fortè
tunc non excusaretur ab extrahendo propter su-
perioris prohibitionem: arg. c. venientes. de iure
iurando, circa quod uide notata. ff. de neg. gest.
l. cùm actum. & ff. de minori. l. iij. §. Scio.
64 Septimò fallit † quando ipsa constitutio noua
respicit executionem, & super ea disponit: cū tūc
si executio fiat post, ipsam respiciet, & in ea locū
habebit, licet fiat ex actu de præterito, & hoc vo-
luit Glo. notab. in uerbo. in posterum. in Clemē.
ut ij qui. de ætate, & qualita. Ad hoc alia Glos. in
Clemen. j. de testam. secundum D. Antonium in
d. c. quoniam. Sed hoc non videtur bene probari
65 † in dictis Clemen. cum in eis sint apposita uer-
ba respicientia actum de præterito, ut patet in d.
Clemē. vt ij. in verbo emancipati. & in d. Clem. j.
in uerbo deputati. Imò potius uidetur probari
contrarium in dictis iuribus à contrario sensu,
66 uidelicet, † quòd ubi non apponuntur uerba sa-
pientia de præterito in constitutione, cōstitutio
non comprehendat factum de præterito, cuius
executio est de futuro. Ad hoc. text. in d. c. quo-
niam. iuncto c. statuimus. de maioritate & obed.
67 & d. l. leges, præcipuè † quando agitur de præiu-
dicando iuri alterius. Ad hoc quod notatur per
Bart. in d. l. omnes populi. ubi dicit quod statu-
68 tum † excludens fœminam à successione, stanti-
bus masculis, non habet locum si ille, de cuius
successione tractatur, esset mortuus ante statutū,
licet fœmina ad huc non acceptauerit. Facit etiā
ad hoc quod notatur per Federicū cōsi. cclxxxij.
69 vbi dicit quòd † Guardianus fratrum Minorum
deputatus executor testamenti ante Clemē. exiui.
de verb. significa. quæ prohibet eidem hoc, pote-
rit post dictam Clemen. executionem facere,
quan-

quantuncunque ipse testator esset mortuus, ut ibi
plenius per eum. Facit ad hoc etiam quod nota-
tur in dicto cap. statuimus. per Hostiensem vbi
70 dixit quòd si† tempore nouæ constitutionis mi-
nor in ordine consecutus fuerit præbendam, in
qua secundum formam constitutionis prædictæ
preferendus erat maior, non erit eidem aufferen-
da vel diminuenda præbenda: secus si eã nõ fuis-
set assecutus: quia tunc non debebit eidem assi-
gnari excluso maiore: vt voluit ibi Hostien. cuius
71 dictum† procederet in recepto auctoritate capi
tuli: aliàs si sit receptus auctoritate Papæ, & tunc
cum assecutus sit ius ad prebendam vacaturam,
prout notatur in c. si soli. de concessione præben
dæ lib. vj. si sit prius receptus, erit præferendus,
licet sit minor in ordine posterius recepto in ma
iori ordine constituto. Et ita procedere poterit
dictum Ioannis Andreæ in dicto c. quoniam, qui
uidetur cõtrarium uelle, secundum Imolam ibi.
qui ita transit, sed imò & dictum Ioannis An-
dreæ videtur procedere etiam, si sit receptus au-
ctoritate capituli, si tenetur opinio quam tenet
Imola ubi supra, uidelicet quòd constitutio no-
ua non includat actum de præterito cuius exe-
cutio est de futuro, vt supra. Sed licet prædicta
opinio Imolæ possit fortè de iure defendi, tamen
72 alia opinio † quæ habet quòd constitutio noua
disponens circa executionem actua habeat lo-
cum in executione quæ fit post ipsam constitu-
tionem, etiam si fiat ex actu de præterito, cum
✻ communiter teneatur vt supra ✻ in practica erit
obseruanda. pro quo facit Glos. magna in Cle-
men. fina. de ætate & qualitate etiam Glos. in ver
bo utetur. in Clementina ij. de uita & honesta.
clericorum. quæ uidentur idem velle, & isto mo-
73 do intelligi posset de usur. cap. cum tu. † cum
ibi apponendo pœnam concernat executionem
actus, vnde extenditur ad usuras preteritas, secun
dum Do. Nicolaum in eodem cap. quoniam. se-
cundum quem iste intellectus est satis bonus, pro
pter quod prædictam opinionem communem vi
detur tenere. quam & idem sequitur in dicto
cap. licet canone. Quę procedit nisi in duobus
74 casibus. Et primo. † quando executio esset ac-
cessoria, nec bene posset ab illo actu de preteri-
to separari, ut est si assignatus sit alicui primus lo
cus in choro uel capitulo: quia tunc talis post cõ
stitutionem factam de maiori preferendo, licet
sit minor in ordine, nihilominus tenebit pri-
mum locum post ipsam constitutionem, & ita
sedere poterit, cum ipsa cessio sit omnino acces-
soria, & ueniat ad executionem assignationis lo
ci, & ita poterit exemplificari uersiculus ista, di-
cti cap. quoniam. iuncto dicto cap. statuimus.
75 Secundo quando† constitutio noua disponit cir
ca executionem sub certa ratione: quia si ratio
locum non habet in executione de qua tractatur,
non habebit locum in ea talis constitutio, vt est
text. iunct. Glos. in uerbo materiam. in Clemen.
prima de testamentis, secundum D. Antonium in
d. c. quoniam. quem ibi sequitur Imola.
76 Octauò fallit: † quando constitutio noua lo-
quitur per uerba preteriti temporis, cum tunc
trahatur ad preterita. Ad hoc quod notatur. C.
de sacrosan. eccles. l. decernimus. & C. de qua-
77 drien. pręscrip. l. bene à Zenone. Imo etiam † &
tunc trahitur ad futura, cum ipsa constitutio sem
78 per loquatur. C. de hęreticis. l. Arriani, & hoc †
nisi inducat indulgẽtiam uel remissionem pęnę,
cum tunc non trahatur ad futura, ut est casus in
l. lex. ff. de legi. de quo per Bart. in dicta l. om-
79 nes populi. Si uerò, † constitutio loquatur per
uerba quę possunt se habere ad preteritum & fu-
turum, & tunc in dubio potius intelliguntur in fu
80 turo, cum† natura constitutionis sit inspicere fu
tura: vt est casus in dicto cap. quoniam. Ad hoc
quod notatur per Glos. notabilem in dicto. c. ij.
de constitu. lib. vj. & in cap. vnico de clericis nõ
residentibus. eod. lib. vj.
Quintò & ultimò casu principali; quando con
stitutio est in parte declaratoria antiqui iuris &
in parte editoria noui iuris, & tunc dicendum est
81 ut supra, uidelicet† quatenus est declaratoria, ut
dictum est de declaratoria, & quatenus est edi-
toria prout est dictum de editoria noui iuris, ex
82 quibus infertur, † quòd si super facto damnato
à iure inducatur per constitutionem noua pœ-
na; quo ad illam pœnam non comprehendetur
factum de preterito. Ad hoc text. cum Glos. in
uerbo de cętero. in Clementina prima de usu-
ris secundum D. Antonium in dicto cap. quo-
niam: quod uerum est: quando imponitur pœ-
na ipso iure: ut dicta Clementina, aliàs si ueniret
imponanda per iudicem, & tunc poterit imponi
propter factum preteritum ante constitutionem,
si nondum est punitum per id quod notatur per
Ioannem de Lignano in c. ij. de constitutio. & ita
83 poterit intelligi dictum. † cap. cum tu. secundũ
Imolam in eodem cap. quoniam. Circa quę uide
notata per Bart. in d. l. omnes populi. & per Bal.
in d. l. leges & constitutiones.

CONCLVSIONIS SEPTIMAE

ARGVMENTVM.

Decretorum compilatio Gratiani an auten
tica? & leges in Decretis insertę, an pro canoni-
bus seruandę liberq; feudorũ contineat ius cõe.

SVMMARIVM.


1 ☞ *Decretorum compilatio facta per Gratianum pro autentica habenda, secundum communẽ opinionem ✻ secus quo ad Gratiani dicta, nisi inquãtum sint rationabilia & iuri non contraria. & nume. 4.*

2 *Canonizatio legum facta per Gratianum de legibus in canonibus insertis non facit eas ualere in foro canonico, nec habere maiorẽ uim, quàm si sint in uolu*

mine iuris ciuilis secundum communem opinionem et num. 5. secus si lex incorporata esset in canone per Papam. nume. 6.

3 *Feudorum liber non continet ius commune, & nu. 9. sed contra, nu. 10. et 11. nisi in his quæ tenderent in periculum animarum, nu. 12.*

7 *Rescripta si in eis non est expressa clausula, si preces ueritate nitantur. de iure ciuili non ualent, secus de iure canonico secundum communem opinionem ✻ & nume. 8.*

1 IDEAMUS † an compilatio Decretorũ facta per Gratianũ
2 sit auctentica. Item an † leges in Decretis insertæ pro canonibus sint seruandæ vti canonizatæ.
3 Tertiò † an liber vsus feu-
4 dorum contineat ius commune. Circa † primum dicendum est, quòd dicta compilatio dici possit auctentica, ex quo liber ille fuit approbatus per Papam, Ioannes And. Florianus, Imola in c. ij. de rescrip. Imola in c. fi. de feudis negant de hoc cõstare, sed dato quòd cõstaret dicendum est quòd ✻ & cõmuniter tenetur, ✻ quòd cõpilatio illa fuit approbata, nõ quo ad Gratiani dicta, nisi in quãtum sint magistralia, & rationabilia, & iuri non cõtraria, cum & illa seruanda sint, cum quibus vi detur pertransire. D. Nicolaus in eodẽ c. ij. dicens quòd ex quo liber ille cõmuniter à multis annis citra fuit lectus in scholis, & ipsius dicta cõmuniter recepta, videtur hodie eius dicta tacitè approbata, meritò seruãda & recipienda per omnes. Sicut in simili not. per Bar. de dictis Hipocratis, & aliorum magistrorum in l. j. ff. si cer. peta.

5 Circa secundum † quòd canonizatio facta per Gratianum de legibus in canonibus insertis non faciat eas valere in foro canonico, nec vt habeant maiorem vim quàm si sint in volumine iuris ciuilis. Tenent in d. c. ij. Ioann. And. D. Floria. cum quibus videntur pertransire, Imola & D. Nicolaus ibi, & Imola in d. c. fi. de feu. quod & cõmu-✻ niter tenetur ✻ inquantum in canone reperiatur contrarium. Gratianus enim ponendo in volumine Decretorum legem cõtrariã canoni, canonem tollere vel corrigere non potuit, secundũ Ioann. And. & D. Floria. Ad hoc Glos. in c. j. de reb. eccle. non alie. lib. vj. Nec obstat, vt supra dictũ est, cõpilationem illam fore approbatã à Papa vel cõmuniter receptã: quia hoc negatur quo ad dicta Gratiani, quæ quotidie reprobantur secundum prædictos. Ad hoc quod notatur per Glos. ij. q. j. hinc tollitur. & xij. q. j. in summa. & in Glos. Ad idem quod habetur xxxij. q. vij. §. quauis. Facit etiam ad hoc quod in simili notatur de libro sententiarum per Ioannem in c. debitum. de bigam. & hoc licet regulariter sit verum. tamen fallit,
6 † nisi ipsa lex esset incorporata in canone auctoritate Papæ, cum tunc faciat fidem tamquam canon, vt est textus notabilis. ij. q. j. in primis. iuncta Glo. & xvij. q. iiij. c. si quis suadente. & hoc voluit Ioann. And. in d. c. ij. & bene. Ex quibus per ✻ Glo. in d. c. ij. cõter approbatam ✻ deciditur quæ
7 stio illa, secundum D. Floria. ibi. An † rescripta vitientur, si in eis nõ sit expressa clausula. si preces veritate nitantur. Nam secundum Canonistas cõmuniter hoc expeditum est non vitiari, cum sub-
8 intelligatur, vt est expressum in d. c. ij. Quod † secus est secundum leges, vt est text. in l. vniuersa. C. de diuer. rescrip. Nec huic decisioni obstare videtur. quod d. l. vniuersa. videatur canonizata. xxv. q. ij. c. dicẽti. quia illa canonizatio fuit Gratiani, & non Papæ. Vnde in foro canonico seruabitur Decretalis dicti c. ij. in foro autem ciuili, seruabitur d. l. vniuersa. & hoc ex quo dictæ l. vniuersa, sic per Gratianum canonizatæ reperitur contrarium dicti cap. ij. secundum Ioannem Andreæ, & Dominum Florianum.

9 Circa tertium, † An liber feudorum contineat ius commune, Ioann. And. in c. fi. de feud. arguit pro & contra, & finaliter videtur residere cũ Hostien. in summa de immuni. eccle. §. in quantum m. versi. si verò pater. vbi videtur tenuisse quòd iura vsus feudorum aliquem non astringunt, nisi quatenus sint leges Imperiales, de quibus intelligetur illud: quod notatur de Summa Trini. & firmiter. sub verbo dispositione, videlicet de ipsis legibus Imperialibus. & quòd ad hanc opinionem q non ligent multum accedebat, vt dicit ipse Ioan. And. vbi supra Dominus suus in legibus. pro quo facit quod notatur per ipsum Ioann. And. qui filij sint legi. in c. lator. super prima Glos. Et quod in simili cõclusum est supra de opere ac cõpilatione Gratiani. Tu verò dicas quidquid ipsi
10 dicant, † quòd leges illæ, seu liber vsus feudorum communiter seruantur pro iure, secundum D. Antonium & Imolam. D. Nicolaum in d. c. fi. de feud. pro quo facit: quia tales leges communiter allegantur, & leguntur in scholis. Ad hoc quod notatur per Bart. ff. si cert. peta. l. j. & per Bald. in procemio feudorum, circa principium, vbi dicit
11 † tale opus feudorum fuisse approbatum, & ordinatum iussu Imperatoris. vnde tales consuetudines & leges seruandæ sunt in decisionibus causarum feudalium, non solum in foro contradictorio & iudiciali; sed etiam in foro conscientiæ, &
12 hoc † nisi tendant in periculum animarum, vt plenius ibi per eum.

CONCLVSIONIS VIII.

ARGVMENTVM.

Legitima portio de iure naturæ an in totum per statutum seu consuetudinem tolli possit vel saltem diminui.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Legitima an statuto uel consuetudine in totum uel in parte tolli possit remissiue.*

2 *Legitima*

2 *Legitima secundum communem opinionem ✠ potest statuto seu consuetudine ne dum destingui in quibus rebus debeatur, uerum diminui & augeri.*
3 *Legitima non potest statuto uel consuetudine in totũ tolli, sed contra. eodem nu. prima uerior de æquitate canonica, præcipuè si filius sit pauper nu. 5. uel non haberet unde aliter uiueret. nu. 6. sed uerior sententia est ut in totum tolli possit. nu. 7.*
4 *Spurius de æquitate canonica non potest excludi à iure petendi alimenta.*
8 *Filius et si à legitima in totũ p statutũ seu cõsuetudinem excludi possit, nõ tamen à iure petẽdi alimẽta*
9 *Legitima etiã testamento in totum tolli potest.*

1 STATVTO † uel consuetudine, an legitima posit in totum tolli uel diminui, fuerunt inter Doctores opiniones, de quo p Abbatem, Ioan. And. & D. Florianum, & alios in cap. Raynutius. de testamen. per scribentes in c. si pater. eod. titu. lib. vj. Dynum & Ioan. And. in regula, indultum. lib. vi. per Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditio. & demon. Cyn. in l. sanci-
2 mus. C. de nuptiis. Circa † quod concludi potest,
✠ quòd cõmunis opinio ✠ est quòd legitima posit statuto uel consuetudine ne dum distingui & determinari in quibus rebus debeatur, vt per D. Florianum & Imol. in d. cap. Raynutius. per illũ text. sed etiam quòd posit diminui uel augeri, prout disputando tenuit Riccardus Malumbræ, quem sequitur Cynus. in d. l. sancimus. quod & tenuit etiam Dynus, & post eum Ioannes And. in dicto cap. indultum. & Bartol. in dicto. §. Titio genero. & Domini de Rota in decisione xviij. quæ incipit. Item fuit dubitatum. Sed ma-
3 ius dubium uidetur. An † in totum posit tolli, super quo ipse Ricardus disputando tenuit, quòd non posit in totum tolli, quod & reprobat Cynus in dicta l. sancimus. tenendo quòd posit in totum tolli, quod etiam uidetur sentire Bart. in dicto. §. Titio genero. Sed Collector decisionum in dicta decisione uidetur tenere contrarium, uidelicet quòd non posit in totum tolli, cum talis consuetudo uel statutum uideatur contra naturalem æquitatem: ut ibi plenius per eum, unde non tenebit talis consuetudo seu statutum, saltẽ
4 de æquitate canonica. Cum † etiam spurius de æquitate canonica non posit excludi à iure petendi alimenta. de eo qui dux. in matrim. quam
5 poll. per adulter. in cap. cum haberet. Quod † maximè procedit, si sit pauper, secundum eum ibi, quem & refert in dicto cap. Raynutius. D.
6 Antonius qui idem uidetur tenere, Quorum † dictum procederet: quando filius non haberet unde aliter uiuat, cum tunc tolli non posit attenta naturali æquitate, quam sequitur ius canonicum in spurio: ut dicto cap. cum haberet. quæ & fortius, & in legitimo locum habet, aliàs si haberet unde uiueret, & tunc procedat opinio contraria, secundum D. Nicolaum in eo-
7 dem cap. Raynutius. sed † certè quidquid prædicti dicant, dicendum est, statuto seu consuetudine legitimam in totum tolli posse, quantumcunque filius non habeat unde uiuat, cum sit quota à iure ciuili inducta. ff. de inoffic. testamen. l. Papinianus. §. quarta. & C. eodem titu. auctẽn. nouissima. Vnde potest tolli ipso statuto uel consuetudine, dummodo sit rationabilis. iiij. distinct. erit autem. & cap. fina. de consuetu. prout uoluit Imola in dicto §. Filio genero. Nam & ualet statutum disponens de filia dotata, ut non succedat, ut plenius ibi per eum. Nec obstat contrarium: quia licet ille cui debetur legitima, per statutum uel consuetudinem ab ea excludatur, non tamen excluditur à
8 iure petendi alimenta † à quo excludi non potest, cum hoc sit de iure naturali: vt dicto cap. cum haberet. & ff. de liber. agnoscen. l. si quis à liberis. §. si uel parens. & C. de bonis quę lib. l. fina. §. penulti. & hoc uoluit Bald. in l. cum lege. C. de episco. & cler. pro quo bene facit quod habetur in d. l. Papinianus. §. sed nec impuberis.
9 & in c. si pater. de testamen. lib. vi. ubi patet † eã tolli posse testamẽto quod est ciuili iure inductũ institutа. de testam. §. i. & ut ibi plenius notatur.

CONCLVSIONIS et Regulæ Nonæ.

ARGVMENTVM.

Capitulum sine episcopi consensu quãdo, & quomodo statutum facere posit, & factum reuocare, & quid in uniuersitate.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Capitulum statuere potest, etiam sine consensu episcopi, secundum communem opinionem. ✠ Et hoc uerum si uelit constitutionem facere in spectãtibus ad ipsum capitulum. nu. 2.*
3 *Capitulum non potest statuere super hijs quæ tangũt statum generalem ecclesiæ, uel iura episcopi sine episcopi consensu, secundum communem opinionem ✠ Idem si aliàs ardua essent illa super quibus statuere uellet, nu. 4. Nisi capitulum haberet ex priuilegio, uel alio iure speciali. nu. 5.*
6 *Capitulum ut statuere possit requiritur, quòd absentes uocentur, & sint præsentes & consentiẽtes, & hoc si in eorum præiudicium: aliàs secus, secundum communem opinionem, ✠ nu. 7. Nisi ex rationabili causa statueret, etiam in præiudicium absentiũ. nu. 8. Et tunc si fuerint uocati nu. 9. & duæ partes concurrant. nu. 10.*
11 *Capitulum statutum ad commodum uniuersitatis sine præiudicio absentium facere potest, si duæ partes de uocandis sint præsentes.*
12 *Capituli seu uniuersitatis duæ partes præsentes esse debent in negotiis explicandis. nedum in uniuersitate seculari. nu. 13. uerum ecclesiastica. secundum*

communem opinionem ✠. nu. 14: sed imò sufficit quòd maior pars sit præsens. nu. 15. sed primum uerius de iure ciuili, cui standum, est cùm aliud de iure canonico non sit decisum. nu. 15. & 16.

16 *Iuri ciuili standum etiam in foro canonico: quando per ius canonicum casus de iure ciuili decisus non est determinatus, secundum cõmunem opinionem.* ✠

17 *Maior pars quod facit, omnes fecisse uidentur. et procedit non solum in uniuersitate ecclesiastica uerum seculari. nu. 18.*

19 *Maior pars, etiam si unus contradicat, facere non potest, ut qui non est de uniuersitate in ea habeat uocem. & nu. 20.*

21 *Vniuersitas seu capitulum habens expedire actum iurisdictionis in certo termino iuris, sufficit nedum quòd præsens maior pars uocandorum, uerum minor imò unus solus sufficeret. nu. 22.*

23 *Maior pars capituli seu uniuersitatis statuere non potest contra aliàs statutum à maiori parte, uel id quod diu fuisset obtentum.*

24 *Maior pars capituli seu uniuersitatis, uel duæ, uel omnes (lege prohibente) aliquid facere non possunt.*

25 *Vniuersitas seu capitulum ut statuere possit, requiritur quòd sit legitimè coadunatum, & sufficit uocatio generalis. nu. 26. non solum de iure ciuili uerum etiam canonico, secundum communem opinionem.* ✠*. Eodem nume. præterquàm in electionibus & collationibus nu. 27. seu in receptionibus; nu. 28. Vel quando canonici cessare uolunt à diuinis, hiis enim casibus absentes uocandi essent. nu. 29. Idem si statutum tenderet in ipsorum absentium præiudicium. nu. 30. Et hoc uerum si fieri poterit: quia absentes essent in prouincia. nu. 31.*

32 *Statutum iuratum, quando per statuentes reuocari possit, remissiuè, & concluditur negatiuè quinimò si per superiorem reuocetur, adhuc statuentes si cõtraueniant incidunt in periurium, & est ratio, nam licet tollatur statutum quo ad uinculum præstitum, tamen remanet obligatio naturalis. nu. 33. Sed uerius, & tunc non tolli iuramentum nec ipsum statutũ, si de iuramento nõ fuerit facta mentio. nu. 34*

35 *Statutum iuratum in quo adsit clausula uidelicet, non intendentes quòd præstitum iuramentum impediat ipsos statuentes quo minus possint illud tollere, et nuda uolũtate & sine causa, põt sine metu periurij mutari & tolli, secũdũ cõem opinionem.* ✠

36 *Statutum iuratum per statuentes tolli uel mutari potest, si iusta subest causa: secus aliàs. nu. 37. Sed cõtrarium uerius, secundum communem opinionem.* ✠*. nume. 38.*

39 *Capitulum seu uniuersitas sicut mera uoluntate potest statuere, ita potest statutum tollere.*

40 *Capitulum seu uniuersitas dicitur persona ficta, & à iure repræsentata, & caret anima.*

41 *Iuramentum præstitum ut à singulis nõ impedit: quin collegialiter congregati non possint statuta taliter iurata tollere, & posteà contrauenire sine metu periurij. cum tale iuramentum quod præstant ut singuli non impediat quo minus collegialiter congregati possint talia statuta tollere. nume. 42. etiam si in tali reuocatione non fieret mentio de ipso iuramento. nu. 43.*

44 *Iuramentum habet uim clausulæ derogatoriæ quo ad ualiditatem actus, non tamen quo ad illaqueandum ad periurium.*

45 *Statutum iuratum tendens ad utilitatem tertij per statuentes reuocari potest sine metu periurij, secundum communem opinionem.* ✠ *nisi transiuisset in contractum, secundum communem opinionem* ✠ *nu. 46. Vel nisi statutum fuisset per superiorem confirmatum; secus reuocatio. nu. 47. & hoc non procedit quando confirmatio est facta ad fauorem statuentium, nisi apposita foret clausula decreti. nume. 48.*

49 *Clausula decreti Papæ operatur ut non possit ueniri contra, et si contrafiat actus non tenet, non aũt ipso iure, sed inducit carentiam executionis. Idem in decreto inferioris si apponatur circa ea quæ dependent à potestate apponentis. nu. 50.*

50 *Decretum iudicis interpositũ cũ causæ cognitione habet maiorem uim, idem si interponatur à quolibet in his quæ dependent à sua potestate. nu. 51.*

52 *Statutũ, quod statuentes iuramento promiserunt non reuocare est perpetuũ, & reuocari non potest, sed contra licet periurium incurratur. nu. 53. & 55.*

54 *Iuramentum quod sine interitu salutis æternæ seruari potest, seruandum est.*

56 *Statutum iuratum cũ clausula quòd tolli non possit, per statuentes tolli potest, licet periurium incurratur, si respiciat commodum tertij uel Dei; secus si ipsorum statuentium. nu. 57.*

58 *Statutum iuratum in quo apposita fuerit clausula, quòd non possit tolli, non reuocata clausula, si tollatur, actus non tenet, & hoc uerum si clausula apposita esset ualidatiua, uidelicet & si contingat reuocari, non ualeat nisi seruata tali forma. nu. 59 secus si clausula quòd non possit reuocari, cum ea sit inualida. nu. 60.*

61 *Capitulum seu uniuersitas ueniens contra statutum iuratum, non reuocato illo, an incurrat periuriũ, & quot modis possit caput istud distingui.*

62 *Capitulũ & si in ecclesia sit statutus certus numerus canonicorũ simpliciter, & sine iuramento, & cõfirmatione Apostolica, tamen aliquem ultra numerũ recipere poterit, & tale statutũ rũpere, non tamen hoc idem facere poterit legatus de latere nume. 63.*

64 *Legatus de latere non potest quid facere cõtra ius.*

65 *Numerus canonicorũ certus si in aliqua ecclesia est statutus, et per Papã confirmatus, non poterit legatus mãdare ultra numerũ aliquem recipi, sed bene ipsi canonici poterũt hoc facere; si non sit apposita clausula decreti, secũdũ cõem opinio.* ✠ *nu. 66. imò et tũc, secundũ commu. opi.* ✠ *si facultates ecclesiæ ita excreuerint, ut possit noua pbenda creari. n. 68.*

67 *Factum contra decretum Papæ non ualet, præcipuè in beneficialibus.*

69 *Canonicorum numerus in ecclesia si certus sit, & iuratus, non poterit legatus etiam de latere mandare aliquem recipi ultra numerum.*

70 Nume-

70 *Numerum esse confirmatum per sedem apostolicam, & esse iuratum parificantur. & nu. 74. & 75.*

71 *Canonici ultra numerum statutum in ecclesia quem recipere possunt, si ecclesiæ facultates excreuerint, quòd noua potest prabenda constitui, non obstante iuramento: secus si aliâs, nec actus tenebit. nume. 72. sed contra. nume. 73. quæ communis est ✠ nu. 74. & 76. & hoc uerum nisi receptus procurasset contra iuramentum recipi. nume. 77. quæ uerior est nu. 80. & 81. quidquid in contrarium dicatur nu. 78. & 79.*

74 *Intellectus ad cap. dilecto. de præbend. & numero. 75. & 76.*

78 *Electio facta de criminoso tenet & num. 79. sed contra. nu. 80. et 81.*

82 *Intellectus ad cap. inter dilectos. de excessibus prælat.*

83 *Canonici licet aliâs collegialiter possint quem ultra numerum recipere non obstante iuramento, secus si singulariter hoc faciant.*

84 *Canonici recipiendo quem ultra numerum iuratum, si singulariter hoc faciant, erunt periurij, nec actus ualebit: secus si collegialiter nume. 87. sed contra, & quòd tunc incurratur periurium, nume. 90. nisi statutum foret expressè sublatum nume. 92. sed uerior est quòd receptio tenet, nec periurium incurritur. nu. 93.*

85 *Pœna spiritualis incurritur propter intentionem corruptam cum opere subsecuto, licet non sortiatur effectum, secus in pœna temporali. nu. 86.*

88 *Taciti & expressi eedem conditio.*

89 *Effectus contrarij in eodem subiecto eodem momento concurrere non possunt.*

91 *Iuramenti uinculum ut Dei & ecclesiæ penetrabilius est.*

94 *Capitulum seu uniuersitas iurans seruare statutum, & id quod in statuto continetur, si contraueniat, tollitur statutum, sed periurium incurritur, secundum communem opinionem. ✠ Sed si simpliciter iurant seruare contenta in statuto, secus est numero. 95.*

96 *Vniuersitas seu capitulũ contraueniendo statuto iurato, periurium incurrunt non facta mentione de statuto.*

97 *Iurantes quid seruare ad utilitatẽ tertij, uel reuerentiam Dei, se inuicem absoluere non possunt, aliâs si eorũ propriam utilitatem uertendo contra statutum iuratum non incurrunt periurium. nu. 98.*



DVBIVM est an capitulũ possit sine consensu episcopi facere statutum, & dato quòd possit. An absentes necessariò uocandi sint, Tertiò an duę partes uel maior pars necesse sit, ut consentiant, necdum in capitulo, uerũ in qualibet uniuersitate etiã seculari aliquid statuente. Quartò an quod statuerint possint reuocare, præcipuè si iurauerint obseruare & non reuocare.

1 Circa primum † concludi potest capitulũ posse facere statutum seu constitutionem etiam sine consensu episcopi, secundum Glo. in c. j. de his, quæ fiunt à maior. part. capit. in uerbo constitutum, in fin. per illum text. ex quo ibi de episcopo non fit mentio, cum qua Glos. communiter ✠ pertranseunt Doctores ✠ Quod licet uerum sit regulariter, tamẽ restringendum est † quando uult

2 facere constitutionẽ super spectãtibus ad ipsum capitulum: ut uoluit Glo. notabilis in c. constitutionem. de uerb. signifi. lib. vj. ad hoc quod notatur in c. fin. eod. tit. de his quæ fiunt à maio. par te cap. Ex qua restrictione colliguntur fallentiæ.

3 Nam † non posset statuere super his quæ tangũt statum generale ecclesiæ, uel iura episcopi, ut ✠ uoluit Glos. communiter ✠ approbata in c. cum omnes. de constit. & de consuetud. c. cum consue-

4 tudinis. Idem † si sint ardua illa super quibus statuere uult, ut notatur in c. requisiuisti. de testam. ubi per Innocen. & in c. edoceri. de rescrip. & hoc

5 † nisi capitulum habeat ex priuilegio, uel alio iure speciali. Ad hoc. c. super quibusdam. de uerbo. signifi. & quod ibi notatur, secundum Imolam in d. cap. j.

6 Circa secundum dicendum est adhoc ut † capitulum statuere possit seu constitutionem facere, requiri non solum quòd absentes uocentur, sed etiam requiritur quòd sint præsentes & cõsentiẽtes. Ad hoc c. cũ omnes. de constit. & in l. id quod

7 omnes. ff. de regu. iur. Quod uerum † intellige: quando uellet statuere in præiudicium, cum tũc statuere non possit in eorum præiudicium, si non sint præsentes & cõsentientes, pro ut uoluit Glo. ✠ cum qua communiter ✠ transeunt Doctores in d. cap. j. in dicto uerbo cõstitutum. Ad hoc quod notat Innocen. in c. uestra. de locato. Quod uerũ

8 intellige, † nisi ex causa iusta & rationabili capitulum statuere uelit in præiudicium ipsorum absentium, cum tunc possit, prout uoluit io. eodem c. j. D. Florianus. Ad hoc c. fina. eod. titu. & quod not. Innoc. & Ioan. And. in c. in nostra. de iniur. & in c. cum ecclesiarum. de constitu. Quod

9 locum habet: † quando ipsi absentes, de quorum præiudicio agitur, fuissent uocati, cum tunc subsistente causa statuere possit in eorum præiudicium, prout uoluit Innocen. in d. c. j. arg. eorum quæ habentur, in c. fin. de his, quæ fiunt à prælat.

10 dummodo † ex his uocandis concurrant duę partes in statuendo ut infra dicetur.

11 Si uerò † capitulum statuere uelit non ad præiudicium aliquorum absentium, sed ad commodum & utilitatem ipsius collegij seu uniuersitatis, & tunc statuere poterit nec requiritur quòd omnes sint præsentes: sed sufficit quòd sint præsentes duæ partes, prout in alijs negocijs, & ita procedere poteris quod uoluit in dicto cap. j. Vincentius, Philippus & Hostiens. per iura in dicta Gloss. allegata, secundum D. Anto. & Imol. ibi. & hoc etiam Glos. prædicta dum dicit quòd in alijs negocijs uidelicet dum dicit in quibus nõ tractatur de præiudicio absentiũ debẽt esse pre-

ſentes duæ partes, quod intellige de uocandis,
pront infra dicetur.

Circa tertium concludi poteſt ex mente dlctæ
Gloſ. in uerbo conſtitutum. quòd regulariter
12 † in negocijs explicandia per capitulum ſeu vni-
uerſitatem debent eſſe præſentes duæ partes capi-
13 tuli ſeu vniuerſitatis. Quod † procedit non ſolum
in uniuerſitate ſeculari, ut patet. ff. quod cuius.
uniuerſ. l. nulli. & l. planè. & ff. de decret. ab ord.
14 fac. l. iij. ln d. Glo. allegatis. ſed etiam † in nniuer-
ſitate eccleſiaſtica, prout unlt dicta Gloſ. ſi bene
ponderetur, & hoc etiam uoluit ibi Goffred. Phi
* lippus, Ioan. And. Hoſtien. & cõmuniter Doct. *
15 licet † aliud uoluerit. Glo. in c. fina. de maior. &
obed. & Alanus & Guiliel. Naſo in d. cap. j. dicẽ-
tes quòd ſufficit quòd ſit maior pars præſens,
quod iure canonico non probatur, licet probe-
tur in d. cap. j. quòd ſtetur maiori parti. Sed bene
probatur iure ciuili, nidelicet quòd duæ partes
debeant eſſe præſentes, nt dicta l. planè. & dicta l.
16 nulli, Cui † iuri ſtandum eſt, ex quo iure canoni-
co non reperitur aliter ſtatutum, ſecũdum Imo-
lã in d c. j. merito ſtandũ iuri ciuili vt patet in c. j.
de noui oper. nunt. & ibi notatur cõmuniter per
* omnes * & intellige, quòd requiritur quòd ſint
præſentea duæ partes de uocãdis: nt noluit In eo-
dem c. j. Ioan. And. & Innocen. In cap. cum no-
bis. de elect. Sed licet hoc ſit regulariter uerum,
ut ſufficiat quòd duæ partes ſint præſentes, ut ſu-
17 pra dictum fuit, quod enim † facit maior pars,
omnes feciſſe uidentur. l. quod maior. ff. ad mu-
18 nicipales. Quod † locum habet non ſolum in uni
uerſitatẽ eccleſiaſtica, ut in d. cap. j. & in cap. quia
propter. de elect. cum ſimilibus. Sed etiam in ſe-
culari. vt dicta l. quod maior. ubl de hoc per Bar.
& ut notatur in dicta l. planè. & hoc etiam uo-
luit in dicto cap. j. D. Petrus de Peruſio D. An-
tonins, Imola, & D. Nicolaus & Ioan. Andr, in
cap. licet. de elec. ubi de hoc, eſto quòd ipſe Imo-
la aliud uoluerit in cap. fina. de maior. & obed. &
malè, ut ipſe in d. cap. i. fatetur, & ita procedere
poterit quod uoluit Alanus & Guilielm. Naſo ut
ſupra. Ad hoc quod notatur In cap. cum omnes.
de conſtitu. ubi de hoc. Tamen prædicta regu-
la fallit.

19 Et primò † in caſu cap. ſcriptum. de elect. &
cap. bonæ. de poſtul. prælat. nam ne dum maior
pars uerũ & ſi omnes (excepto uno) uellẽt quòd
unus qui non ſit de collegio det uocem hoc face-
20 re non poſſent, tum † cum tractatur de admitten-
do uocem authorizabilem, nnius contradictio
impedit actum, ſecundum Compoſtellanũ & Ioã.
And. in d. cap. ſcriptum.

21 Secundò fallit: † quando allquid eſſet expediẽ-
dũ per capitulum in certo termino inris, ut ſi ca-
pitulum vellet in termino iuria expedire actum
iuriſdictionis, ſecundum quod habetnr in c. quia
propter. de elect. cum tunc ſufficiat quòd ſit præ-
ſens maior pars uocandorum in fine ipſiua termi
ni, prout uoluit Innocen. in cap. cum nobis. de
22 elect. Imò † ſi foret præſens minor pars. Imò ſi
fuiſſet nnua ſolus ſufficeret, cum tunc reſideat in
eo ius totius capituli propter negligentiam alio-
rum: argumento cap. gratum. de poſtul. prælat.
& l. ſicut. ff. quod cuius. uniuerſ. nomin. prout
uoluit Innoc. in dicto cap. cum nobis. quem ſe-
quitur Imol. in d. cap. j. de his, quæ fiunt à maiori
part. cap.

23 Tertiò fallit: † quando maior pars nel duæ nel
lent aliquid ſtatuere cõtra id quod diu fuiſſet ob-
tenium, & à maiori parte ſtatutum, apparente
conſtitutione antiqua, tunc non poterit, ſecun-
dum Innocen. in cap. cum omnes. de conſtitu.
quem ſequitur Bald. in l. fina. C. de author. præ-
ſtand. & in l. j. ff. de offic. conſul. & in l. per fun-
dum. de ſeruit. ruſtic. præd.

24 Quartò fallit, † cùm maior pars nel duæ par-
tes lege prohibente aliquid facerent, nam & ſi
òmnes conſentirent nihilominus illud non uale-
ret l. iubemus. §. ſcientes. C. de ſacroſan. eccleſ.
Bart. in d. l. quod maior. ff. ad munir.

25 Sed animaduerte. † Nam ad hoc ut capitulum
ſeu uniuerſitaa poſsit aliquid ſtatuere, requiri-
tur quòd ſit legitimè coadunata & conuocata,
per id quod notatur de nou. oper. nunc. cap. j.
& ij. & per Innocent. in cap. j. de maior. & obed.
ubi ponitur quia poſsit capitulum nel uniuerſi-
26 tatem conuocare. & † ſufficit uocatio generalis,
pro ut notatur. ff. de regul. iur. in l. aliud. §. re-
fert. & per Bart. in l. omnes populi. ff. de iuſt. &
iure. Quod locum habet non ſolum de iure ciui-
li uerum etiam de iure canonlco, per communi-
* ter * notata in dicto cap. j. de noui oper. nunt. &
in dicto cap. ij. & in cap. ſi capitulo. de conceſſ.
præbend. lib. vi. & ſic non requiritur quòd abſcu
tea à loco ubi eſt actua expediendua, ſpecialiter,
& nominatim uocentur. Quod licet regulariter
ſit uerum, tamen fallit.

27 Et primò † in electionibus & collationibua
cap. quia propter. de elect. ſecundum Gloſ. in
cap. præſentium. in uerbo ipſorum. de teſtib. lib.
vj. & cap. cum in eccleſijs. de præben. eodem
libro vj.

28 Secundò fallit † in receptionibus, textus eſt
in d. cap. cum in eccleſijs,

29 Tertiò fallit: † cùm canonici ceſſare nolunt à
diuinis, in hoc enim abſentes nocandi ſunt ſi-
cut in electionibus, textus eſt in cap. quanuis. de
offic. ordinarij eodem libr. vj. ubi Gloſ. in uer-
bo euocandi.

30 Quartò fallit: † quando ſtatutum tenderet in
præiudicium ipſorum abſentium: quia tunc
etiam ſunt nominatim uocandi, ut ſupra plenè
dictum fuit.

31 Quæ intelligas † dummodo hoc fieri poſsit, ut
quia ſint in prouincia, iuxta notata in c. canon. &
in cap. quod ſicut: de electio. & in cap. fina. de
maior. & obed.

32 Circa quartum † an poſsint talia ſtatuta reuo-
care, & contra ipſa uenire, & ſi ſint iurata, an ue-

niendo contra periurium incurrant, tractat Pau. in Clemẽ. ut professores.de regular. & ibi Io.de Lignano.& Io. Andreæ & Imol. in d.c.j. de his, quæ fiunt à maiori part.cap.& D.Florianus in c. dilecto.de præben.Ex quorum dictis recolligendo,pro declaratione huius materiæ, duo principaliter sunt uidenda. Primum an talia statuta ita iurata possint expresse reuocari, & contra ipsa ueniri siue reatu periurii. Secũdum an eis expresse non reuocatis,possit ueniri contra,& si contra ueniatur,an incurratur periurium?

Circa primum dicendum est quòd aut talia statuta fuerunt reuocata non per ipsos statuentes, sed per superiorem,& tunc ipsi statuentes ex hoc non incurrunt periurium, sed bene incurrunt si uenirent posteà contrà,cum duret iuramentum, quantuncunque per superiorem ipsa statuta sint reuocata,prout uoluit Glo.in c.cum non deceat. in uerbo effectus.de electione lib.vj. Quod ideò
33 est: quia† licet tũc tollatur statutũ quo ad uinculum præstitum, tamen remanebit obligatio naturalis ex consensu statuentium pro fundamento ipsius iuramenti, Ad hoc quod notatur de exceptio.in c.cum uenerabilis. quæ ratio cessat, cum tollitur ex cõsensu ipsorum statuentium, cum et nihil remaneat fundamẽti habentis sustinere iuramentum, secundum D. Anto. satis notanter in d.c.j.de his, quæ fiunt à maio.parte cap. quem sequitur ibi Imol. secundum quem etiam dici pó-
34 test,quòd etiam tunc† non tollatur iuramentũ, nec etiam statutum,ex quo non fuit facta mentio de iuramento,cum non uideatur esse de mente superioris tollere statutum iuratum,non facta mentione de iuramento;sed solum tollere statutum non iuratum,per notata. in c.constitutus. de rescript.secundum ipsum Imol.
35 Aut † alia statuta tolluntur & reuocãtur per ipsos statuentes,& tunc,aut tempore quo ipsa statuta fuerunt condita & iurata fuit apposita clausula specialis ad cautelã solita apponi, uidelicet non intendentes quòd præstitũ iuramentũ prætatum per obseruãtiam impediat eos quo minus possint illa statuta tollere & mutare, etiam nuda uoluntate,& sine causa, & tunc poterunt ea tollere & mutare,& non obstante iuramento, etiam sine pœna periurij,& hoc uoluit Ioan. And.in d. c. j.de his, quę fiunt a maio.parte cap.& commu-
✻ niter tenetur. ✻ Ad hoc quod habetur de constitu. c.cum tu.

Aut talis clausula non fuit apposita, sed fuerunt statuta simpliciter facta & iurata, & tunc,
36 † aut subest iusta causa mutandi & tolli possunt & in melius reformari,non obstante ipso iuramẽto,prout uoluit Glo.xj.dist.in his. & Archid.& Ioan. And. in c.unico de cleric.non resid. lib.vi. quos sequuntur in d.c.j.D. Anto.& Imo. Ad hoc quod notatur in c.quẽadmodũ.& c.petitio.de iureiuran.& in l.unica.circa principium. C.de caduc. tollend.
37 Aut non subest iusta causa, † sed ex propria uoluntate uolunt ipsa statuta iurata mutare, uel tollere.& in hoc Doctores uariant: nam Archid. & Ioannes monachus in d.c.unico uidentur uelle,quòd tunc reuocare non possint, per id quod habetur de iureiur.& in c.si uerò.et de electio.in c.uenerabilem.quod et sentit etiam Barto. in l. omnes populi.ff.de iust.& iure in iij. quæst. Sed,
38 Ioã. And. in d. cap.j. tenet † contrarium, dicens
✻ hoc communiter teneri. ✻ quòd iuramẽtum quo singulares de collegio uel corpore iurauerunt seruare constitutiones uel statuta, non impedit quo minus collegialiter illa per eos ad quos pertinet tolli possint. Arctat enim iuramentum singulos ad illa seruare quandiu sunt statuta, et ita seruat totus orbis secundum eum: alias sequeretur quòd omnes studentes essent periuri, cùm singulariter iurant seruare statuta vniuersitatis, quę ipsi constituunt,& postmodum corrigunt uel reuocant,& ipsa correcta uel reuocata nõ seruant, secundum ipsum Ioã. And.quem sequitur ibi D. Pet. de Peru. D.Anto.& Imo. maximè ea ratione
39 quòd † sicut capitulum uel alia uniuersitas potest ex mera uoluntate à principio statuta cõdere, ita & poterit posteà tollere. Ad hoc quod notatur in c.omnis res.de reg.iur.lib.vi.& in l.nihil tam naturale.ff.eod.tit.& etiam:quia canonici ut singuli iurant,& iuramento astringuntur, nõ autem ca-
40 pitulum intelligitur iurare. Quia † capitulum sicut et alia uniuersitas est quædam persona ficta, & à iure repræsentata, unde caret anima, ut notatur in c. Romana.§.in uniuersitatem. de sent. ex com. lib. vi. & ff.de fideiuss.l.mortuo. Unde tale
41 iuramentum † quòd præstant ut singuli nõ impedit quominus ipsi tanquam capitulum collegialiter congregati, possint talia statuta tollere, nec incurrunt periurium,si posteà contrafaciant.
42 Cum † iuramentum liget quandiu durat statutũ, et non ultra. Ad hoc quod notatur in d.cap.uenerabilem.& in c.significauit. de censib. secundum D.Anto.& Imo. ubi supra, qui hoc idem uidentur tenere.
43 Quod procedit † etiam si in tali reuocatione non fieret mentio de ipso iuramento,ut sentit in d.c.j.Ioan.And.& tenuit Bar.in d.l.omnes populi.in iij. quæst.& uidetur etiam tenere in eod.c.j.
44 D.Anto.dicens quòd † licet iuramentum habeat uim clausulæ derogatoriæ quo ad ualiditatem actus,non tamen quo ad illaqueandum ad periurium,argumento l. merito. ff. pro socio.unde nõ est necesse quòd de ipso iuramento fiat mentio. Tutius tamen est quòd fiat mentio de eo,sicut de clausula derogatoria, cum iuramentum habeat uim clausulę derogatorię,prout uoluit Io. And. in regula,quod semel.lib. vj.circa finem.& notatur in l.cum pater.§.filius matrem.ff. de leg.ij. & in l.cum quis.§.codicillis.de legat.iij.secundum Imol.ubi supra.
45 Item procedit etiam † si tale statutum iuratũ tendat ad utilitatem seu preiudicium tertij, cum ex hoc non impediatur reuocatio per uiam statuti,

tuti, nō enim possunt sibi legem imponere à qua
non liceat discedere. ff. de legat. iij. l. si quis in
principio testamenti. Nec incurrunt periurium,
cum sublato statuto uideatur & sublatum iura-
mentum, cum iuramentum liget solum donec dura
ret statutum, & non ultra, eo reuocato (ut supra
dictum est). Quorum opinio licet uerior sit, & cō
✱ munis, ✱ & regulariter procedat, uidelicet: ut ta-
lia statuta exprefsè reuocari posint, nec incur-
rant periurium postea contrauenientes, ut supra:
tamen fallit.
46 Et primò: quando † talia statuta transiuissent
in contractum, cum tunc amplius reuocari non
possint in præiudicium tertij, per id quod nota-
tur. ff. de decre. ab ordine facien. l. quod semel. &
ibi per Bar. & per eundem in d. l. omnes populi.
✱ & per Canonistas communiter ✱ in c. quæ in ec-
clesiarum, de constit. & in c. j. de proba.
47 Secundò fallit: † quando talia statuta fuissent
approbata per superiorem, cum non posint per
ipsos statuentes reuocari, nisi ipsa reuocatio per
superiorē approbetur, prout uoluit Bal. in l. om-
nium. in fi. C. de testa. argu. l. si ut proponis. C. de
nupt. esto quòd aliud uoluit Barto. in d. l. omnes
populi. & non bene, secundum Bald. ibi. Ad hoc
quod notatur in cap. i. & ij. de confirmat. utili.
uel inutil.
48 Sed animaduerte: † quia considerandum est,
an talis confirmatio sit facta ad eorum fauorem,
& tunc non obstat quin contrauenire posint, si
uelint, ut c. cum M. de constit. secus si apposita fo
ret clausula decreti, secundum Glo. in c. dilecto.
49 de præben. in uerbo clausula. clausula † enim de-
creti operatur ut non posit ueniri contra, & etsi
ueniatur, non ualeat quod fit, & sic nullitatem
actus importat, prout uoluit in d. c. dilecto Ho-
stien. & Ioan. And. non autem ipso iure, sed indu-
cit carentiam executionis prout uoluit Glo. in c.
prouida. de elect. lib. vj. & in Clem. in plerisque.
eod. tit. & prout notatur in c. quanto. de consue-
tud. & in c. ad dissoluendum. de sponsal. impub.
ubi de huiusmodi decreto, & quid in matrimo-
50 nio, & hoc in decreto Papę. Decretum † uerò in-
ferioris habet similiter inficere actum sicut de-
cretum Papæ si apponatur circa ea quæ depen-
dent à potestate apponentis, secundum Host. in
eod. c. dilecto, qui ad hoc adducit quod habetur
in l. properandum. §. si autem reus. C. de iudic. &
in c. si apostolicæ. eod. tit. lib. vj. Ad hoc quod no
tatur in l. si is qui. ff. de uerbo. oblig. ubi notatur
de decreto iudicis, quod habet maiorem uim si
quando interponitur cū causæ cognitione, quā si
sine, per id qd habetur in c. cū tua. qui mat. accu.
51 poss. secundum ipsum Host. qui dicit † idem in
decreto apposito à quolibet priuato, circa ea quę
dependent à sua potestate ut inficiat actum, ff. de
legat. iij. l. si quis in princ. testamenti. quem uide
tur sequi Imo. in eo. c. dilecto.
52 Tertio fallit: † quando ipsi statuentes per se,
uel eorum syndicum seu procuratorem habentē
ad hoc speciale mandatum ab ipsa uniuersitate,
non solum iurassent simpliciter statuta seruare,
sed etiam iurassent ea nō reuocare, cum tunc ef-
ficiantur perpetua & reuocari non poterunt, ut
dixerunt quidam. quod non placet Ioan. And.
per notata in d. c. Romana. & in c. ueritatis. de iu
53 reiur. Quasi † uelit quòd reuocari posint per eo
rum successores, ut dicto c. ueritatis. Sed non per
ipsos statuentes, quin incurrāt periuriū, unde re-
uocando. & sic ueniendo contra tale iuramentū
ipsi iurantes, incurrent periurium, cum tale iura
mentum seruari posit sine interitu salutis æter-
54 næ. † unde est seruandum: ut notatur in c. si ue-
rò. de iureiurā. & in c. cum contingat. Sed licet
55 † ipsi iurantes incurrant periurium reuocando
ipsa statuta ut supra, tamen possunt tollere & re
uocare: ut notatur in simili in regula; quod se-
mel. lib. vj. Ad hoc quod notatur in c. fi. de pro-
cura. eo. li. vj. circa quod dicēdum est, ut plenius
diximus in d. c. cum contingat.
56 Quartò fallit: † quando in tali statuto fuisset
apposita clausula, quòd non posit tolli: quia li-
cet tunc statuentes posint, hoc non obstante, tol
lere dictum statutum, & ipsam clausulam, quan-
tumcunque fuerit iuratum, per id quod habetur
in d. l. si quis. tamen incurrunt periurium: quan-
do tale statutum respicit commodum tertij uel
Dei: argumento c. si diligenti. de foro compe. et
57 de sponsa. c. præterea. el j. aliàs † si respiciat solū
utilitatem eorundem statuentium, & tunc nō in-
currunt periurium: argumento dictæ l. si quis,
secundum D. Anto. in d. c. j. de his, quæ fiunt à
58 maior. par. cap. Qui etiam dicit, † quòd si contra
fiat, non reuocata ipsa clausula, nō tenebit actus,
cum non uideatur esse de mente ipsorum uelle
recedere à statuto, si non fiat mentio de ipsa clau
sula derogatoria per d. l. si quis. quod uerius est,
secundum Imol. ibidem per notata in d. l. si quis.
59 Quod procedit: † quando in statuto fuisset appo
sita clausula ualidatiua. ut est si foret dictum, q si
contingat reuocari tale statutum, non ualeat,
nisi fuerit seruata certa forma, cum tunc per ta-
lem clausulam uideantur uelle derogare reuoca-
tioni & statuto contrario fiendo, unde non uale-
bit reuocatio facta per statutum contrarium, nisi
fiat mentio de dicta clausula, per id quod habe-
60 tur in d. l. si quis. Secus † si fuisset apposita clau su
la, quòd non posit reuocari statutum, cum talia
clausula sit inualida, cùm non posint hanc legē
sibi ipsis imponere: ut d. l. si quis. & in d. l. omnes
populi, secundum Imol. qui hoc idem tenet ubi
supra, quidquid dixerit Ioan. And. in additionib.
Speculat. in tit. de iureiuran. §. j. versi. quid si ali-
quid. ubi de hac clausula tractat, nihil precisè
firmando.
61 Circa secundum † quod consistit in hoc. An illi
de capitulo uel uniuersitate si ueniant contra sta
tutum iuratum, & id quod in eo continetur, in-
currant periurium, non reuocato expresse ipso
statuto? considerandi sunt tres casus. Nam quan-
doque

doque & primò, ipsi de capitulo uel uniuersitate statuerunt aliquid, puta non recipere aliquem apostatam, uel aliquem ultra numerum, uel simile, & iurauerunt ipsum statutum seruare, & tunc si ueniant contra, ut quia recipiant aliquem apostatam, uel ultra numerum, & tunc aut quæritur an ualeat actus seu receptio ultra numerũ, & an legatus mandare possit aliquem recipi ultra numerum? recolligendo dicta Innocen. Ioan. And. Petri de Perusio, Petri de Ancharano, D. Antonij, D. Floriani & Imolæ in d. ca. dilecto. eaque coniungendo, aliquid addendo, dicẽdum est quatuor esse casus considerandos. Nam quandoque

62 et primò, † in ecclesia est statutus certus numerus canonicorum simpliciter, & absque iuramento, & confirmatione Apostolica, & tunc ultra numerum possunt ipsi canonici aliquem recipere, et sic numerum & statutum tale rumpere. ut e. pro illorum. eodem titu. de præben. sed licet ipsi canonici possint tale statutum rumpere, & eidem renuntiare, recipiendo aliquem in canonicum,

63 ut supra, tamen † non poterit etiam legatus de latere mandare in dicta ecclesia aliquem recipi, et si mandat, non tenentur recipere, & sic rumpere, cũ ipse legatus nõ possit derogare iuri ipsorum, per id quod notatur in Speculo in titu. ij. §. nunc ostendendum. uersi. xi. & uersic. lxj. Pro quo etiã

64 facit † quòd legatus non potest facere cõtra ius, etiam si sit legatus de latere, prout notatur in c. fi. de hæret. lib. vj. per Glo. et in Clemen. sæpe. de uerb. sign. Contra ius enim facere uidetur, si uelit cogere eos ad recipiendum aliquem contra statutum ualidum, unde hoc facere non poterit, licet hoc facere possit Papa, pro ut notatur in d. c. constitutus. secundum Imolam in eod. c. dilecto. de præben.

65 Quandoq; et secundò, † in ecclesia est statutus certus numerus canonicorũ, & talis numerus statutus est per Papã cõfirmatus, & tũc in tali ecclesia non poterit legatus mandare aliquem recipi ultra numerum, prout uoluit Glos. in d. c. pro illorum. & multo magis vt supra, secundum ipsum Imol. ubi supra.

66 Sed † an poterint ipsi canonici aliquem ibi uoluntariè recipere, ultra numerum, & si recipiant, teneat receptio. in dicto casu, & in hoc dicendũ est quòd, aut in tali confirmatione non est apposita clausula decreti, & poterunt in canonicũ recipere, & tenebit ipsa receptio, cũ possit tali fauori renũtiari, prout uoluit Glo. in dicto uerbo clau

✱ sula. Quod & cõiter tenetur. ✱ quod † enim fit

67 contra decretum Papæ regulariter non ualet, & præcipuè in beneficialibus c. tibi qui. de rescript. lib. vj. & in c. dudum. secundum D. Ant. & Imol. in d. c. dilecto. de præbẽ. obi id patet. Quod tamẽ

68 fallit † si facultates ecclesiæ ita excreuerint, ut possit noua præbenda creari, cum tunc possint numerum augmentare quantumcumque sit apposita clausula decreti, prout uoluit Host. & Io.

✱ And. in d. c. dilecto. quod & cõmuniter tenetur. ✱

69 Quandoque & tertiò, † in ecclesia est constitutus certus numerus canonicorum, & iuramento firmatus, & tunc ipse legatus, etiam si sit de latere, non potest mandare aliquem recipi vltra numerum in dicta ecclesia, cum pro ut col

70 ligitur in d. c. dilecto. de præben. hæc † duo æquiperentur, numerum esse confirmatum per sedem Apostolicam, uel iuratum, secundũ Imo. ibi. Ad hoc quod notatur. in d. c. pro illorum.

71 Sed an † ipsi canonici ecclesiæ possint sponte recipere aliquem ultra ipsum numerum, & si recipiant teneat receptio? & super hoc dicendũ est quod aut facultates ecclesiæ excreuerunt, in tantum, quod potest noua præbenda constitui, & poterint ipsum recipere, non obstante ipso iuramento, nec erunt periuri. cum tale statutum habeat in se conditionem nisi facultates ecclesiæ excreuerint. c. cum M. de constitu. Ad hoc quod notatur de iureiur. in c. quemadmodum. & quod dictum fuit supra in eadẽ materia quod iuuat repetere et addere ad maiorem intelligentiam.

72 Aut † facultates non excreuerunt, & tunc sun. in d. c. dilecto. uidetur uelle quòd nõ possint recipere, & si recipiant receptio non teneat, cũ actus specialis factus contra iuramentum non ualeat, ut patet in d. c. dilecto. secundum eum, quod tamen

73 præcisè non firmat, imò † refert opiniones aliorum qui tenuerunt quòd ualeat talis receptio, in qua ipse residet. Sicut & ibidem Ioan. And. etiam si sit actus spiritualis. per c. sicut. de sponsa. quod & uidetur tenere Specu. in tit. de lega. §. nunc tractemus. uersi. sed si legatus. Non obstat tex. in d.

74 c. dilecto. quia † est allegatio partis, ex qua ius sumi nõ debet. propterea ibi dicitur, quòd si fiat ipsa receptio non teneat, unde tenebit, licet fiat contra iuramentum, quod & etiam uidetur tenere ibi Petrus de Perusio. D. Anto. D. Floria. & D. Nicol. & ita communiter tenetur, secundũ Imo.

✱ ibi. ✱ secundum quem in cõtrariũ facit tex. ibi,

75 † qui uidetur æquiparare numerum iuratum, et numerum confirmatum per sedem Apostolicã, cum clausula decreti, et per consequens uidetur uelle, quòd non teneat ipsa receptio facta cõtra iuramentum. Sicut et non tenet si facta sit contra decretum, prout & tenuit ibi Inno. quod et tenuit Archid. in c. si à sede. de præb. lib. vj. Secundum ipsum Imo. Sed quidquid dicat, dici potest,

76 † quòd teneat ipsa receptio, prout communiter tenetur. Respõdet enim d. c. Flor. uidelicet dicta duo non æquiparari quo ad omnia, & sic sustinetur dicta commu. opi. Quæ tamen limitanda est

77 † nisi ille qui receptus fuit procurauerit se recipi in canonicum contra iuramentum, cum tunc nõ teneat ipsa receptio cõtra iuramentũ propter fraudem procuratam. Ad hoc quod habetur in l. & qui data opera. ff. ex quib. cau. maio. pro ut uoluit Io. And. in additio. in d. ver. sed si legatus. ut in d. c. dilecto. refert ipse Io. And. & residet D. Anto. dicentes receptionẽ tunc nõ tenere tanquã factam de periurio. Ad hoc Federic. consil. J. Sed

Lapus

78 † Lapus. Abb. ibi. in additionibus ad dictum cō-
silium Federici. videtur tenere contrariū, per id
quod notatur per Compostell. & ipsum Io. And.
post Glo. in c. inter dilectos. de excess. prælat. in
quibus iuribus uidetur notari quod teneat ele-
ctio fcā de adultero, uel aliàs criminoso. Ad hoc
etiā quod notatur de concess. præb. c. cum nostris.
79 Vnde secundum prędictos dici potest † in quan-
tum Ioā. And. dicit quòd electio facta de tali ꝓ-
curante se recipi contra iuramentum nō bene di-
cat. Ad hoc quod notatur secundum Imolam. in
c. si concubinæ. de senten. excommunicat. Sed cer
80 tè † quicquid dicat Lapus & Compostellan. in
dicto c. capitulum. & Ioannes And. in dicto c. au
ditis. in ultima Glos. uerior uidetur opinio, uide
81 licet, † Quòd electio nec collatio criminoso fa-
cta ualeat, prout uoluit Glo. & Hostien. in dicto
c. inter dilectos. & Feder. dicto consilio. Ad hoc
textus in c. cum in cunctis. §. finali. de electio.
Nec obstat text. in dicto c. inter dilectos. ibi, ir-
82 ritandam. † quia exponi debet, idest, irritam nun
ciandam, prout exponitur in dicto c. suditis. secū
dum Imol. in d. c. cum nostris, pro quo facit ēt.
c. finale de temporib. ordin. & quod not. Inno-
cent. in c. constitutus. el. ij. de appella. secundum
D. Antonium: qui in d. c. cum nostris. idem uide
tur tenere. Limitatur & secundò supradicta com
83 munis opinio: † quando ipsi Canonici non col-
legialiter recipiunt ipsum ultra numerum, sed sin
gulariter, cum tunc ipsa receptio non teneat: ut
uoluerunt in dicto c. dilecto. Petrus de Perusio
& D. Florianus, pro quo facit quod notatur de
elect. c. in Genesi. & de constitution. c. cum om-
nes. & in c. j. de reb. eccles. lib. vj.
84 Sed an † incurrant periurium ipsi canonici re-
cipientes aliquem ultra numerum non augmen-
tatis facultatibus, & quādo. Et in hoc est maius du
bium. super quo dici potest, quòd aut ipsi canoni
ci singulariter, & non collegialiter eum recipiunt
in canonicum, & tunc incurrant periurium ita re
cipiendo, pro ut uoluit in d. c. dilecto. Petrus de
Perusio & D. Florianus. secundum quos ita proce
dere poterit dictum Ioannis And. ibi qui tenuit
recipientem in canonicum incurrere periurium.
85 Pro quo etiā facit. Quia † pęna spiritualis incur
ritur propter intentionem corruptam eum ope-
re subsecuto, licet actus non sortiatur effectum.
86 c. nuper. de bigam. licet † aliud sit in pœna tem-
porali. pro ut notatur. C. si mancip. ita fuer. alien.
in l. ea quidem. secundum Imolam in eodem c. di
87 lecto. de præbend. Aut † ipsi canonici collegiali-
ter recipiunt aliquem ultra numerum, & tunc ita
recipiendo, & sic contraueniendo reuocant statu
tum de numero, quo sublato tollitur iuramētum
illi accessorium: argumento, c. inter dilectos. §. ce
terum. de fide instrum. & ut notatur in c. ut con-
stitutus. de rescrip. & per consequēs tenebit ipsa
receptio & periuri non erunt. & hoc uoluit Pau.
de Leazar. in Clementina ut professores. de regu
lat. & Ioannes de Lignano ibi, & Ioan. And. in
c. i. de his, quæ fiunt à maior. part. capi. Quorum
88 ratio est, † quia taciti & expressi eadem est con-
ditio, per id quod habetur in l. cum quid. ff. si cer.
peta. Pro quo facit. Quia sicut expressè reuocato
statuto consequenter intelligitur sublatum iura-
mentum, ut supra dictum fuit, ita & eo tacitè re-
89 uocato, per iura prędicta. Nec † possunt eodem
momento locum habere contrarii effectus, uideli
cet: quòd tollatur statutum, & sequatur effectus
statuti, uidelicet, quòd incurratur periurium. Ad
hoc quod habetur de baptis. c. maiores. uersiculo
sed ad hoc. & quod notatur. per Glos. lxvii. dist.
c. i. & ff. de usufruc. l. Titio cum moreretur. secū-
90 dum Paulum de Cast. ibi. ubi plenius. † Sed Ioan.
de Lignano ibi tenet contrarium uidelicet; quòd
tunc incurratur periurium, præcipuè per notata
per Innocen. in c. ij. de appella. quod & uidetur te
nere in dicto c. cum in cunctis. quod est. de his
quę fiunt à maior. parte. cap. D. Antonius, ea ra-
tione: quia reuocatio statuti surgit à fine facti cō
trauentionis contra statutum, & sic ab ipsa perfe
ctione contrauentionis, cū ipsi canonici ante per-
fectum factum possint pœnitere. & sic cōsequen
ter non tollere statutum. Ad hoc quod notatur
in simili in l. qui falsam. ff. de fal. & ita uidetur in-
telligendum in dubio de facto cum effectu. c. re-
91 latum. de cleric. non resid. periurium † uerò sur-
git ex ipsa contrauentione facta contra statutum,
cum uinculum iuramenti ex quo est Dei & ec-
clesiæ, penetrabilius sit. Sicut dicitur in excommu
nicatione per Inno. in dicto c. pręterea. de spon-
sal. secundum ipsum D. Antonium ubi supra, qui
ex his concludit quod uenientes contra statutū,
licet ueniant collegialiter de communi cōsensu,
92 nihilominus incurrunt periuriū. si † statutū non
sit expressè sublatum, secundum D. Florianum in
dicto. c. cum in cunctis. de his quæ fiunt à maio.
93 par. cap. sed † in d. c. dilecto. uidetur tenere opi-
nionē ipsius Pauli, cum qua trāsit ipse Imola ibi,
et uerior est de iure, secundum eum in dicto c.
cum in cunctis. ex eo: quia ex quo canonici colle-
gialiter congregati possint tollere statutum ex-
pressè, ita uidetur quòd tacitè collegialiter ue-
niendo contra statutum intelligantur tacitè per
prius ipsum statutum reuocare. ad hoc ut conse-
quenter non habeat locum pœna periurii: argu-
mento. l. merito. ff. pro socio. et eius quod habe-
tur in l. illud. ff. de acquir. hære. Nec obstat quod
uoluit Innoc. in d. c. præterea. cum ibi loquatur
quando concurrunt actus diuersarum persona-
rum & maximè excommunicantis, de cuius inten
tione uidetur esse quod procedat ipsa excommu-
nicatio ut gladius spiritualis, et penetrabilior,
ut impediatur electio, ob quam ipsa excommuni
catio fertur, pro ut plenius in d. c. cum in cunctis.
per Imolam.
94 Si uerò et quartò casu † illi de capitulo statuē
tes iurant seruare statutum, et id quod cōtinetur
in ipso statuto, et tunc licet contraueniendo tol
latur statutum, ut supra, nihilominus incurrunt
periurium

periurium:ut uoluit Ioan. And. et D. Anto. in d. c. cum in cunctis. et Paulus et Lignanus in d. Clemen. ut profeſſores. & ita communiter tenetur. * eſto quòd Ioannes de Lignano ſit in d. c. dilecto. ſibi contrarius cum quo ibi tranſit D. Florianus, aliud uoluerit, & non bene. cum ſecundum iuramentum non ſit ſuperfluum, & aliquid addat ad primum intelligendum ſit, ut uoluerint æquè principaliter iurare contenta in ſtatuto, ſicut & ipſum ſtatutum, ſecundum Imolam in eodem c. cum in cunctis. Ad hoc quod habetur in cap. ſi Papa. de priuileg. libro vj. & l. ſi quando. ff. de lega. primo.

95 Si uerò † canonici iurant ſeruare quod continetur in ſtatuto non præcedente alio iuramento, & tunc aut fuit facta mentio de ſtatuto, ita quòd fuit habitus reſpectus ad ſtatutum, et tunc contraueniendo tollitur ſtatutum, & per conſequens periurium non incurritur: ut uoluit D. Petrus de Peruſio & D. Florianus in dicto c. dilectò. quorum dictum ita procedere poterit, ſecundum Imolam ibi, per ea quę notantur de exceptioni. in cap. cum uenerabilis. & in c. conſtitutus. de reſcriptis.

96 Aut † non fuit facta mentio de ipſo ſtatuto, ut ſi iurauerunt non recipere aliquem, pro ut & ſtatutum erat ultra numerum, & tunc contraueniendo incurrunt periurium, prout uoluit Ioannes And. in d. c. j. quod incipit cum in cunctis. ſi eius uerba bene ponderentur, & Paulus in d. Clemen. ut profeſſores. Ad hoc quod notatur in d. c. cum uenerabilis. & in dicto c. dilecto. ubi de his, de quibus etiam in dicto c. conſtitutus. de reſcri. & plenius in d. c. j. per ipſum Imol. qui hoc idem uidetur tenere.

97 Et ultra † hæc, dicas prædicta procedere quando tale iuramentum concernit utilitatem alterius, uel pietatem, uel Dei reuerentiam, & ſibi placitum, tunc enim ſic iurantes non poſſent ſe inuicem abſoluere ab ipſo iuramento, cũ principaliter concernat utilitatem alterius: vt notatur in d. c. præterea. de ſponſ. & in Speculo de iureiuran. §. j. uerſ. quid ſi aliquid. & in Specula. in titu. de leg. §. nunc oſtendendum. uerſ. hoc quoque.

98 Aliàs † uerò ſi iuramentum ſolum cõcernit utilitatem priuatam ipſius capituli, ſeu uniuerſitatis, ſeu ipſorum canonicorum, & tunc reiecta omnium diſtinctione de qua ſupra, ueniendo, contra ipſum ſtatutum uel contenta in eo non incurrunt periurium, non ex ſublatione ſtatuti, ſed ex remiſſione & abſolutione iuramenti, quod ſibi remittere poſſunt, ex quo concernit eorum utilitatem, per id quod habetur in dicto c. præterea. & in aliis locis prædictis, ſecundum D. Antonium in dicto. cap. j. Ad hoc quod habetur in dicta l. merito. ſecundum Imolam in eodem c. j. qui cum eo tranſire uidetur & bene. quod eſt ſingulariter notandum.

CONCLVSIONIS
et Regulæ X.

ARGVMENTVM.

Laici quando in præiudicium alterius ſtatuere poſsint.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Laici quando alterum lædendo ſtatuere poſſint. remiſſiuè.*

2 *Vniuerſitas ſtatuere poteſt ſuper hijs, quæ pertinent ad eius adminiſtrationem, etiam ſine rectore quem haberet. nu. 3. Imò & ſi non habeat aliquã iuriſdictionem ſed non adijcere pœnam. nu. 4. licet pacto ad pœnam ſe obligare poſſit. nu. 6.*

5 *Pœnæ appoſitio procedit à iuriſdictione.*

7 *Vniuerſitas ad præiudicium ſingularum de uniuerſitate ſine rectore ſtatuere nõ põt in iuriſdõnalibus.*

8 *Iuriſdictio uniuerſitatis reſidet in rectore, non ipſa uniuerſitate eligente.*

9 *Vniuerſitas cuius rector eſt mortuus in iuriſdictionalibus, in iuriſdictione non ſuccedit, et ideò ſtatuere non poterit. ſecus uniuerſitas eccleſiaſtica: ſed idem in ſeculari quando rector habuiſſet rectorẽ ab ipſa uniuerſitate. nu. 10. 11. Idẽ ſi iuriſdictionẽ haberet ex priuilegio ſeu conſuetudine. nu. 13.*

12 *Vniuerſitas non habens rectorem habitu nec actu, et ſic nec iuriſdictionẽ, in iuriſdictionalibus ſtatuere non poterit, ſed tãtum in patrimonialibus quo ad eorum adminiſtrationem pertinentia.*

14 *Vniuerſitas habens iuriſdictionẽ, ſi recognoſcit ſuperiorem, ſtatuere poterit intra limites ſuæ iuriſdictionis, & etiam pœnas adijcere, ſi ſuperiorem nõ recognoſcit, & tunc ut princeps facere poteſt. nu. 15. ſiue habeat ſiue non rectorem nu. 16.*

17 *Vniuerſitas non recognoſcens ſuperiorem, uel princeps in ſpectantibus ad eorum iuriſdictionẽ ſtatuere poterunt, præter ius uel ultra. non tamen contra, & pœnas adijcere, & hoc non ſolum iure fori ſed etiam iure poli. nu. 18. de quo uide. nu. 53. 54. 55. & ſequen.*

19 *Lex poſitiua etiam à laicis edicta ſeruanda eſt, etiã in foro pœnitentiali.*

20 *Princeps ſeu uniuerſitas non recognoſcens ſuperiorem ſtatuere non poteſt contra ius diuinum alterum lædendo, niſi lex ſeu ſtatutũ fieret ſuper eo in quo ius diuinũ ab ipſo iure diuino reperitur. diſtinctum & limitatum. nu. 22. uel ad hoc ut peccatum excludatur ſeu euitetur. ſecundum communem opinionem. * nu. 24.*

21 *Inferior non poteſt legem ſuperioris tollere.*

23 *Statutum quòd bannitus pro pecunia impunè occidi poſſit, non ualet, ſecundum communem opinionem. **

25 *Ius diuinum ex rationabili & iuſta cauſa non ſolum poteſt interpretari, ſeu limitari legem ſeu conſtitutionem cõdendo, etiam contra laicos per Papam, uerum etiam per principem ſecularem nu. 26. ſci-*

licet

licet quoad profana non autem spiritualia nu. 27.

28 Papa uel Imperator rescribere possunt contra ius diuinum ex causa, quemadmodum legem condere possent.

29 Potestas statuendi & rescribendi procedunt à pari.

30 Lex uel statutum emanans contra ius naturale uel gentium simpliciter tollendo illud, non ualet, ualet autem in eo in quo ex causa limitaret seu distingueret illud nu. 31.

32 Statutum seu lex contra ius naturale uel gentium nõ tollendo ipsum simpliciter sed disponendo ad præiudicium alicuius si subest causa, ualet, & dicitur subesse iusta causa quãdo subest causa publica. nu. 33. Idem si feudatarius incidisset in egestatem sine culpa num. 34. Secus si non subesset iusta causa nume. 35.

36 Obedire quis non tenetur superiori præcipienti contra ius naturale uel gentium, ne dum in foro conscientiæ, uerum est in foro contentioso, nisi lex uel statutum superioris modicum læderet nu. 38.

37 Lex debet esse iusta & honesta.

39 Lex uel statutum in dubio præsumitur emanare ex iusta causa, nec admittitur probatio in contrarium secundum communem opinionem. ✠ Nisi legislator uel statuens disponeret super id ad quod ipse esset obligatus. nu. 40. Vel statueret respectu non subiectorum, cum tũc pro eo nõ præsumatur. nu. 41. Vel ex facto statuentis timeretur scandalum futurum, uel turbatio Christianitatis secundum cõmunem opinionem. ✠ nu. 42.

43 Lex seu statutum simpliciter emanans contra ius ciuile uel positiuum, illud tollit, licet de eo mentionem non faciat, & hoc nisi sit apposita clausula derogatoria, cum tunc de eo & eius clausula necesse sit ut fiat mentio. nu. 44. Vel appareat de certa scientia. nu. 45.

46 Statutum uel lex emanans non simpliciter tollendo ius, sed in præiudiciũ alicuius, tollendo eidẽ quod ei cõpetit de iure ciuili seu positiuo, & tunc si tale ius trãsiuit in contractum uel priuilegiũ non subiecti & non ualet. Si uerò non transiuit in ipsum contractum siue priuilegium, & subest iusta causa & potest nu. 47. Imò & sine iusta causa nu. 48

49 Eius est tollere, cuius est dare.

50 Lex & statutum licet actiones possit tollere, tamen inducere non potest, quòd non reddatur iustitia.

51 Agi potest quandoque sine actione formali, ex sola naturali obligatione.

52 Pacto nudo agi potest.

53 Papa, Imperator, uel alius princeps seu populus uel uniuersitas secularis merũ & mixtum habens Imperium, statuere ac rescribere potest cõtra ius pro ut princeps, secus in inferioribus. nu. 54. quæ procedunt in uniuersitate ecclesiastica. nu. 55. & hoc uerum quando constat de mente statuentis, ut alteri præiudicare uoluerit, uel iuri positiuo: aliàs secus. nu. 56. Nisi concedat dilationem nu. 57. Vel emanet secunda iussio. nu. 58. Vel nisi apponetur clausula non obstante, secundum cõmunem opinionem. ✠ nume. 59.

1 
AICI † an statuere possint in præiudicium laicorum, lædendo alterum in iure quod sibi competit de iure naturali gentium uel ciuili. de quo per Cy. in l. rescripta. C. de precib. imperat. offer. & in l. fi. C. si cõtra ius uel utilit. pub. & ibi per Bar. per Glo. Innoc. Compostellanum Hostien. Ioan. And. D. Anto. Imolam, D. Nicolaum in c. quæ in ecclesiarum. de consti. Ex quorum dictis aliqua addendo concludi potest. Si
2 quæratur † an populus uel uniuersitas secularis statuere possit, & super quibus. Quod aut uult statuere super patrimonialbus seu super hiis, quę pertinent ad eius administrationem, puta qualiter expendatur eius pecunia, & poterit statuere, l. plane. ff. quod cuiusc. uniu. nomin. & uoluit Bal. in c. cum accessissent. de constit. Quod procedit
3 † etiam si habeat rectorem, cum etiam sine eo ita statuere possit, ut uoluit D. Antonius in c. cum omnes. eodem titulo. de constitu. per id quod habetur per Glos. in c. ij. de uerb. sign. lib. vj. & hoc etiam uoluit Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. &
4 iure Imò † & procedet hoc etiam si non habeat aliquam iurisdictionem, unde poterit castrum uel uilla superiorem recognoscentes ita statuere, uidelicet in hiis, quæ pertinent ad eorum administrationem, sed non poterũt pœnas adiicere. Cũ
5 † appositio pœnæ procedat à iurisdictione. C. de iuris. om. iud. l. finali. xxxiiij. q. ij. §. in hoc. pro ut uoluit Bart. in d. l. omnes populi. & D. Nicolaus
6 in d. c. quæ in ecclesiarum. dicens † quòd licet ipsa uniuersitas iurisdictionẽ non habens non possit pœnas adiicere, tamen poterit ex pacto ad ipsam pœnam se obligare: ut uoluit Bar. ibi & Innocent. & Ioannes And. in d. c. cum accessissent.
7 Aut † uult statuere in iurisdictionalibus, & ad præiudicium singulatium de uniuersitate, & tũc, aut ipse populus seu uniuersitas habet rectorem: seu magistratũ, & sine eo statuere non poterit: ut uoluit Ioannes And. post Compostellanum in d. c. cum omnes. argumento. l. si curatorem. C. de in
8 integ. restit. Habet † enim tunc ipse rector ab ipsa uniuersitate assumptus iurisdictionem, & non uniuersitas: ut in authẽ. de defens. ciuit. §. audiẽt. & hoc uoluit Bal. post Innocẽ. in dicto c. cum accessissent.
9 Aut † ipsa uniuersitas non habet rectorem, & tunc, aut non habet actu, sed habitu, ut quia est mortuus, & tunc statuere non poterit, cum non succedat in iurisdictione sicut succedit uniuersitas ecclesiastica, ut uoluit Innocen. & etiam Bal.
10 in allegato. c. cum accessissent. Sed † imò & idẽ uidetur dicendum in ipsa uniuersitate seculari, ut succedat in ipsa iurisdictione, sicut & uniuersitas ecclesiastica: ut uoluit Hostien. & Compostellan. in dicto c. cum omnes. pro quo facit quod notatur in c. i. de nou. opé. nunt. & in dicta l. si curatorem; secundum D. Antonium qui hoc idem uidetur tenere in dicto c. cũ omnes. Ad hoc l. ubi ab-

sunt

11 ſunt.ff.de tut.& curat.dat.ab his.Quod† proce-
dere poſſet:quãdo ipſe rector habere.iuriſdictio
nem ab ipſa uniuerſitate:aliás ſi ab alio. & tunc
procedet dictũ Inno.ſecundum Ioã. de Lignano
quem ſequitur Imo.in d c.cum acceſsiſſent.
12 Si uerò† ipſa uniuerſitas non habeat rectorem
actu nec habitu,& tunc,aut nõ habet iuriſdictio
nem,prout de iure non habet:ut notatur in dicto
auct.de defenſ.ciuit.§.nulla.& tũc in ipſis iuriſ-
dictionibus ſtatuere non poterit, ſed tantũ cir-
ca eius patrimonialia, & ad eorũ administratio-
nem pertinentibus,ut ſupra dictum fuit, & hoc
voluit Inno.& Bal.in d.c.cum acceſsiſſent.
13 Aut †ipſa uniuerſitas habet iuriſdictionem,pu
ta ex priuilegio,uel conſuetudine præſcripta,iux
ta notata in d.§.nulla.& tunc ſtatuere poterit, &
ſimiliter poterit ſtatuere uniuerſitas rectorem ha
bens cum eius rectore, vt voluit ipſe Innocen. in
eodem ſupradicto c.
Circa quod videndum eſt, in quibus ſtatuere
14 poſsit.& in hoc dicendum eſt quòd aut †eſt ta-
lis uniuerſitas quæ recognoſcit ſuperiorẽ, & ipſa
poterit ſtatuere iuxta limites ſuæ iuriſdictionis,
& etiã pœnas adiicere. Ad hoc quod notatur in
d.l.fi.& in c.cum ab eccleſiarum.de offic. ordin.
Quod procedet ſiue ipſa uniuerſitas habeat re-
ctorem,& cum eo ſtatuere uelit,ſiue non habeat,
& iuriſdictionem habeat ut ſupra.
15 Aut † ipſa uniuerſitas nõ recognoſcit ſuperio
rẽ,& tunc poterit ſtatuere prout princeps, cum
habeat tantam iuriſdictionem in ſuo territorio,
quantum princeps in uniuerſo, ut uoluit Bart.in
l.infamem.circa fin.ff.de publ.iudi. Ad hoc c.per
uenerabilem.qui fil.ſint legi.ſecundum D.Nico.
16 in d.c.quæ in eccleſiarũ. Quod † intellige ſi ipſa
habeat iuriſdictionem & non rectorem,ſiue re-
ctorem & cum eo ſtatuere uelit,vt ſupra.
Sed cum tunc ſtatuere poſsit ut princeps,ut ſu
17 pra, videndum eſt ſuper † quibus ipſa uel Prin-
ceps ſtatuere poſsit.
Et circa hoc dicendũ eſt,quòd aut vult ſtatue
re in ſpectantibus ad eius iuriſdictionẽ, non ta-
men contra ius ſed præter,uel ultra ius,& poterit
ſtatuere & ipſis ſtatutis pœnas adijcere.ff.ſi quis
iuſd.non obtemp.l.j.& voluit Innoc. in d.c.cum
acceſsiſſent.& Io.And.in d.c.cum omnes. Quod
18 †facere poterit non ſolum iure fori, & ſic de iu-
re poſitiuo & ciuili,ſed etiam iure poli, hoc eſt
cęli ſeu diuino:vt vult Glo.in d.c.quę in eccleſia-
rũ.quę ita procedere poterit.Ad hoc c.humanũ.
j.diſt.& quod notatur.in c.fi.de dona. Quod fa-
19 cit † ut lex poſitiua etiam edita à laicis ſeruanda
ſit,etiam in foro pœnitentiali,de quo in alia con
cluſione dictum fuit.
20 Aut†ipſa uniuerſitas,uel ẽt princeps vult ſtatue
re cõtra ius auferendo ius alteri, uel alterum lędẽ
do,& tunc,aut emanat tale ſtatutũ uel lex contra
ius diuinũ,& nõ ualet,cũ non poſsit ſuper eo di-
ſponere.& hoc voluit Gl.in d.l.fi.C.ſi contra ius
21 uel util.pub.Inferior †enim nõ põt legẽ ſuperio
ris tollere.Ad hoc c.cũ inferior.de maio.& obed.
Quod & licet regulariter ſit uerum, vt per ipſa
legem uel ſtatutum non poſsit diſpenſ contra
ius diuinum,tamen fallit:
22 Et primò:†quãdo illa lex uel ſtatutũ emanaſ-
ſet ſuper illo articulo in quo reperitur diſtinctũ
& limitatum ius diuinum ab ipſo iure diuino,vt
in illo præcepto nõ occides, qđ reperitur poſtea
limitatũ in eo,dum dicit. qui occidit occidatur.
In illo enim lex uel ſtatutum diſponere põt di-
ſtinguẽdo & interpretãdo qui poſsint.ff. ad leg.
Cor.de ſic.& C.quan.lic.ſin.iud.ſe uind. p totu.
Vnde põt imponere mortẽ,dũmodo ſubſit iuſta
cauſa pp quam mereatur mortem:aliàs ſecus.
23 Vnde†non ualeret ſtatutum diſponẽs ꝙ banni-
tus pro pecunia poſsit occidi,cum tunc nõ ſubſit
iuſta cauſa. Ad hoc quod notatur per Hoſt. in c.
fi.de conſuet.& per Ioan.And.in addit.Specu.de
conſti.& per Gloſ.notabilem.xiij.q.j.in ſumma.
vbi Glo.apertè hoc vult quam,ſequũtur D.An-
to.& Imo in d.c.quæ in eccleſiarum. & commu-
✠ niter approbatur. ✠
24 Secundò fallit:†quãdo ipſa lex vel ſtatutũ ema
naret diſtinguendo ſeu limitando ius diuinum,
ad hoc ut peccatum excludatur,ſeu euitetur:vt pa
tet in eo quod diſponit ius diuinum diſponendo
quòd in ore duorum uel trium ſtet omne uerbũ,
id eſt omnis probatio,nã per legem uel ſtatutum
poteſt tale ius interpretari & diſtingui,exigendo
quãdoq; plures teſtes,vt fallitas, & ſic peccatum
ceſſet.Ad hoc l.hac cõſultiſsima.C.de teſta.& l.
fi.C.de fideicom.& quod nota.in c.cum eſſes.de
teſtam.cenſetur enim ſubeſſe iuſta cauſa propter
quam talis lex uel ſtatutum ualet, ut uoluit Cy.
in d.l.fi. & D. Anto.& Imola in d.c. quæ in ec-
✠ cleſiarum.& communiter tenetur. ✠
25 Tertiò † fallit:quando ſubeſſet iuſta & rationa
bilis cauſa,cũ tunc nõ ſolũ Papa poteſt interpre
tari ſeu limitari ius diuinũ, conſtitutionẽ cõdẽ
do,etiã contra laicos,uidelicet ut eſt in c.j.de ho
26 mici.lib.vj. ſed † etiam princeps ſecularis,ut uo
27 luit Cy.in d.l.fina.quod † uerum eſt ſi ſtatuat in
profanis, in quibus iuriſdictionem habet,cum in
ſpiritualibus ſeu cõcernentibus animam nõ poſ-
ſit,prout uoluit D.Nicol.in d.c. quæ in eccleſia-
rum,aducens ad hoc quod habetur in c.per uene
rabilẽ, qui filij ſint legit. & per Fedricum in cõ
ſil.xcj.Si tamẽ dubitetur an ſubſit iuſta cauſa vel
nõ,& tunc præſumetur in dubio iuſta cauſa ſub-
eſſe,ſi aliqua cauſa põt ſubeſſe; aliàs ſecus, ut vo
luit Cy.in d.l.fi. & inferius dicitur ſecũdũ Imo.
in eo.c. quæ in eccleſiarum. qui dicit idẽ eſſe in
28 † reſcriptis Papæ uel Imperatoris,ut poſsint re-
ſcribere contra ius diuinum ex cauſa,prout poſ-
29 ſunt legem condere,cùm † poteſtas ſtatuendi et
reſcribendi procedant à pari:ut notatur in l.ij.C.
de legib.& in d.l.fi.per Cynum.
30 Aut † talis lex vel ſtatutũ emanat cõtra ius hu-
manum,et tũc,aut emanat cõtra ius naturale vel
gentiũ primæuũ,aut cõtra ius ciuile ſeu poſitiuũ.

Primo casu quãdo emanat cõtra ius naturale uel
gentiũ,& tũc aut emanat simpliciter tollẽdo tale
ius,& nõ nalet,cũ ius positiuũ nõ posit tollere ta
le ius naturale vel gentiũ cũ sit inmutabile, Insti.
de iure nat.§.sed & naturalia. et quarta dist. p to
31 tũ.Sed† licet nõ posit tale ius in totũ tollere, ta-
mẽ poterit cõtra tale ius disponere limitãdo & di
stinguẽdo ex causa,ut patet in captiuitate, q̃ fuit
inducta contra ius naturale uel gentium,quo oẽs
nascebãtur liberi.ff.de iust.& iure.l. ex hoc iure.
32 Aut† tale statutũ uel lex emanat cõtra ius natu-
rale,uel gentiũ nõ tollẽdo ipsum simpliciter, sed
disponẽdo ad præindiciũ alicuius,tollẽdo eidem
quod cõpetebat de iure naturali uel gentiũ,& sic
cõtra ipsum ius,puta aufferendo dominiũ alicui:
vt d.l.ex hoc iure.& tũc cõsiderãdi sũt tres casus.
Nam qnandoque & primò subest causa iusta,&
de hoc constat,& nalet,ut uoluit Inno. in d. cap.
quę in ecclesiarũ.& Archidiaconus.j.dist. ius ci-
uile. & Bart.post Cynum in d.l.fi. quod & sequi-
tut in cod.c.quę in ecclesiarum.D.Anto.pro quo
etiam facit lex itẽ si verberatum.§.fi.ff. de rei uen
dica.& hoc ẽt voluit Glo.in d.cap. quæ in eccle-
siarum.relata ad texrum quę isto modo procede-
33 re posset. Dicitur† autẽ subesse iusta causa: quan-
do subest utilitas publica: vt d.§.fi.& ff. de bonis
damnat. per totum secnndum Imol. in d.c. quæ
in ecclesiarum. Imò & dicetur subesse insta cau-
34 sa, † etiam si feudatarius Iucidisset in ægestatem
sine culpa, cum tunc ualeat statutum quo ad ip-
sos laicos: nt uoluit Glo.in eo.c.quæ in ecclesia-
rũ,iuncta sequenti.nec mirum cum ex tali aliena
tione non inferatur magnũ præiudicinm domi-
no,ex quo ille in quem alienatur debebit eum re
cognoscere in dominum, secundum D. Floria-
num & Imolam in d. cap.
35 Quandoque & secundò † non subest iusta cau-
sa, & hoc constat,& tunc non ualet talis lex vel
statutum ita disponens, cum non posit tale ius
tollere,vt voluit Innoc.in eo.c.& hoc casu proce
dere posset quod voluit Innoc. & Cõpostellanus
in prædicto eod.c.tenẽtes tale statutũ de quo ibi
non valere,etiã quo ad ipsos laicos, ut procedat
quãdo non subesset iusta causa, Ad hoc quod no-
tatur per ipsum Innocen.in c.super hijs.de voto.
36 quod† procedit nou solnm in foro cõscientiæ in
quo quis nõ tenetur obedire superiori pręcipiẽti
cõtra tale ius.ut notatur de sentẽ.excommu.in c.
inquisitioni.per Inno.sed etiam in foro conten-
tioso,ut notatur in c. quia plerique. de imunita.
ecclesia.& ibi Inno.& hoc ẽt voluit Bart. in d.l.
37 fin.& in prima consti. digestorum. debet enim †
lex esse iusta & honesta.cap.erit.iiij.dist. Ad hoc
quod habetur in Clemen. pastoralis. de re iudic.
38 quod verum intellige † nisi talis lex vel statutum
modicum lædat, puta dando dilationem,cum tũc
ualeat,ut uoluerunt in dicto cap. quæ in ecclesia-
rũ D. Antonius Imola, & D.Nicolaus: argumen.
legis quoties. C.de precib. Imperato.offeren.
39 Quandoque & tertiò † dubitatur, an subsit iu-
sta causa, uel non,& tunc prout uoluit Cynus in
* dicta l. fina. & communiter Legistæ ibi * & ip-
se Cynus in dicta l. rescripta. præsumetur in du-
bio quòd ex iusta causa emanauerit, & sic pro
ipso principe uel statuente, adeò quòd non ad-
mittetur probatio in contrarium, secundum Imo
lam in prædicto cap. pro quo facit Clemen. pri-
ma de proba. & dicta Clemen. pastoralis. Vnde
ipsi statuto vel legi in dubio erit obediendum,
quod licet uideatur durum tamen in practica ita
40 seruabitur & procedet regulariter. † Sed fallit &
primò: quando ipse princeps uel statuens dispo
nat contra id ad quod est obligatus, nt contra
contractum suum, cum aliàs de facili posset eua-
cuare factum suum, contra id quod habetur in
cap.j. de probat.& in l. Cæsar.ff.de publica.
41 Secundò fallit: † quando statueret respectu
non subiectorum,cum eorum respectn non præ-
sumatur pro ipso, ut uoluit notabiliter Innocen.
42 in dicto cap. inquisitioni. Fallit & tertiò: † quã-
do ex facto ipsius uniuersitatis uel principis sta-
tuentis timeretur scandalum futurum, uel tur-
batio Christianitatis, cum tunc etiam ipsi prin
cipi non sit obediendum, nec pro eo præsuma-
tur, nt uoluit ipse. Innocen. in prędicto cap. in-
quisitioni. quem sequitur D. Nicolaus in dicto
cap. quę in ecclesiarum.cum quibus cæteri tran-
* seunt * quæ procedunt etiam in rescriptis per su
pradicta, secundum Imolam.
43 Secundo uerò casu† quãdo emanat statutum uel
alia lex cõtra ius ciuile seu positiũ,& tũc aut ema
nat ipsum simpliciter tollendo, ut est si fiat lex
vel statutũ contrarium ipsi iuri positiuo,& ualet.
Imò eo ipso quòd emanat statutum contrarium
vel lex cõtraria, ipsum tollit, licet de eo mẽtio nõ
44 fiat: ut in c.j.de cõsti.lib.vj. Quod† intellige, nisi
in eo sit apposita clausula derogatoria, cũ tunc re
quiratur quòd de eo,& eius clausula fiat mentio.
45 Vel† appareat de certa scientia: ut uoluit Bart.
in d.l. omnes populi.& Do. Antonius & Imola
in eod. cap. quæ in ecclesiarum. de quo in cap.
non nulli. de rescrip. & in cap. unico de exces-
sibus prælato.
46 Aut† tale statutum uel lex emanat nõ simpliciter
tollendo ius, sed tendit ad præiudicium alicuius
seu aliquorum tollendo eisdem quę eis competũt
de iure ciuili seu positiuo: ut est si tollat actiones
quę sunt de iure ciuili.ff.de iusti.et iu.l.ij.§.de-
inde,& tũc, aut tale ius, ex quo quęsita est actio,
trãsiuit in cõtractũ uel priuilegiũ nõ subiecti, &
47 tollere nõ pôt c.nouit.de iudi. Aut† nõ transiuit
in ipsum cõtractũ uel priuilegiũ,et tunc aut uult
tollere ex causa legitima, et hoc cõstat ut est quã-
do ex delicto cõfiscantur bona et iura uel ex pręs-
scriptione tolluntur,et pôt.ff. de bonis damna.l.
48 fi.et per totũ.et ff.de usucap.l.j. Aut † sine causa
tollere uult,et similiter pôt, quãtũcũq; de hoc cõ-
stet,ut uidetur uelle Inno.et Cõpostella.in d.c.q̃
in ecclesiarũ: pro quo facit q̃d habetur in c. pro-
suit.de cõcess.pben.& quia† eius est tollere cuius
est dare.

est dare.c. inter alia.de sentẽtia e acõmn. cũ simi.
sed licet ipsa lex uel statutũ tollere possit actio-
50 nes,ut supra.tamẽ† ex hoc nõtolletur quin redda
tur iustitia cũ id esset cõtra ius naturale,vt uoluit
Ioan.And.in eod.c.quę in ecclesiarũ.per id quod
notatur in c.cum P. de fi.instrum. Vnde debebit
sibi ministrari iustiria si illam petat sibi fieri, si-
cut olim ministrabatur manu regia, anteà quàm
introductæ essent actiones, ut dicta l.ij.circa prin
cipium ut uoluit Innocen.& Compostellanus in
prædicto.cap. quæ in ecclesiarum. & Cyn. in d.
l.rescripta. Quæ notanda sunt, cum ex hiis habea
51 tur unus casus† in quo põt quis agere sine actio-
ne formali, ex obligatione sola naturali, uel iu-
52 risgentium. Quod & similiter† uidetur dicen-
dum in pacto nudo, ut ex eo agi possit, ut uide-
tur esse de mente Innocen. & Compostellani, se-
cundum D. Autonium in eod. cap. de quo ple-
nius in cap. j. de pactis, & per ipsum D. Anto-
nium & Imolam in dicto cap. quæ in ecclesiarũ.
53 Qui † dicit prædicta procedere non solum in
Principe, uel Papa, uel Imperatore, sed in popu-
lo seu uniuersitate seculari, dummodo ipsa ha-
beat iurisdictionem, & merum & miarum impe-
rium, cum tunc ipsa possit statuere, & rescribe-
re contra ius, pro ut & princeps: ut supra dictum
fuit. Ad hoc l.omnes populi.ff. de iusti. & iure.
54 Inferior † uerò ab ipso principe ut uniuersita-
te, non poterit.C.de officio præfect. urbis.l.for
ma. & ut notatur in cap.fina. de hæresi. libr.vj.
55 Quod† & similiter locum habet in uniuersita-
te ecclesiastica, ut contra ius disponere non pos-
sit: ut notatur in cap. fina. de officio archidiaco.
& plenius per ipsos in dicto cap. quæ in eccle-
56 siarum. Qui etiam dicunt † prædicta procedere:
quando constat de mente ipsius principis uel sta-
tuentis, ut alteri præiudicare uoluerit in ipso iu-
re positiuo, cum in dubio non uideatur uelle tol
lere eius ius.cap.super eo. de offic. deleg.& ff. ne
quid in loco publi.l.ij.§.si quis à principe.& hoc
57 nisi † concedat dilationem. C. de precibus Im-
58 peratori offeren.l. quoties. Vel nisi† emanet se-
59 cunda iussio. Vel nisi † apponatur clausula, non
obstante tali lege. vt de hijs notatur per Cyn. &
✱ Bart.in d.l.fin.& per Canonistas communiter ✱
in c. nonnulli. de rescript.& in d.cap.unico.& in
c.si quando. de offic.deleg.

CONCLVSIONIS VNDECIMAE.

ARGVMENTVM.

Consuetudo contra ius diuinum
quando efficax.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Consuetudo in misticis seu cæremonialibus effi-*
cax est cõtra iuris diuini præcepta.sed cõtra.nu.2
3 *Præcepta iurisdictionalia ueteris testamenti tenden-*
tia ad decisionem causarum, per legem nouam sunt
sublata, nisi fuerint approbata per habentem pote
statem legis condendæ. nu.4.
5 *Consuetudo contra præcepta moralia iuris diuini,*
non ualet, secundum cõmunem opinionem.✱ Item
nec statutum: nu. 6.
7 *Statutum & consuetudo æquiperantur.*
8 *Statutum uel consuetudo permittens furari uel fœne*
rari pro utilitate publica seu pauperum non ualet
uel falsum dicere. nu.9.
10 *Statutum seu consuetudo permittens, si uxor non red*
datur prægnans possit maritus ex concubina filios
procreare, non ualet.
11 *Statutum seu consuetudo permittens posse per filiũ*
interfici interfector patris non ualet, idem si per-
mittat consanguineis uindicare mortem consan-
guinei nu. 12.
13 *Consuetudo & statutum dare possunt iurisdictionem*
alicui, ut legis ministro occidere quem possit.
14 *Statutũ uel consuetudo permittẽs impunè offendi uel*
occidi bannitũ ualet, secundũ cõem opinionem. ✱
& hoc uerũ in bannitis pro causa criminali: secus
si pecuniariter nu.15. Nisi pœna pecuniaria ueni-
ret pro debito ex causa criminali graui. nu. 16.
17 *Statutũ uel consuetudo addens, minuens distinguens*
ius diuinũ ualet. Sicut & lex positiua. nu.18. &
19. et hoc ubi ratio naturalis suadet distinctionem
& limitationem nu. 20. secus si aliter. nu.21.



ISVM est, an,& quãdo, lex seu
statutũ, ac ẽt rescriptũ fieri uel
cõcedi possit contra ius: uidea-
mus de cõsuetudine: quãdo ip-
sa deroget iuri diuino, repeta-
músque aliqua de præmissis in
pręcedẽti cõclusione pro maiori intelligẽtia. Et
1 dicendũ si quæratur an† cõsuetudo cõtra ius diui
nus & eius pcepta disponere possit. Quòd, aut lo
quimur in præceptis misticis id est, figuratiuis, &
ista cũ sint mutabilia, cũ mutata sint p aduentum
Christi, siue sint sacramẽtalia, ut est pceptũ Cir-
cũcisionis, de quo in c.maiores.de baptis. siue sint
cęremonialia, ut est illud, nõ arabis cũ boue & asi
no, de quo in c.cũ causam. de elect. poterit cõsue-
tudo cõtra ea disponere & tollere, pro ut uidetur
uelle Ioã.And.in c.fi.de cõsuet.& ibi ante ipsum
2 Glo.& Abb.sed† licet ista mutata fuerint per ad-
uentũ Christi.c.translato. de cõstit. nõ tamẽ fue
rũt mutata, ex vi cõsuetudinis scdm Imol.in d.c.
3 cũ tanto. qui etiã dicit. quòd† præcepta iurisdi-
ctionalia ueteris testamẽti tendẽtia ad decisionẽ
causarũ, uel imponẽtia certã pœnã pòst legẽ no-
uã, sunt sublata, & nõ seruanda, per notata in d.c.
4 trãslato.& hoc† nisi quatenus fuerint approbata
per habentẽ potestatẽ legis cõdendæ post illã le-
gẽ, pro ut notatur per Thomã de Aquino in j. ij.
q.lxxxviij. artic.ij. ubi plenius de hijs.
5 Aut loquimur† de pręceptis moràlibus, ut sunt
illa de quibus in Glos. in dicto cap. fin. & in ca-
none. non est.§.his itaque.vj. distin. & tunc cum

talia sint immobilia, non poterit contra ipsa con
suetudo disponere, & eis derogare: vt vult Gl. in
✻ d.c.cũ tanto.cõiter approbata. ✻ Similiter † nec
6 poterit statutum contra ea disponere. quod ipsi
7 † consuetudini æquiperatur.c. cum consuetudi-
8 nis.20.tit.de consuet. Vnde † non ualebit consue
tudo uel statuum si disponat quòd liceat furari,
uel fœnerari pro utilitate publica, uel eleemosy-
9 na pauperum. uel † falsum testimonium perhi-
bere.cum sit contra illud præceptum, non furabe
10 ris, nec falsum testimonium dices. Nec ualet † si
disponat quòd si uxor infra quinquennium non
pariet filios, maritus licitè possit ex concubina
filios procreare, cum sit contra illud præceptum,
11 non mechaberis. Vel † si disponat quòd filius in-
terficere possit interfectorem patris, cum sit con-
tra illud præceptum. Non occides. secundum ip-
12 sos Abb. et Io. And. ubi supra. Quod facit † con
tra statuta quæ permittunt consanguineis uindi-
care mortem cõsanguineorum, ut non ualeant.
13 Circa quę tamen aduertendum est: quia † prę-
dicta procedũt qñ cõsuetudo seu statuta ita sim-
pliciter disponerẽt, nõ cõmittẽdo alicui iurisdi-
ctionem legis uel iustitiæ: aliàs si cõmittat alicui
ut ministro legis uel iustitiæ, ut occidere possit,
& tunc ualebunt, ut uoluit Io. And. in addi. Spec.
in tit. de cõstit. pro quo facit quod habetur xxiij.
14 q. v. non est crudelis. Vnde † ualebit consuetudo
seu statutũ si disponat quòd bannitus possit im-
punè offendi: & occidi, secundum communẽ opi
✻ nionem. ✻ cum tunc committat ut minister in-
ris seu iustitiæ. ff. de capit. diminu. l. amissione. &
ff. de relig. & sump. fune. l. minimè. prout uoluit
Ioan. And. in dictis additionibus. Ad hoc quod
notatur in l. omnes populi. per Bar. & per D. An-
15 to. in d.c. fina. qui † dicit hoc procedere in ban-
nito pro causa criminali uel delicto: aliàs si sit
bannitus pro pecunia, ut non ualeret consuetu-
do seu statutum disponens quòd possit impunè
occidi. Ad hoc c. suscepimus. de homic. quod no
tatur per dictam Glo. iiij. q. j. in summa. Quod ue
16 rum † est: quando fuisset bannitus pro pecunia-
rio debito ex causa ciuili uel criminali non gra-
ui: aliàs si pro pecuniario debito ex causa crimi-
nali graui, ut quia non soluisset pœnam pecunia
riam impositam pro homicidio, & tunc aliud es-
set, ut uoluit in eod. c. fina. Imola.
17 Item procedunt prædicta: † quando ipsa con-
suetudo uel statutum ita disponeret, ꝙ obseruãs
ipsam cõsuetudinem uel statutũ dici posset trãs-
gressor ipsius iuris diuini, & incurreret pecca-
tũ: aliàs si non possit dici transgressor, dicti iu-
ris, nec incurrat peccatum, ut est si cõsuetudo uel
statutum non tollat tale ius, nec eidem deroget
sed addat, minuat, uel distinguat dictum ius, &
18 tunc ualebunt, potest † enim consuetudo & statu
tum addere iuri diuino, minuere, & distinguere,
vt & potest ipsa lex positiua. ff. de legib. l. ius
ciuile. & l. ius autem, pro ut patet in eo quod dici
tur in Euangelio, quòd in ore duorum uel trium
stat omne uerbum. quod reperitur limitatũ per
leges & canones ut quandoq; plures requirãtur,
quandoq; pauciores, prout notatur iij. q. ix. c. j.
& de testib. licet uniuersis. & de testa. c. relatũ. &
19 d. l. hac consultissima. C. de testa. Vnde † cum lex
ciuilis uel canonica hæc facere possit, poterit si-
militer hoc facere consuetudo & statutum, cum
lex sit. ff. de legib. l. de quibus. prout uoluit in d.
c. cum tanto. Inno. & Io. And. & etiam D. Nico.
qui dicit idem esse in illo præcepto generali non
occides, quod reperitur uariis modis limitatum.
cum in pluribus casibus hodie permissum sit oc-
cidere: ut patet C. quan. lic. vnic. fin. iud. se vind. l.
j. & ij. & in d.c. pro humani. de homic. lib. vj. con
20 cludens circa hoc. quod † vbi ratio naturalis sua
det ius diuinum distingui & limitari, & tunc po
test ipsa cõsuetudine & lege positiua distingui &
limitari, adeò ꝙ transgressio tunc nõ inducit pec
catum, cum præsumendum sit ipsum Deum hoc
voluisse. Ad hoc ꝙ nota. per Glos. ff. de pact. in l.
21 tale pactum. §. fina. Si uerò † nulla ratio naturalis
suggerit ipsum ius diuinum mutari seu limitari,
vt est in illo præcepto nõ mechaberis. & tunc cõ
suetudine uel lege hoc induci non potest, nec uale
ret ut est quòd nõ liceat honorare patrem & ma-
trem, prout in d.c. cum tanto. est expressum. Cir
ca quæ uide Bar. in d. l. fi. C. si contra ius uel util.
pub. & quæ plenius in præcedẽti cõclusione dixi.

CONCLVSIONIS DVODECIMAE.

ARGVMENTVM.

Consuetudo quæ dicatur rationabilis, & quæ irrationabilis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Consuetudo obuians canonicis institutis dicitur irrationabilis, sed contra. nu. 2. Declara tunc dici posse irrationabilẽ quãdo à iure reprobatur. n. 36. sed de hoc certa non põt dari doctrina, ideò iudicis arbitrio relinquẽdũ. n. 4. quod cõiter tenet: quãdo nõ apparet an sit reprobata uel approbata. ✻ n. 7*
5 *Consuetudo expreßè à iure reprobata irrationabilis reputatur, ✻ secundum communem opinionem.*
8 *Iudex in cuius arbitrio relinquitur uidere an cõsuetudo sit rationabilis uel secus, primo considerare habet eius finẽ, & si tendit ad bonum æternum, arbitrabitur rationabilem secundũ ius diuinum & canonicum. nu. 9. Si tendat ad bonũ publicum, tunc rationabilem secundum ius ciuile. nu. 10. 11. quid aũt si nõ appareat de fine. nu. 14. ubi communis. ✻*
12 *Consuetudo permittẽs creditori sua auctoritate posse pignorare debitorẽ, uel eius fideiussorem nõ ualet, & hoc si inuitum secus si uolentem. nu. 13.*
15 *Statutum uel cõsuetudo reducens pœnã homicidij ad pecuniariã non ualet, secundum cõem opinionẽ. ✻*
16 *Cõsuetudo præter ius in dubio iudicãda rõnabilis, secus si cõtra n. 17. nisi contrarium probetur. nu. 18.*

19 ius

19 *Ius super ratione fundatum est.*

20 *Consuetudo contra ius naturale consideratis diuersis finibus potest esse rationabilis.*

21 *Consuetudo, si ius introduxit ut episcopus tractet negocia ecclesiæ cum cõsilio capituli, ei derogare potest. & nu. 22*

22 *Iudicium plurimorum firmius.*

23 *Consuetudo si reprobata reperiatur, intelligetur de præterita, sed in cõtrariũ est cõis opinio.* ✻ *n. 24.*

25 *Lex præcedentem consuetudinem tollit, secundũ cõmunem opinionem.* ✻ *quod uerum est: quando lex expreßè derogat illi, uel constaret de mente legẽ condentis: aliàs secus si consuetudo rationabilis esset, secundum communem opinionem.* ✻ *nu. 26.*

27 *Consuetudo generalis et qua utitur conditor legis, si eam subsequatur, illam tollit, si particularis efficax est in laicis in quibus inducta est. nu. 28.*

29 *Intellectus ad l. ij. C. quæ sit long. consue.*

30 *Consuetudo particularis inducta in loco de consensu Papæ & tunc præiudicat iuri positiuo. Idem si eo ignorante, dummodo ex causa euidentis utilitatis. n. 31. Idẽ si sine euidẽti utilitate, super leuibus. nu. 32. secus si super grauibus. nu. 33. præcipuè si inducta foret contra utilitatem publicam, uel libertatem ecclesiasticam. nume. 34. si uerò contra utilitatem priuatam ualeret. nu. 35. etiam in grauibus. num. 36. quæ procedunt de iure ciuili & canonico. nu. 40.*

37 *Intellectus ad l. de quibus. ff. de legib.*

38 *Intellectus ad c. finale de consuetu. & nu. 46.*

39 *Lex indistinctè loquens indistinctè intelligenda.*

40 *Consuetudo etiam super grauibus & si inducta foret principe ignorante, ualet contra ius positiuum, dummodo sit rationabilis et præscripta. nu. 41. et contra ius cui possit per pactum derogari aliàs secus. nu. 42. sed contra, nu. 43.*

44 *Statuto uel consuetudine detrahi non potest iuri seu patrimonio singulorũ de populo qui nõ cõsentiũt, & hoc uerum si sine causa: alias secus. nu. 45.*

47 *Statuto seu consuetudine aliquid fieri potest, quod non potest per pactum.*



1 PRO prędictorum pleniori intelligentia uideamus, † quæ cõ
suetudo dicatur rationabilis, et
quæ irrationabilis. Glo. in d.
c. fi. de consuetud. in uerbo ra-
tionabilis. circa medium à cõ
trario sensu uidetur tenere quòd illa sit irratio-
nabilis quę obuiat canonicis institutis: & sic uide
2 tur sentire † quòd non ualeat aliqua consuetudo
disponens contra ius ut irrationabilis, quod est
contra l. de quibus. ff. de legib. & c. cum dilectus.
eo. tit. de consue. Ideò dicta Glo. sano modo est
3 intelligenda, videlicet. Quod † illa cõsuetudo sit
irrationabilis quæ obuiat canonicis institutis,
quod est quando à iure improbatur. & sic cessat
contrarium de dicta. l. de quibus. Hosti. uerò in
4 eo. c. fi. dicit † non posse dari certa doctrina quæ
dicatur consuetudo rationabilis, & quæ non, &
ideò hoc relinquendum iudicis arbitrio. quod
& sequitur ibi Ioan. And. D. Ant. D. Floria. Imo.
& D. Nicolaus, ex quorum dictis recolligẽdo &
aliqua addendo dici potest pro prædictorum declaratione, ꝙ tres casus sunt considerandi.
5 Nam quandoque & primò † consuetudo ex-
pressè approbatur à iure, & hęc sine dubio ratio
nabilis est: ut patet in d. Glos. & in iuribus in ea
✻ allegatis in quo omnes concordant. ✻
6 Quandoque & secundò † expressè reproba-
tur à iure, & hęc est irrationabilis: ut uult Glo. in
dicto c. fina. & planum est, ut patet in iuribus in
fine dictæ Glos. allegatis. Nec in hoc reperitur
✻ contradictor. ✻
7 Quandoq; & tertiò † ipsa consuetudo non est
expressè à iure approbata, nec expressè reproba-
ta, & tunc dicendum est, ut dicit ibi Hosti. quem
sequitur Io. And. & in c. j. de cõsti. & cõmuniter
✻ Doctores in d. c. fi. ✻ videlicet arbitrariũ esse, quę
cõsuetudo sit, & videatur rationabilis, & quæ ir-
rationabilis, ex quo non reperitur hoc iure deter
minatũ. Ad hoc. c. de causis. de offi. deleg. Sed du
8 bium est † qualiter iudex habeat hoc considerare,
& quid oporteat ut consideret in arbitrando su-
per rationabilitate uel irrationabilitate, qđ ubi
supra prosequuntur Doctores. circa quod dicen
dum est, reducendo eorum dicta ad concordiã,
quòd primò & ante omnia iudex ipse considera
re debet finem ipsius consuetudinis, si de eo ap-
parere potest. j. dist. consuetudine. & iiij. dist. erit
9 autem. & si † eius finis tendit ad bonum æternũ,
ad quod tendit ius diuinum & canonicum arbi-
trabitur eam rationabilem, secundum ius diuinũ
& canonicum. Si uerò finis ipse tendit contra bo
num æternum, arbitrabitur eam irrationabi-
lem, secundum ius diuinum & canonicum.
10 Si uerò † tendit ad bonum publicum ad quod
tendit ius ciuile, & tunc arbitrabitur eam ratio-
11 nabilem, secundum ius ciuile. Si uerò † tendat
contra bonum publicum, & tunc iudicabitur ir-
rationabilis secundum ipsum ius ciuile, ut di-
cunt in dicto cap. finali. D. Antonius & Imola.
12 Et hinc est † ꝙ cõsuetudo disponens ꝙ q̃s, possit
suũ debitorẽ uel eius fideiussorẽ sua auctoritate
pignorare, iudicatur irrationabilis, cum sit irra-
tionabilis attento eius fine, cum ex hoc sequi
possint rixæ & vulnera, quod est contra bo-
13 num publicum, & hoc † si de ipsa consuetu-
dine sit quòd pignoret inuitum: secus si uolen-
tem. Ad hoc l. iij. C. de pignor. & hoc voluit in
eodem capi. finali. Hostiens. & Ioannes Andr.
& hoc quando apparet seu apparere potest de
ipso fine.
14 Si uerò † non appareat, uel apparere minimè
possit de fine ipsius consuetudinis, & tunc se-
cundo loco ipse iudex considerare debebit, an
ius approbet, uel reprobet similem consuetu-
dinẽ: nã si ius eã similẽ approbet iudicabitur ra-
tionabilis, si uerò reprobet simile ĩ cõsuetudinẽ,
iudicabiť irrationabilis, ut uoluit ĩ eo. c. fi. Host.

Ioan. And.& Franciscus Vercellensis, cum qui- ✻ bus cæteri transeunt. ✻

15 Ea quo† infertur quòd consuetudo seu statutum reducens pœnam homicidij in pecuniariã, uel alterius similis delicti, irrationabilis uideatur,& non ualet,sicut nec & consuetudo, quinimò reprobanda est, secundum prædictos. Quod & ibi tenet etiam Abbas. Henricus Boich. Do. ✻ Antonius.Petr. de Aocha.& cõiter scribentes. ✻

16 Si uerò† de consuetudine simile non apparet, & tunc iudex ipse considerabit an cõsuetudo allegata sit præter ius, & iudicabitur in dubio rationabilis,per notata per Glos.aij. dist. illa. Aut

17 contra ius, † & in dubio iudicabitur & præsume

18 tur irrationabilis.& hnc† nisi contrarium probetur & appareat. Ad hoc textus de eo qui mitt. in possess.in cap. cum uenissent. secundum D. Antonium, Florianum & Imolam in allegato cap. fina. pro quo etiam facit cap.j. de præscrip. lib. vj. secundum D. Nicolaum ibidem, secundum quem non obstat si dicatur quòd consuetudo

19 contra ius non potest esse rationabilis: quia† ius super ratione fundatum est, ut dicto. §. erit autem.& C. de legib. l. leges sacratissimæ. quia

20 prout dicit Ioannes And. † licet hoc uerum sit, considerata unica ratione & unico fine, tamen consideratis diuersis rationibus, & finibus potest esse rationabilis consuetudo quæ est contra

21 ius rationale. Quod patet. nam † ius indocit vt episcopus tractet negocia ecclesiæ cum consilio capituli, & hoc quia sunt unum corpus. de hijs

22 quæ fiuot à prælat.c. nouit.& etiam: quia † firmius est iudicium plurimorum. cap. prudentiam. de offic. deleg. & tamen ualet consuetudo contra istud ius.cap.iij. de consuetud. lib. vj. & erit rationabilis alia ratione considerata uidelicet, vt facilius expediantur negocia ecclesiæ secundum Imolam & D. Nicolaum d.c.fin.

23 An autem † reprobata consuetudine intelligatur reprobata præterita uel futura? Glos. in Clementina statutum.in uerbo consuetudine. de electio. & in Clementi. si una. de reb. eccles. in uerbo decernimus. uidetur tenere quòd reprobata consuetudine intelligatur de præterita. Tu

24 autem discas,quidquid dictę Glo.dicant,† quòd damnata consuetudine generaliter & indistinctè, vtraque scilicet preterita & futura,damnata intelligitur,secundũ Pet.& Cyn.in l.ij.C.quæ sit longa consuetu.arg.l.in fraudem.§.fin.cum l. seq.ff. de testa.mili.quod & sequitur Paul. & Lapus. in Clementi.statutum de electio.& Bar.io l.si mihi & tibi.ff.de leg.j.& Imo.io d.c.si.quod & uerius ✻ est,& communiter tenetur. ✻ Nam quando† cõ-

25 suetudo præcedit legem,ita quòd lex sequitur, & tunc seruatur ipsa lex.C.ne fideiussor.doti.dentur l.j.& ff. de sepulchro uiola.l. iij.§. diuus. ubi ✻ legistę communiter hoc tenent ✻.quod uerum

26 est:quando† ipsa lex ea pressè derogat ipsi consuetudini,uel quando de mente condentis ipsam legem,hoc constat,cum tunc lex eam tollat:aliás ipsa non tollit ipsam consuetudinẽ si rationabilis sit,ut est casus in c.j.de constit.lib. vi. secundum Ioan.And.in d.c.fina. de consuetud. qui hoc tenet. quod & communiter ✻ tenent etiam Canonistę per dictum cap.

27 Aut†ipsa consuetudo sequitur legem,& tunc, aut ipsa consuetudo est generalis, ita quòd etiam ea utitur conditor legis,& ipsa tollit legem,ut dicta l.de quibus.§.iouetcrata.& de rescrip.c. non-

28 nulli.ij. responso. Aut † est particularis, & tunc in illis locis in quibus non est inducta non preiudicat ipsi legi, vt uoluit Glo.iij. in eodem cap.

29 fin.& ita loquatur† l.ij.C.quę sit longa consuet.

30 sed † in eo loco in quo est inducta an prejudicet ipsi legi seu iuri positiuo maius dubium est, super quo Ioan. And. in dicto cap. fina. remittit se ad notata per ipsum in additionibus Speculatoris in tit. de instrumentorum editione.§. compendiose. uersi. sed nunquid, ubi distinguendo dicit. Quòd aut ipsa consuetudo est inducta de consensu papę, & tunc sine dubio preiudicat ipsi iuri positiuo in illo loco. Adhoc d. l. de quibus.in fine. Adhuc quod notatur in Clementina.

31 generalem.de ętat. & qual. Aut † est inducta eo ignorante,& tunc, aut est inducta ex causa euidentis necessitatis uel utilitatis subditorum, & idẽ ut ualeat,& ipsi iuri positiuo preiudicet. Ad hoc quod notatur in c.cum dilectus.de consuetu. & in procemio lib. vj.

32 Aut† non est inducta propter euidentem utilitatem seu necessitatem subditorum, & tunc aut super negocijs leuibus,& ualet: argumento eorũ quę notantur in l.j.ff.de uent.iospic.& in cap.ij. de uerb.signifi.lib.vi.

33 Aut† super negociis grauibus,& tunc non ualebit,nec preiudicabit ipsi iuri positiuo. cum nõ presumatur quòd princeps fuisset concessurus; argumẽ.c.j.& c.fin.de constitu.& dicti.§. diuus. prout uoluit ipse Ioan. And. in dictis additio-

34 nibus.Quod† sine dubio procederet quando ipsa consuetudo esset inducta contra libertatem ecclesiasticam.cum tunc nõ ualeat.C.de sacros. ecclę sanctiẽ.casia.uel contra publicam utilitatem, cum & tunc similiter non ualeat.Nam & non ualet ipsa lex l.fin. C.si cõtra ius uel util.publ.prout uoluit Bart.in d.l.de quibus.& D.Nicolaus in

35 d.cap.fina. Aliás uerò† si esset inducta contra utilitatem priuatam,& tunc ualeret ipsa cõsuetudo, & præiudicaret iuri positiuo in loco illo, prout uoluit Bart.in d.l. de quibus.per dictam l. & D.

36 Nicolaus in eod.c.fin. Quod† procedit etiam si inducta fuerit super grauibus ipso Papa uel prin

37 cipe ignorante: ut patet†ex textu dictæ l. de qui-

38 bus.& dicti† c. finalis.indistinctè loquentis, un-

39 de† indistinctè intelligi debet.aix.dist.si Roma-

40 norum.Quod† & locum habet non solum de iure ciuili, quo iure Imperator cõcessit potestatẽ populo cõdendi statutum etiam contra ius l.omnes populi.ff.de iusti.& iure. & pariformiter inducendi ipsam consuetudinem, ut dicta l. de quibus

quibus. propter quod ſcientia ipſius principis aliter non requiritur, ſed etiam de iure canonico, quo iure Papa permittit conſuetudinem induci etiam contra ius, dummodo ipſa conſuetudo ſit rationabilis & præſcripta: vt eſt expreſſum io dicto c. finali. propter quod alius conſenſus vel ſcientia ipſius Papæ non requiritur, ſecundum ipſum Imolam in eodem c. finali. quę ea

41 his videtur velle quòd † conſuetudo inducta etiã ſuper grauibus valeat, & præiudicet ipſi iuri poſitiuo, etiam ſi inducta ſit ipſo Papa ſeu principe ignorante, dummodo ſit rationabilis & præſcri-

42 pta prout patet in d. c. finali. Quod † procedit quando ipſa conſuetudo eſſet inducta contra tale ius poſitiuum, cui poſsit per pactum derogari: vt in c. ſi diligenti. de foro competen. aliàs ſecus: vt voluit Vincentius in cap. cum conſuetudinis. de

43 conſuetu. Sed † hoc non videtur eſſe verum: quia ſecundum hoc conſuetudo non obeſſet furioſis & infantibus, qui conſentire non poſſunt. ff. locat. l. qui ad certum. niſi dicatur prout dicunt aliqui. quòd licet furioſi & infantes non poſsint conſentire, tamen ſufficit quod maior pars vniuerſitatis, cum tunc omnes conſentire videantur. ff. ad municip. l. quod maior. & vt notatur Iol. penultima. ff. de iuſtitia & iure. Sed certè hoc non eſt ſemper verum, cum procedat in obligatione vniuerſitatis, vt ipſa conueniri poſsit, non autem procedit in ipſa conſuetudine, per quam detrahitur iuri & patrimonio ſingulorum & ſinguli conueniuntur, quod per pactum fieri non poteſt. ff. de verbo. obliga. l. ſtipulatio iſta. §. alius. & §. ſi ſtipuletur. vt voluit Innocen. in c. ex parte. de conſuet. prout refert Ioann. And. in dicto c. finali. in oppoſitionibus, cum hoc dicto tráſiens, quod eſt

44 notandum. cum † ea hoc inferatur quòd per ſtatutum vel conſuetudinem detrahi non poſsit iuri ſeu patrimonio ſingulorum, de populo non

45 conſentiente. Quod † locum haberet quando ita diſponeret ſine cauſa: aliàs ſi cum cauſa, & tunc aliud eſſet, vt eſt textus in l. venditor. §. ſi conſtat. ff. commu. præd. ſecundum Imolam in dicto capitulo finali. & hoc etiam voluit textus ibi, dicens quòd conſuetudo præiudicat iuri generali in loco vbi eſt, ſi ſit rationabilis, & ſic ex iuxta cauſa emanet, tunc enim ipſa conſuetudo valet & derogat iuri generali in loco illo, ſi ſit præſcripta, vt voluit Ioannes And. & ſic ipſa conſuetudo detrahet iuri & patrimonio ſingulorum illius loci quibus proderat tale ius, etiã quòd omnes non conſentiant, puta infantes & furioſi,

46 cum ex iuſta cauſa emanet, prout patet ex textu dicti cap. finalis generaliter loquẽtis, ſecundũ

47 Imolam ibi. Qui † ex his infert, quòd aliquid fieri poteſt per ſtatutum ſeu conſuetudinem, quod non poteſt per pactum. Ad hoc quod notatur in cap. cum dilectus. de conſuetu. & per Bartol. in dicta l. omnes populi. in tertia quæſtione principali.

CONCLVSIONIS & Regulæ xiij.

ARGVMENTVM.

Quantum tempus requiratur ad præſcribendam conſuetudinem de iure canonico.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo contra ius commune præſcribitur ſpatio quadraginta annorum, niſi induceretur ex actibus per illum qui poteſt ius condere. nu. 2.*

3 *Conſuetudo in curia Romana ubi Papa præſens eſt, inducitur ſpatio decem annorum. & hoc uerum ſi agatur de inductione ex actibus geſtis per Papam: aliàs ſecus. nu. 4.*

5 *Conſuetudo præter ius præſcribitur ſpatio decem annorum, niſi tenderet ad detrahendum iuri alicuius eccleſiæ. nume. 6.*

7 *Conſuetudo ſecundum ius non eſt neceſſe ut præſcribatur, ſed contrarium uerius. nu. 8. & 14.*

9 *Conſuetudo ut inducatur, quot actus requirantur iudicis arbitrio relinquitur, ſecundum communem opinionem. nec unicus actus ſufficeret, ſecundum communem nu. 10. & ſi unicus actus eſſet ſucceſſiuus. nu. 11. ſed uerius ut nõ ſufficiat. nu. 12.*

13 *Conſuetudo ſecundum ius ut inducatur, neceſſe eſt, ut conſtet quòd utentes inducere eam voluerint: aliàs ſecus.*

15 *Conſuetudo inducitur de iure ciuili ſpatio decem annorum ſecundum communem opinionem.*

16 *Tempus decem annorum dicitur longum tempus.*

17 *Conſuetudo de iure ciuili ſiue ſecundum ius, ſiue præter uel contra, inducitur decennij ſpatio, ſiue inter præſentes ſiue abſentes. nu. 18. & 27.*

19 *Præſcriptio currit ex negligentia.*

20 *Conſuetudo ſurgit ex tacito conſenſu populi præſumpto.*

21 *Conſuetudo decennij ſpatio inducitur ſiue habeat cauſam continuam ſiue diſcontinuam, ſiue habeat titulum uel cauſam ſiue non. nu. 23.*

22 *Perſeuerantia in eadẽ uoluntate ſemper præſumitur.*

24 *Præſcriptio ut procedat requiritur titulus & bona fides, ſed non ſemper. nu. 26.*

25 *Conſuetudo ut inducatur non requiritur titulus neque bona fides, ſed tãtum uſus & tempus cõpletũ.*

28 *Cõſuetudo in reſeruatis principi requiritur ut ſit præſcripta tanto tempore cuius contrarium memoria non exiſtat.*

29 *Conſuetudo à lege reprobata tempore induci non põt.*

30 *Conſuetudo in rebus eccleſiaſticis utroque iure ut ſ[illegible]ficax ſit, debet eſſe præſcripta ſpatio quadraginta annorum.*

31 *Conſuetudo mala etiam de iure ciuili requirit curſum temporis, cuius contrarij memoria non exiſtat, uel ſaltem ſpatium triginta annorum. niſi mala eſſet, numero 32. & tunc ſi non induceret peccatum ualeret in caſu ſuo. nume. 33.*

Sed imò indiſtinctè ſi præſcripta foret in memoria bili

bili tempore.nu.34.Idem si spatio triginta anno-
rũ.nu.35.Sed cõtrarium uerius utroq; casu.n.36.
37 *Consuetudo non contra ius,nec ius inducens,sed dans*
quandam facultatem non requiritur quòd sit ali-
quo tempore præscripta.



ISO quæ consuetudo dicatur ra
tionabilis,uideamus quantũ tem
pus requiratur ad præscribendũ
consuetudinem de iure canonico,
& quid de iure ciuili. Et dicendũ
est si de iure canonico quæratur
quòd considerandi sunt tres casus.
1 Nam quandoque & primò † inducitur ipsa cõ-
suetudo contra ius commune & tunc ad eam præ
scribendam requiritur tempus quadraginta anno
rum,pro ut uoluit Glos.in c.finali.de consuetud.
Ad hoc c.de quarta.de præscrip.& c.i.eodem ti-
2 tulo libro vi.Quod † uerum est,nisi talis consue
tudo inducatur ex actibus gestis per illũ qui po-
test ius tollere: nam cum dictum tempus requira
tur ad hoc ut habeatur consensus superioris qui
potest legem tollere,si actus fiat per ipsum, satis
uidetur de eius consensu apparere per longum tẽ
pus,sicut in simili dicetur de iure ciuili.
3 Ex quo infertur † quòd si agatur de consuetudi
ne inducenda in Romana curia cùm Papa ibi sit
præsens,qui potest iura tollere,inducetur consue-
tudo spatio decem annorum,secundum D. Anto
4 nium in dicto c. finali.quod uerum est, † si aga-
tur de consuetudine inducenda ex actibus gestis
per papam:secus si agatur de ea inducenda ex acti
bus gestis per alios, cùm tunc non præsumatur
de tacito consensu Papæ,nisi sit præscripta spacio
quadraginta annorum: ut patet ex textu dicti c.
finalis iuncta Glos.secundum Imolam ibi:quod
& uidetur sequi ibidem D. Nicolaus dicens sim-
pliciter requiri tẽpus quadraginta annorũ in præ
scribẽda cõsuetudine cõtra ius de iure canonico.
5 Quandoque & secundò † ipsa consuetudo in-
ducitur præter ius,& tunc sufficit tempus decem
annorum,cum tale tempus dicatur longum tem-
pus.C.quæ sit long.consuet.in rubro et.ff.qui & a
quib.l.si fideicõmissa.§.finali & ut uoluit Glos.
notabilis in c.finali de consuet.lib.vi.& xii.dist.
consuetudo.in Glos.quod & uoluerunt Domini
de Rota decisione.xli.secundum D.Florianum q
6 hoc idem tenet in eodem c.cũ tanto.Quod † pro
cedit nisi ipsa consuetudo ueniat ad detrahendũ
iuri alicuius ecclesiæ,cum tũc requiratur tempus
quadraginta annorum, sicut & in præscriptione,
prout uoluit Innocen. in c.dilectus de consuetu.
secundum Do.Nicolaum in d.c.cum tanto quod
est finale.& hoc modo procedere poterit Glo.fi-
nalis in illo cap.
7 Quandoque & tertiò † ipsa consuetudo indu-
citur secundum ius,& tunc non est necesse quòd
præscribatur,cum uideatur tunc approbari per
ius, secundum Do.Florianum ubi supra.Sed hoc
8 † non est uerum cum ad inducendam consuetudi
nem requiratur frequentia actuum, & tempus,
ex quibus colligitur tacitus consensus habentium
inducere consuetudinem, secundum Glos.in ip-
so.c.finali.in uerbo legitimè.circa medium. Sed
9 quot † actus seu uices requirantur?Gloss.ibi non
aperit.super quo fuerunt opiniones uariæ,de qui
bus ibi per Ioannem And.in sua summa in c.iij.
ubi uidetur tenere quòd hoc sit arbitrarium.cũ
requirantur tot & quot & tales actus quòd ueri-
similiter transeant in notitiam populi uel maio-
ris partis.unde nõ potest dari certa doctrina.Ad
hoc. cap.de causis.de offic.deleg.& hæc est com-
* munis opinio * secundum Imolam & D. Nico-
10 laum ibi. Tenentes † etiam quòd unicus actus nõ
sufficiat ad consuetudinem inducendam, pro ut
* communiter tenetur * cum iura uideantur pon-
derare frequentiam actuum:ut l.i.C.quæ sit long.
consuet.& l.an in totũ.C.de ædif.priu.Quod pro
cedit secundum Ioannem And.D. Antonium &
11 D.Florianum ubi supra,nisi † talis actus sit suc-
cessiuus seu habens causam successiuam, pro ut
est in habente potestatẽ supra uiã.Ad hoc quod
habetur in c.cum de beneficio.de præbend.libro
vi.quod & tenet ibidem Do.Nicolaus. Tutius
12 † tamen est tenere quòd indistinctè non sufficiat
unicus actus:ut tenuit Guiliel.Io.de Imol.& cõ-
* muniter tenetur: * quia ex unico actu non bene
potest colligi tacitus consensus populi,ut uelit in
posterum hoc fieri, cum possit esse quòd uni-
cus actus toleretur ex gratia: quod non est quan
do interuenit frequentia actuum,cum ex ea ueri-
similiter colligi potest quòd uelit ex hoc consue-
tudinem induci. Ad hoc quod habetur in auct. si
mulier. C.ad Velleian.secundum Imolam, secun
dum quem non constat dictum c.cum de benefi-
13 cio. cum procedat in suo casu. Quin imò † ulte-
rius requiritur uidelicet: quòd uoluerint cõsue
tudinem inducere,cũ in dubio non uideantur uti
animo inducendi consuetudinem, sed seruan-
di ius. Ad hoc quod notatur in c.i.de constitut.
lib.vi.per Ioannem de Lignano,secundum Imo-
lam in eodem c.finali qui licet expressè non de-
claret quantum tempus requiratur, tamen uide-
14 tur quòd † sufficiat tũc tempus decem annorum
sicut & multo fortius: quando inducitur præter
ius,ut supra patet.
Secundo uerò casu principali, uidelicet quã-
15 do † loquimur de iure ciuili,& tunc pro ut com
* muniter * tenetur,sufficit ad præscribendam con
16 suetudinem tempus decem annorum, cum † tale
tempus dicatur longum.C.quæ sit long. cons. in
rubrica, pro ut uoluit D.Antonius & Imola in di
17 cto c.finali. Quod procedit † non solum si ipsa
consuetudo inducatur secundum ius uel præter
ius, ut supra, sed etiam si inducatur contra ius.l.
de quibus. ff.de legib.& ut notatur in dicta rubrica.
C.quæ sit long.cons.& in l.i.& ii.eo.tit.ubi.Cy.
hoc tenuit.quod & tenuit etiam Bar.in l.de qui-
bus.ff.de legib.
18 Item procedit † siue talis consuetudo induca-
tur

tur inter præsentes, siue inter absentes, cum non distinguatur inter eos in ea, sicut distinguitur in præscriptione. C. de præscrip. long. temp. l. finali.
19 quia † præscriptio currit ex negligentia: quæ est magis in præsente, quàm in absente. Sed
20 † consuetudo surgit ex tacito consensu populi præsumpto ex frequentia actuum cum patientia ipsius populi vel maioris partis: vt d. l. de quibus. secundum Imolam vbi supra.
21 Item procedit † siue cõsuetudo habeat causam continuam siue quasi, cum non distinguatur in hoc in ea, sicut in præscriptione. ff. de serui. l. seruitutes. quia consensus tacitus ipsius populi vel maioris partis, ex quo surgit ipsa consuetudo, ha-
22 bet in se causam continuam. quia † quis semper præsumitur continuare & perseuerare in eadem voluntate. c. memores. de baptism. & ff. de acqui. pos. l. si is qui. vnde sufficit longum tempus, & sic tempus decem annorum: vt d. l. diutina. & dicta l. j. & ij. C. quæ sit long. consue. secundum Imolam vbi supra.
23 Item procedit † siue consuetudo habeat titulum & causam vel non, cum ad ipsam inducendam non requiratur titulus seu causa: vt videtur tenere Glos. in dicto c. finali. sed clarius ibi Hostiens. dicens quòd consuetudo differt à præscri-
24 ptione in hoc videlicet. quia † in præscriptione requiritur titulus & bona fides. c. si diligenti.
25 de prescrip. Sed † in consuetudine non requiritur nisi vsus & tempus completum. ff. commu. præd. l. venditor. §. j. quem ibi sequitur Ioann. And. pro quo facit: quia nullo iure cauetur, vt in consuetudine requiratur titulus seu causa, etiam si inducatur contra ius. imò potius videtur in dicto c. fi. oppositum probari, secundum D. Nicolaum ibi. quod non est in præscriptione in qua requiritur
26 titulus licet † non semper, pro vt notatur in d. c. si diligenti. & in c. j. de præscrip. lib. vj.
27 Sed licet regulariter hoc verum sit, † vt sufficiat tempus decem annorum de iure ciuili ad cõsuetudinem præscribendam, prout supra dictum fuit. Tamen fallit.
28 Et primò: † quando ipsa consuetudo versatur circa reseruata principi, cum tunc requiratur præscriptio tanti temporis, cuius contrarij memoria non existat, non solum de iure canonico, vt in c. super quibusdam. §. j. de verbo. significatio. sed etiam de iure ciuili. ff. de aqua quotidia. & æsti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. secundum Imolam & D. Nicolaum in eodem c. finali. quod & communiter tenetur. *
29 Secundò fallit: † quando ipsa consuetudo esset à lege reprobata, cum tunc tempore induci non possit. C. de sacrosanct. eccles. auten. cassa. & C. de fur. auten. nauigia. secundum Imolam vbi supra.
30 Tertiò fallit; † quando ipsa consuetudo induceretur in rebus ecclesiasticis, cum in ea requiratur tempus quadraginta annorum, non solum de iure canonico, vt supra. sed etiam de iure ciuili: vt in auten. quas actiones. C. de sacrosanct. eccl. canonizata xvj. q. iij. & hoc sensit Glos. in dicto c. finali. & ibi Compostellan. & Ioannes And. allegando dictam auten. canonizatam, cum quibus
* cæteri transeunt. *
31 Quartò fallit: † quando ipsa consuetudo esset mala, cum tunc ad ipsam præscribendam requiratur tempus cuius contrarij memoria non existat, vel saltem tempus xxx. annorum: vt voluit Glos. C. de agri. & censi. in l. domini prædiorum. libro xj. secundum D. Florianum in dicto c. fina. pro quo facit quod habetur in l. quod non ratione. ff. de legib. Quod verum est secundum eum,
32 nisi † sit mala & contra rationem ita quòd inducat peccatum, cum tunc non valeat etiam de iure ciuili quantocumque tempore sit seruata, per ea quæ habentur in dicto c. finali, in textu, & in c. fi.
33 de præscrip. Aliàs † enim si non induceret peccatum, licet sit mala & contra rationem, tamen valet in suo casu per dictam l. quod non ratione. si sit præscripta spatio decem annorum, per l. si cum fideicommissum. §. Aristo. ff. qui, & à quib. cum similibus: sed non quo ad alios casus. Et
34 hoc † nisi sit præscripta tãto tempore, cuius contrarij memoria non existat, cum tum valeat, secũdum eum, etiam quo ad alios casus: quia ex tanto tempore quòd erat iniustum censebitur factum
35 iustum. dc præscrip. c. j. libro vj. Vel nisi † sit præscripta spatio triginta annorum, cum & tunc dici possit quòd sufficiat hoc authoritate dictæ Glos. l. domini prædiorum. licet iure non probetur. secundum ipsum D. Florianum. Sed imò
36 † ne dum si sit præscripta spatio xxx. annorum, verum & si sit præscripta tanto tempore quòd de contrario memoria non existat, non proderit quo ad alios casus, ex quo est mala, & contra rationem inducta, per id quod habetur in dicta l. quod non ratione.
37 Quintò fallit: † quando per ipsam consuetudinem non disponitur aliquid contra ius, nec ipsa consuetudo aliquod ius inducit, sed dat solum quandam facultatem, quòd de mera facultate agitur, cum tunc non requiratur quòd sit præscripta aliquo tempore. l. viam. ff. de via publi. secundum D. Florianum, & Imolam in eodem c. finali. secundum quos ita procedit, dicta l. tunc valeat. vt v. dist. c. j. & ij.

CONCLVSIONIS XIIII.

ARGVMENTVM.

Lex positiua & præceptiua vsui non recepta, an obliget ad peccatum.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Lex positiua & præceptiua vsui non recepta, an obliget ad peccatum & remissiuè.*
2 *Constitutio permittens, disponens, uel puniens potest per*

per desuetudinem tolli. etiam si ipso iure pœnam imponat.nu.3.

4 *Constitutio uetans uel præcipiens ad commodum priuatum tolli potest desuetudine.*

5 *Constitutio prohibitoria uel præceptoria concernens fauorem Dei, uel commodum publicum si emanat super eo, cuius contrauentio aliàs generabat mortale peccatum desuetudine non tollitur etiam si à, principio non recipiatur, secundum communem opinionem.* ✠

6 *Constitutio probibitoria uel præceptoria emanans super eo quod non inducebat mortale peccatum, si nõ recipiatur sciente & patiente superiore, non ligabit. nec isto casu requiritur aliqua præscriptio. nu. 7. Secus si superiore ignorante. nume. 8. Sed contrarium uerius. nu. 9*

10 *Constitutio à principio non recepta per desuetudinem decennij præscriptam tollitur & hoc uerum de iure ciuili. nume. 11. Secus de iure canonico. nume. 12. & 13.*

14 *Constitutio à principio recepta per consuetudinem cõtrariam tolli potest, quod uerum est, si consuetudo sit rationabilis & præscripta spatio quadraginta annorum, & hoc de iure canonico, nu. 15. De iure uerò ciuili sufficit præscriptio decem annorum. secundum communem opinionem* ✠ *nu. 16.*

1 
EX positiua † & præceptiua
usui non recepta an obliget ad
peccatum, de hoc tractat Ioã-
nes And. in rubrica de consue.
post Innocen. & Compostella-
num. & Goffredus Innoc. Ho-
stiens. Ioannes Calderinus D. Antonius, D. Flo-
rianus, Imola & D. Nicolaus in c. i. de treuga &
pace. Ex quorum dictis recolligendo & ea iungẽ-
2 do concludi potest. quòd † aut constitutio per-
mittit, disponit uel punit, & potest tunc per de-
suetudinem tolli: ut iiij. dist. c. in istis. §. leges. se-
3 cundum D. Florianum. Quod † procedit etiam si
imponat pœnam ipso iure, ut probat textus iun
cta Glos. xv. q. ultima cum multi. esto quòd aliud
uoluerint quidam, prout refert in d. c. I. Ioannes
And. & non bene, quẽ ibi sequitur D. Nicolaus.

4 Aut † ipsa cõstitutio uetat uel præcipit, & tũc
aut ad commodum priuatum & potest per desue
tudinem tolli: quia etiam per renuntiationẽ tale
ius tolli potest. Ad hoc quod notatur per Glo. in
l. de quibus. ff. de legib. secundum ipsum D. Flo-
rianum, Imolam & D. Nicolaum.

5 Aut † concernit fauorem Dei, ut in dicto c. i.
de treuga & pac. uel commodum publicum, ut in
c. ii. eodem titulo, & tunc, aut ipsa constitutio
prohibitoria uel præceptoria emanat super eo cu
ius contrauentio de se aliàs generabat mortale
peccatum, & tunc non tollitur per desuetudinem
etiam si à principio non recipiatur, per id quod
habetur in c. finali de consuet. per Ioannem Cal-
derinum. & plenè dictum fuit in præcedentibus
✠ conclusionibus, & ita communiter tenetur. ✠

6 Aut emanat † super eo cuius cõtrauentio de se
non inducebat mortale peccatum, & tunc, aut à
principio non recipitur, & tunc si non recipitur
sciente & patiente superiore, & sic tacitè consen-
tiente ipsi non receptioni, & tunc talis constitu
tio non ligabit: ut dicto §. leges. prout uoluit in
dicto c. i. D. Florianus & Imola. Ad hoc quod ha-
betur xx. dist. c. i. & de cleric. cõiugat. c. cũ olim.
7 secundum D. Nicolaum. Nec † requiritur hoc ca
su aliqua præscriptio, uel tempus ad præscriben
dum, sed sufficit hoc casu binus uel trinus actus
in contrarium factus sciente & patiente superio-
re, cum per talem actum appareat de consensu su
perioris: argumento. l. iii. C. de episc. audient. &
xxv. q. ii. c. ita nos. secundum D. Nicolaum. circa
quę uide quæ dicta sunt in præcedentibus. si uerò
8 † ipsa constitutio non recipitur superiore ignorã
te, & tunc ligabit, nec consuetudo uidetur opera
ri in contrarium, cum contra eam ueniens ui-
deatur peccare, & per consequens uidetur quòd
consuetudo ipsam constitutionem tollere non
possit, ut uoluit in dicto c. i. Hostien. quem ibi se
quitur D. Florianus. Sed Ioannes Calderinus in
9 additionibus uidetur tenere contrarium. † Quod
& uerius est secundum Imolam & D. Nicolaum.
Nam licet primi non obedientes tali constitutio
ni prohibitoriæ seu præceptoriæ mortaliter pec-
cauerint, per id quod habetur in c. ij. de maio. &
obed. & xiiij. q. i. quod præcipitur. tamen potest
contra ipsam præscribi: nam non sequitur primi
peccauerunt: ergo & consequẽter alii, cum po-
tuerint inducti aliqua ratione. Ad hoc quod no-
tatur in c. de quarta. de præscrip. & de iure patro.
c. cura. et postquàm erit præscriptum contra ip-
sam non peccabunt: ut d. §. leges et ita intelligi
debet Gloss. in d. c. i. secundum ipsum Ioannem
10 Calderinum. qui etiam ibi dicit, † quòd sufficit ad
præscribẽdum tempus decem annorum, ex quo à
principio non est recepta. per notata in dicto c.
j. D. Antonius, & cum ea ibi uidetur transire D.
Florianus in additionibus. quæ opinio licet sit
multum notabilis, secundum leges: cum secun-
11 dum eas † sufficiat tempus decem annorum ad in
ducendam consuetudinẽ contra ius, prout nota-
tur per Cynum in l. ii. C. quæ sit longa consuetu.
12 cum secundum canones aliud sit, † cum requira-
tur tempus quadraginta annorum ad inducendã
consuetudinem, et præscribendam contra ius, pro
ut notatur per Glo. in d. c. finali. de consuetud. li
bro vi. prout et uidetur uelle in d. c. i. ipse Imola
et etiam D. Nicolaus. Licet dici posset pro susti-
nenda opinione Calderini D. Antonij et D. Flo-
13 riani † quòd diuersum est cõstitutionem esse usui
receptam, cum tunc sine dubio de iure canonico
non præscribatur minori tempore quadraginta
annorum, aliud uerò non esse usui receptam.

14 Aut † ipsa constitutio fuit à principio rece-
pta, et tunc potest consuetudinem tolli eadẽ ra-
tione, prout uoluit Ioannes Calderin. in d. c. per
id quod habetur in c. fin. de consuet, et in c. finali
eodem

eodem titulo, libro vj. pro quo etiam facit quod notatur per Cynum in dicta l. ij. & per Bar. in d. 15 l. de quibus. Quod verum est † si talis consuetudo sit rationabilis: vt quia est fundata super aliqua ratione: vt vult textus in dicto c. finali. extra de consuetu. & sic seruata per tempus quadraginta annorum, prout voluit ipse Ioannes Calderinus & D. Florianus in dicto c. j. per id quod habetur in dictis c. finalibus. de consuetu. extra &
16 libro vj. Quod † procedit de iure canonico. cum
17 † de iure ciuili sufficiat quòd sit obseruata per tempus decem annorum, pro ut voluit Cynus in dicta l. ij. quem sequitur in dicto c. j. Imola &
✻ communiter tenetur. ✻

CONCLVSIONIS XV.

ARGVMENTVM.

Laicorum lex vel statutum, an porrigat effectum suum ad personas ecclesiasticas, & eorum bona.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Laici an ualidè statuant quo ad clericos & eorum bona, remissiuè.*
2 *Statutum laicorum peccati nutritiuum ne dum non seruādum in foro canonico, uerū nec in foro ciuili.*
3 *Laicorum statutum editum ad instātiam ecclesia, uel per ecclesiam approbatum valet, etiam quo ad clericos & eorum bona.*
4 *Ius commune ciuile etiam quo ad clericos & eorum bona seruatur, nisi contradiceret canoni, cum tunc seruandum esset in foro ciuili. nu. 5. nisi essemus in temporali iurisdictione ecclesia. nu. 6.*
7 *Lex laici generalis ecclesia praiudicialis, clericos nec eorum bona ligat.*
8 *Lex ciuilis disponens uel prasumens super re spiritua. li seu ecclesiastica seruari potest. non tamen necessariò seruanda est in foro ecclesiastico, & hoc verum si est merè priuilegiatiua ecclesia, vel clericorum. nu. 9. aliàs secus, etiam si sit fundata super naturali ratione. nu. 11.*
10 *Ratio naturalis amplectenda, vbi canon deficit.*
12 *Lex ciuilis imponens pœnam exercenti actum spiritualem non ualet, ut est in pœnis appositis secundo nubenti infra annum luctus. nisi ex illis induceretur turbatio sanguinis. nu. 13.*
14 *Lex ciuilis ex causa distinguere potest ius diuinum.*
15 *Lex ciuilis prasumens circa actum spiritualem non ualet. & hoc uerum si principaliter disponat: secus si actus spiritualis sit annexus tēporali. nu. 16.*
17 *Lex uel statutum laicorum ualet ex iusta causa prasumens contractum etiā iuratum esse simulatum.*
18 *Lex ciuilis disponens super materia pertinente ad ecclesiam, etiam tollendo lucrum quod aliàs dederat non ualet.*
19 *Lex ciuilis directè uel indirectè disponere non potest in matrimonio.*
20 *Consuetudo laicorum ligat clericos, ecclesias et eorum bona. & hoc uerum si honesta & rationabilis sit mixta clericorum & laicorum, nu. 21. si uerò simplex laicorum remissiuè. nu. 23.*
22 *Intellectus ad c. cum uenissent. de eo qui mitt. in posses. & nume. 43. & 50.*
24 *Statutum laicorum si tendat ad praiudicium ecclesiarum non ligat ecclesias nec clericos, & eorum bona, & nu. 36. Imò etiam si tendat ad fauorem. nu. 25. & 26. Idem in bonis patrimonialibus clericorum. nu. 27.*
28 *Statutum laicorum disponens quòd cōductores possessionum ciuium clericorum in certis casibus possint dimittere eas non ualet.*
29 *Statutum laicorum tendens ad praiudicium ecclesiarum ualet si est ab ea approbatum.*
30 *Statutū laicorū merè priuilegiatiuū ecclesia ualet.*
31 *Laicus priuilegiare potest ecclesiam.*
32 *Statutum laicorum generale non faciens mentionem de ecclesiis uel clericis, si illis est fauorabile ualet, & ipsi illo uti possunt secundum communem opinionem ✻ nu. 35. Imò si illos includat inclusione fauorabili. nu. 33. sed contra, nu. 34. & 35.*
34 *Intellectus ad c. ecclesia. de constitu. & nu. 42.*
37 *Laici non habent potestatem statuendi super ecclesiis, ecclesiasticisq; personis.*
38 *Laici qui statutum generale fecerunt cogi possunt ut declarent illud non extendi ad ecclesias.*
39 *Statutum laicorum de se honestum & rationabile ligat clericos.*
40 *Statutum disponens quòd instrumentum publicum debeat exequi sine libello, ligat clericos etiam in foro ecclesiastico. sed in contrarium est communis opinio ✻ nume. 41.*
44 *Intellectus ad c. cum causa. de re iudi.*
45 *Argumentum à contrario sensu non assumendum ubi resultaret contrarius intellectus iuri.*
46 *Statutum laicorum circa ordinem iudicij uel praeparatoria, si est generale, seruatur in foro seculari etiam in causis ecclesiarum, uel clericorum.*
47 *Statutum laicorum iniicere pōt uinculum ante clericatū, cū tunc liget clericos quo ad patrimonialia.*
48 *Statutum disponens quòd primo genitus succedat patri, si secūdogenitus fiat clericus ligabitur statuto.*
49 *Intellectus ad c. statutum. de resti. in integ.*
51 *Statutum disponens quòd stantibus masculis filia fœmina non succedat, ligabit filiam postea effectam monialem, & hoc uerum si sine peccato per effectum clericum seruari potest statutum. nu. 52.*
53 *Statutum laicorum in decisiuis seruatur quo ad patrimonialia etiam contra clericos: quando obligatio seu ius agendi oritur ex facto clerici. & hoc si principaliter, secus si incidenter. nu. 54. sed contrarium uerius. nu. 55. de quo uide nu. 56.*
57 *Statutum in extraiudicialibus circa solennitatem adhibendā tempore contractus, ligat clericos.*
58 *Subditus non potest contrahere cum non subdito sine lege sui superioris.*
59 *Statuto disponente circa rem ut uendi non possit, non ualebit alienatio etiam si emptor sit clericus.*

60 Statutum

60 *St.tutum disponens circa personam, ut aliquid facere debeat, non ligat clericum.*
61 *Statutum laicorum disponens circa iudicialia, si iudici præfigat legem non ligat iudicem ecclesiasticū. Imò etiam in foro seculari non ualebit in præiudicium clerici. nu. 63. nisi ipse clericus uelit uti pro se, nume. 64.*
63 *Intellectus ad c. quod clericis, de foro compet.*
65 *Statutum generaliter loquens & nō præfigens legem iudici in iudicialibus, seruandum est, in utroque foro contra laicum subiectum, non tamen contra clericum nu. 66. nisi uellet ex eo uti. nu. 67.*



1 I quæratur † an laicus disponere seu statuere possit, uel dispositio lex uel statutum editū ab eo ualeat, & effectum habeat, quo ad personas ecclesiasticas uel eorum bona; dicendum est ut recolligi potest ex dictis D. Antonij, Imolę & D. Nicolai & aliorum in c. ecclesia Sanctæ Marię.
2 de constitut. quod † aut talis lex uel statutum est nutritiuum peccati, & non ualet, nec seruandum est, non solum in foro canonico, & quo ad personas ecclesiasticas, sed etiam in foro ciuili, & quo ad laicos: ut notatur in c. fi. de præscri. & in c. ii. de arbitr. lib. vi. & in regula, possessor. eod. libro.
3 Aut † nō Induc it peccatū, & tunc, aut talis lex uel statutum fuit editum ad instantiam ipsius ecclesiæ, uel per ipsam ecclesiam fuit approbatum, & hue constat, & tunc ualet, & seruandū erit, etiā quo ad clericos, & eorum bona: ut colligitur ex textu dicti cap. ecclesia. & c. nouit de iudi. & xvij. q. j. canone. j.
4 Aut † non fuit editum ad instantiam ecclesię, uel non repetitur ab ea approbatum, & tunc, aut loquimur de lege communi, seu iure communi edito ab ipso laico, puta ab Imperatore, aut de lege seu iure speciali, puta de consuetudine uel statuto particulari alicuius loci.

Primo casu dicendum est quòd ipsa lex generalis seu ius commune ualet, et seruandum est, ēc quo ad clericos et personas ecclesiasticas et eorū bona seu in causis ipsorum. c. i. de noui ope. nunciat. et ibi per Gloss. et x. distinct. lege. et canone. si in adiutorium. Quod et licet regulariter sit uerum, tamen fallit.
5 Et primò: † quando ipsa lex contradiceret canoni, cum tunc lex ipsa seruanda sit in foro ciuili, et nō in foro canonico, in quo seruari debet canon, ut d. c. i. et c. cum omnes. de testam.
6 Istud tamen † sublimitandum est non procedere: quando tale forum seculare esset de temporali iurisdictione ecclesiæ, cum tunc seruari debeat in eo canon et non lex contraria. c. si duobus. de appellat. c. quod clericis. de foro compet.
7 Secundò fallit. † quando lex esset præiudicialis ecclesiæ, ut est qn talis simpliciter infert onus et præiudicium sine causa. iii. q. viij. dignum: cum tunc non ualeat: ut uoluit Ioannes And. post Hostiens. in c. finali. de sol. et Archidiac. in dicto canone, lege. secundum D. Nicol. in d. c. ecclesia.
8 Tertiò fallit: † quando ipsa lex disponeret statuendo uel præsumendo super re spirituali uel ecclesiastica, pro ut facit in titulo. C. de sacros. eccl. cum tunc licet non sit de necessitate seruanda in foro ecclesiastico tamen seruari potest: ut uoluit Ioannes Calderinus in dicto cap. i. de noui oper.
9 nun. Quod uerum est: † quando ipsa lex esset merè priuilegiata ecclesiæ uel clericorum. c. nouit. de iudic. uel esset fundata super naturali ratione, cum tunc propter ipsam naturalem rationem super qua est fundata seruari possit argumento. c.
10 pastoralis. de fide instrum. Imò † et ad ipsam naturalem rationem recurrendum est deficiente canone. ff. de excusat. tut. l. scire. §. sufficit. Aliàs
11 uerò † si non sit priuilegiatiua, nec sit fundata super naturali ratione, et tūc non ualebit ex defectu potestatis, cum disponat super materia non subiecta, nec uidetur Papa approbare eam, imò potius reprobare, cum aliás denotaretur superioritas in Imperatore, ut innuit textus in dicto canone, bene quidē. quod et patet in legibus Basilij de qua in d. c. ecclesia. unde talis lex in foro ecclesiastico non erit de honestate seruanda, cum sit res mali exempli, cum ex hoc Imperator, qui habet ōbedire ecclesiæ usurparet eius iurisdictionem. Ad hoc quod habetur lxxxviii. dist. singula. et quod notatur per Innoc. et Ioannē Andr. in c. i. de re. et in vi. et per Federicum de Senis In consi. xxxv. secundum D. Nicolaum in d. c. ecclesia. in prima lectura et in repetitione.
12 Quartò fallit: † quando ipsa lex disponeret imponendo pœnam exercenti actum spiritualē, ut est matrimonium, ut est in pœnis appositis, secundo nubenti infra annum luctus de quibus. C. de secund. nupt. l. i. et de secund. nupt. c. fina. cum tunc non sit seruanda ipsa lex prout notatur in dictis
13 iuribus Et hoc † nisi ex contractu secundarum nuptiarum inducatur turbatio sanguinis, & incertitudo prolis. Cum tunc si imponatur pœna per ipsam legem erit seruanda ipsa lex, censetur enim tunc subesse rationabiliter causa, pro ut cōsuluerunt Paulus de Leazariis et Rayn. Lex enim
14 † ciuilis potest distinguere Ius diuinum ex causa ut in c. quę in ecclesiarum de constitut. et plenè diximus in præcedentibus conclusionibus.
15 Quintò fallit: † quādo ipsa lex disponeret prę sumendo circa actum spiritualem, ut est si disponat quòd contractus ex certis coniecturis probetur seu pręsumatur usurarius, cum tunc non ualeat ipsa lex circa hoc disponens, nec sit seruanda, ex quo materia pertinet ad ecclesiam. Adhoc quod notatur per Federicum de Senis in dicto cō
16 silio. Quod procedit: † quando ipsa lex prę sumit principaliter circa ipsum actum spiritualem, si autem præsumat principaliter circa actum temporalem cui est annexus actus spiritualis, et tunc esset seruanda, et ita procedere poterit quod uoluit Bart. in l. omnes populi. ff. de iusti. et iure,

ubi

17 ubi dixit† ualere legem uel statutum ex iusta cau
sa præsumentem contractum etiam iuratum, si-
mulatum. Ad hoc quod notatur in c. cum contin
gat. de iureiur. ut plenius de his per D. Nicolaum
in d. c. ecclesia. & in quadam quæstione disputa-
ta quæ incipit stante statuto.

18 Sextò fallit:† quando ipsa lex disponeret su-
per materia pertinente ad ecclesiam, etiam tollen
do lucrum quòd aliàs dederat, ut facit quãdo mu
lier rapta contrahit matrimonium cum raptore,
cũ tunc raptor recuperet bona quæ perdidit pro
pter raptum, secundum quod notatur. C. de raptu
uirginum. l. unica. & in c. cum causam. de raptor.
Non enim tunc ualet talis lex, nec est seruanda:
vt uoluit Gl. notabilis xxxvj. q. ij. de puellis. quod
& sequitur Federicus de Senis in d. consil. & D.
Nicolaus in d. c. ecclesia. esto quòd aliud uolue-
rit Glo. in c. cum secundum. de hæretic. lib. vj. &
19 non bene. Cum† lex ciuilis non possit disponere
directè vel indirectè in ipso matrimonio, ut su-
pra secundum ipsum D. Nicolaum. de qua in d.
cap. cum secundum. Istæ tamen tres fallentiæ
ultimæ, licet potuissent includi sub tertia, tamen
positę fuerunt, vt materia clarius habeatur.

20 Secundò uerò, † si quæratur de iure speciali,
puta de iure inducto ex consuetudine uel statu-
to inferioris à principe, & tunc si de consuetudi-
ne; & ipsa cum habeat uim legis. xj. dist. in his. li-
gat clericos, ecclesias & eorum bona, vt voluit Io.
And. post Hosti. in c. fina. de solu. Quod uerum
21 intellige:† quando est consuetudo honesta & ra-
tionabilis, mixta clericorum & laicorum. Ad hoc
c. cum dilectus. de consuetu. secundum D. Anto.
in d. c. ecclesia. & hoc etiam voluit Ioannes de
Lignano in c. cũ uenissent. de eo qui mit. in pos-
22 sess. † ita intelligendo illum tex.

23 Si uerò sit† consuetudo laicorum, & tunc de ea
dicendum erit prout dicetur in statuto laicorum
inferiorum à principe, cum à pari procedant.
ut notatur in c. j. de constitu. lib. vj. & de con-
suetud. cap. finali.

24 Circa statutum dicendum est † quòd aut tale
statutum expressè disponit super ecclesiis uel ec-
clesiasticis personis, & non ualet ex defectu pote
statis, non solũ si disponat contra ipsas ecclesias,
vel personas ecclesiasticas, auferendo ea quę sunt
concessa in priuilegium, cum tunc sit contra li-
bertatem ecclesiasticã, vt not. C. de sacrosan. eccl.
auct. cassa. de sen. excom. nouerint. Sed et si tẽdat
aliàs ad eorũ præiudiciũ: ut patet in d. c. ecclesia.
25 Imò† & si tendat in ipsorum fauorem, ut est hic
expressum, & hoc voluit Io. And. in addit. Specu.
in tit. de constit. & Bart. in l. j. C. de Sum. Trini. &
D. Anto. Imo. & D. Nicol. in eo. c. ecclesia. quod
& uoluit Bal. in auct. statuimus. C. de sacrosanc.
26 eccl. dicens † quod statutum disponens quòd idẽ ius
seruetur clericis etc. non ualet ex quo ita expres-
sè de eis disponit: ut plenius per eum in eo. c. ec-
27 clesia. Idem† secundum ipsum D. Nicol. si dispo-
nat expresse super bonis ipsorum clericorũ etiã
patrimonialium, cũ ipsa patrimonialia nõ subii-
ciantur potestati laicorum: argumento. c. si cle-
ricus. de foro compet. Ad hoc etiam quod nota.
in c. fi. de vi. & hone. cleri. Vnde consuluit Barto.
28 quòd statutum † laicorum disponens quòd con-
ductores possessionum etiam clericorum possint
certo casu [illegible] non ualet ad præiudicium
ipsorum [illegible]rum. Quod uerum intellige regu
lariter proced[illegible]. Sed fallit.
29 [illegible] primò:† quando tale statutum esset ab eccle
[illegible]pprobatum, ut est tex. in d. c. ecclesia.
30 Secundò fallit, † quando tale statutũ procederet
non præcipiendo, sed merè priuilegiãdo, ut quia
confert aliquã partẽ bonorum defuncti ecclesiæ
uel hospitali, uel disponit quòd clericus primoge
31 nitus succedat, cum tunc ualet. Laicus† enim pri-
uilegiare potest ecclesiã. c. nouit. de iudi. secundũ
ipsum D. Nico. ubi supra. Ad hoc etiam quod no
tatur in verbo, de cætero, in proœmio Clemẽti-
narum. Aut nõ disponit expresse super ipsis eccle
32 siis, clericis uel eorum bonis, † sed generaliter di-
sponit nõ faciendo mẽtionẽ de ipsis ecclesiis, uel
personis ecclesiasticis, uel eorũ bonis. & tũc, aut
tale statutũ est fauorabile ipsis ecclesiis uel cleri-
cis, & põt eo uti, prout consuluit Io. de Lignano
in quæstione facti, prout recitat Lapus in allegat.
c. vij. & sequitur D. Ant. in c. quod clericis. de fo
ro compe. & hoc ẽt tenuit in l. j. C. de Sum. Trin.
33 vbi dicit quod† statutũ generale laicorũ includẽs cle
ricos inclusione fauorabili ualet. Vnde si statutũ
disponat quod extãtibus masculis fęmina non succe
dat, poterit clericus masculus eo uti, et hoc uoluit
D. Anto. in c. quæ in ecclesiarũ. de cõsti. Ad hoc
ẽt quod notat Io. And. in c. fi. de offi. dele. lib. vj.
Nec obstat tex. in d. c. ecclesia. eodem titu. de cõ
34 sti. † cũ locũ habeat qñ in statuto fit expressa mẽ
tio de ipsis ecclesiis uel clericis, prout uoluit Io.
de Lignano in d. q. quẽ sequit D. Nic. ubi supra.
35 Sed certè† eadem ratione uidetur esse idẽ, quã
do disponit in genere & sicut & quando disponit
in specie, cũ utroq; casu sit defectus ptãtis: vt uo-
luit Imo. in d. c. ecclsia. de consti. Sed licet utro-
que casu sit defectus potestatis, tamen subest alia
ratio in statuto generali fauorabili, cum in eo nõ
denotetur superioritas, sicut in speciali, propter
quod ecclesia uel clericus poterit eo uti, si sit gene
* rale & fauorabile, ut cõiter tenetur * ad hoc quod
nota. in l. omni. C. de sacrosan. eccles. per Bal.
36 Aut † ipsum statutum non est fauorabile, sed
tendit ad pręiudicium, ita quòd si ualeret quo ad
ecclesias uel clericos tenderet ad eorum pręiudi-
cium, & tũnc regulariter statutum illorum lai-
corum non ualet, nec ligat ipsos clericos, & ec-
clesias, ut colligitur ex textu dicti c. ecclesia. &
hoc uoluit Inno. & Compostellanus in rubri. de
consuetud. & Cynus in l. ij. C. quæ sit longa con-
37 suetud. Non † enim habent ipsi laici aliquam
potestatem statuendi super ecclesiis uel eccle-
siasticis personis: ut patet in dicto cap. ecclesia.
Ad hoc etiam quod notatur in cap. fina. de im-

8 mun.& in vj. Imò† & plus: quia cogi possunt ip-
si laici statuentes vt declaret statutũ non extendi
ad ipsas ecclesias, & ad personas ecclesiasticas, ut
uoluit Ioan. Andr. in d. cap. fina. vbi latius de
hoc. Sed licet regulariter uerum sit, ut tale statu-
tum non liget ecclesias seu personas ecclesiasti-
cas, ut supra, tamen fallit.
39 Et primò † quádo tale statutũ esset de se hone
stum, & rationabile, cũ tunc liget clericos, & per
sonas ecclesiasticas, prout uoluit Bar. in d. l. j. per di-
ctum c. cũ uenissent, & per id quod not. in c. cum
causa. de re iudic. à cõtrario sensu, & hoc ét uide-
tur tenere Ioã. And. in additionibus Speculatoris
in tit. de constitu. & D. Anto. in d. c. quæ in eccle
40 siarũ. Ex quibus infertur† quòd si statutum dispo
nat quòd instrumentum publicum debeat execu-
tioni mandari sine libello & c. ligabit ipsos cleri-
cos, adeò quòd instrumentum tale mandabitur
executioni cõtra eos, etiam in foro ecclesiastico,
41 & hoc voluit Bart. in d. l. j. Cuius† tamen opinio
* impugnatur per Bald. ibi. & communiter * dam
natur per Canonistas, secundum D. Anto. in di-
cto cap. ecclesia. & ipsam etiam damnat Ioan. de
42 Lignano per decretalem dicti cap. ecclesia. † quæ
anullat statutum quod prohibet generaliter alie
nationem pendente lite, quod erat æquum & bo-
num, secundum Imolam in eodem c. ecclesia. qui
hoc idem tenet, quod & tenet etiam D. Nicolaus
43 ibidem. Nec obstat dictum c. cum uenissent,† cũ
loquatur de consuetudine iuata, vt supra dictum
44 fuit. Nec obstat† dictum cap. cum causa. cum ibi
non debeat sumi argumentum à contrario sensu,
45 ne† resultet intellectus contrarius iuri. cap. cum
apostolica. de hiis quæ fiunt â prælat.
46 Secundò fallit: † quando statutum disponeret
circa ordinẽ iudicij, uel præparatoria iudiciorũ,
cũ tunc seruari debeat tale statutũ generaliter lo-
quẽs quo ad processum fiendũ in foro seculari, ét
si sit causa ecclesiarũ uel clericorũ. Ad hoc quod
not. per Glos. in c. quod clericis. de foro cõpe. &
per Ioã. And. in dictis additionibus, & per Ioan.
Calde. in dicta disputatione quæ incipit statuto.
vbi de hoc, de quo plenius in d. cap. quod cleri-
cis. & in c. j. de constitutio.
47 Tertiò fallit: † quãdo statutum inicit uinculum
ante clericatũ, cũ tunc liget clericos quo ad bo-
na patrimonialia, ẽt in foro ecclesiastico, cum se-
quatur clericũ quocunque uadat, ut uoluit Ioan.
48 And. in regula, sine culpa. in vj. per quod dicit† q
si statutũ disponat quòd primo genitus succedat
patri, si secũdo genitus fiat clericus post statutum
ligabitur secundum D. Antonium & Imolam in
49 d. c. ecclesia. & ita poterit intelligi. † c. statutũ. de
50 resti. in integ. & † c. cũ uenissent. de eo qui mitt.
in posses. secundum D. Nicol. in eod. c. ecclesia.
51 qui dicit idem esse† si statutũ disponat quòd stan
tibus masculis filia fœmina non succedat. nam li-
gabitur tali statuto ipsa filia quantuncunque po-
stea intret monasterium: secus si tempore dicti sta
tuti fuisset monialis, ut uoluit. Lapus in allegatio

52 ne vij. Quod uerũ intellige† quãdo statutum pos-
set seruari post clericatum sine peccato per ipsum
effectũ clericũ, prout poterat seruari dictũ statu-
tũ cũ aliàs aliud sit, vt voluit Ioã. And. in c. fin. de
exceptio. lib. vj. ubi de hoc.
53 Quartò fallit: † quando ius seu obligatio agen-
di oritur ex facto clerici, & de ipso principaliter
agitur in foro seculari, cum & tunc ét in decisiuis
seruetur statutũ fori secularis, illius loci quo ad
patrimonialia illius clerici: argu. l. si fundus. ff. de
54 euict. & ut not. in l. j. C. de emanc. lib. secus† autẽ
si non principaliter sed incidenter agatur de illo;
ut in causa reconuentionis tenẽdo q; reconueniri pos
sit, cum tunc in decisiuis seruetur canon, secundũ
55 D. Anto. in eod. c. ecclesia. Sed imò † & si agatur
de facto principali originato à facto clerici ser-
uandi sunt canones in decisiuis, aliàs sequeretur
quòd si statutum loci disponeret quòd non pos-
set probari nisi per quatuor testes, & clericus con-
trahat cum laico in illo loco, & postea ea illo aga
tur corã seculari, nõ poterit probari nisi per qua-
tuor testes, quod uerũ nõ est: ut tenuit Ioã. Cald.
in dicta disputatione: secundũ Imol. in d. c. eccle
sia. qui hoc idem tenet per id quod not. in d. cap.
quod clericis. licet ipse Imola in d. cap. quod cle-
ricis. aliud uideatur uelle dicens, quòd si statu-
56 tum disponit† contra solennitatem actus, & tunc
quia actus semper sit intra iurisdictionem sta-
tuentium subijcietur ipsi statuto, & seruari debet
solẽnitas, ẽt si fiat per nõ subiectũ, dũmodo fiat in
loco per dictã. l. j. & ideò uidetur actũ clerici cõ-
prehẽdere; ut ibi plenè per cũ. circa quod tamẽ di
cẽdũ est & clarius, prout colligi põt ex dictis D.
Nicolai in d. c. ecclesia. in sua repetitione. Quod
aut statutũ disponit circa iudicialia, aut circa ex-
57 traiudicialia. Si circa† extraiudicialia, & tũc cõ
siderandi sunt tres casus. Nam quandoque. Et
Primò statutũ disponit circa certá solennitatem
adhibendã tempore cõtractus, & tunc si contra-
ctus factus sit per clericũ sine illa solẽnitate nõ ua
lebit cõtractus, siue sit statutũ laicorũ siue clerico
58 rũ. Cũ† nõ possit subditus cõtrahere cũ nõ subdi
to sine lege sui superioris. imò peccat. de maior. &
obed. c. ij. Adhoc etiã quod notatur. C. de dona.
l. sancimus. & in utroque foro iudicabitur secun-
dũ tale statutum. Ad hoc etiam quod notat. per
Cyn. in d. l. ij. C. quæ sit long. consuetu. & per Fe-
dericum de Senis in consi. lxxvii.
59 Quandoque & secundo † statutũ disponit circa
rem, ut si dicat quòd talis res, ut dotalis nõ possit
alienari, & tunc si clericus eam emat à laico, &
non ualebit ipsa alienatio, cum uenditor eam nõ
possit uendere. Adhoc quod notatur in dicto c.
ij. & ff. de fideiussor. l. cum lex. Nec tale statu-
tum dicetur ligare clericos, sed tantum subditos.
Adhoc quod notatur per Bartol. in l. rescripto.
ff. de muner. & honór. & secundum hoc iudica-
bitur in utroque foro, secundum ipsum D. Ni-
colaum. circa quæ uide notata per Bart. in l. filius
familiàs. §. diuus. ff. de leg. j.

Quan.

60 Quãdoq; & tertiò,† statutum disponit circa per
sonam,ut quòd aliquid debeat facere, puta quòd
debeat apprehẽdere possessionem infra certum
tẽpus post contractum.& tũc nõ ligabitur cleri-
cus statuto laicorũ,& similiter laicus non ligabi-
tur statuto clericorum. Ad hoc quod notatur per
Bar.in d.l.j.C.de Summa Trini.& in l.j.ff.de tut.
& cur.daut. ab his.& per Bald.in l.j.C. de sacros.
eccle.sed bene ligabitur tali statuto subditus sta-
tuentis in quocunque loco litiget. Ad hoc quod
notatur in l.receptitia.C.de constit.pecu.
61 Secũdo uerò casu† quãdo disponit circa iudi-
cialia seu explicãda in iudicio & tunc,aut statutũ
præfigit legẽ iudici,puta disponendo quòd iudex
in iudicando teneatur sequi libros mercatorũ, &
tunc iudex alienus non tenetur tale statutum ad-
mittere,unde ecclesiasticus iudex non tenetur ta
le statutum laicorum seruare. Ad hoc quod not.
per Bald.in d.l. receptitia.& per Glo.in Clemen.
62 dispendiosam.de iudic. imò† & tale statutũ non
ualebit etiam in foro seculari in præiudicium ip-
63 sius clerici. Ad hoc text.in d.cap.quod clericis.†
intelligendo quod ibi generaliter loquatur. Et
64 hoc † nisi ipse clericus uelit uti ex ipso statuto,
nolendo uti libris pro se,cum & tunc credatur eis
etiam contra se argumen.c.olim.de censib.secun
dum D.Nicolaum in eod.cap.ecclesia.& hoc uo-
luit Bald.in d.l.omni.
65 Aut† statutum non præfigit legem iudici sed ge
neraliter loquitur, prout est si dicat quòd adhi-
beatur fides libris mercatorum,& tunc tale statu-
tum in utroque foro seruabitur contra laicum su-
biectum,cum statutum laicorum utrobique liga-
re possit ipsum laicum subiectum. Ad hoc quod
notatur in c.ex litteris. de constitu.& in c. cũ om
nis.eod.titu.& c.cum M. per quod uidetur quòd
Glo.quæ est in d.l.receptitia. non bene loquatur
& eam reprobat Cyn.& Bald. ibi, ut plenius per
ipsum Cyn.& Bald.in dicta l. Sed licèt ualeat con
66 tra laicum tale statutum laicorum† tamen nõ ua
lebit contra clericum,ex quo non est subiectus,&
67 hoc † nisi uelit ex eo uti , seu pro eo recipere,
cum tunc teneatur obseruare ut supra,& hoc uo-
luit Bald.in d.l.omni. circa quæ dic ut not.ibi,&
in d.c.quod clericis.

CONCLVSIONIS et Regulæ XVI.

ARGVMENTVM.

Leges ciuiles non sunt in foro ecclesia-
stico allegandæ.

SVMMARIVM.

1 Leges ciuiles in foro canonico non allegãdæ,nisi
in defectũ canonũ.nu.2.sed cõtrariũ uerius.nu.3
3 Lex ciuilis ne dum in defectum canonum in foro ca-
nonico potest allegari, uerum etiam unà cum
canonibus . nisi contradiceret ipsis canonibus.
numero. 4.

1 EGES ciuiles† an in foro cano
nico sint allegandæ? & dic regu
lariter quòd non. canone inter
hæc.xxxiij.q.ij. canone. nemo.
xxxij.q.iiij.Glo. in c. si in adiu
torium.x.dist.
2 Fallit in defectum† canonum.ca.j. de no. oper.
nunc.secundum Glo.in d.c.si in adiutorium.
3 Sed certè †in contrarium est regula firmanda,
& de iure uerior, quòd leges ciuiles ne dum in
defectum canonum in foro ecclesiastico allegari
possunt,uerùm etiam & si canones non deficiant
unà cum eis allegari possunt, ut est textus aper-
tus in cap.inter alia.de immunit.eccles. ibi,iuxta
sacrorum statuta canonum & traditiones legum
ciuilium.quod reperio & ibi tenuisse Do. Nicol.
Quod & regulariter procedit.
4 Sed fallit: † quando canonibus contradiceret
canone.i.x.distin.& per Doctores in dicto.cap.i.
de noui oper. nuo.de quo plenius in præcedenti-
bus conclusionibus.

CONCLVSIONIS et Regulę XVII.

ARGVMENTVM.

Iudex regulariter in iure supplere
potest,secus in facto.


SVMMARIVM.

1 Iudex quando ex officio supplere possit, ubi tra
ctetur remissiuè.
2 Iudex ex officio siue causa sit publica, siue priuata
in iure supplere potest.
3 Iudex ex officio regulariter non supplet de facto
nisi factum esset sibi ut iudici notum.nume.4. &
concluderetur propterea non competere ipso iu-
re ius agendi ipsi agenti nume.5. uel ope excep-
tionis contra naturalem æquitatem agere.nu.6.
uel nisi ipsa exceptio inesset ipsi negocio ; ut quia
originata est causa ipso facto.nu.7.
8 Notorium licet releuet ab onere probandi , non tã-
men releuat ab onere proponendi.
9 Iudex ualens procedere parte absente, potest de fa-
cto ex officio supplere, ne dum in causa appella-
tionis uerum,& in causa principali secundum com
munem opinionem, nume. 10. & hoc uerum
si uera sit absentia & ad hunc finem non pro-
curata.
11 Intellectus ad l.fina.C.de appellat.
12 Iudex ex officio supplere potest de facto , in his
quæ respiciunt publicam utilitatem , uel uerte-
retur periculum animæ. nume.13. uel esset in fa-
uorem ecclesiarum.nu.14. seu miserabilium per-
sonarum nu.15.

16 *Iudex ex officio supplet in his quæ respiciunt ineptitudinem libelli uel iudicij. Item in his quæ respiciunt reuerentiam alterius iudicis. nume. 17. Vel nullitatem & inualiditatem processus. nu. 18. Vel quæ emergunt post litem contestatam. nu. 19.*

20 *Iudex ex officio supplet in interrogando partem pro inuenienda ueritate. Vel uellet supplendo repetere testes pro declaratione. nu. 21. Vel pro inuenienda ueritate instrumenti producti. nu. 22. Itē in examinando conductores testium. nu. 23.*

24 *Iudex ex officio supplere potest quando uideretur præposterè agi. Item quando post executionem nō posset fieri reparatio iustitiæ. nu. 25. Idem quando procedit ex officio seu per inquisitionem. num. 26.*

1 
IN, et quando† iudex ex officio supplere posit, in multis locis tractatur. solet enim ad hoc quotidie allegari Glos. j. in fi. iuncto textu. in c. bonæ. el primo, de postu. prę l. ubi per Inn. & plures in c. ad nostram. el ij. de iureiuran. per Glos. xxviij. distin. c. priusquam. & xxx. q. v. iudicet. & in c. cupientes. §. cæterum. de elect. lib. vi. & in c. qua. de exception. eo. lib. & Specula. in titu. de disputationibus & allegationibus in fine per totum, & per Bar. in l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infe. & in l. j. C. ut quę desunt aduoc. & ibi per Bal. & in d. c. priusquam. & in eo. c. bonę. per D. Antonium & D. Nicolaum. ex quorum dictis, & ea iungendo, & aliquid addendo circa hanc

2 materiam dici potest. Quòd† aut quæritur an iudex supplere posit de iure, & dicēdum est quòd sic, siue sit causa publica, siue priuata, unde poterit inducere legem, capitulum, vel statuta, ut vult d. Glo. in c. bonæ. ad hoc c. dilectus. de consuet. & quod ibi notatur: & ideò etiam inducere poterit legem à simili, ut notatur per Glo. & Bald. in l. unica. C. ut quæ desunt aduoc.

3 Aut quæritur:† an iudex posit supplere de facto. & dicendum est quòd regulariter iudex non posit supplere. prout uult Glos. in dicto c. bonæ. & notatur in d. l. unica. & in d. §. hoc autem. Quod tamen fallit.

4 Et primò† in facto noto sibi ut iudici, puta ex actis, cū tunc in eo supplere posit, ut uult d. Gl. Ad hoc Glo. in l. j. C. qui, & aduer. quos. ubi Gl. dicit idem esse in facto notorio iudici, secūdum

5 D. Nicolaum in d. c. bonæ. quod uerum est† quādo concluderetur per hoc non competere ipso iure ius agendi ipsi agentis, prout nota. in l. ubi

6 pactum. C. de transa. & ibi per Glo. & Bart.† vel ope exceptionis cōtra naturalem æquitatem agere, puta vt locupletetur cum aliena iactura, ut ff.

7 de petit. hæredita. l. penult.† uel si ipsa exceptio inesset ipsi negocio, ut quia originata est causa ipso facto: vt l. lecta. §. dicebam. ff. si cert. pet. & ut nota. in l. vbi. §. j. ff. de verb. oblig. Aliàs non suppleret ipse iudex de facto sibi noto vel notorio,

8 non ut iudici, quia† licet notorium releuet ab onere probandi, non tamen releuat ab onere proponendi: prout notatur in Clemē. appellanti. de appel. & in l. ciues & incolę. C. eodem titu. & extra ut lit. nō contest. c. accedens. el primo. & hoc uoluit Bar. in l. si unus. §. pactus. ff. de pact. ubi est bona Glo. in d. §. hoc autem iudicium. quos sequitur Imola in d. c. bonæ.

9 Secūdò fallit:† qn̄ iudex procederet & pcederet possit parte absente, cū tūc p ea supplere possit de facto, ut d. l. fina. C. de appellat. & in dicta l. ij. §. fi. de tempor. appella. prout nult Glos. in

10 dicto c. bonæ. quæ procedit† non solum in causa appellationis, ut in dictis iuribus, sed etiam in causa principali: ut in auten. quod semel. C. quo modo & quando iud. et per Barto. in d. §. hoc autem iudicium. & hæc opinio communiter tenetur per quam patet, quòd iudex potest ex officio pro absente inducere testem, quod & licet æquum sit, tamen de rigore iuris fortè non procedit, secundum D. Nicolaum in eo. c. bonæ. quod ante ipsum uoluit Bal. in dicta l. unica. secundum

11 quem non obstat† dicta l. fina. cum loquatur in facto notorio iudici. Sed certè, & licet durum sit à communi recedere, illam tamen intelligas sanò modo, quando pars uerè est absens, & absentia ad hunc finem non procurata.

12 Tertiò fallit:† in his, quæ respiciunt publicam utilitatem, ut uoluit Glo. in d. c. bonæ. & in d. §. ueterani. per dictam l. militem. quod etiam notatur per Innoc. in d. c. ad nostram. & per Bar. in d. §. hoc autem iudicium.

13 Quartò fallit:† quādo uerteretur periculū animæ, vt d. c. cum nobis olim. de elect. & nota. in d. c. exceptionem. de excep.

14 Quinto fallit,† quando uellet supplere in fauorem ecclesiarum. c. cum uenissent. de instit.

15 Sextò fallit:† quando uellet supplere in fauorē miserabilium personarum, & circa actus miserabiles: ut in d. c. cum uenissent. et in d. §. hoc autem. ubi de hoc, & ff. de offi. procons. l. nec quicquam. §. aduocatos.

16 Septimò fallit† in his quæ respiciunt ineptitudinem libelli, vel iudicij, prout notatur. ff. de offic. assesso. l. j.

17 Octauò fallit† in his quæ respiciunt reuerentiam alterius iudicis. C. de appel. l. eos. §. fi.

18 Nonò fallit† in his quæ respiciunt nullitatem, uel inualiditatē processus. c. causamque. de iudic. & cap. j. de procurato. ut notatur in cap. j. de electio. lib. vj. & per Glo. in d. l. ubi pactum. C. de transactio.

19 Decimo fallit† in his quæ emergunt post litē contestatam. ff. de ædil. edict. l. ædiles. §. uidendū.

20 Vndecimò fallit:† quādo uellet supplere interrogando partem pro inueniēda ueritate. c. cum Ioānes. de fide instr. l. vbicunq;. ff. de interro. act.

21 Duodecimò fallit:† quando uellet supplere repetendo testes pro declaratione sui dicti. de testib. c. cum clamor.

22 Decimotertiò fallit† quādo supplere uellet pro inue-

inuenienda ueritate instrumenti producti. vt in auct. de tabell. circa principium. coll. v.

23 Decimoquartò fallit† in examinãdo cõducto res testium: vt l. iij. circa principiũ. ff. de testib. & in auct. de test. §. j. vt plenius notatur per Bart. in d. §. hoc autem. & per Ioan. And. in additionibus Specu. in titu. de testib. §. j.

24 Decimoquintò fallit:† quãdo uideretur præpostere agi, cũ ex officio opponere possit exceptionem ordinis. ff. de peti. hære. l. si quis libertatem. & ibi per Bartol.

25 Decimosextò † fallit: quãdo post executionem non posset fieri reparatio iustitiæ, cum tunc possit ex officio supplere, & superiori intimare. ff. de quæstio. l. j. §. fina.

26 Decimoseptimò † fallit: quando ipse iudex procedit ex officio, seu per inquisitionem. vt sentit Glo. in d. c. bonæ. & ut notatur in c. cum speciali. vbi de hoc. de appella.

CONCLVSIONIS et Regulæ XVIII.

ARGVMENTVM.

Iudex quando suo sensu seu conscientia iudicare posit.

SVMMARIVM.

1 *Iudex sensu suo cum iure conformato, & ab illo regulato iudicare potest, aliàs secus ne dum in iudice uerum actore & reo, tam in actibus iudicialibus quàm extraiudicialibus. nu. 3.*

2 *Iudex non debet, nec alius administrator, à iustitia recedere, cum uterque iuret eam seruare.*

3 *Quilibet in negotiis propriis seu priuatis extraiudicialibus pro suo libitu disponit, & sic suo sensu. Intellectus ad c. i. de constitu.*

4 *Arbiter suo sensu iudicat nisi uidelicet expresso iuris errore in sententia. nu. 5. Vel nisi pecunia corruptus. Vel aliàs dolosè hoc faceret. nu. 6. Et si cõtra ius tenetur ad intereße. nu. 7.*

8 *Arbitrator suo sensu iudicare non potest sed arbitrio boni uiri, nisi potestas data sit ut proprio sensu iudicet. nu. 9. 10. Dummodo dolus absit. nu. 11.*

12 *Iudex suo sensu duci potest in agitandis extra iudicium, ut in dandis officijs. Item in his quæ iudicis facultati committuntur circa iudicialia. num. 13. Item in eius conscientiæ commissis. nu. 14.*

15 *Iudex potest secundum suum sensum seu conscientiã iudicare in eo super quo non reperitur textus expressus, sed opiniones sunt.*

16 *Communis opinio sequenda & in iudicando ab ea non recedendum, nisi notoriè esset falsa. num. 17. Vel non rationabilis. nu. 18.*

19 *Iudicis sententia non redditur ipso iure nulla, si ea sit contra communem opinionem, secus si contra ius certum.*

20 *Iudex seu superior in dispensationibus suum sensum & conscientiam sequi potest, & hoc uerum si causa subest. nu. 21.*

22 *Dispensatio sine causa est potius dissipatio.*

23 *Papa etiam sine causa dispensare potest, & hoc uerum in hijs quæ sunt iuris positiui, aliàs si contra ius naturale, puta contra uotum uel iuramentum; secus dicendum si sine causa. nu. 24.*

25 *Iudex in pœnis ordinariis temperandis, ante sententiam suam potest sequi conscientiam, secundum cõmunem opinionem.*

26 *Iudex ubi non est certa determinata pœna, potest suo sensu iudicare, intelligitur enim suo arbitrio pœna remissa. num. 27. Sed tunc si maiorem imponat quàm consuetum sit grauat & potest appellari. nu. 28. Nisi ex causa hoc faceret. nu. 29.*

30 *Iudex in commissis iudicis arbitrio in iudicio, ut in dandis induciis. potest suum sequi sensum. & hoc uerum in his quæ sunt leuis præiudicij. secus si grauis. nume. 31.*

32 *Iudex in sui arbitrio commissis liber est à regulis iuris positiui. num. 34. non tamen à regulis iuris & æquitatis naturalis seu iuris gentium. Etiam per quæcũque uerba quãtũcumque latissima ipsi iudici committeretur, secundum cõem opin. & nu. 33.*

35 *Iudex in eius arbitrio simpliciter uelut in arbitrio boni uiri, ut in dubio præsumitur, nõ exit liber à regulis iuris positiui quatenus tangat præiudicium tertij, saltem graue. nu. 37.*

38 *Iudex censetur esse bonus uir.*

39 *Verba omnia regulariter importans arbitrium boni uiri, præter uerbum uolo, uel quando cum arbitrio iungeretur uerbum plenum, liberum. num. 40.*



VIDIMVS quando iudex ex officio supplere posit, uideamus modo:
1 † quãdo iudex possit ex sui sensu seu conscientia duci. Glo. in c. j. de constitu. tenet quòd licet iudex iudicare posit suo sensu, tamen debet suum sensum & animi sui motu conformare cum iure, & secundum ipsum ius iudicare, ita quòd eius sensus debet esse regulatus à iure, quo casu dicitur proprio suo sensu iudicare, prout uult d. Glo. per iura in ea al-
2 legata. non enim debet † administrator uel ordinarius à iustitia recedere, cum iuret uterque seruare iustitiam, ut d. auct. iusiuran. quod præstat. ab hiis. circa principium: vt uoluit Ioannes And. in d. c. j. post Innocen. qui latius prosequitur materiã, ponendo certos casus, in quibus potest disponere prout sibi uisum fuerit. & sic suo sensu, & ibidem per D. Antonium & Imol. ex quorum dictis recolligendo, non tamen eorum ordinem seruando, & aliqua addendo concludi potest,
3 quòd licet regulariter † actur reus & iudex, uel alia persona non posit suo proprio sensu duci, sed canonũ, seu iuris auctoritate, & sic sensu à iure regulato, tã in actibus iudicialibus q̃ extraiudicialibus, ut patet ex textu dicti † c. j. de constitu. generaliter et indistinctè loquente. quæ tñ fallit.

3 Et primò: † in negocijs proprijs seu priuatis extraiudicialibus, in quibus q.libet pôt ꝑ suo libitu disponere, & sic suo sensu.

4 Secundò fallit † in arbitris, qui possunt eorū sensu iudicare. l. qualē. ff. de arbit. & l. diem. §. Itari.
5 quod uerum intelligē† nisi iudicet expresso errore iuris in sententia, cū tunc non ualeat eius sententia, nec inducat petitionem pęnæ, vt patet ex notatis. ff. de exception. dol. l. apud Celsum. §. itē quæritur. & sic primò sublimitanda est d. ꝺta fal-
6 lentia. Item & secundò† nisi arbiter pecunia corruptus, vel aliàs dolosè pronuntiet: quia tunc licet teneat sententia & committatur pœna, tamē obstabit exceptio doli. pro ut notatur in l. iij. C. de arbit. & in l. uenales. C. quand. prouoc. nō est necess. secundum Imolam in dicto c. j. ubi etiam
7 dicit quòd licet † arbiter iudicare possit suo sensu, ut supra, tamen tenetur ad intercisse, si pronuntiet contra ius. C. de pact. l. penult. & hæc in ar-
8 bitro. † In arbitratore uerò dicendum est, quòd non potest iudicare suo sensu, sed boni uiri, aliàs potest peti reductio ad arbitrium boni uiri: iuxta notata de iureiur. in c. Quintaualliis. ubi de hijs, de quibus per Bart. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. & ff. de donat. l. si filiusfamiliàs. & per Bald. in l. fi. C. de contrah. empt. quidquid te-
9 neat† D. Anto. in d. c. j. & non bene secūdum D. Nicolaum ibi. voluit enim D. Antonius quòd si fuerit data potestas arbitratori pronuntiandi suo sensu, quòd tunc pronuntiare possit secundū uelle suum proprium, & sic sensu non regulato à iure & nō bene, uti tenet ibi Glo. secundum ipsum D. Nicolaum, qui ad hoc adducit quod notatur in authen. iusiuran. quod præst. ab hijs. circa prin-
10 cipium. Sed certè† aliud est aliquid simpliciter alicui committere, & aliud cum expressa potestate, ut possit suo sensu pronuntiare, cum tunc uerba habent aliquid operari, & sic ut pronuntiare possit sensu etiam proprio, & non regulato. ff. de
11 leg. j. l. si quando. † dummodo dolus absit.
12 Tertiò fallit: † in agitādis ꝑ iudicē extra iudiciū vt in dādis officijs, cum in eis seruare possit ęqui taē pront ei uisum fuerit, & sic poterit suo sensu uti: ut d. authen. iusiuran. quod prēst. ab hiis. circa medium, quod & ita uno modo intelligi potest secundum Innoc. & Ioan. And. in d. c. j.
13 Quartò fallit: † in hiis q̄ iudicis facultati cōmittūtur circa iudicialia, prout exēplificari pôt, per ea quę habētur in Clem. dispendiosam. circa fi. de iudic. & in casu c. exceptioni. de excep. & in casu c. pastoralis. de rescrip. quādo uidelicet dubitaretur de reuocatione literarum, in istis enim iudex procedere pôt suo sensu, ex quo relinquitur in eius facultate, secundū D. Anto. & Imol. in d. c. j. Ad hoc quod notatur ꝑ Io. And. in additi. Speculatoris. in titu. de citationibus. §. sequitur. uersi. sed nunquid credetur.
14 Quintò fallit: † in cōmissia cōsciētię, cū in illis se qui possit qđ cōscientia dictat, nec pôt refricari quæstio, prout uoluit Gl. notab. in c. statutū. §. assessorē. de rescri. lib. vj. qđ intelligas ꝑut ibi not.
15 Sextò fallit: † in casu dubio super quo nō reperitur text. expressus, sed sunt opiniones cū tūc iudicare possit habita collatione sapientū, sc̄dm quod sibi uisum fuerit, & sic secundū suū sensum, seu secūdū propriā opinionē, ut uoluit Glo. not. in uerbo. ex rationabili. in c. ut debitus. de app. quæ ita procedere poterit, secundū D. Anto. in d. c. j. qui tamē dicit, quòd tūc appellari poterit. per regulā generalem. ff. de appel. l. i. cū iudex appellationis possit habere aliā opinionem, & hoc quando ex
16 ipsis opinionibus aliqua nōn est cōis, aliàs† si aliqua esset cōis illa sequenda esset, prout uoluit Hostien. & Ioan. And. in d. c. i. Ad hoc quod notatur de stat. monach. c. ii. & C. de ueteri iure enuclea.
17 l. j. uersi. sed neque. & hoc† nisi sit notoriè falsa,
18 † uel non rationabilis, quod bonus iudex æstimabit. c. capellanus. de fer. & ut notat. per Bartan. l. fina. C. de pœn. iud. qui malè iud. secundū Imol.
19 in eod. c. i. Qui tamen dicit, † quòd si iudex pronuntiet cōtra ipsam cōmunē opin. errore expresso in sententia, sententia non redditur ipso iure nulla, licet aliud sit quando iudex pronuntiaret contra ius certum expresso errore in sententia: vt notatur per Bart. ff. de re iudic. in l. cū prolatis. Ad hoc quod not. in c. cum specialis. de appel. & C. de error. aduoc. l. j. & ibi per Cyn.
20 Septimò fallit: † in dispensationibus, in quibus superior suo sensu duci potest. j. q. vij. c. exigunt. ut uoluit in d. c. i. Innoc. & Ioan. And. quod ue-
21 rum† intellige, si causa subsit, cū aliàs non possit
22 dispensare, esset† enim potius dissipatio quam dispensatio: vt notatur in cap. de multa. de præbē. secundum Ioan. And. ubi supra. & j. q. vii. nisi ri-
23 gor. Quod procedit† in inferiore a Papa, cum Papa ex quo est supra ius: ut c. proposuit. de concessio. præben. possit absque causa, & ad libitum dispēsare, cum in eo sit pro ratione uoluntas. Ad hoc quod notatur institu. de iure natu. gen. &
24 ciuil. §. sed quod principi. & hoc† si dispensare uelit circa ea quæ sunt iuris positiui, aliàs si circa ea quæ sunt naturalis. puta contra uotum uel iuramentum, & tunc non poterit sine causa dispensare: ut uoluit Glo. not. in c. nō est. de uoto. Ad hoc quod notatur per Innocen. in c. cum inter. de renuntia. quem sequitur Imol. in d. c. j.
25 Octauò fallit † in pœnis ordinarijs temperandis ante sententiā, cū superior si uiderit ex causa eas tēperare possit ante sententiam, iuxta notata ff. de pœnis. l. aut facta. §. fina. & ff. de infami. l. quid ergo. §. pœna grauior. secundum Innocentium & Ioannem Andreæ in d. c. primo. Adhoc quod notatur per Gloss. in cap. inquisitionis. de accusat. & quod notatur. C. de infamibus in l. & si seuerior. §. pœna grauior. & communiter tenetur.
26 Nonò fallit: † in pœnis extraordinarijs, in quibus non est determinata certa pœna, cum in eis iudex satis possit suo sensu iudicare, cum intel-
27 ligatur † pœna eius arbitrio remissa. cap. de caulis.

causis. de offic. delega; & hoc voluit Innocentius,& Ioannes Andreæ in eo.c.j. Si tamen in his
28 † iudex imponat maiorem pœnam quàm sit consueta, censetur tunc lædere partem,& ideò poterit tunc appellare, per id quod habetur in dicto §.pœna grauior.& ff.de pœnis.l. hodie. & ff. de verb. signifi. l. si qua pœna.quod & voluit etiam D. Antonius in dicto c.j.Ad hoc etiam quod notatur per Glo.in c.super his. de accusa. quod ve-
29 rum intellige, † nisi ex causis ipsam pœnam alterer,cum ex causa posit alterare pœnam, etiam ordinariam, vt voluit Glo.in verf.alioqui. in dicto c.inquisitionis.quam sequitur Imola in d.c.j.
30 Decimò fallit: † in commissis iudicis arbitrio in iudicio,vt in dandis induciis seu dilationibus, cum in eis ducj posit suo sensu.c.j. & ij. de dila. Ad hoc etiam quod habetur.ff.de iure delibe.l.j. & ita intelligi poterit alio modo dicta auctentica iusiurand. quod præstatur ab his.circa mediũ, vt voluit Innocen.& Ioann. Andreæ vbi supra. & hoc etiam voluit Ioannes Andreæ in additionibus Specul. in titulo de citatione. §. sequitur. ver sicu.quid ergo. vbi dicit quòd si aliqua committuntur arbitrio iudicis poterit facere quod vo-
31 luerit,quod procedit quando † illa quæ committuntur ad libitum iudicis sunt leuis præiudicij, secus autem si sunt grauis præiudicij,vt voluit D. Antonius in d.c.j. Ad hoc quod notatur per Bar. in extrauagan.ad reprimendum,in versi.videbi-
32 tur.vbi concludit quòd licet † per dicta verba intelligatur iudex esse liber à regulis iuris positiui, per ea quæ habentur in l.j.ff.de testa.mili. vbi de hoc notatur per Bar.tamen non erit liber à regulis iuris & æquitatis naturalis seu iurisgentium, imò debebit illas sequi,per id quòd habetur in Clemen.pastoralis.de re iudi.& in l.si quando.ff.
33 de inoffi. testa. Quod † & locum habet per quæcumque verba quantumcumque latissima ipsi iudici committeretur: vt voluit Bar.ibi. & D. Antonius in dicto c.j.dicens quòd quantumcumque detur alicui liberum arbitrium, nihilominus non poterit de iure lædere partem contra iustitiam & æquitatem,sed omittere posit solennitates iuris, vt voluit Glos.notabilis in Clemen.sæpe. in verbo defensio.de verbo.signifi.vt plenius de his per ipsum D. Antonium & Imolam in dicto cap. j. & per Barto. in dicto verbo videbitur. quod & ✠ communiter tenetur. ✠
34 Circa quæ aduertendum est, quòd licet † hoc verum sit, vt ille cuius libero arbitrio committatur sit liber à regulis iuris positiui,sed non naturalis,vt supra, ita quòd in his quæ sunt iuris positiui suo sensu non regulato ab ipso iure dispone-
35 re posit, vt supra, tamen † si non committatur eius libero arbitrio, sed eius arbitrio simpliciter, vel vt arbitrio boni viri, vt & in dubio videtur cõmitti, quando iudicis arbitrio simpliciter com-
36 mittitur, cum † iudex censeatur esse bonus vir. ff.de verbo.obliga.l.continuus. §. cum ita. & ff.
37 iudica.sol.l.vir bonus. & tunc talis † non erit liberà regulis iuris positiui,quatenus tangitur præiudicium tertij, saltem graue, vnde debebit om-
38 nes regulas iuris seruare† vt & bonus vir. Vnde eius arbitrium debet esse regulatum ratione, prout & bonus vir faceret,& hoc voluit Bart. in dicto §. videbitur.vbi de hoc. pro quo facit textus in dicto c.j.de constitutio. & si malè arbitretur poterit appellari, prout voluit Glos. in dicto c.super his. quam sequitur Ioann. And. in dicto versiculo sed numquid. & Bar. ff. de appell. reci. l. eius. & Imola in dicto c. j. qui etiam post Hosti. & D. Antonium tractat ibi de verbis importantibus liberum arbitrium,& arbitrium boni viri,de quibus per Bar.in dicto §.videbitur. & in l.si tit. ff. de legat. j. concludens quòd regula-
39 riter † omnis verba important arbitrium boni viri,vt dict.l.illi c.exceptis verbo,volo,de quo.ff. de legat. ij.in l.cum quidam.ls ij.in verbo, voles.
40 & idem † vbicũque arbitrium iungitur cum verbo plenum,vel liberum,vt notatur in l.fideicommissa.§.quasqusm.ff. de leg. iij. Quæ nota.vtilia & quotidiana enim sunt.

CONCLVSIONIS
& Regulæ xix.

ARGVMENTVM.

Iudex regulariter cognoscere potest de iurisdictione sua.

SVMMARIVM.

1 ☞ Iudex cognoscit an rescriptum sit surreptitium, uel eum non habere iurisdictionem in citatum, secus si notorium foret rescriptum esse surreptitium, uel eum non habere iurisdictionem.nu. 2.

3 Iudex recognoscit de sua iurisdictione,etiam si sit delegatus.nu.4. Etiam si rescriptum sit ipso iure nullum.nu.5.nisi notorium esset ipsum iurisdictionem non habere.nu. 6. Vel ipsi iudici hoc notum esset, cum tunc si procedat processus erit nullus. num. 7. Etiam si partes ignorent.nu.8.Secus si iudex ignoret & partes sciant.nu. 9.

10 Iudex si sibi est data iurisdictio in casu notorio uel manifesto,& de eo dubitetur non cognoscit,et hoc uerum,si de facto esset dubium, aliàs si de eo esset certum sed dubitaretur an sit notorium, tunc cognosceret.nume. 11.

12 Iudex opposita declinatoria quæ ipsius iudicis honorem perstringeret,ut suspectus non cognoscit secundum communem opinionem. ✠ Idem si alia opponatur exceptio qua pariter inheiat iudicem & iurisdictionem tam in principali, quàm in incidenti, & tunc an eatur ad arbitros,quòd non nume. 13. sed considerandum quòd si recusetur ut suspectus & non procedet.nu.14.aliàs secus.nu.15.

16 Iudex non cognoscit de sua iurisdictione: quando exceptio quæ opponitur de iurisdictione pariter concludit in incidenti, sicut in principali,secundũ cõem opi. ✠ Idẽ si opponeretur de totali fundamento iurisdictionis,secundum communem opi. ✠ num.17.

18 Iudex

18 Iudex non cognoscit an sua sit iurisdictio, quando dubitatur non solum de exercitio iurisdictionis, sed etiam de proprietate iurisdictionis, sed contra. nu. 19. Quod uerius est, quando priuilegia super his apertè non resistunt: aliàs secus. nu. 20. & idem dicendum in exemptis praescriptione. nu. 21. Siue ordinarius sit in possessione subiectionis, siue non. nã quousque de praescriptione non constat, cognoscit, secus si allegaretur priuilegium et praescriptio. nu. 23. quod qualiter procedat uide. nu. 25. 26. 27.

24 Priuilegium est fauorabile.

28 Iudex cognoscit de sua iurisdictione, & puniet quando tales essent exempti sed non loca, secus si etiam eorum loca. nu. 29. Nisi delictum esset notorium. nume. 30. Sed contrarium uerius, etiam si delinquat in offensam dioecesam. nu. 31. Si tamen ex delicto commisso notoriè in loco exempto incurratur ipso facto excommunicatio, ordinarius loci ut euitetur, poterit denuntiare excõmunicatũ. n. 33.

32 Notorietas non tribuit iurisdictionem in loco exempto sicut nec extra territorium.

34 Iudex se ingerens contendendo pro iurisdictione ac si esset pars de ea non cognoscit. Idem si procedat ex officio, cum retineat locum partis. sed contrarium uerius. nume. 35. Nisi recusetur ut suspectus. nume. 36.

37 Iudex procedens ex officio si reuocatur in dubiũ eius iurisdictio, super ea potest pronuntiare.

38 Iudex de sua iurisdictione non cognoscit: quando ex ea habiturus esset commodum. & hoc uerum si ex tali causa recusaretur. nu. 40. Nisi consuetudo sit in contrarium. nu. 41. Vel nisi qualitas commodi uel personarum aliud suadeat, secundum communẽ opinionem. ✻ nu. 42.

39 Affectio sola non sufficit ad remouendum iudicem.

43 Iudex non cognoscit de sua iurisdictione, quando de ea inter plures iudices esset contentio, cum recurrendum sit ad arbitros.

44 Iudex non cognoscit de sua iurisdictione: quãdo rescriptum esset omnino falsum, in quo ipse iudex deputatus foret. & si cognoscat & pronuntiauerit rescriptum uerum, quod erat falsum, processus nec sententia tenebit. nu. 45. Etiam si appelletur. num. 47. Sed in contrarium est communis opinio Legistarum. ✻ nu. 48. Sed prima uerior et pariter communis. ✻ nu. 49. In rescripto. nu. 50. Concordantur ut prima procedat quando rescriptum est omnino falsum: ut quia rescribens nullam poterat dare iurisdictionem. nu. 51. Secunda procedat quando poterat dare iurisdictionem, sed rescriptum dicitur falsum ex capite surreptionis uel obreptionis. nume. 52.

46 Faber enim falsi rescripti sicut non potest quem facere iudicẽ in principali, eodẽ modo nec in incidẽti.

1 VDEX † an cognoscere possit de sua iurisdictione? Glo. in c. super. de rescrip. iuncto principio cum fine uidetur tenere, quòd licet regulariter iudex ipse cognoscere possit an preces ueritate
nitantur, & sic, an rescriptum sit sorreptitium, uel
eum non habere iurisdictionem in citatum; se-
2 cus † tamen si notorium esset rescriptum fore sur-
reptitium uel eum non habere iurisdictionẽ. Ad
hoc c. si duobus. de appella. circa quod tamen dicendum
est pro declaratione huiusce materię, de
qua per Doctores in dicto c. super. & in pluribus
aliis locis sparsim, ut infra patebit, quòd tradẽ-
3 da est regula, & exceptiones. quę est quòd † regulariter
iudex ipse cognoscere potest de iurisdi
ctione sua, & de exceptione concernente suam iu
risdictionem ut l. si quis ex aliena. ff. de iudic. &
per notata in l. ij. ff. si quis in ius uoc. & est tex-
tus. in c. significantibus. de offi. deleg. etiam si sit
4 † delegatus, ut patet in dicto c. super. et etiam † si
5 rescriptum sit ipso iure nullum, & sic iurisdictio-
nem non tribuat: ut in c. i. de rescrip. lib. vi. & ibi
per Lapum, & citatio coram eo operari debet ut
ipse de sua iurisdictione cognoscere possit, ut su-
pra. Quod licet regulariter sit uerũ. tamẽ fallit.
6 Et primò: † quando notorium esset ipsum iu-
risdictionem non habere, ut supra dictum est per
dictam Gloss.
7 Secundò fallit: † quando ipsi iudici notum es-
set se non habere iurisdictionem, adeò quòd de
hoc esset certus, cum tunc cognoscere non pos-
sit, & si cognoscat uel procedat eius processus est
8 nullus. cap. si duobus. de appella. † etiam si partes
9 ignorent, secus autem † si ipse iudex ignoret &
partes sciant, ut notatur ibi. & in c. cum causam.
de offi. deleg. & ita limitari debet dictum Innoc.
in dicto c. super. in quantum uult quòd si nullam
haberet iurisdictionem non possit aliquo modo
procedere, ut procedat quando esset sibi notum:
& ita limitãt in d. c. super D. Antonius & Imola.
10 Tertiò fallit † quando ipsi iudici data fuisset
iurisdictio tãtum in casu manifesto, seu notorio,
cum tunc si dubium sit, an sit manifestum, uel no
torium, uel non, non poterit ipse iudex de hoc co
gnoscere, ut uoluit Glo. notabilis in c. accusatus.
11 §. sanè. de heret. libr. vj. Quod procedit: † quan-
do esset dubiũ de facto, aliàs si de ipso facto esset
certum, sed dubium sit an sit notorium: & tũc po
terit cognoscere, pro ut uoluit Glos. in c. i. de of-
fic. deleg. lib. vi. & ita ad concordiam reducuntur
dictae Glossę, secundum D. Antonium & Imolã
in eodem cap. super. circa quae uide plenius nota-
ta in dictis iuribus.
12 Quartò fallit: † quãdo contra ipsum iudicem,
et ad eius iurisdictionem declinandam opponitur
talis exceptio: quę sigillaret, id est, notaret ipsum
iudicem: ut exceptio infamię, uel alterius crimi-
nis, cum tunc non possit cognoscere, cum sit su-
spectus in hoc. Ad hoc quod notat Ioannes And.
in c. pia. de excep. in vj. et hoc uoluit Bar. in l. qui
dam consulebat. ff. de re iudic. et ita tenent com-
✻ muniter Doctores ✻ esto quòd Innoc. aliud sen-
serit in c. cum super. de offic. delega. Imò et idem
13 si opponatur † alia exceptio, quę pariter inficiat
iudicem et iurisdictionem, tam in causa princi-
pali,

pali, quàm in incidenti. vt est si opponatur quòd iudex est suspectus, & tunc non cognoscet ipse de hoc, & sic an sua sit iurisdictio, tunc enim sicut est suspectus in causa principali, ita & eadem ratione in isto incidenti, cum timeatur ne ipse prouocatus ex hoc velit obesse recusanti vt videtur tenui in c. suspicionis. de offic. delega. Ad hoc notata per Innocen. in c. prudentiam. eodem titulo. & in c. solicitudinem. de appellatio. Sicut si obiiciatur quòd est infamis, vel seruus. & licet D. Antonius fuerit in opinione in dict. c. cum super; quòd secundum hoc ibidem senserit Innocen. tamen minus bene, dicit enim ibi Innocen. quòd tunc non pronunciat se seruum vel infamem, sed se esse iudicem competentem, vel non esse, quod non videtur verum, cum videatur suspectus in tali cognitione, sicut & in cognitione suspicionis, cum videatur eadem esse ratio. Ad hoc quod notatur in c. prudentiam. circa finem, de offic. deleg. Vnde Hostien. in dicto c. pia. de exceptio. libro vj. expresse tenet quòd non cognoscat ipse, sed eatur ad arbitros, sicut in causa suspicionis, vel de ipsa cognoscet superior: & eadem ratione videtur dicendum in aliis exceptionibus. vt in ipsa exceptione suspicionis. & hoc sentit Bald. in l. quidam consulebant. ff. de re iudica. & sequitur in d. c. cum super. D. Antonius, & D. Florianus. Quod tamen non est tutum, quòd eatur ad arbitros eo casu, cum non sit de casibus expressis in c. suspi-

24 cionis. de offic. deleg. vnde videtur † quòd superior non cognoscat, & istud sequitur in eodem c. cum super. D. Florianus, & Imola. Quod procedere poterit: quãdo in talibus exceptionibus oppositis recusaretur vt suspectus, vt recusari po-

25 test, ex quo ipsum tangit pari ratione, aliàs † si nõ recusaretur, & tunc posset bene ipse cognoscere, & procedere. quod nota, & ita procedere poterit dictum Innocen. Ad hoc quod notatur in d. l. ij. ff. si quis in ius voc. & in dicta l. si quis in aliena. & ff. ad municip. l. de iure.

26 Quintò fallit † quando exceptio defectus iurisdictionis pariter concludit in incidenti sicut & in principali, vt si opponatur quòd non possit esse iudex: quia furiosus, vel impubes, cum tunc ipse non possit cognoscere, an sit iudex, vt renuit Bar. in dicta l. quidam consulebant. quem sequitur D. Nicolaus in dicto c. super. & communiter transeunt Doctores. *

27 Sextò fallit: † quando opponeretur de totali fundamento iurisdictionis: vt est si opponatur quòd non sit episcopus vel potestas, cum de hoc ipso cognoscere non possit: quia habet affectionem ad causam, imò est causa propria. & hoc voluit Innoc. in c. cæterum. de iudi. & Bar. ff. de testa. tut. in l. ea sententia. quos sequitur D. Nicolaus in eod. c. super. & communiter tenetur. *

28 Septimò fallit: † quando dubitatur non solum de exercitio iurisdictionis, sed etiam de proprietate subiectionis, vt est si conuentus dicat se exẽptum, & iudex neget: nam cum multa sint commoda subiectionis: iudex ipse in hac cognitione est suspectus: vt notatur per Innocen. in c. venerabili. de censib. quem sequitur in d. c. super. D.

19 Nicolaus. Sed animaduerte † cum contrarium teneat Ioann. Monachus. in c. episcoporum. de priuileg. lib. vj. dicens episcopũ procedere posse contra exemptos, qui excõicatos per ipsum episcopũ ad diuina recipiunt vel sepeliunt, & eos punire. ex eo: quia priuilegia exemptionis ad hos casus se non extẽdunt, nec extendere se possunt. c. cum & plantare. extra eo. titu. de priuil. §. excõicatos. & quia delinquũt in rem non exemptam. c. parentibus. eo. titu. Facit ad hoc quod not. C. de iurisdi. om. iud. l. magisterio. cum similib. & c. cum capella. de priuileg. & c. ad hæc. eo. titu. & cum Ioanne Monacho videntur ibi transire Archidia. & Ioã. And. à quorũ auctoritate nõ videtur discedendũ.

20 Quid ergo dicendum? tu dicas, quòd † eorum opinio procedit, quãdo priuilegia super his aperte non resistunt, aliàs vt quia habeant priuilegia super his, ne ordinarius hoc possit, vel habeat possessionem libertatis, ex priuilegio: nam tunc episcopus contra eos procedere non poterit, cum tale priuilegium sit seruandũ: vt c. cum personæ. de priuileg. lib. vj. ad hoc quod not. in c. j. eo. titu.

21 lib. vj. in prin. Quod tamen † nõ procedit in exẽptis præscriptione: nam quousque nõ constet plenè de ipsa præscriptione, episcopus procedet d. c.

22 cũ personę. §. si quis verò. quod † procedit siue ordinarius sit in possessione subiectionis, siue non. & hoc propter odiũ præscriptionis. c. cũ contingat. de decimis. & fauore iuris cõis. c. ad decimas. de resti. spo. & c. j. de præscrip. pro quo facit quod not. Archid. xvj. q. iiij. volumus. & Host. & Ioan. And. in d. c. cum personę. de priuil. lib. vj. in verbo fundetur. quos sequitur ibi Lapus. secus tamẽ

23 esset si † exẽptus allegatet priuilegiũ & præscriptionem: nã pendente probationis articulo, episcopus in eum non procedit. vt d. c. cũ personæ. §. quòd si tales. & ibi Glo. & hoc fauore priuilegij.

24 † cum sit fauorabile. c. ex parte. el ij. de decim. Quod tamen procedit secundũ Lapum in d. c. cũ

25 personæ. §. si verò. quando † talis prætendens se exemptũ est in possessione exẽptionis. Ad hoc c. j. vt lite pend. Aliàs si ordinarius sit in possessione subiectionis & tũc ordinarius poterit iurisdictionem cõtra ipsum exercere, & cõtra alios sub-

26 ditos, et † si talis appellaret, cum † appellatio nõ

27 debeat ipsum ordinarium sua possessione priuare. Ad hoc qđ not. per Inn. & Ioã. And. in d. c. venerabili. de censi. & in c. ea parte. el j. de ver. signi.

28 Itẽ ista fallẽtia † procedit: quãdo tales essẽt exẽpti, & nõ loca: quod põt esse, vt in d. c. cum personæ. in j. ij. & iij. respon. cum tunc cõis exemptio non iuuaret, quòminus ordinarius puniret talia

29 facientes. c. j. eo. tit. sed si tales forent † exempti, & eorum loca in quibus hoc faciunt, & tunc graue esset dicere exemptos per ordinarios posse puniri extra casus in iure expressos, de quibus in d. c. j. secundum Ioan. And. in d. c. episcoporum.

Quod

Quod tamen sublimittatur secundum Lapum
30 in co.c. episcoporum. † nisi delictū exempti es-
set notoriū, ad quod allegat qđ not. Host. in sum-
ma de priuil. §. fi. super vlt. col. aliàs. §. fi. in verbo.
sed nunquid. & quod not. Ioann. And. post Ho-
stien. super Glos. nunquid. in c. solicitudinem.
de appellat. & in c. statutum. in fine. de rescrip.
libro vj. & in cap. finali. de capell. mona. Sed hoc
31 dictum Lapi † non videtur procedere: Nā quātū-
cunque quis notoriè delinquat in loco exempto,
non poterit ordinarius eum punire, etiam si de-
linquat in offensam diœcesani, sicut non puni-
ret delinquētem extra suum territorium. Ad hoc
c. postulasti. de foro compet. & hoc tenet Petrus
de Ancharano & idem uidetur uelle Dominicus
32 in d.c. episcoporum. & est ratio: quia † notorie-
tas non tribuit iurisdictionem in loco exempto
sicut nec extra territorium: ut d.c. postulasti. & c.
33 i. eodem tit. de priuileg. lib. vi. Si tamen ex † de-
licto notorio commisso in loco exempto delin-
quens ipso facto incurrit excommunicationem,
& tūc ordinarius loci ad hoc ut talis euitetur per
subditos suos, potest eum denunciare excommu-
catum & ita poterit saluari dictum Lapi. pro quo
facit quod notatur per Gugliel. de monte Laudu-
no in Clemen. i. de sequest. poss. & fruct. secundū
Dominicum ubi supra. circa quæ uide plenius no
tata per Antonium de Buttio & Imolam in Cle.
j. de offic. ordin.

34 Octauò fallit: † quando iudex ita se ingereret
contendendo pro iurisdictione, ac si esset pars, ita
quòd constitueret se aduersarium, cum tunc de
ipsa iurisdictione cognoscere non posset, prout
uoluit Glo. singularis. in c. statutum, circa princi-
piū, in uerbo copia. de rescrip. lib. vi. ubi plenius
de hoc. Ad hoc quod notatur per Innocent. in c.
ex parte. el j. de uerb. signif. & per Glo. & Docto-
res in l. ii. ff. si quis in ius uoc. non ierit. Quod fa-
35 cit † ut iudex procedens ex officio cognoscere
non possit, an sit sua iurisdictio, cū tunc teneat
locum partis, & in hoc uidetur inclinare D. An-
tonius in dicto c. super. de rescrip. sed hoc non ui-
detur esse uerum per dictam l. ii. quæ indistinctè
loquitur. Ad hoc est textus iuncta Glo. in d. c. cū
personę. secundum D. Nicolaum in dicto c. super.
qui hoc uidetur tenere, quod fortè uerius est, ni-
36 si † recusetur suspectus. Ad hoc quod notatur in
dicto c. statutum. circa principium. Nam quando
37 † iudex ex officio procedit, si in dubium reuoca-
tur de iurisdictione, poterit super ea pronūtiare.
Ad hoc textus in c. si iudex laicus. primo respons.
de sent. excomm. sicut & quádo est contentio in-
ter partes: ut notatur in d. c. statutum. in uerbo
copia. de rescrip. lib. vi. super Glos. & in l. de iure.
ff. ad municip. & in l. ex quacunque. ff. si quis in
ius uoc. non ier.

38 Nonò fallit: † quando iudex est habiturus ali-
quod commodum & iurisdictionem, ut sportulas:
quia tunc cognoscere non poterit: ut uoluit Glo.
uulgaris. ff. ad municip. in l. de iure. sed Petrus &
Cynus in l. præscriptione. C. si contra ius uel util.
publ. tenent contrarium, cum commodum spor-
tularum ueniat accessoriè. Ad hoc quod in simili
notatur. C. de testam. tut. l. dictantibus. Quod ta-
men non placet Bar. qui in dicta l. præscriptione.
& in dicta l. de iure. sequitur dictam Glo. cum et
39 † sola affectio sit sufficiens ad remouendum iudi-
cem, c. insinuanti. de offic. delegat. Quod uerum
40 † est, quando ipse iudex ex tali causa recusaretur,
cum ex ea recusari possit. prout Bart. in dictis iu-
ribus. & hoc uoluit Bald. & Ange. in dicta l. ij.

41 Quod uerum est, † nisi consuetudo aliud di-
sponat, cum & ipsa sit attendenda: ut dixit Barto.
42 in d. l. ii. Vel nisi † qualitas commodi, uel perso-
narum aliud suadeat, cum hęc sint attendenda se-
cundum D. Antonium, Imolam, & D. Nicolaum
in d.c. super. de rescrip. aliàs uerò si non recusetur
suspectus, benè poterit cognoscere. prout uoluit
ipse Bal. & Angel. in d. l. ij. & cum hoc communi
✻ ter transeunt Doctores. ✻

43 Decimò fallit: † quando esset contentio de iu
risdictione, ad quem ex pluribus iudicibus spe-
ctaret: cum tunc recurratur ad arbitros, iuxta
notata in c. pastoralis. eodem titulo de rescript.
nec alter cognosceret.

44 Vndecimò fallit: † quando rescriptū esset om-
nino falsum, cum tunc iudex in eo deputatus co-
gnoscere non possit, an ipsum rescriptum sit fal-
sum, & sic de iurisdictione sua, & si cognouerit
45 † & pronuntiauerit rescriptum esse uerum, quod
in rei ueritate est falsum, sententia nō ualebit, nec
sequens processus habitus in negocio principali,
secundum Innocen. in d.c. super. Ad hoc c. sua de
offic. Vica. & C. si à nō compet. iudic. per totum.
46 Faber [illegible] falsi rescripti sicut non potuit face
re [illegible] in principali, ita etiā nec in in-
cidenti, secundum Ioannem And. in eodem. c. su
per. Vnde quandocunque constabit rescriptum
esse falsum, omnia agitata eius uigore declara-
47 buntur nulla, etiam † si non appelletur. prout uo
luerunt in eodē c. super. Inno. & Ioannes Andr.
Ad hoc quod notatur. in c. ii. de dilat. & Barto. &
✻ cōmuniter ✻ legistæ in dicta l. præscriptione. &
Ioannes de Lignano, & D. Florianus in dicto c.
48 super † cum propter dubium dicatur habere iuris-
dictionem: argumēto l. Barbarius. ff. de offi. præ-
tor. & esse in quasi possessione iurisdictionis, qđ
49 uerum † nō est, cùm iudex delegatus non utatur
sua iurisdictione, sed delegantis, ut dicta l. Bar-
barius. Ad hoc facit cū ibi haberet primordiū ue
ritatis, cū ibi fuisset erectus, licet fuisset seruus qđ
non erat in casu prædicto. & ideò D. Antonius
in dicto c. super. tenet primam opinionem, cum
qua uidetur ibidem transire Bald. & Imol. et D.
Nicolaus et eam expressè tenet Bal. in d. l. præscri
ptione. quæ uerior est, et pariter communis dici
✻ potest ✻ et hæc † in rescripto, quod si sit falsum
50 non tribuat aliquam iurisdictionem, crederem
posse attentari concordia, quæ satis roboratur ex
51 rationibus pro utraque dictis. Quod aut † re-
scriptum

scrip.tum est omninò falsum; quia faber ipsius nō potuit, etiam si voluisset iurisdictionem dare, & tunc procedat dictum Inno. in d.c. super. & se-
52 quacium. Aut rescribens † poterat dare iurisdictionem, sed rescriptū dicitur falsum, ex eo: quia falsum expressum est, vel verum tacitum, & hoc dolosè, & tunc procedat opinio eiusdem Innoc. in d.c. ij. de dilatio. & Bar. & sequacium. & eo casu licet iudex in eo datus cognoscere possit de qualitate precum, prout dicitur in d.c. super. circa finem, tamen facta fide de hoc, non poterit cognoscere de ipso negocio principali. xxv. distinctio. & si legibus.

CONCLVSIONIS & Regulæ XX.

ARGVMENTVM.

Impedimenta quæ repellant iudicem à iudicando.

SVMMARIVM.

1 *Naturalia impedimenta quæ à iudicando quem repellunt, sunt furor, pupillaris ætas, mutum esse, uel surdum, uel carere altero ex quinque sensibus corporis. nu. 2. si super eo habeat iudicare. nu. 3.*

4 *Iudex ob naturale impedimentum inhabilitatur à iudicando, etiam si non opponatur. possunt enim huiusmodi quandocunque opponi. nu. 6. nisi ex post facto superueuireut. nu. 7.*

5 *Iura naturalia sunt immutabilia.*

8 *Impedimenta à iure gentium uel positiuo inducta, quæ à iudicando quem repellunt, sunt seruitus, sexus fœmininus. num. 9. excommunicatio nume. 10. literarum ignorantia nume. 11. infamia iuris. nume. 12.*

13 *Infamia facti licet repellat quem à testimonio, non tamen à iudicando, nisi esset apud bonos & graues uiros, huiusmodi enim & si non possit opponi post mādatā iurisdictionem, secus aūt antea. n. 14.*

15 *Iudex criminosus repellitur à iudicando si opponatur, & hoc uerum si ex tali crimine infertur infamia ipso iure. nu. 16. uldis si ueniret inferenda per sententiam, ut est communiter de iure ciuili secus esset. nu. 17. quod procedit etiam in delegato. nu. 18. nisi esset tale crimen, quod induceret priuationem potestatis ipso facto. nume. 19. uel crimen esset notorium. nume. 20.*

21 *Impedimenta à iure gentium uel positiuo introducta non impediunt iurisdictionem iudicis ipso iure, nec habitus totius iurisdictionis nec exercitium, sed necesse est ut opponatur. nu. 23. nisi esset exceptio publica. nume. 22.*

24 *Iudex uolens se excusare à munere iudicandi ob infamiam non oppositam non poterit, & hoc si talis infamia non erat detecta: secus si detecta fuisset. nu. 25. sed uerius, quòd si non opponatur, non excusetur. nume. 29.*

26 *Promoueri patiens se ad dignitatem, cuius est incapax, & sic non pandens suum defectum punitur, si defectus fundius impediebat, etiam si foret occultus, ut esset si bigamus, homicida. num. 28. secus si non funditus impediebat exercitium illius dignitatis, uel officij, ut infamia. nu. 27.*

30 *Impedimenta à iure gentium uel positiuo introducta opposita inhabilitant iudicem delegatum, etiam tolleratum, secundum communem opinionem. secus ordinarium. nu. 31. Ratio ponitur nu. 32. & 33. quæ est quod cùm ordinarius habeat officium de publico, in eo tolerantia operatur suos uires. nisi in excommunicato. nu. 34. Vel impedimentum esset tale, quòd ipso facto induceret priuationem potestatis. nu. 35. Vel esset notorium. nu. 36.*

37 *Exceptiones prouenientes ab impedimentis introductis à iure gentium, uel positiuo sunt declinatoriæ, & ideò ante litis contestationem opponendæ sunt, post regulariter opponi non possunt. nu. 38. Nisi impedimentum inficeret ipso iure exercitium iurisdictionis. nu. 39. Vel opponeretur quòd esset seruus. nu. 40. Vel impedimentum haberet ortum post litem cōtestatā. n. 41. Vel post detegeretur. n. 41.*



ONGRVE succedit videre quæ impedimenta repellant iudicem à iudicando. Glos. in c. sciscitatus. de rescrip. & ibi Innocen. & Ioān. And. D. Anto. Imola, & D. Nicolaus multa dicunt, sed eorum dicta recolligendo, & ea iungendo cum dictis aliorum dici potest. Quòd quædam
1 sunt † impedimenta naturalia, prout est, si sit furiosus, vel pupillus, qui censetur carere ratione, vel discretione seu iudicio, secundum Inno. vel similis, vt mutus, vel surdus, secundum D. Anto. Ad hoc tex. iij. q. vij. §. tria. Idem vt voluit Glos.
2 in procemio, si careat † aliquo ex quinque sensi-
3 bus corporis, quod verū intellige † si careat sensu super quo habeat iudicare, vt ibi nota. & talia
4 impedimenta † naturalia ipsō iure iudicem inhabilitant, & tunc iurisdictionis habitum impediūt, in tantum quòd reddunt sententiam ipso iure nullam, etiam si de eis non fit oppositum. Sunt enim
5 † hæc iura naturalia immutabilia. v. dist. immutabilia. secundum ipsum D. Anto. vbi supra. & hinc
6 est quòd † de talibus impedimentis potest quandocumque opponi, prout videtur velle in d.c. sciscitatus. Inno. Compostellan. & Ioān. And. Quod ideò est: quia per talia impedimenta detegitur iudicium retro nullum. Ad hoc l. licet. & quod ibi not. C. de procura. Et quia in iudicando exigitur cognitio & discretio, quæ cessat in istis, secūdum D. Anto. & Imol. vbi supra. Ad hoc etiam quod not. in c. cum dilectus. de consue. & de elect. ex eo. mini. c. si celebrat. & ff. de iudi. l. furiosus. Quod
7 procedit † quando talia impedimenta suberant à principio, alias si superueniant ex post facto, & tunc sententia sensus, non semper impediet iudicem vt patet in illo qui efficitur excus. prout not. ff. de

ff.de iudi.l.cæcus.vbi de hoc, de quo Specul. de senten.& prolat.§.sequitur.post principium: vbi notatur de illo qui clarè non videt.

Quedã verò sunt impedimẽta quę nõ sunt naturalia, sed à iure gentiũ vel positiuo inducta. circa quæ quatuor sunt per ordinem uidenda. Et primò, quę sint. Secundò, an ipso iure impediant, uel sit opus exceptione. Tertiò, an quemlibet iudicem repellant, uel quem. Quartò: quando de eis opponi posit.

8 Circa primum dicendum est, quòd † impedimenta à iuregentium uel positiuo inducta sunt hęc,& primò, uidelicet q̃ sit seruus, ut in dicto c.
9 sciscitatus.& in d.§.tria. Secundò † quòd sit fœ-
10 mina.ut eodem.§.tria.Tertiò quòd † sit excommunicatus. c. ad probandum. de re iudic. ubi de
11 hoc. Quartò quòd † sit illiteratus, ut patet in Glos.in eodem c.sciscitatus.ubi de hoc. Quintò
12 † quòd sit infamis,ut in eodem.c.sciscitatus.& in dicto §.tria. Quod uerum intellige de infamia iu-
13 ris, cum ipsa repellat à iudicando,† licet aliud sit infamia facti,cum infamia facti licet repellat à testimonio, prout notatur in c. testimonium, de testib.tamen non repellit à iudicando, prout ibi notatur,quod quare sit declaratur,in eodem.c.sciscitatus.per D.Antonium & Imolam.Quod uerũ
14 intellige † in infamia facti,non ut repellat iudicem,& hoc nisi sit apud bonos & graues, cum & de tali licet non posit opponi contra iudicem postquam factus est iudex,tamẽ antea quàm fiat poterit de ea opponi,& repelletur,l.ii.C.de dig. libr.x.ubi de hoc.

15 Sextò quòd † est criminosus.potest enim opponi contra iudicẽ de crimine, seu quòd est criminosus,ut repellatur à iudicando. prout uoluit Ioannes de Deo in quæstione vii.in summa,pro quo optimè facit textus eadem quest, si quis au-
16 tẽ, cum sequenti. Quod procedit † quando esset tale crimen ex quo inferatur infamia ipso iure, aliàs si non ipso iure, sed per sententiam ueniret
17 inferenda infamia,† prout communiter est de iure ciuili,prout notatur in l.i.ff.de infamib.& tũc tale crimen non repellet iudicem quantumcunque de eo opponatur,& ita ꝓcedere poterit opinio Innocentij; qui tenuit in c. super literis. de rescrip.& in c.cum super.de offi.deleg.quòd cõ-
18 tra † iudicem etiam delegatum non potest opponi exceptio homicidij, uel alterius criminis:quẽ sequitur Ioannes And.in dicto c.sciscitatus. & in additionibus Specu.in tit.i.§. excipit post uerbũ. Item quod est criminosus,quod uerum intellige,
19 nisi † sit tale crimen quod inducat priuationem potestatis ipso facto. Ad hoc textus cum Gloss.in l.ii.§.miles. ff. de infamib. & quod notat Innoc. in c. inter dilectos. de excessib. prælat. Vel nisi
20 † sit crimen notoriũ,cuius est incorrigibilis,cum de tali opponi posit etiam contra ordinarium, prout uoluit Ioan.And.post Host.in c.i.de cẽsib. lib.vi.quos sequitur in eo.c.sciscitatus D.Nicol. circa quæ uide notata in c.cũ nõ liceat,de præscr.

21 Circa secundum, dicendũ est quòd talia † impedimenta à iure gentium seu positiuo inducta non inficiunt,nec impediunt iurisdictionem iudicis ipso iure,nec habitum totius iurisdictionis.
22 Imò & nec exercitiũ ipsius iuris, & hoc nisi † sit exceptio publica,de qua in dicto.c.ad probãdum,
23 sed bene † impediunt exercitium ipsius iurisdictionis si opponantur. Vnde requiritur ad hoc ut ex tali impedimento iudex repellatur, quòd de eo opponatur. cum propter ipsam exceptionem iudex repelletur à iudicando, & eius exercitium impeditur aut uoluit in eodem c.sciscitatus. Innocen. Ioannes And. D.Antonius & Imola. Ad hoc quod notatur in d.§.tria. Imò & plus:quia
24 † si cõtra ipsum iudicem non opponatur de infamia,si uelit se excusare à iudicando prætextu dictę infamiæ, non poterit.ut uoluit Ioannes And. post Inno.& Compostellanum ubi supra: per id quod habetur.C.de decurion.in l.nec infamia.libro x.pro quo facit quod notatur secundum Imolam ubi supra in c.cum super.de concess. præben.
25 Quod procedit: † quando tale impedimentum non erat detectum,cum nõ teneatur pandere crimen suum. Ad hoc textus.in canone.non tibi dico.de pœnitent.distin.ii.aliàs si erat detectum,& tunc poterit se excusare,& ita procedere poterit, quod tenuit Bar.in l.ii.de seru. uel libert. dicens
26 per illum textum,quòd punitur † quis patiendo se promoueri ad dignitatem cuius est incapax, si non pandat suum defectum, seu impedimentum,
27 & hoc secus quando † erat tale impedimentum uel defectus quod non impediebat funditus exercitiũ illius dignitatis,uel officii, ut infamia:aliàs
28 † si funditus impediret,& tunc teneretur pandere,etiam si sit occultum, cum aliàs peccet, ut est si bigamus,uel homicida promouetur ad aliquod beneficium ecclesiasticum,prout patet. l.dist.c.si quis uiduam.& c.ex pœnitentibus. & lxxxi. dist. quicunque.secundum D.Nicolaum in d.c.scisci-
29 tatus.Sed certè † siue sit detectum,siue non,& siue teneatur,siue non,impedimentum suum pandere, prout uoluit Bart. & D.Nicolaus, tamen propter ea nõ excusabitur iudex a iudicando propter infamiam: si non opponatur: ut uoluit in eodem c.sciscitatus.Inno.cuius dictum Bart.non contra dicit,si bene ponderetur.

30 Circa tertium quod est,† an talia impedimenta repellant quemlibet iudicem,si de eis opponatur, & in hoc dicendũ est,quòd aut est iudex delegatus: & tunc quantumcunque toleretur in ipso officio, nihilominus opponi poterit contra eum de ipsis impedimentis, & eorum quolibet. prout notatur in dicta l.Barbarius. & hoc uoluit * Innoc.in d. c.sciscitatus. & cõiter tenetur. *

31 Aut est iudex ordinarius & contra eum † opponi non poterit de talibus impedimentis,nõ enim repellitur à iudicãdo propter talia impedimenta quandiu in officio toleratur. viii.q.iiii.nonne. & c.cum super.de offi.deleg.secundum Innocẽ.Cõpostell.Ioannem And.& Petrum in eodem c.sciscitatus.

fcitatus.& hoc idem uoluit Specula. in titul.j.§.
excipi poteft,verfi.fed nunquid. Idem Innocen.
& Ioan.And. in dicto c.cum fuper. Quod ideò
32 eft:† quia ordinarius habet officium de publico
in quo operari poteft quandiu toleratur,per præ-
dicta iura, & dictam l.Barbarius. fecundum D.
Antonium in eodem c.fcifcitatus. qui duas alias
33 rationes adducit:dicens quòd tolerantia† in or-
dinario operatur ut non repellatur. Quod licet
regulariter fit uerum,tamen fallit.
34 Et primò† in impedimēto quod inducitur per
excommunicationem, cum per ipfam excommu
nicationem repellatur quilibet iudex, etiam fi fit
ordinarius,& occulté excommunicatus,propter
periculum communionis,ut notatur per Innoc.
in d.c.cum fuper,quem fequitur D.Anto.in d.c.
fcifcitatus.pro quo facit quod notatur in d.c.ad
probandū.& in c.pia. de exceptionibus lib.vj.
35 Secundò fallit:† quando effet tale impedimē
tum, quod ipfo facto induceret priuationem po
teftatis.Ad hoc textus cum Glof.in d.§.miles. l.
ij.ff.de infamis. & quod notatur per Innocen. in
dicto c.inter dilectos.
36 Tertiò fallit:† quando tale impedimentū ip-
fius ordinarij effet notorium, tunc idem fit in eo
dicendum,quod in delegato, cum uterque repella
tur,prout uoluit D. Anto. in d.c. fcifcitatus. &
ibidem D.Nicolaus adducens ad hoc quod no-
tauit Io.And.poft Hoft. in c.j. de cenfib. ubi de
hoc.de quo etiam in c.cum non liceat.de præfcri.
Circa quartum & vltimum quod eft, quando
de tali impedimento opponi poffit eo cafu quo
37 poteft opponi,& dicendum eft quod cum tales† ex-
ceptiones inductæ ex talibus impedimētis indu
ctis à iure pofitiuo fint declinatoriæ,opponendæ
funt ante litem conteftatam,cum poft litem con
teftatam opponi non poffint,c.dilecti. de arbit.
& C.de excep.l.penul.fecundum Innocen. Com
poftellan. Io. And.& D.Anto.in d.c.fcifcitatus.
pro quo facit quod nota.in d.c.tria. per Archid.
38 Quod & licet regulariter fit uerum† ut de tali im
pedimento poft litem conteftatam opponi non
poffit tamen fallit.
39 Et primò † in impedimento quod inficit ipfo
iure exercitium iurifdictionis,ut excommunica
tio publica:prout notatur in d.c.ad probandum.
de re iudi.lib.vj.& in d.c.pia.ubi plenius de ipfa
excommunicatione quando opponi poffit.
40 Secundò fallit:† quādo opponeretur quòd ef-
fet feruus,cum de tali impedimēto opponi pof-
fit,etiam poft litem conteftatam.C.de iud.l.fer-
uus.fecundum Imo.in d.c. fcifcitatus.
41 Tertiò fallit:† quādo tale impedimentum ha-
bet ortum poft litem conteftatam,ut quia lite pē
dente efficeretur infamis:ut uoluit Glof.in dicto
cap.fcifcitatus.
42 Quarto fallit:† quando tale impedimentū dete
geretur poft litem cōteftatam,cum & tunc fimi-
liter de eo opponi poffit.prout uoluit in eo.c.fci-
fcitatus,Imo.per notata.in c.paftoralis. de excep.

CONCLVSIONIS XXI.

ARGVMENTVM.

Allegatio generalis quando fufficiat.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Conditori legis fufficit generalis allegatio, ea*
ratione:quia habet poteftatem leges condendæ.
nu.2.Idem in iudice inferiore fententiāte.nu.3.ea
ratione,quia nec ipfe tenetur exprimere caufam
in fententia.nu.4.
5 *Confultor in confilio decifiuo neceffe non habet alle*
gare legem uel canonem. Idem in confilio poftula,
to à parte fi illud non exeat domicilium confulen
tis.nu.6. Secus fi exeat ciuitatē confulentis.n.7.
8 *Aduocatus allegans coram principe non habet ne-*
ceffe allegare fpecialiter aliquam legem feu ca-
nonem uel quotas,& ea ratione:quia princeps ha
bet omnia iura in fcrinio pectoris. num.9.Et quia
coram eis non eft uerbis infiftendum.nu.10.nifi ad
decifionem cafus extaret lex derogans ab aliis re-
gulis,uel limitans alia iura.nu.11.
12 *Aduocatus allegans coram inferioribus à Principe*
& fcientibus iura communia, nec tunc neceffita-
tur allegare fpecialiter, nifi ut fupra quando co-
ram principe:fecus fi coram ignorantibus, ad hoc,
ut inftruat. nu.13.
14 *Magifter in fcholis tenetur allegare citando quo-*
tas et copiofē,ut certificet illos quibus legit.
15 *Arguēs in fcholis copiofus effe debet ī allegatiōibus.*



OLET quæri,an,& quando fuf
ficiāt generales allegationes. di
ftinguendum eft.
1 Aut† fumus in cōditore legis,
& fufficit generalis allegatio.c.
veftra duxit.de coha.cle.& mul.
& c.ij.de præb. & vj.q.iij. fcriptum eft in lege.et
xlv.dift.c.ij.& centefima dift.hinc etiam. & eft
2 ratio:† quia habet poteftatem legis cōdendæ.Ad
hoc quod notatur in c. j. de conftitu.lib.vi.& in
Clement.prima de proba.
3 Aut loquimur† in iudice fententiante,& idem
4 dicendum:quia† non tenetur exprimere caufam
in fententia.c.in præfentia.de renunt.c.cum in-
ter.de re iudi.fortius non tenetur exprimere uel
nominare legem,fecundum Ioan. Calde. in d.c.
veftra duxit.quem ibi fequitur D.Anto.
5 Aut loquimur† in confultore:et tunc fubdiftin
guendum. Aut in confilio decifiuo, & tunc dic
prout in fententia quòd neceffe non habet in eo
allegare iura fecundum prædictos.
6 Aut† in confilio poftulato à parte,& tunc ite
rum fubdiftingue. Aut eius confiliū nō exit ciui-
tatē cōfulentis,& tunc nec ipfe habet neceffe al
legare in cōfilio nominatim legem,feu Canonē,
uel earum quotas,ut uoluit Spec. in tit. de requi
fitione confilij.§.j.uerfi.xv.quæritur.

7 Aut† consiliũ exit ciuitatem consulentis, & tũc illud fieri debet cum allegationibus, prout voluit Ioan. And. in additio. ad Specula. vbi supra. quem sequitur Do. Anto. in d. c. uestra duxit. non enim creditur, nisi quatenus probetur. Ad hoc quod no tat. in c. i. de postulat. prælat.

8 Aut loquimur in aduocatos† & tũc etiam distin guendum est. Aut allegat coram principe, & tunc nec est necesse quòd alleget nominatim legem,

9 seu canonem, seu eius quotam, cum† princeps ha beat omnia in scrinio pectoris sui: vt notat. in d.

10 c. i. & quia† coram eo non est insistendum in uer bis. C. de testam. l. omni. Quod licet sit regulare

11 tamen fallit: quando† casum decideret, uel ad decisionem faceret lex singularis deuians ab aliis re gulis, vel limitans alia iura: argumento c. pastoralis. de fide instrumen.

12 Aut allegat† coram inferioribus, & tunc iterũ subdistinguendum est. Aut corã scientibus leges omnes generales, & tũc non est necesse quòd alle get or lex generalis, sed bene alleganda est lex sin gularis, uel limitans ut supra.

13 Aut† coram ignorantibus, & tũc oportet quòd alleget, ita quòd instruat, prout notatur in Specu lo. de disputationibus & allegationibus. §. poreo. versi. in summa. quem sequitur D. Ant. vbi supra. & sic oportet quòd alleget nominatim legem seu canonem: pro quo facit quod notatur. C. ad leg. Falcid. auꝺten. sed cum testator. & instit. de pœn. temerè litigan. in fin.

14 Aut loquimur † in magistro legẽte in scholis: & idem dicendũ est eadẽ ratione; copiosius enim es se debet in allegationibus, & debet ita allegare ci tando quotas, ut certificet illos quibus legit.

15 Aut loquimur † in arguẽte in scholis ad sui in structionem, & idem secundum dominum An tonium ubi supra.

CONCLVSIONIS & Regulæ XXII.

ARGVMENTVM.

Pronuntians se iudicem incompetentem an ulterius in causa possit se intromittere.

SVMMARIVM.

1 *Iudex pronuntians se competentem potest dictã sententiam seu interlocutoriam, si non sit ab ea appellatum, reuocare.*

2 *Iudex pronuntians se incompetentem, desinit esse iudex, nec potest ulterius in causa se intromittere, nisi ab huiusmodi interlocutoria foret appella- tum. nu. 3. 4. ubi ponitur ratio.*

5 *Causa non solet remitti ad iudicem à quo, iustificata appellatione. ratio ponitur nu. 7.*

6 *Intellectus ad c. dilectus filius. de præben. et num. 11. 13. 14. 16. 19. & 25.*

8 *Causa remittitur ad iudicem à quo ex uoluntate utriusque partis. & est ratio: quia iudicis iurisdictio prorogari potest. nu. 9. Item per ipsam superio rem remitti potest. nu. 10.*

12 *Causa remitti potest iudici qui se incompetentem pro nuntiauit: quando eius sententia fuit nulla.*

13 *Iurisdictio iudicis delegati non expirat per sententiam licet nullam, secus in iudice ordinario. nume. 14.*

15 *Iurisdictio iudicis pronuntiantis se non iudicem, si ad aliud est accessoria non finitur. Quid autem in exe cutoribus gratiarum si pronuntiant se non execu tores an gratia extincta censeatur? quod non nu me. 16. Contrarium asseritur eod. nu. & num. 17. 18. 19. 20. sed uidetur dicendum fore considerandam oppositam exceptionem, an respiciebat exe cutorum potestatem tantum, an uerò & illam & gratiam ponitur. nu. 22. 23. sed contrarius uerius, & communiter tenetur, & ut indistinctè gratiam non uitiet. nu. 21. 24. & 25.*

17 *Intellectus ad c. si super gratia. de præbend. lib. vi.*

18 *Intellectus ad c. si cui. de præben. lib. vi.*

20 *Litera gratiarum sunt loco tituli.*

23 *Sententia uidetur ferri ex causa quæ apparet ex actis.*

26 *Accessorium deductum per modum causæ contingens principale negotium, si super eo iudicetur non obstabit exceptio rei iudicatæ, si postea principaliter in iudicio deducantur, saltem quando summariè, & non plenariè disensum fuit. nu. 27.*

SI IVDEX pronuntiat se incompetentem, an ulterius possit in causa se intromittere? Io. And. & Paulus de Leazariis qui reperiit capitulum dilectus filius. el ij. de præben. hanc conclusionem discutiunt, quorum dicta ac D. Floriani recolligendo, omisso eorum ordine, & aliqua addendo circa hanc materiam concludi potest.

1 quòd† iudex si pronuntiat se competentem potest se in dicta causa ulterius intromittere, & potest reuocare talem sentẽtiam etiam si non sit ab ea appellatum, cum sit sententia interlocutoria: per id quod habetur in c. cum cessante. de appel. & in l. quod iussit. ff. de re iudic. ut dicit Paul. de Leazar. pro quo facit, quia talis sententia non finit iudicis officium, imò potius illi aperit uiã: & ideò poterit eam reuocare. per ea quæ habentur in dicto cap. cum cessante. & in dicta l. quod iussit.

2 Si uerò econuerso † iudex pronuntiat se esse iudicem incompetentem, & tunc cum ipse iudex per talem sententiam desinat esse iudex, & eius iurisdictio sit extincta: ut c. in literis. de offic. deleg. & cap. significantibus, non poterit postea dictam sentẽtiam reuocare, nec poterit amplius in ipsa causa se intromittere, ut dictis iuribus. & in c. cũ appellationib. de appel, lib. vi. Qđ & licet regulariter sit uerum, tamen fallit.

Et primò

3 Et primò: quando † à tali sententia fuisset appel
4 latum;nam † cũ per ipsam appellationẽ suspenda-
tur ipsa sententia:vt c.uenientes.de iureiur.& sic
remaneat iudex, poterit talem interlocutoriam
reuocare,cum possit tale grauamen reuocare: vt
in c.si à iudice.de appel.lib.vj. Imò & plus: quia
5 licet † regulariter causa non sit remittenda ad iudi
cem à quo iustificata appellatione: ut c. interpo-
sita. de appel.& c.non solum.eod.titu.lib. vj. ta-
men hoc casu quantumcunque talis appellatio
sit iustificata, poterit tamen ipsa remitti ad ip-
sum judicem qui talem sententiam tulit,& ita po
6 test dici, quod procedat † textus in dicto cap.di-
lectus filius, & quod ibi dicitur. quod ideo est:
7 quia † tale grauamen aliter reparari non potest,
nisi fiat ipsa remissio, ex quo iudex ipse graua-
uit non procedendo, ut tollatur tale grauamen,
& compellatur procedere causa erit ad ipsum re-
mittenda. Ad hoc quod notatur per Innocen.
in cap. significauerunt. de exception. quem se-
quitur Imola in dicto cap. dilectus filius.
8 Secundò fallit: † quando ipsa causa remissa
fuisset ad ipsum iudicem de uoluntate utriusque
partis, ut colligitur ex litera dicti cap. dilectus
filius: & melius ex antiqua: ut ibi uoluerũt Gof-
fred. & Hostien. Cum & tunc iudex possit in
9 hijs se intromittere, cum iurisdictio † ipsius pro-
rogari possit, prout notatur in cap. P. & G. de
offic. deleg. Ad hoc etiam quod notatur in d.c.
cum appellationibus.
10 Tertiò fallit: quando † per ipsum superiorem
causa ipsa ad ipsum iudicem fuisset remissa, ut
fuit in casu dicti cap. dilectus filius.prout uoluit
11 ibi Paul.de Leazarijs, & Do. Florianus. † ita il-
lum textum intelligendo, cum ex tali nouo man
dato, & sic ex dicta noua delegatione iudex ipse
cognoscere possit.c. accepta. de appel. & ad hoc
quod notatur in c.Romana.in princi.& in c. cum
appellationibus.de appel.lib. vi.
12 Quartò fallit: quando † talis sententia fuisset
nulla: ut quia lata contra ius scriptum hoc ex-
13 presso in sententia, prout fuit sententia de qua †
in d. cap. dilectus. per illos executores, cum fue-
rit lata contra ius, & sic nulla, ex eo quia pronun
tiauerunt contra ius, pronuntiando se non exe-
cutores; quia in literis non fiebat mentio quòd
decanus ex donatione Regis haberet collatio-
nem præbendarum. Quod & de iure reprobatur
per notata in Glo.i.eodem cap. dilectus filius. &
in cap. cum dilectus.de iure patronat. Vnde cum
talis sententia fuerit nulla,per notata in c. i. de re
iudic.non extinguit iurisdictionem,meritò pote
rit ipse iudex de causa ipsa cognoscere, uel exe-
cutor exequi mandatum ex ui primi mandati, &
hoc uoluit D.Florianus.in dicto cap. dilectus fi-
lius. Sed hoc dictum non uidetur procedere: †
quia iurisdictio iudicis delegati non expirat per
sententiã,quæ aliàs cõsueuerat finire iurisdictio-
14 nẽ,licet aliàs sit nulla,esto † quòd aliud sit in iu-
risdictione ordinarii.prout no.C.quom.& quãd.
iud.l.si ut proponis.& ff.de re iudic.in l.iudex.&
c.in literis.de offic. deleg. Ad hoc ẽt quod habe-
tur.ff.de arbit.l.quia si arbiter errauerit.secundũ
Imol.in eod.cap.dilectus, secundum quem, etiã
dici potest quòd sententia ibi lata non fuerit nul
la,cũ hoc non appareat ex illo textu quòd fuerit
expressa in sententia talis causa,quæ sit cõtra ius,
Ad hoc quod no.in c.quoniam contra.de proba.
Præterea & dato quòd hæc causa fuerit expressa,
tamen quia non habetur hoc in iure expressum
quòd hæc causa sit contra ius secundum illa tem
pora,licet per argumenta dici possit, quòd sit cõ
tra ius:vt patet ex notatis in Glo.i.in d.cap. dile-
ctus. unde uidetur quòd talis sententia ualeat,per
ea quę habentur.ff.de re iudi. in l. cùm prolatis.
licet hodie aliud sit, cum sit expressè contra ius:
vt patet ex notatis.in c.i.de iure patron. lib.vi.
15 Quintò fallit: † quãdo iurisdictio iudicis pronũ
tiãtis se nõ iudicẽ esset accessoria ad aliud,qđ du
rat,cũ tũc non tollatur,quantũcunque ipse iudex
pronũtiet se nõ iudicem, per id qđ habetur in c.
si super gratia. de offic.deleg.lib.vi. secundũ ip-
16 sum Paulũ de Leaza.qui dicit ita esse in casu † dicti
capituli dilectus filius. in quo non fuit extincta
potestas ipsorũ executorũ.licet pronuntiauerint
se nõ esse executores,propter gratiã cui accedebat
ipsorũ potestas,ita, intelligẽdo illud.c.Sed Ioan.
Calde. ibi in additionibus,licet nõ faciat mentio-
nem de Liazario tamẽ reprobat tale dictũ,dicẽdo
17 quòd dictum. † c.li super gratia & † c.si cui.de pre
18 bend.in vi. nõ habẽt locũ in casu isto. loquuntur
enim in gratia iã facta:ut ibi patet,pro cuius exe-
19 cutione dati erant executores. Sed in † d.c.dile
ctus.gratia non erat facta,sed faciẽda: contra quã
opponebatur, ut patet ex litera quòd nõ ualebat,
propter quod executores pronuntiauerunt se
non esse executores, ac si gratia non teneret, &
sic quantum in eis fuit, extincta fuit ipsa gratia,
20 cum literę † ipsę sint loco tituli,iuxta notata in c.
in nostra.& in c.mandatũ.de rescrip.& per Ioan.
And.in proœmio lib.vi.in uerbo transmittimus,
& sic secundum ipsum Ioan. Calderinum prædi
cta opinio Pauli,non uidetur bona, in quantum
uoluit,quòd ibi non fuerit appellatum, & tamen
executores possint reuocare ipsam interlocuto-
riam,& procedant in negotio,sed certè prout di-
cit in dicto cap.dilectus. D. Florianus pronuntia
21 † executorum ita pronuntiantium non extinguit
uel tollit ipsam gratiam,nec eius effectum:prout
uoluit Glo.not.in c.si soli.de cõcessio.præb. lib.
vi. sed extinguit eorum iurisdictionem, & eam
finit,seu separat ab ea. potest enim ipsa iurisdi-
ctio ipsorum executorum, vt accessoria extin-
gui, stante ipsa gratia, & ab ea ut à principali se-
parata,prout patet ex notatis in c.si confirmatio-
nem. de electio.in vi.pro quo ẽt facit quod habe
tur in c.si clericus.eod.tit. & lib. secũdum ipsum
22 Florian.Cuius dictũ uidetur procedere, † quan-
do exceptio opposita cõtra ipsos executores respi
ciebat solũ eorũ potestatẽ,& nõ ipsam gratiã,cũ

tunc per talem eorum sententiam extinguatur
eorum potestas,& nó gratia:& ita procedere po
terit Glos. dicti c.si soli. Aliàs si respiciebat non
solum eorum potestatem , sed etiam ipsam gra-
23 tiam,& tunc cum† ipsa sentẽtia uideatur lata ex
causa quæ apparet ex actis, per ea quæ habentur
in c.ij.de ordi.cognit. & in l. si quis ad exhiben-
dum.ff.de exceptio.rei iudica: & in l. hoc enim.
ff.de excusatio.tuto. & in d. cap. si confirmatio-
nem. videtur quòd per talem pronuntiationem
extinguatur etiam ipsa gratia, & eius effectus, si
non appelletur. cum talis sententia transeat in
rem iudicatam. c. cùm inter uos.de re iud.quod
& fortè de iure uerius est , licet Glos. in d. c. si
soli. videatur sentire, quòd hoc procedat etiam
24 † si exceptio opposita concernat gratiam , cum
25 dicat,quòd etiam in casu dicti †c.dilectus filius.
pronuntiatio executorum non extinguat gratiã,
& tamen ibi opponitur exceptio respiciens etiã
gratiam, quæ tamen Glo. menti tenenda est , &
✻ eius opinio quæ communis est ✻ & saluari potest
26 ex eo quia†quando fertur sententia super acces-
sorio ratione deducti per modum causæ quod
contingit principale negociũ, non videtur obsta
re exceptio rei iudicatæ , si postea principaliter
in iudicium deducatur,ut notatur per Inno.in c.
cum ecclesia.de causa possessionis. Ad hoc etiam
quod habetur. ff.de excepti.rei iudica.in l.si quis
27 cum totum.§.si ancillam.quod†saltem procedit
quãdo summariè facta est discussio, & nó plena
riã,prout communiter fieri cõsueuit: quando ali
quid obiicitur cõtra processum,prout voluit In-
nocent.in c.fi.de ordi.cogni.& ideò cum in ca
su proposito ad impediendum processum execu
torum obiecta fuerit exceptio quòd non potue-
runt procedere:quia gratia non valebat,ex clau-
sula non inserta in literis, videtur quòd licet exe-
cutores pronuntiauerint super eorum potestatẽ
quæ est accessoria gratiæ ratione deducti per mo
dum causæ quòd concernebat gratiam principa-
lem,nó habeat nocere ipsi gratiæ principali, pro
ut uoluit Glo.prædicta,licet aliud uoluerit Ioan
nes Calderinus.

CONCLVSIONIS & Regulæ XXIII.

ARGVMENTVM.

Turpitudinem propriam nemini allegare licet.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Turpitudinem propriam regulariter allegare non licet.*
2 *Turpitudinem propriam allegans (in hijs quæ cõcernũt peccatum) auditur secundũ cõem opinionẽ ✻ Item in hijs quæ concernunt fauorem ecclesiarum , quod & communiter tenetur. ✻ num.3. Et hoc uerum nisi ad proprium commodum contra alium principaliter agendo, & ius agendi fundando super turpitudine secundum communem opinionem. ✻ nume.4.*
5 *Turpitudinem propriam allegans auditur dum excipit uel replicat contra participẽ,si tractat de dãno euitãdo & aduersarius de lucro captando.Secus si è contra.nu.6. Quod uerum est: quando exceptio in qua uersatur turpitudo est sufficiens ad perimẽdã intentionem actoris:aliàs secus.num.7.*
8 *Turpitudinem propriam allegare licet in casibus in quibus hoc lex permittit ad crimen detegendum,ob eius enormitatem.*
9 *Turpitudinem propriam allegans auditur fauore libertatis.*
10 *Turpitudinem propriam allegans auditur;quando illa per participẽ erat detecta.secus si aliàs. n.11.*
12 *Exceptio uel replicatio contra allegantem propriam turpitudinem, quòd non sit audiendus quandocunque opponi potest ante sententiã & sic etiam post litem contestatam.*
13 *Oppositio quòd allegans propriam turpitudinem non debeat audiri, non est propriè exceptio uel replicatio, sed potius quædam defensio, seu iuris allegatio inhærens ipsi facto in iure deducto.*

1 
VRPITVDINEM †propriam allegare non licet. cap. cum super.de concel.preben. C. de serui. pign. dat. man. l. si creditoribus. C. de reuoca. donat.l. cum profitearis. C.de translact.l.transactione finita.ff. de lega. j.l.si seruus plurium. §.j. xv.quæst. iij.nemini. & c. sicut.de testib.& c.inter dilectos.de don. ubi Glo. Innoc.& Goffredus.Inno.D.Antonius & Imola in d.c.cum super. Barto.in l. iusiurandum. §.fi. ff.de iureiur.Quod licet regulare sit, ut per dicta iura tamen fallit.
2 Et primò; † in hiis quæ concernunt peccatũ,
& sic animæ periculum.tunc enim auditur alle-
gans turpitudinem suam:per ea quæ habentur in
c. tertio loco. de præsumptio. & in c.ex tenore.
& ibi per Glo. de concess.præben. & in cap. la-
tor.& in c.consanguinei. de re iudi. Glo. in d.c.
✻ inter dilectos.quod cõmuniter tenetur. ✻.
3 Secundò fallit †in his , quæ concernunt fauo-
rem ecclesiarum : tunc enim etiam auditur alle-
gans turpitudinem suam . c.cum super. de con-
fess.& ff.ad leg. Aquil.l. inde Neratius.cum l.se-
quenti. & cap. si quis presbyterorum . de rebus
eccles. xxxv. quæstio. ix: quod quis commisit.
Glo. in dicto cap.inter dilectos . & hoc commu
✻ niter tenetur. ✻ Secus †si ad proprium commo-
4 dum contra alium principaliter agendo , & ius
agendi fundando super turpitudine , cum non
possit. dicto cap. inter dilectos.& dicto.cap. ex
tenore. & ff. de condi. ob turpem causam . per
totum. Dominus Anto.Imola & Bart. ubi supra
✻ cùm quibus cæteri transeunt ✻

Tertiò

376

5 Tertiò fallit:† qñ quis excipiẽdo, uel replicãdo uel aliter suam intentionem iuuando, suam turpitudinẽ allegaret contra participẽ, audietur enim si ipse tractat de damno euitando, & aduersarius de lucro captando. Ad hoc quod notatur. ff. de excep. doli. l. apud Celsum. §. Marcellus. quod & voluit Goffred. in d. c. inter dilectos. argumento
6 dicti c. ex tenore. Secus tamen† si econtrà, uidelicet, si ipse allegans tractat de lucro, & aduersarius de damno. per id quod habetur. C. de restit.
7 minor. l. de tutela. quod uerum est: † quando exceptio, in qua uersatur turpitudo, est sufficiẽs ad perimendam intentionem actoris, illa probata, secundum Io. And. in d. c. inter dilectos. pro quo facit secundum D. Nicolaum ibi, quod notat Innocen. in c. j. de offi. uicar. aliàs non audietur quãtumcunque excipiendo eam alleget, ut est casus in d. c. inter dilectos, secundum Ioannem And. & D. Florianum ibi, adducens pro primo dicto, quod notatur in c. causam. de iudic. & per Glos. & Bart. in l. ubi pactum. C. de transact. quod & fortè uerius est, secundum D. Nicolaum ibi, licet Petrus de Anchara. cum quo ibidem transit Imo. uideatur sentire contrarium.
8 Quarto fallit† in casibus, in quibus lex exprimit quod allegari possit ad crimen detegendum, propter criminis enormitatem. Ad hoc quod habetur. C. de pœn. iud. in auct. sed nouo iure. C. ad leg. Iul. maiest. l. quisquis. Barto. in l. iusiurandum. §. fina. ff. de iureiur. D. Antonius in dicto cap. cum super.
9 Quintò fallit† fauore libertatis. l. j. et l. interrogatam. C. de libe. caus. Glos. in dicto cap. inter dilectos. in fine.
10 Sextò fallit: † quando per alium quàm participem turpitudo illa erat detecta, tunc enim audietur iuuando exceptionem suam. per. l. penulti. ff. de suspect. tut. & per l. relegatorum. in fin. ff. de interdict. & releg. quod & tenet Imola in dicto c. inter dilectos. & Bart. in l. iusiurandum. §. pro-
11 curator. ff. de iureiur. Secus uerò † si ab alio non esset detecta. l. transactione. C. de transactio. & l. condemnatus. eodem titu. secundum ipsum Imolam in dicto. cap. cum super. ubi etiam id uidetur uelle D. Nicolaus.
12 An autem hæc exceptio† uel replicatio, uidelicet, tu non es audiendus allegando turpitudinem tuã, eo casu quo opponi possit, possit quandocunque ante sententiam opponi? et concludendum est ex mente Innocentij in eo. c. cum super. quòd sic, et sic etiam post litem contestatam, cum hæc
13 † non sit propriè exceptio, uel replicatio, sed potius quædam defensio, seu allegatio iuris, inhærens ipsi facto in iudicium deducto, sicut et potest de iure allegari. pro quo facit quod notatur in simili. in c. pastoralis. de except. et per Bar. in l. lecta. ff. si certum peta. et in l. eum qui ita. §. j. ff. de uerb. obli.

CONCLUSIONIS XXIIII.

ARGUMENTUM.

Iudex quam consuetudinem sequi teneatur.

SUMMARIUM.

*1 ☞ Iudex in præparatoriis & ordinatorijs iudicij seruare debet consuetudinẽ loci ubi proceditur, secundum communem opinionem. * dummodo illa sit rationabilis: aliàs secus. nu. 2. Quod & locum habet in testamentis. nu. 3. & 9.*

4 Iudex in decisorijs seruare debet consuetudinem loci contractus, & hoc si ius nascatur ex contractu. nu. 5. Si ex delicto, tunc seruanda est consuetudo loci delicti. nu. 6.

7 Iudex seruare tenetur, si ius respiciat facultatem uel necessitatem circa rem de cuius iure agitur, consuetudinem loci, ubi est sita ipsa res.

8 Intellectus ad l. si fundus. ff. de euictione.

Intellectus ad l. i. ff. de usur.

10 Iudex causæ appellationis seruare tenetur consuetudinem loci contractus, sicut iudex principalis. & hoc in decisoriis.

11 Iudex appellationis circa præparatoria uel ordinatoria circa acta præterita, sequi habet consuetudinem loci principalis causæ, circa acta futura loci appellationis. nume. 12.

13 Consuetudo uel statutum illud inspiciendum, ubi quis forum sortitur contrahendo uel delinquendo.

14 Iudex delegatus sicut ordinarius in præparatoriis, et ordinarijs sequitur consuetudinem loci ubi litigatur: in decisorijs consuetudinem loci contractus delicti uel rei. nume. 15.



1 IUDEX † quam consuetudinẽ sequi debeat, utile est scire: distinguendum est de iudice ordinario ad delegatum, de iudice in prima instantia ad iudicem appellationis. Iterum, aut sumus in præparatoriis, et ordinatoriis, aut in decisoriis: circa quæ concludi potest, secundũ Ioã. And. in rub. de consue. qui bene dicit esse cõmu-
* nem * quòd in præparatoriis et ordinatoriis iudicij seu litis seruari debeat consuetudo loci ubi proceditur, per l. ij. ad fin. ff. de testib. dummodo
2 † sit rationabilis, aliàs secus, prout notatur in c. constitutus. de fideiussorib. quod & locum habet
3 similiter † in testamentis, secundum Imolam in eadem rubrica. Ad hoc quod notatur in dicta l. ij. C. qui sit longa consuetudo.
4 In decisoriis autem † seruandã esse consuetudinem loci contractus, per id quod habetur in l. si
5 fundus. ff. de euictio. et hoc † si ius nascatur ex
6 cõtractu. si uerò † ex delicto. et tunc seruari debet consuetudo loci delicti. l. saccularij. ff. de extraordin. crimin. §. sunt quædam. et C. ubi de crim. agi auct. qua in prouincia. et l. ij. C. de noxal.

7 Si uerò † ius respiciat facultatem uel necessitatē
circa rem de cuius iure agitur, & tunc inspicietur
cōsuetudo loci, ubi sita est ipsa res c. Raynutius.
de testamen. & C. de ędific. priuat. l. an in totum.
secundum Ioan. And. cuius cōclusionem sequitur
ibi Imol. & ei magis placet quàm quod ibid. dixe
runt Innoc. Host. & D. Anto. qui fuerunt in opi-
nione, consuetudinem litigantium fore seruādam
per dictam l. si fundus. ff. de euictionib. & per l. j.
8 ff. de usur. cum certè † iura illa loquantur de con-
suetudine loci cōtractus. quod & senlit Imol. qui
9 etiā dicit † quòd in solennitate adhibendi in testa
mento, attendi debet cōsuetudo loci ubi cōditur:
per l. ij. C. quemadmod. testam. aper. ubi de hoc.
de quo in l. j. per Bar. C. de Sum. Trini. & hæc de
iudice in causa principali.
10 Iudex † verò causę appellationis seruare an de-
beat cōsuetudinē iudicis causæ principalis, uel li
tigantium, seu suā, ex mente Ioan. And. & Imol.
ubi supra cōcludi potest. Quòd aut cōsuetudo di
sponit circa decisoria, & dicendum est, ut dictum
est de iudice causæ principalis, cum eadem sit ra-
tio, & per consequēs idē ius. c. translato. de cōsti.
11 Aut disponit † circa pręparatoria uel ordinato-
ria iudiciorū, & tunc, aut agitur de actis pteritis,
& sequēda erit consuetudo loci principalis causę.
12 Aut † de actis futuris fiendis in loco ubi agita-
tur causa appellationis, & tūc quo ad illos inspici
tur consuetudo loci appellationis. Adhoc quod
habetur. C. de iuram. calum. in l. j. & C. de eman.
liber. l. j. & in Speculo. de senten. prolat. §. quali-
ter. post principium. & in c. licet canon. de elect.
lib. vj. Ex quibus colligitur una regula generalis,
quam posuit Iuan. Cald. in sua quæstione quę in-
cipit Statuto ciuitatis. & post eum Do. Anto. &
Imol. in supradicta rub. de quo in cap. fin. de foro
13 compet. videlicet, † quòd regulariter ligamen &
uinculum consuetudinis & statuti consideratur
ex regula forum sortiri, & ubi quis sortitur forū
contrahendo uel delinquendo ibi ligatur consue
tudine uel statuto.
14 Iudex † autem delegatus an sequi debeat consue-
tudinem ipsius delegantis, uel propriam, uel liti-
gantium de quibus. j. dist. c. consuetudo. dicen-
dum est, secundum Compostellanum, quem se-
quitur Ioan. And. ubi supra, quòd inter ordina-
rium & delegatum non est differentia in obser-
uatione consuetudinis, cum quo ad consuetudi-
nem non fungatur uice delegātis, sed quo ad alia,
de quo ibid. per D. Antonium & Imolam ex quo
rum dictis concludi potest quòd in pręparatoriis
& ordinatoriis iudiciorū seruari debebit per eū
15 consuetudo loci ubi iudicium agitatur. Sed † in
decisorijs seruari debebit consuetudo loci con-
tractus, delicti, uel rei, prout dictum fuit in iudi-
ce ordinario principalis causæ, & in iudice ap-
pellationis. Ad hoc quod not. de foro competen.
c. quod clericis. in Gloss. & super ea. & de eo qui
mit. in posses. in c. cum uenissent. & de in integ.
resti. in c. constitutus.

CONCLVSIONIS et Regulæ XXV.

ARGVMENTVM.

Actus an expediri possit post terminum præfixum.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Actus quando expediri possit post statutum tempus remissiuè.*

2 *Præfixo termino parti, post illum pars regulariter nō auditur. nisi causa partium consensu prorogaretur nu. 3. Quod tamen fieri non posset si tangeret utilitatem publicam nu. 4.*

5 *Pars impedita per aliam circa cursum temporis, post illum auditur.*

6 *Pars cui terminus labitur ob compromissum, auditur, et hoc maximè si terminus erat cōmunis. quod procedit in causa appellationis, secus in causa principali. nume. 7.*

8 *Statuto tēpore iudici tantū, illud cōsensu partiū prorogatur, imò & sine, iudex potest expedire licet puniatur ex eo quòd infra terminum non expediuit. nume. 9.*

10 *Statuto tempore iudici, & iurisdictioni, eius prorogatio fieri potest & post actus expediri: aliàs secus nu. 11. etiam si malitia alterius partis finitur tempus. nume. 12.*

13 *Delegatus post præfixum tempus iudici & iurisdictioni, sententiam infra tempus latam non exequitur: secus si terminus præfixus foret decisioni seu diffinitioni, nam exequeretur. nu. 14.*

15 *Statutum si sit tempus instantiæ de iure cōmuni, post illud actum sine partium consensu non tenet.*

16 *Instantia perempta per eum acta.*

17 *Sententia lata sine instantia non ualet.*

18 *Intellectus ad l. properandum. C. de iudic.*

19 *Intellectus ad cap. uenerabilis. de iudicijs. secundum communem opinionem.*

20 *Præfixum tempus instantiæ de iure communi, si labatur in causa appellationis, consensu utriusque partis prorogatur: secus in causa principali, & quod postea fieret non ualeret. nu. 21. Etiam si per compromissum prorogatum foret tempus num. 22. nisi elapso tempore per partes reintegrarentur omnia acta eodem instanti. nu. 24. sed hoc non esset prorogatio, sed inchoatio nouæ instantiæ nu. 26.*

23 *Intellectus ad Clementinam quamuis. de appel.*

25 *Intellectus & practica ad l. ... ff. de procurat.*

27 *Tēpus si fuerit per ius municipale instantiæ præfixū, et imposita pœna iudici, si infra illud cām nō expediat, nō facit cessare instantiā iuris cōis, & sententia infra illā ualet, sed pœna debetur 7 u:m statuti.*

28 *Statutum si simpliciter præfigat tempus instantiæ, actū post illud non tenet, ut et instantia iuris communis duraret. & cīt ratio: quia uidetur per statutum in dubio præfixum tempus instantiæ. & non iudici tantum, uel actioni uel parti. nu. 29.*

30 *Tempus cum præfigitur actioni, illo finito, finitur actio, si tamen agatur & non excipiatur, tenet in dictum. nume. 31.*



1 IRCA iudicialia † quæri solet,
an actus expediri posſit poſt præ
fiaum terminū, de quo notatur
in l. ſcire oportet. §. conſequens.
ff de admi.tut.& in l.properan-
dum.§.j.C.de iudi.& ibi per Cy-
num, Bar.& Bal.& per Ioan. And.in additio.Spe-
cu.in titu. primo. §. reſtat. verſi. ſed numquid. &
verſicu.ſed quid.& per Glo.& Innocen.D.Anto.
& D.Florianum,& Imol. in c. de cauſis. de offic.
deleg. Ex quorum dictis conſiderandi ſunt qua-
tuor caſus.Quorum primus erit quando tempus
ſtatuitur parti. Secundus quādo ſtatuitur iudici,
tertius quando ſtatuitur inſtantiæ, Quartus quā-
do ſtatuitur actioni.
2 Circa primum quando † ſtatuitur parti, dicen-
dum eſt, quòd regulariter ipſa pars poſt ipſum
terminum non auditur.C.ſent. reſcin. non poſ.l.
peremptorias.& c.paſtoralis. de exceptio. Quod
tamen fallit.
3 Et primò: † quando talis terminus prorogare-
tur de conſenſu vtriuſque partis,cum & tunc pro
4 rogari poſsit, & hoc niſi † ipſa cauſa tangat vti-
litatem publicam.c.obſtæ.de appel.
5 Secundò fallit: † quando pars illa impedita
fuiſſet per aliam partem circa curſum illius tem-
poris: cum tunc prorogetur: vt l.petendæ. C.de
in integ. reſtitutio.
6 Tertiò fallit: † quando impedita fuiſſet per cō
promiſſum factum inter partes: prout voluerunt
Domini de Rota in deciſione cccla.quæ incipit,
item dubitatur vtrum dicentes,quòd ſi dilatio ſta
tuta fuit ad examinandum teſtes duorum men-
ſium,ſecundum notata in c. licet. de proba. poſt
terminum poterunt examinari, ſi partes interim
fuerunt impeditæ propter compromiſſum inte-
rim factum, quod maximè procedit ſi dilatio ſit
vtrique parti ſtatuta, ſecus ſi ſolum alteri parti,
ſecundum quoſdam,per notata in Clemen. quā-
diu. de appella.per Paul.de Leaza. quem ſequitur
7 D.Anto.in d.c.de cauſis.Sed hoc † dictum non vi
detur procedere quando eſſet data in cauſa princi
pali: quia in ipſa compromiſſum nō impedit cur
ſum temporis, vt voluit Bar. in d. l. properandū.
§.j.licet aliud ſit in cauſa appellationis, vt d. Cle-
menti.quandiu.ſecundum Imol.in d.c.de cauſis,
8 Circa ſecundum caſum, quando † tempus ſta-
tuitur iudici: dicendum eſt quòd aut ſtatuitur tan
tum ipſi iudici, & tale tempus conſenſu partium
prorogari poteſt: vt d.c.de cauſis. imò & abſque
prorogatione poteſt ipſe iudex actum expedire
9 poſt tempus,& valet quod facit, licet † ſit punien
dus, per ſuperiorem ex quo infra terminum non
expedit; vt l. vnica. C. vt omnes tam ciuil. quàm
milit. & notatur in Clemen.j. de iure patro.
10 Aut ſtatuitur † iudici & iuriſdictioni,& tunc ſi
de conſenſu partium fiat prorogatio, poterit actū
expedire poſt tempus; vt d.c.de cauſis.
11 Si verò † non concurrat conſenſus vtriuſque
partis,& non poterit ipſe iudex actum expedire,
cum finito tempore finita ſit iuriſdictio: vt patet
12 in d.c.de cauſis. Quod procedit † etiam ſi per ma
litiam alterius partis procuratum ſit quòd finia-
tur tempus: vt patet in Gloſ. in eodem c. de cau-
ſis.& not.in c.paſtoralis.eodem titu.de offi. dele.
13 Item procedit † etiam ſi ipſe delegatus poſt ter
minum velit ſententiam latam infra terminum
exequi,cum eā exequi non poſsit: vt tenuit Vgu-
tio & Ioann.xxvij. q.j. ſi humo. & Archidia. ibi.
14 Quod locum habet: quando † tempus eſſet præ-
fixum ipſi iudici, & eius iuriſdictioni, vt ſupra,
aliàs ſi eſſet præfixum deciſioni, ſeu diffinitioni
cauſæ: & tunc ſententiam latam intra tempus. po
terit poſt tempus exequi: vt tenuerunt Damaſus,
Tancredus & Bartholom.Brixienſ. Quod & vide
tur placere Hoſtienſi in c.conſuluit.d.titu.de of-
fic. deleg. quorum opiniones ita ad concordiam
reduci poſſe tenet Ioann. And. in d. c. de cauſis.
circa quæ vide notata per eundem Ioann.And.in
additio.in titu.de dilationibus.§.j.ver. ſed pone.
Circa tertium, videlicet, quando tempus præ-
15 figitur inſtantiæ dicendum eſt, quòd † aut præfi-
gitur ipſi inſtantiæ à iure communi, & tunc aut
non interuenit conſenſus vtriuſque partis,& poſt
tempus ipſam cauſam expedire non poteſt, imò
& non valet quod per ipſum iudicem ſit poſt ta-
le tempus: vt d.l. properandum. & vt ibi notatur
16 per Gloſ.quod ideò eſt: quia † perempta inſtan-
17 tia per eum acts.ff.iudi.ſolui.l.ij. Vnde † ſenten-
tia poſteà lata reperitur lata ſine inſtantia, & non
valet. C. de ſenten. l. prolatam. Nec diſpoſitio
18 † dictæ l.properandum.corrigitur per † c. vene-
19 rabilis. de iudi. non dato aduerſarij dolo aliiſq;
legitimis impedimentis, quæ in d.c. conſideran-
tur.cū quo iuncto c.iurgantiū.de reg.iur. lib. vj.
deſtruitur opinio contraria. & ſi rectè ponderen
tur hoc tenent in d.c.venerabilis. Inno.vltimo io
hac reſidendo & Philippus,& Gotfred. Ioā. And.
& Pet.de Ancha. quæ & cōis dici pōt. Ad hoc
not.in c.ſi.de app.lib.vj.in verbo appellatū. in fi.
20 Aut interuenit † cōſenſus vtriuſq; partis,& tūc
aut quæritur de tempore inſtātiæ cauſæ appella-
tionis,& poterit per expreſſum conſenſum proro-
gari,cum prorogetur per cōpromiſſum. vt in di-
cta Clemen. quandiu. vbi plenius de hoc.
21 Aut quæritur † de tempore inſtantiæ cauſæ
principalis, & tūc tale tēpus prorogari non pōt
per ipſas partes, etiam ſi interueniat expreſſus cō
ſenſus, vnde non poteſt iudex poſt ipſum tēpus
actum expedire, vt voluit Gloſ.in d.l. properan-
22 dum. Imò & nec poterit prorogari tale tempus
23 per compromiſſum, cum d.Clemen. † quandiu.
nō habeat locū in tempore inſtantiæ cauſę princi
palis: vt voluit Ioā.And.in addi.in d.§.reſtat.ver
ſicu.ſed nunquid.& Bar.in d.l.properandū. licet
aliud ipſe voluerit in auct. ei qui. de temporib.

appell.& nõ bene,fecnndum Imolam in dicto c.
24 de causis.quod uerum est † nisi talis prorogatio
ipsius instantiæ causæ principalis fiat taliter,uide-
licet, ut elapso tempore ipsius instsntiæ per ipsas
partes reintegrẽtur omnia acta eodem instauti,
25 secúdnm practicam. † l.mutari.ff.de procurator.
cum et taliter fieri possit prorogatio ipsius instá
tiæ: ut uoluit Bart.in dicta l.properandum. Sed
26 certè † hęc nõ est propriè prorogatio:sed potius
inchoatio nouæ instantiæ,quæ incipit à tempore
reiterationis contestationis per dictam l. prope-
randum. secundum Imolam ubi suprs, & hoc in
tempore præfixo instantię à iure communi.
27 Si uerò pręfixum sit † à statuto tempus instan-
tiæ, & tunc prout uoluit Ricardus Malumbrę &
Ioannes And.illum referens in dictis additioni-
bus, in dicto §. restat. uersiculo, quid si statuto,
uerba statuti sunt cõsideranda. Nam si statutum
imponat pœnam iudici, si causam non expediat
infra certum tempus à statuto pręfixo,& tunc,ta-
le statutum in dubio censetur uenire ad adden-
dú, & non ad derogandum iuri communi. unde
tunc durabit instsntia iuris cõmunis, adcò quòd
sententia lata infra tempus ipsius instantiæ uale-
bit, licet sit lata post tempus à staturo præfixum
pp quod poterit pœna exigi,ut statutũ disponit.
28 Si ucrò statutum † simpliciter præfigat tem-
pus ad determinandas causas, & tunc finietur ex
toto instantia per lapsum ipsius temporis. nnde
non poterit iudex procedere post dictum tempus
etiam dato quòd duret tempus præfixum instan-
tiæ à iure communi, ut uoluit Ioannes And. ibi.
quod est notandũ,cum ex hoc colligatur. Quòd
29 † ubi per statutum simpliciter statuitnr tempus
ad causam terminandam, uidetur in dubio tem-
pus statutum instãtiæ, & non iudici tantum, uel
actioni, uel parti.& hoc odio litium: pro ut uo-
luit Ioannes And.ibi.& Imola in dicto c. de cau-
sis. Tale enim tempus succedit loco tẽporis præ-
fixi à iure ipsi instantię secundum D. Nicolaum.
Ad hoc quod notatur de appellat. c.ratione.& in
Clem.unica de restitu.in integ.
30 Circa quartum & nltimum, quando † tempus
præfigitur actioni.dicendum est quòd finito tem
pore,finitur actio.C.de dolo.l.fina.& C. de prę-
31 scrip.xxx.anno.l.sicut.& l.omnes.Si tamen † aga
tur & nõ excipiatur tenebit iudicium. ff.fam. er-
cis.l.cum putaré.secundũ Imolá in d.c.de causis.

CONCLVSIONIS & Regulę XXVI.

ARGVMENTVM.

Iudex si actum expediuit, an dicatur fun-
ctus officio suo.

SVMMARIVM.

1 ☞ Iudex qui actum expediuit,an dicatur functus officio suo. remissiuè.

2 Iudex ante sententiam faciens actum etiam ualidum non dicitur functus officio suo: nisi per illum actũ finiretur eius iurisdictio. num.3. Vel esset interlocutoria lata causa cognita ex qua oriretur actio in factum.nume.4.

5 Interlocutoria lata causa cognita habet uim diffinitiuæ.

6 Iudex interlocutoriam executioni demandatam re uocare non potest: nisi de partium consensu.

7 Iudex lata sententia,censetur functus officio suo si illa ualida est: licet iniusta.nu. 8. Sed remanet exequendi facultas,si erat iudex ordinarius uel principis delegatus.nume.9. Secus si delegatus inferioris.nu. 10. Et hoc uerum, si transiuit in rem iudicatam; secus si fuisset appellatum.nu.11.

12 Delegatus ferens sententiam nullam dicitur functus officio suo,& necesse est recurri ad superiorẽ suum secundum communem opinionem.☩ Secus si fuisset nulla: quia non seruauit formam mandati. nu. 13.Sed contrarium uerius.i.u.14.& 15.

14 Intellectus ad l.quod tamen.ff.de arbitris.

15 Intellectus ad l. iudex postea quam.ff.de re iudic.

16 Delegatus si fert sententiam nullam super causa matrimoniali uel beneficiali,& ex actis deprehendatur iniquitas, potest illam reuocare.

17 Iudex ordinarius, lata sententia,licet nulla,si ab ea est appellatum: non potest eam reuocare seu emendare.Si uerò non fuit appellatum,& nulla fuit ob turpitudinem ipsius iudicis, & tunc non ipse sed superior reformat,secundum communem opinionẽ Legistarum.☩nume.18.Secus si alia de causa fuit nulla secundum pariter Legistarum cõmunem opinionem.☩ nu.19.Sed contra nu. 20.ubi datur distinctio, & num. 21.22.23. 24.25.26.27.28. 29.& 30.

31 Causa appellationis terminanda ex eisdem actis factis in causa principali.

32 Sententia si retractata sit per restitutionem in integrum,ex eisdem actis potest alia sequi sententia, & hoc uerum quando læsio cõcernit solam sententiam, secus si concernat acta, prout & sententiam nume.33.

34 Iudex in extraiudicialibus actum faciens non completum,non dicitur functus officio suo: in reseruationibus nume.37.

35 Executor datus ad prouidendum alicui, si mandat recipi in aliqua ecclesia, anteaquàm recipiatur poterit alibi eidem prouidere.

36 Valens eligere potestatem,si unum elegit,& ille renuntiauit,potest alium eligere.

38 Iudex in extraiudicialibus si fecit actum completũ & de iure ualidum functus censetur suo officio,et actum non potest reiterare.

39 Executor datus ad prouidendum,si prouidit in una ecclesia & ualidè de iure, licet de facto non habeat effectum,functus est suo officio. nisi ecclesia, in nõ obediẽdo,esset multum proterua. nu.40.Sed prima uerior indistinctè.nu.41.

42 Iudex uel executor si fecit actum inualidum, licet completum, non dicitur functus officio,siue sit ordinarius,

dinarius, siue delegatus, & hoc uerum si probabi-
li errore facti ductus fecit. nu. 43. secus si errore
iuris. nu. 44. Sed contra. nu. 45. Concludas in eo
qui iure proprio habet potestatem, non finiri pote-
statem. nu. 47. Si uerò iure alieno indistinctè fini-
ri. nu. 48. Praeterquàm in beneficiis principum, in
quibus per actum nullum non expirat potestas de-
*legata, secundum communẽ opinionem. * nu. 49.*
46 *Intellectus ad c. si compromissarius. de elect. et. n. 50.*

1 
VDEX † qui actũ expediuit,
an dicatur functus officio suo,
adeò quòd nõ possit vlterius se
intromittere, de quo per Innoc.
Ioannẽ And. Bal. Imolam, & D.
Nicolaum in c. in literis. de offi.
deleg. ex quorum dictis recolligendo, & ea con-
iungendo: & aliquid addendo, dici potest. Quòd
aut loquimur in actibus iudicialibus, aut in
extraiudicialibus.
2 Primo casu. Aut † loquimur in sententia in-
terlocutoria, seu in actu praecedente sententiam
diffinitiuam, & tunc etiam si talis actus sit validus,
nihilominus iudex non dicitur functus officio
suo: cum possit ipsum actum reuocare: prout vo
luit Innocen. Ioann. And. in dicto c. in literis. Ad
hoc. l. quod iussit. ff. de re iudi. & de appella. c. cũ
cessante. Quod & licet regulariter sit verum, ta-
men fallit.
3 Et primò: quando † esset talis interlocutoria,
vel actus, per quem finiretur iurisdictio ipsius iu
dicis: vt c. significantibus. eodem titu. de offi. de-
leg. & ff. de arbit. l. qualem. in fi.
4 Secundò fallit: † quando esset talis interlo-
cutoria ex qua oriretur actio in factum; si sit lata
5 causa cognita, cum † & talis habeat vim sententiae
diffinitiuae: vt notatur in l. cum non solum. §. ne-
cessitate. C. de bonis quae libe. & ibi per Glos. &
Bal. & per Innocen. in c. sacro. de senten. ex-
communica. ad finem.
6 Tertiò fallit: † quando ipsa sententia interlo-
cutoria fuisset executioni demandata, cùm tunc
reuocari non possit, nisi de consensu partium; vt
notatur in l. j. in fine. ff. de praetor. stipula. secun-
dum Bal. in dicto c. in literis. circa quae vide ple-
nius notata in dicta l. quod iussit. & in dicto c. cũ
cessante. vbi ponuntur plures alij casus in quibus
sententia interlocutoria reuocari non potest, &
in c. penultimo. de appella. lib. vj.
7 Aut loquimur † in sententia diffinitiua, & tũc,
aut ipsa sententia fuit valida, licet fortè iniusta, &
tunc licet quo ad executionem non censeatur fun
ctus officio suo. vt in dicto c. in literis. de offi. de-
leg. & c. significasti. eodem titulo. & c. querenti.
8 Tamen quo † ad cognitionem censetur functus,
adeò quòd vlterius non poterit se intromittere:
vt dicta l. iudex postquam. ff. de re iudic. & hoc
9 † siue iudex fuerit ordinarius siue delegatus in-
telligas scilicet principis: vt in dictis iuribus. aliàs
10 si sit † delegatus inferioris à principe, & talia exe-
qui non poterit, saltem de iure ciuili, prout no-
tatur in dicto c. significasti. & in l. à diuo Pio. cir-
ca principium. ff. de re iudi.
11 Item procedit: † quando transiuit in rem iu-
dicatam, aliàs si non trãsiuisset, vt quia ab ea fuis-
set appellatum, & tunc potestas confirmandi vel
reuocandi spectat ad superiorem. c. dilectus. el ij.
de rescrip. in fine. & c. vt debitus. de appellatio.
12 Aut ipsa † sententia diffinitiua fuit nulla, & tunc
aut fuit lata à delegato, & non poterit amplius se
intromittere, cum functus sit officio suo. ff. de ar-
bit. l. qualem. in fine. Sed erit recurrendum tunc
ad superiorem qui eum dedit. C. quomodo, &
quando iud. l. si vt proponis. la prima. prout vo-
luit Innocen. & Ioannes And. in dicto c. de cau-
* sis. quod & communiter tenetur, * Et licet id sit
regulare: tamen fallit.
13 Et primò: † quando fuisset nulla, ex eo: quia
non seruasset formam mandati, cum & tunc pos-
sit iterum pronuntiare. prout voluit Bal. in dicto
c. de causis. & D. Nicolaus post eum, per l. quod
tamen. ff. de arbit. per quam l. Salycetus hoc idem
tenuit, secundum Imolam in eodem c. de causis.
14 Sed certè † hoc non probatur ibi, cum ibi loqua-
tur in arbitro, non in iudice delegato, in quo di-
cendum est aliud: prout voluit Ioannes Cald. in
c. qualiter. el primo. de accusa. quod & fortè ve-
15 rius est, per † l. iudex postquam. ff. de re iudicat.
quae indistinctè loquitur, secũdũ Imol. vbi supra.
16 Secundò fallit: † quando talis sententia nulla
fuisset lata super causa matrimoniali, vel benefi-
ciali: cum & tunc etiam delegatus possit senten-
tiam nullam reuocare, & emẽdare, & aliam dare,
si ex sententia euidenter deprehendatur iniquitas:
prout voluerunt Domini de Rota, in decisione
cccxlj. quae incipit. Item dubitatur. vbi latius de
17 hoc. An fuit † lata sententia ab ordinario, &
tunc, aut ab ea fuit appellatum, & cum ipsa causa
nullitatis sit transfusa per ipsam appellationem
ad ipsum iudicem appellationis, non poterit ip-
se iudex amplius eam emendare. C. de accusa. l.
absentem. secundum Bal. in dicto c. in literis.
18 Aut † non fuit ab ea appellatum, & tunc aut
fuit nulla per turpitudinem iudicantis, & tunc
non ipse, sed superior debebit eam reformare,
* prout tenent communiter Legistae * per dictam
l. absentem. in l. si vt proponis. C. quomodo, &
quand. iud. vbi plenius notatur.
19 Aut fuit † nulla alia de causa, & tũc poterit iu-
dex iterum pronuntiare & diffinire causam. C.
quomo. & quand. iud. l. si. praeses. & voluit Inno.
in d. c. de causis. & secundum D. Anto. ibi. hoc cõ
* muniter tenent Legistae * de quo dubitari po-
testinam licet Iacob. de Arena & Cyn. post eum
in d. l. si vt proponis. hoc tenuerint, tamen alij Le
gistae aliud tenent; vt voluit Bar. in eãd. l. si vt pro
ponis. vbi de hoc, de quo latius per eundem Bar.
in l. si expressum. ff. de appell. vbi cõcludit. Quòd
20 † aut nullitas deducatur incidenter, vt quia quis
petat iterum pronuntiari in eo; quia sententia
fuit

fuit nulla, & sic incidenter deducitur, & tunc
debebit coram eodem iudice deduci, imò &
illo modo non poterit adiri superior, cum ad
superiorem non deuoluatur causa, nisi per appel-
lationem, uel per aliud remedium æquipollens:
puta per uiam nullitatis: qua uia non deducitur
dicto casu, sed incidenter: unde talitet potest co
ram eo deduci: & non coram superiore. Ad hoc
l. iiij. C. de accusat. & c. uenerabilibus. post prin-
cipium de senten. excom. lib. vj. secundum D. An
tonium in d. c. de causis.
21 Aut deducitur † ipsa nullitas principaliter, ut
quia petit pronuntiari sententiam nullam, & eam
reformari. & tunc erit in eius optione quem iu-
dicem adire uelit: cum tunc adiri possit ipse sen-
tentiam proferens, ut dictis iuribus. & l. 1. ff. quæ
sentent. sine appell. rescind. & ipse superior ut di-
22 cta l. absentem, & † ipse superior poterit non so-
lum sententiam ipsam pronuntiare nullam, sed &
reformare sicut & contingit in iudice appellatio
nis. c. Raynutius. & cap. Raynaldus. de testam. Ad
hoc & quod notatur in c. cum contingat. de offic.
deleg. secundum D. Nicolaum in eodem c. de cau
sis. circa quæ uide notata per Bal. in d. l. si ut pro
ponis. ubi in effectu uidetur idem uelle. circa quę
23 tamen aduertendum est: quia licet eo casu † quo
ipsa nullitas principaliter deducitur prius sit pro-
nuntiandum super ipsa nullitate anteaquàm co-
gnoscat de ipsa causa principali, & super ea pro-
nuntietur. c. licet Hely. de simon. Tamen quando
24 † ipsa nullitas deducitur incidenter coram ipso
ordinario, prout potest, ut supra, non erit necesse
ut prius pronuntietur super ipsa nullitate: prout
notatur in l. i. C. de ordin. cogni. & in l. conque-
25 rebatur. ff. de re iudic. imò & ipse † ordinarius de
ipsa causa principali cognoscere poterit antea-
quam cognoscat de ipsa nullitate. Ad hoc l. i. &
ij. C. de senten. quæ sin. certa quanti. & c. ab excō
26 municato. de rescript. & hoc nisi † dicatur nulla
ex defectu de quo ipse iudex uerisimiliter nō est
informatus, ut quia dicatur nulla ex eo, quia lata
contra minorem uel furiosum indefensum, cum
tunc sit necesse ut prius cognoscatur de ipsa nul-
litate secundum Imolam in dicto c. de causis. quæ
ad hoc adducit quod notatur in d. l. iudex. & in d.
l. si ut proponis. & ipse iudex poterit iterum pro-
nuntiare & sententiam reformare ex eisdem actis,
prout notatur in d. l. cum quærebatur. Quod ue-
27 rum † est; quando uitium respicit sententiam et
non acta: ut quia sententia fuit lata die feriata &
28 non acta: aliàs † si respiciat sententiam & ipsa
acta, & tunc non poterit ex eisdem actis iterum
pronuntiare, sed oportebit ut acta de nouo fiant.
Ad hoc quod notatur. in c. dudum. de elect. el ii.
29 & in c. ad probandum. de re iudic. Si uerò † uitiū
concernat sententiam & partem actorum, & tunc
si illa acta ab aliis sunt diuidua, & tūc uitiosa sunt
reiteranda. Ad hoc regula, utile. lib. vi.
30 Si uerò sint † indiuidua prout est litis contesta
tio ab aliis actis sequētibus, ut si litis contestatio

fuit facta die feriata in honorem Dei. & tūc ipsa
litis contestatio, & alia acta sequentia, cum sint
indiuidua, erunt reiteranda. Ad hoc quod nota-
tur. in c. 1. ut lite non contest. secundum D. Anto
nium & Imolam in dicto c. de causis. Qui etiam
31 dicunt quòd † in causa appellationis iudicari de-
bebit ex eisdem actis factis in causa principali. c.
32 per tuas. de appellat. & si sententia † retractata
sit per restitutionem in integrum, poterit ex eis-
dem actis sequi sententia, prout uoluit Bart. in l.
i. C. de senten. aduers. fisc. lat. lib. x. Quod uerum
33 est, secundum D. Antoniū ubi supra: quando † le
sio concernit solam sententiam: aliàs si concer
nat acta prout & sententiam, & tunc reiteranda
erunt, cum & illa cum sententia fuerint rescissa,
secundum ipsos D. Antonium & Imolam.
Secundò uerò casu principali uidelicet: quā-
do loquimur in actibus extraiudicialibus, dicēdū
34 est, quòd aut † talis actus non est completus, &
tunc nō est functus officio suo, unde poterit aliū
actum facere, ut uoluit Innoc. in d. c. de causis. ex
35 hoc dicens, quòd si executor † datus ad prouiden
dum alicui, mandauit enim recipi in aliqua eccle
sia, poterit anteaquàm ille recipiatur, eidē in alia
prouidere, ex quo mandatum non fuit ad hoc cō-
pletum, nec habuit effectum. Ad hoc quòd nota-
tur. in c. pro illorum. de præb. quod & uoluit etiā
36 Bald. in d. c. de causis. dicens, quòd si † alicui cō-
missum sit quòd eligat potestatem, si unum elegit
qui renuntiauit, poterit alium eligere, ex quo nō
habuit effectum. Ad hoc l. qui per salutem. ff. de
iureiur. ubi de hoc. de quo in l. post aditam. C. de
impub. & aliis substitut. & in c. si compromissa-
rius. de elect. lib. vi. Quod & licet regulariter sit
37 uerum, † tamen fallit in reseruationibus, cū duæ
reseruationes fieri non possint: & ita procedat
quod notatur in c. cum dilectus. de iure patron.
& in c. capitulum. de rescript. per Compostellan.
ubi idem uoluit, secundum Ioannem And. in d.
cap. de causis.
38 Aut actus fuit † completus, et tunc, aut fuit ua
lidus de iure, et tunc cum expiret potestas et fun
ctus sit officio suo, nō poterit actum reiterare, ut
uoluit Innoc. in eodem c. de causis. ex hoc dicens
39 † quòd si executor datus ad prouidendum, pro-
uidit in una ecclesia, et prouisio fuit ualida de iu-
re: licet non habuerit effectum de facto, ut quia
non fuit de facto receptus, & non poterit proui-
dere in alia, ex quo prouisio facta de iure fuit ua
lida: aliàs sequeretur, quòd quis possit per unū
mandatum cōsequi plures prouisiones, quod es-
set absurdum, secūdum Innoc. ubi supra. qui hoc
tenet, esto quòd aliqui tenuerint contrariū: quo-
40 rum opinio tolerari posset; † quando ecclesia es-
set ita proterua quòd nullo modo uellet obedire.
argumento lxxxii. dist. si quis ordinatus. et sequē
ti. Secundum Hostien. in d. c. de causis: qui tamē
41 dicit, quòd licet † hæc opinio uideatur pia, tamē
prima de iure uerior est, et iustior, prout ibidem
dicit Ioannes Andr. qui remittit ad notata in c. i.

de re

de re iudic. circa quæ vide etiam notata in c. cum
in multis. de rescrip. lib. vj.
42 Aut ipse † actus licet fuerit completus, tamen
non fuit validus de iure, & tunc cum non sit fun-
ctus officio suo: poterit ipsum actum reiterare, si-
ue sit ordinarius. c. cum terra. de elec. siue delega-
tus. c. significasti. de offi. deleg. prout voluit Inn.
in d. c. de causis. Quod procedit prout voluit Imo
43 la in c. j. de re iud. quando † talis ad talem actum
deuenit ductus probabili errore facti, vt si cõtulit
beneficium vt vacans ignoranter, quod re vera
non vacabat.
44 Si verò † ductus errore iuris ad talẽ actũ deue-
nit, & tunc secus, cũ & tunc non posset illũ actum
iteratò expedire, prout voluit ipse Inno. ibi. quod
45 tamen ibidem non placet Host. † dicens q etiã
si ductus errore iuris illum actum inualidũ expe-
disset, poterit iterũ expedire: & hoc ne beneficia
principũ, si nõ habent effectũ illudantur. Ad hoc
qđ habetur ff. de consti. prin. l. fi. & hoc voluit In-
nocen. in d. c. de causis, dicens indistinctè quòd
actus inualidus poterit reiterari, siue fiat ab ordi-
nario, siue à delegato, dicens etiam, q si compro-
missarius datus ad eligendũ eligat ignoranter in-
dignũ, vel etiã electus non acceptet, quòd pote-
stas cõpromissarij non extinguitur, secũdum D.
Anto. in eod. c. de causis. secundũ quem hoc vide-
46 tur esse falsum: & contra tex. d. † c. si cõpromis-
sarius, vbi patet quòd per actũ extraiudicialiter
factũ, licet sit nullus, finitur potestas compromis-
47 sarij: propter quæ cõcludebat † quòd in ipsis acti-
bus extraiudicialibus si potestas cõpetat alicui iu-
re proprio, tũc nõ erit functus officio suo, cũ non
finiatur potestas si actus sit nullus: vt d. c. cũ terra.
48 Si verò † non cõpetat iure proprio, vt est si fiat
actus ex potestate delegata, & tunc quomodocũq;
actus sit factus, siue sit factus de iure siue de facto,
& siue ex certa scientia, & siue probabiliter erran-
do vel ignorãdo, dicetur functus officio suo: vt est
casus in d. c. si cõpromissarius. Ad hoc quod not.
per Bar. in l. ij. ff. de optio. lega. per quæ videtur
49 † quòd theorica Innoc. quã ponit in d. c. de cau-
sis. & in d. c. j. non procedat, esto quòd eam cõiter
✱ sequantur Doctores ✱ nisi dicatur eam saluãdo,
quòd dictũ Inno. & sic cõis opinio procedit in be
neficiis principum, in quibus specialiter inductũ
est, vt per actum nullum non finiatur potestas de-
legata. & hoc: quia princeps mandando benefi-
ciũ conferri vel de eo prouideri, videtur cogitas-
se de effectuali prouisione, secundũ ipsum D. An-
to. cuius solutio videtur sapere potius æquitatem
quàm iuris rigorẽ, cũ in contrariũ multum faciat
d. c. si cõpromissarius. secundum Imol. in eod. c.
50 de causis. Sed certè ad d. † c. responderi põt prout
dicit Glos. ibi, quòd ibi loquatur quando manda
tur potestas eligendi. quæ differt à potestate pro-
uidendi, de qua in d. c. de causis. vt ibi notatur per
Glos. & hæc est veritas, circa quę vide notata in
dicto c. j. de re iudi. quę nota, sunt enim quoti-
diana & vtilia.

CONCLVSIONIS & Regulæ XXVII.

ARGVMENTVM.

Iudices plures dati insolidum, an omnes simul vel quilibet habeat habitum & exercitium iurisdictionis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Iudices plures ordinarij dati, insolidum censentur dati, ita quòd quilibet insolidũ habet, et exercere potest iurisdictionem. hoc verum in spiritualibus. nu. 2. secus in temporalibus. Sed in contrariũ est cõis opinio ✱ videlicet etiam in temporalibus intelligendum, datam esse iurisdictionem insolidum. nume. 4.*

5 *Iurisdictio data pluribus non ut singulis, sed ut collegio, soli competit collegio, & non singulis, secundum communem opinionem. ✱*

6 *Iudices plures ordinarij si dantur, insolidum dati videntur, nisi aliud expressè iure caueatur, vel per dantes fuerit declaratum.*

7 *Iudices plures ordinarij dati insolidum, si simul inceperunt cognoscere, unus sine alio non poterit exercere.*

8 *Iudices plures ordinarij dati insolidum, si procedant circa actum, per quem finitur eorum iurisdictio, non possunt separatim actum illum exercere.*

9 *Iudex si datur ordinarius, & ex eius persona descenderetur ad plures, tunc omnes non censerentur iudices insolidum: sed contrarium verius. nu. 10. nisi omnes haberent in cõi iurisdictione cõmodũ multarum. nu. 11. quod & reprobatur nu. 12. nisi illius filij processerint ad diuisionem, cum tunc censentur diuisa etiam quo ad exercitium. nu. 13. nisi sit feudalis. nu. 16. vel competeret in uno loco. nu. 17. si verò in pluribus locis, & tunc posset iurisdictio diuidi, quo ad territorium. nu. 18.*

19 *Iudices delegati insimul dati habent iurisdictionis habitum insolidum: secus autem exercitium. numero 21.*

20 *Iurisdictio est indiuisibilis.*

22 *Iudices plures delegati simul dati, si ad uniuersitatem causarum quilibet habet exercitium iurisdictionis insolidum sicut est in pluribus ordinarijs secundum communem opinionem ✱ sed contrariũ verius, ut insolidum nõ habeant iurisdictionis exercitium. nu. 23. & 24.*

24 *Intellectus ad § final. l. 1. ff. quis & à quo.*

25 *Clausula, quòd si non omnes. operatur ut adueniente conditione iudices plures delegati insimul dati habeant insolidum iurisdictionem, & illius exercitium. & nume. 26. Eiusdem est effectus clausula quod si ambo. nume. 27. Item & clausula alternatiua. nume. 28.*

IN IVDICES si dantur plures ordinarij, an uideantur dati insolidum, nõ solum quo ad habitum iurisdictionis, sed etiã quo ad exercitium: ut quilibet procedere possit sine alio; & quid in delegatis? & quid in spiritualibus? & quid in temporalibus? Glos. in cap. prudentiam. de
1 offic. delega. tenet quòd si dentur † plures ordinarij uideantur dati insolidũ, ita quòd quilibet iurisdictionem & exercitium in solidum habeat.
2 Hostien. ibi dicit hoc procedere: † quando plures ordinarij dãtur in spiritualibus, præcipuè in his in quibus natura rei repugnat quòd simul nõ exerceat, ut in actu confessionis, quæ uni soli fieri debet. Ad hoc c. omnis. de pœnit. & remiss. secus si
3 sint dati † in temporalibus: quia tunc idem est
4 quod in delegatis secundum eum. Sed † hoc dictũ
* non placet ibi Ioanni And. nec communiter * tenetur: quia et in tẽporalibus intelligitur data iurisdictio in solidum & et exercitiũ qñ dãtur plures ordinarij: ut patet in l. una. ff. de offic. consul. & ut notatur in l. si uni. aliàs Pomponius. ff. de re iudic. & in c. ii. de arbit. libr. vi. Vnde dicendũ est quòd si dentur plures ordinarij, siue dentur in spiritualibus siue in temporalibus, iurisdictio uidetur data in solidum, & etiam exercitium: adeò quòd quilibet poterit eam iurisdictionem exercere, prout uult Glo. prædicta, per c. loquitur. xxiiii. q. i. & c. i. de iure patron. & l. si libertus. ff. de bon. libert. in fi. & ff. de ser. l. uiæ. & C. de relig. l. si sepulchrũ, & ff. ad leg. Falcid. l. i. §. si ususfructus & alia per eũ
* allegata; quæ communiter tenetur. * Quod licet regulariter sit uerum tamen fallit.
5 Et primò: quando † iurisdictio ordinaria daretur pluribus, non ut singulis, sed ut collegio, cum tunc collegium dicatur habere iurisdictionem, & non singuli de collegio, c. irrefragabili. de off. ordin. & notatur per Glos. in c. ut officium. de hæretic. lib. vi. & hoc uoluit in d. c. prudentiam. Innocen. & post eum Ioannes And. & Barto. in d. l. si uni. Ad hoc bona Glos. in d. c. ii. ubi Glo. ponit qualiter tunc iurisdictionem exercere debeat. de quo etiam per Glo. in l. ubi. ff. de tuto. & curat. & per D. Nicolaum in dicto c. prudentiam. quod &
* communiter tenetur. *
6 Secundò fallit: † quando aliud reperiretur expressè in iure cautum: uel quando aliud esset dictum per dantes plures ordinarios, tunc enim illud seruandum esset, per id quod habetur in c. nõ potest. de re iudic. & in c. per hoc. de hæret. eodem lib. vj. & hoc nõ habet dubium.
7 Tertiò fallit: † quando ipsi ordinarij simul incepissent iurisdictionem exercere, & de causa cognoscere, cũ tunc unus sine alio non possit procedere in causa & iurisdictionem exercere, nisi esset impeditus. ut est. tex. in d. l. uni. & notatur in d. l. si uni. ubi plenius de hoc.
8 Quartò fallit: † quando ipsi ordinarij procederent circa actum per quem finiretur eorum iurisdictio, cum tunc non possint separatim illum actum exercere: argumento dictæ l. ultimæ de auctori. præstand. secundum D. Nicolaum in dicto cap. prudentiam.
9 Quintò fallit: † quando daretur unus ordinarius, & ex eius persona descenderetur ad plures, ut quia deputaretur aliquis comes in certo comitatu, qui postea decederet relictis pluribus filiis: nam tunc quilibet ex eis non poterit exercere iurisdictionem in solidum: argumento l. cum fundus. ff. de condit. & demonstr. & ita tenuit Guil. de Cuneo in d. l. una. quod & sequitur D. Anto-
10 nius in eodem. c. prudentiam. Sed Bar. in hoc † tenuit contrarium in d. l. si uni. & melius per l. ij. §. finali. ff. de uerb. ob. Quod tamen limitat esse ue-
11 rum, † nisi tales haberẽt commodum mulctarum, quia tunc non poterit exercere iurisdictionẽ sine alio: argumento l. hæredes mei. §. finali. ff. ad Trebell. quod est notandum; secundum D. Nicolaũ
12 ubi supra. Sed certè † textus illius. §. parum facit; unde uerius uidetur quòd etiam si commodum mulctarum spectet ad eos, quilibet possit iurisdictionem exercere, & locus sit præuentioni: argumento. c. proposuisti. de foro compet. secundum Imolam in d. c. prudentiam. Quod uerũ est,
13 † nisi tales filij processerint ad diuisionem, & inter se diuiserint ipsam iurisdictionem, seu territorium, in quo cõpetit iurisdictio, cũ tũc talis iurisdictio cẽseatur diuisa, etiam quoad exercitium ita quòd quilibet eam exercere poterit in territo-
14 rio sibi assignato, sed non quo † ad habitum, cũ quilibet habeat iurisdictionẽ in toto territorio. Vnde si unus delinquat ĩ territorio alteri assigna-
15 to, non poterit per alium ibi puniri, † cum par in parem non habeat imperium. c. innotuit. de electio. prout uoluit Bar. in l. tutores. ff. de administ. tut. quem sequũtur in d. c. prudentiam. Imola &
16 D. Nicolaus. qui tñ dicit hoc procedere: † quando talis iurisdictio esset feudalis, cũ tũc nõ possit diuidi in præiudicium domini, per ea quæ habentur in usibus feudorum in titulo. de prohib. feud. alienat. cap. Imperialem. §. præterea. Aliàs si non
17 sit feudalis. et tunc † si competat in uno loco, puta in una ciuitate, et idẽ ut diuidi non possit, quo ad territorium. Ad hoc c. inter cætera. de off. ord.
18 Si uerò † cõpetat in pluribus locis et tunc possunt diuidere ipsam iurisdictionem quoad territorium, sicut et potuisset defunctus, secundum D. Nicolaum.

In iudicibus uerò delegatis dicendum est, quòd
19 licet † habeãt iurisdictionem seu habitum iuris-
20 dictionis insolidum, cum † ipsa iurisdictio sit
21 indiuisibilis, xxiiii. q. i. loquitur. tamen † exercitium nõ habẽt in solidũ, cũ unus sine aliis cognoscere non possit et iurisdictionem exercere, sed debẽt simul cognoscere, ut patet in d. c. prudẽtiã. et si aliter fieret, factum non teneret. cap. causam matrimonij. de offi. del. et c. uno delegatorũ. et c. cum causa. eodẽ tit. et l. duo ex tribus. ff. de re iudic. Quod licet regulariter sit uerum tamẽ fallit.

Et primò;

22 Et primò:† quando dati forent ad uniuersitatem causarum, cum & tunc in illis dicendum sit, ut dictum est in pluribus ordinarijs. Ad hoc l. j. §. fina. ff. quia & à quo. & hoc uoluit Gloss. in d. l. fi. uni ff. de re iudic. quam sequitur Bart. ibi. & in l. j. §. si plures. ff. de exercitoria, & D. Florianus in d. c. prudentiam. cum quibus communiter transeunt Doctores: pro quo facit quod notat. per Bald. in l. à iudice. C. de iudic. Sed certè hoc dictum non procedit sine dubitatione probabili,
23 cum bene non probetur iure: quia † licet quo ad hoc ut delegatus ad uniuersitatem causarum possit unã ex illis subdelegare, & in hoc æquiparetur
24 ordinario, ut † d. §. fina. tamẽ per hoc quo ad alia non æquiparatur ipsi ordinario. Pro quo etiã facit: quia est eadẽ ratio in istis delegatis quæ & in alijs datis ad vniuersitatẽ causarũ, secũdum Imol. in d. c. prudentiã. qui ex hoc uidetur uelle, quòd idẽ sit lo delegatis datis ad uniuersitatem causarum, quod & in aliis: quo ad hoc, ut simul procedere debeant, & non habeant exercitium in solidum, & hoc idem uult D. Nicolaus ibi. & In c. causam matrimonij. eod. tit. de offic. deleg. per tex. iuncta Glo. in e. ut officium. de hære. lib. vj. arguẽdo per locum à speciali, quod uerius uidetur.
25 Secundò fallit: † quando dati essent cum clausula. Quòd si nõ omnes, quæ enim licet ante euentũ conditionis, idem in eis dicendum sit: uidelicet, ut ipsi iudices delegati habeant iurisdictionem in solidum, sed non exercitium, vt dictum est, tamẽ secus est post aduentum conditionis, & hoc uult Glos. in dicto cap. prudentiam. relata ad textum ibi, secundum Imolam, qui & idem tenet, licet in
26 eo D. Antonius ibi uariauerit. per dictam † eoim clausulam iurisdictio ecosetur data conditionaliter, unde unus uel duo iurisdictione uti poterũt, cũ m constiterit de conditionis euentu, idest, de impedimento tertij, uel collegæ, secundum Gloss. in cap. cum plures, de offic. deleg. libr. vi.
27 quæ dicit idem esse, si dati essent † cum clausula, quòd si ambo.
28 † Tertiò fallit: † quando plures iudices delegati dati essent cum clausula alternatiua, uidelicet, ut omnes, uel duo, uel alter, tunc enim si unus solus procedat ualet qđ agitur. l. qui res. §. area. in fi. ff. de solut. & not. in regula in alternatiuis.

CONCLVSIONIS XXVIII.

ARGVMENTVM.

Consilium sibi reseruatum per delegantem cuius sit qualitatis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Delegans causam alteri, in totumquæ uices suas committens, reseruato tamen eius consilio, in dubio uidetur consilium reseruare, ut consilium boni uiri.*
2 *Verba intelligenda sunt secundum naturam subiectæ materiæ.*
3 *Consulendi actus, de sui natura non est iurisdictionalis.*
4 *Delegata causa delegantis reseruato consilio, subdelegatus tenetur eius consiliũ requirere, aliàs sententia nõ tenebit. idẽ si per statutu deberet causa decidi cõsilio sapientis. nu. 5. Imò ne dum requirere, uerũ expectare per conueniens tempus. nu. 6.*
Non autem sequi tenetur, si illud reseruatum fuit ut boni uiri, ut in dubio censetur. nu. 7. 8. si uerò ut iudicis, & constat, & tenetur sequi nu. 11.
9 *Subdelegatus si de causa incœpit cognoscere, non potest à delegante reuocari.*
10 *Subdelegans reseruato eius consilio, propterea non censetur esse particeps officij: secus si retinuisset aliquid de iurisdictione. nu. 12.*
13 *Causa decidenda cõmitti potest ut teneatur subdelegatus in illius decisione requirere alterius consiliũ. subintellecto quòd non teneatur sequi, & quæ sit tunc commissionis forma: patet nu. 14.*
15 *Causa committi põt, ut per subdelegatum decidatur, prout talis consuluerit, uel dictauerit. nu. 28. 30. 32. Quod procedit, si ille talis in spiritualibus erat clericus, ac et peritus, idẽ si laicus in temporalibus secus si aliàs. nu. 16. 17. 19. & 20.*
18 *Arbiter eligi non potest, ut determinet secundum consilium tertij etiam periti, & illud sequi teneatur. sed contra. nu. 29. & 34.*
Intellectus ad l. item si unus. §. idem Pomponius. ff. de arbit. & nu. 34.
19 *Arbitri natura est, ut is pronuntiet quod sibi placet, & eius sententiæ standum est, etiam si sit contra ius, & iniqua.*
20 *Iudex pronuntiare debet, quod iustum est.*
21 *Iudex imperitus, non est turpe quòd quærat & sequatur consilium periti, etiam si habeat conscientiam suam in contrarium. num. 22. & si nunc suam deponere non posset curet exonerari. nu. 23. & si non posset, sequatur suam nu. 24.*
25 *Iudex sub certa forma datus, ut decidat, prout talis consuluerit, nec illius consilium sequi potuerit, ob ius ipsius contrariam conscientiam, si sententiet, non teneret non seruata forma mandati: sed contrarium uerius de æquitate nu. 26. imò primum tenendum nu. 27. & sequen.*
27 *Aequitas non scripta non præferenda iuris rigori.*
31 *Subdelegatus sub certa forma, quòd debeat sequi cõsilium tertij, intelligitur de iusto.*
33 *Verba hæc, ut talis declarauerit, uel dictauerit, seu sibi placuerit. important arbitrium boni uiri, & non liberam potestatem.*
35 *Commissio facta, ut iudicetur secundum liberam alterius uoluntatem, non tenet.*
36 *Statutum disponens, quòd iudex habeat committere causam consilio sapientis, tenet & ualet, secundum communem opinionem, et obseruantiã. ☩ nisi iudicis potestas penderet ab alio, quàm à statuentibus. nu. 37. & tunc idem, si statutum ab illo esset confirmatum. nu. 38.*

39 *Stante statuto, quòd iudex debeat committere causam consilio sapiētis, si eo recepto, dicat pronuntio secūdum consilium, quod dicit reū absoluendum. an ualeat talis sententia? & quòd nō. Sed contrarium uerius, & communius.*

41 *Commissio sub hac forma. committo causam, & sententiam donec reuocauero, ualet, & poterit ante sententiam reuocare, et etiam post, usque ad finalem executionem. potest & causa committi reseruata executione. nu. 42. Si uerò simpliciter committatur causa, donec reuocauero. & sententia commissa uidetur. nu. 40.*



CONTIGIT quandoq; quòd
1 delegatus† alteri in totum committit uices suas, reseruato tamen eius consilio, si quæratur, an tunc istud consilium sit iurisdictionale, uel ut iudicis, seu ut consilium boni uiri. Glo. in c. si pro debilitate. de offic. deleg. & ibi Inn. uidetur uelle, quòd in dubio uideatur tunc reseruari hoc consilium, ut consilium boni uiri, & nō iudicis. cum per huiusmodi subdelegationem delegaus desinat esse
2 iudex. pro quo facit: quia† uerba intelligi debent secundum naturam materiæ subiectæ. ff. loca. l. si
3 uno. in principio. Actus enim† consulendi de sui natura non est iurisdictionalis, sed extraiudicialis, secundum D. Anto. in eod. c. si pro debilitate. Et quia materia est frequens, plenius tractāda est. pro cuius declaratione quatuor mēbra sunt considerāda. Et primò, quando ipse delegatus subdelegat reseruato eius cōsilio. Secūdò, quādo reseruatur consilium alterius tertij. Tertiò: quando ex dispositione statuti iudex debet causam cōmittere consilio sapientis, & illud sequi. Quartò: quādo ipse subdelegatus subdelegat causam cū clausula, donec reuocauerit.

4 Circa primùm uidenda sunt tria, & primò, † an ipse subdelegatus datus ꝑ ipsum subdelegantem (reseruato eius consilio) teneatur eius consiliū requirere: & dicendum est quòd sic, adeò quòd si nō requisiuit, nō tenebit eius sententia, prout uoluit in d. c. si pro debilitate. Io. And. post Inno. ꝑ id quod habetur. ff. man. l. diligenter. & de rescri. c. cum dilecta. Ad hoc etiā quod notatur per Bar.
5 ff. de exerc. l. j. §. si plures. ubi dicit† idem esse si ex dispositione statuti debeat causa decidi consilio sapientis, quem sequitur D. Nicolaus in eodem c. si pro debilitate.

6 Secundò, † an ipse delegatus teneatur non solum requirere, sed etiam expectare: & dicendum est quòd tenetur expectare per congruum tempus, adeò quòd si non spectet, nō tenebit eius sententia: prout uoluit Imo. in d. c. si pro debilitate. per id quod habetur in c. cum ueteri. de elect. & in c. cum olim. de arbitr.

7 Tertiò, † an teneatur ipse subdelegatus nō solū requirere, & expectare; sed etiam eius consilium sequi. Innoc. in d. c. si pro debilitate, ponit duas opiniones, quæ secundum D. Anto. & Imol. ibi
8 sic concordandæ sunt. Nam aut† ipse delegatus subdelegando retēto consilio uoluit retinere cōsilium eius non ut iudicis, sed ut boni uiri, quod in dubio præsumitur, ut supra. & tunc nō tenetur sequi consilium ipse subdelegatus, sed sufficit quòd consilium requirat, & debito tempore spectet, non enim potest hoc casu cum eo iudicare:
9 vt dicit Glo. in d. c. si pro debilitate. Nec† potest ipse subdelegaus reuocare eum cum desierit esse iudex. intellige post quàm incœperit de causa cognoscere. c. quauis. & c. si delegatus. de offic.
10 deleg. lib. vj. Nec per tale† consilium retentū censetur esse particeps officij. Ad hoc quod notatur in d. c. cum in ueteri. & ff. de administ. tuto. in l. quidam decedens. & per Bart. in d. §. si plures. & ita procedere poterit prima opinio ipsius Inno.
11 Aut ipse † delegatus subdelegando (retento cōsilio) retinere uoluit consilium. ut iudex: & hoc constat, & tūc, cum sit particeps officij: non sufficeret requirere consilium, sed deberet expectare, & tale consilium sequi: vt notatur in iuribus prædictis. & ita procedat alia opinio ipsius Innoc. &
12 hoc casu† cum retinuit aliquid de iurisdictione, poterit ipsum reuocare t vt c. si delegatus. de offic. deleg. lib. vj.

Circa secundum mēbrū, quod est quādo subdelegans retineret consilium nō suum, sed alterius tertij, an possit causa sic cōmitti, tractat ibidē Inn. Host. & Io. An. cōfusè loquētes. pro eius declaratione dicendum est, ut colligi etiam pôt
13 ex dictis ibi D. Antonij & Imolæ. Quòd aut† ille cui cōmittitur causa arctatur solum ad petendū consilium alterius, & non ad sequendum, & tunc planum est quòd potest causa sic committi, seu subdelegari: & tenet ipsa cōmissio. prout tenuit ubi supra Innoc. Ad hoc quod notatur in d. c. cū in ueteri. & d. c. cum olim. Sed dubium est, quando hoc sit, ut teneatur requirere, & non sequi, & in hoc dicendum est, secundum ipsum D. Antonium, quòd tunc tenetur requirere sed nō sequi:
14 † quando cōmissio est facta in tali forma uidelicet, ut pronuntiet petito seu requisito prius consilio talis. Idem etiam si dictum fuit, ut pronunciet eum consilio uel de consilio talis, esto ꝙ aliqui dixerint quòd inter hæc sit differentia, quæ iure nō probatur, nec ꝓcedit hęc differētia. ꝑ id quod hr. in l. j. C. de app. & in c. ij. de trāsla. prel. & ut nota. per Io. And. in regula, nullus ex cōsil. lib. vj. & ꝑ Bar. in d. §. si plures. l. j. ff. de exercitor.
15 Aut† ille cui committitur causa, arctatur non solum ad requirendū cōsilium alterius, sed et sequendū, ut quia fuit cōmissa seu subdelegata causa taliter, uidelicet, ut ille subdelegatus pronuntiare debeat prout talis consulerit, seu dictauerit. &
16 tūc, aut in† spiritualibus arctatur ad petēdū & sequendum consilium alterius laici. & hoc fieri nō potest. Clementina decernimus. de iudiciis. vt vult D. Anton. in dicto c. si pro debilitate. post Hostien. & Ioan. And.

Aut

17 Aut† arctatur ad sequendum consiliũ alterius clerici in spiritualibus, uel laici in temporalibus, & tunc, aut arctatur ut exigat, & sequatur consilium alicuius imperiti, & istud est irrationabile, & fieri non potest, cap. ad nostram. de cõsuet.
18 Aut† arctatur ad petendum & sequendum con silium periti deliberatum, & præmeditatum, & hoc etiam fieri non potest, vt voluit ubi supra Innocen. per l. item si unus. §. idem Pomponius. ff. de arbit. Sed† certè illud habet locum in arbitro. Arbiter enim natura talis est, vt pronun-
19 tier quidquid placet, adeo † quòd eius sententiæ est standum, etiam si sit contra ius & iniqua. ff. de arbitris. l. diem proferre. §. stari. Secus autem
20 in iudice † qui pronuntiare debet quod iustum est. ut in auth. iusiurandum quod præstatur ab hijs. §. quia uerò. & cap. forma. §. in omni. de uerb. signi. Vnde ipsi iudici potest fieri talis commis-
21 sio, nec † est turpe quòd imperitus quærat & sequatur consilium peritorum. C. de ingen. & manumis. l. si auia. & c. prudentiam. de offic. deleg.
22 etiam† si habeat conscientiam suam in contrarium, sed eam deponere poterit, cum hoc facere debeat. Ad hoc quod notatur in c. inquisitioni. de
23 senten. excom. & si† eam deponere non posset nec conformare cum consilio illius, & tunc quærat, vt exoneretur à pronuntiando. Ad hoc quod habetur de rescrip. cap. si quando. quòd si obtine-
24 re non possit† & tunc conscientiam suam sequatur, & non obediat, vt pulchrè notatur in cap. ad aures. de tempor. ordin. secundum ipsum Hostiē-
25 sem. quē ibid. uidetur sequi Io. And. Quo casu † an teneat eius sententia ipse Hostien. non exprimit, uidetur tamen sentire quòd ualeat. Sed contrarium est dicendum, ut non teneat talis sententia, tanquam data contra formam mandati, prout uoluit in eodem c. si pro debilitate. Imol. secũdum quem hoc idem sentit Bartol. in dicto §. si plures. Ad hoc cap. cum dilecta. de rescrip. & l.
26 diligenter. ff. mandat. Quod procedit† de rigore iuris, cũ de æquitate fortè aliud sit, cum tunc pro cedat dictum Hostien. secũdum D. Nicolaum in
27 eod. c. si pro debilitate. Sed certè† cùm hæc æquitas non reperiatur scripta in iure, standum erit rigori iuris. C. de iudic. l. placuit, & vt notatur de transact. c. fin. & cum standum sit ipsi rigori, non ualebit talis sententia lata per ipsum subdelegatum non seruata forma commissionis, ut supra,
28 cum & teneat† talis subdelegatio seu commissio facta reseruato consilio ipsius tertii, etiam si reseruetur taliter quòd teneatur ipsum cõsilium sequi. Quod procedit non solum si ipsi iudici ipsa causa fuerit taliter commissa, uidelicet, ut pronũtiet secundum quod talis consuluerit de iure, cũ
29 & tunc ualeat† etiam si compromissum taliter factum fuerit in arbitrũ, prout uoluit D. Florian. in eo. c. si pro debilitate. Ad hoc quod not. in d. c. ad
30 nostra. Vel ēt si sit facta sic † ut pronunciet prout talis consuluerit, cum & tunc teneat similiter talis commisaio, cum intelligatur de cõsilio iusto,
31 cum† consilium iniustum nõ teneatur sequi, pro ut uoluit in eo. c. si pro debilitate. Ioan. de Lignano per id quod habetur. ff. de leg. ij. in l. cum quidam, in princi. & de corp. uitiat. in c. ij. in Gloss. Ad hoc etiam quod not. ff. de admin. tut. in l. Titium & Mæuium. secundum Do. Nicolaum ubi supra, qui hoc idem uidetur tenere. quod prius tenuit ibid. D. Florianus referẽdo dictum ipsius
32 Ioannis de Lignano. Sed etiam si† ipsa causa fuerit taliter commissa, uidelicet, quòd pronuntiet secundum quod talis dictauerit, seu declarauerit, uel tali placuerit. prout & uidetur uelle ubi supra
33 ipse Hostien. & post eum Ioan. And. cum† talia uerba uideantur importare arbitrium boni uiri & non liberam uoluntatem, prout notatur per Bart. in d. §. si plures. & in l. si sic. ff. de leg. i. secundum Imolam ubi supra, qui hoc idem finaliter uidetur tenere, licet ibidem aliter uoluerit Io. de Lignano. & D. Florianus & Hostien. & Ioan. And. in cap. penult. de arbitris. & Specu. in titu. de arbitro, §. fina. uersi. sed quid, & Ioan. And. ibi
34 in additionibus. Quorum † dictum procederet in arbitro de quo in d. §. idem Põponius. in quo se fundauit, cũ in iudice aliud sit, ut supra secundum Imolam qui dicit, quòd hæc opinio satis ser uaretur in practica propter auctoritatem ipsius Hostien. & Ioan. And. in d. cap. si pro debilitate. & Bar. in d. §. si plures. pro quo facit quod no tat. ff. de re iudic. l. si conuenit.
35 Si uerò† cõmissio facta sit taliter, uidelicet, quòd non importet arbitrium boni uiri, sed liberã uoluntatem: prout est, si dicatur: quòd pronuntiet pro ut talis uoluerit, & tũc nõ tenebit talis commissio, prout uoluit ubi supra Ioã. de Lignano & D. Florian. dicentes dictũ Innocen. ita procedere, quod & ipse Imol. non impugnat.

Circa tertium, quod est: quãdo ex forma statuti disponitur: quòd iudex teneatur cõmittere causam consilio sapientis, si partes, uel aliqua ipsarũ hoc uoluerit, & quòd teneatur illud requirere, &
36 sequi, dicendum est, quòd† tale statutum ualet, & tenet, pro ut uoluit Ioan. And. in additionibus Specula. in titu. de requisitione consilii. §. i. uersicu. ut autem. esto quod aliud ibi uoluerit Speculat. & non bene, ut ibi plenius per ipsum
* Ioannem And. & hoc communiter tenetur * et seruatur de consuetudine, ut ualeat. pro quo facit quod habetur in dicta l. si conuenit. ubi Bart. hoc idem uidetur tenere, et in dicto. §. si plures. Quod procedit, ut uoluit ipse Ioan. And. in di-
37 ctis additionibus: † quando talis iudex haberet iurisdictionem et potestatem ab ipsis statuentibus, aliàs si non ab eis, sed à superiore, et tunc ipsi statuentes non possent ipsum arctare ad re-
38 quirendum et sequendum consilium, nisi† esset à superiore confirmatum illud statutum, per id qđ habetur. in e. cum inferior. de maior. et obed. et in Clemen. ne Romani. de electio. secundum Imolam ubi supra: qui etiam ibi dicit, quòd si
39 iudex dicat† pronuntio secũdum consiliũ, quod

 dicit

dicit reum absoluendum, an ualeat talis senten-
tia stante statuto prædicto, fuerunt opiniones de
quibus in Spec. in tit. de excep. §. uiso. uersi. por-
ro. & ibi per Ioan. And. Sed quidquid dicat, dicē
dum est quòd ualet talis sententia, non solū si con
silium redditum sit super interlocutoria, ut te-
nuit ibi Ioan. And. sed etiam si sit redditum
super diffinitiua: ut tenuit Cyn. in l. j. C. si
aduers. libert. & bene, licet Bar. ibi. & Ioan. And.
in dictis additionibus aliud uoluerint & non be-
ne, cum uerba sententiæ intelligi debeant secun-
dum mentem cōsulentis, quæ talis fuit, ut abso-
lutus esset. Ad hoc quod habetur. de verb. sign. c.
intelligentia. & c. in his, secundum Imol. ubi su-
✻ pra cum quo trāseunt communiter recētiores ✻
qui tamen dicit tutius esse ut iudex pronuntiet
sic. Pronuntio secundum formam consilij, & sic
absoluo, ut in eo continetur. de quibus in d. l. j. &
in l. j. §. si quis ita. ff. de uerb. obli.

40 Circa quartum, quod est, quandò † iudex cōmit
tit causam simpliciter cū clausula donec reuoca-
uero, & tunc uoluit Inno. in eo. c. si pro debilita-
te, quòd non uideatur commissa sentētia, sed hoc
non est uerum, cum contrarium sit hodie expres-
sum in c. si delegatus. de offi. deleg. lib. vj. per qđ
c. deciditur aliud de quo, per Inno. ubi supra, ui-
41 delicet. † An ualeat talis commissio seu subdele-
gatio, committo causam & sententiam donec re-
uocauero, cum & ualeat, & ipse iudex poterit re-
uocare ante sententiam, & post usque ad finalem
42 executionem, Imò † & plus: quia poterit subdele
gare causam reseruata executione, prout ibi ha-
betur, licet aliud uoluerit, & non bene ipse Inno.
in d. c. si pro debilitate. ex quibus explicatam ha
bes hanc confusè tractatam materiam in practi-
ca sæpe contingibilem.

CONCLVSIONIS et Regulę XXIX.

ARGVMENTVM.

Delegatus principis an subdelegare poßit, & condelegatum teneatur admittere subdelegatum.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Delegatus principis impedimento iuris impeditus subdelegare non potest, & si subdeleget, condelegatus non tenetur admittere subdelegatū. nu. 2. Sed sine eo procedet, si dati sint cum clausula. Quòd si non omnes. uel quòd si ambo. nu. 3. Idem si delegatus uolens subdelegare, esset impeditus impedimento facti, quod tolleret iudiciū rōnis. nu. 4.*

5 *Delegatus principis siue impedimēto facti perpetuò, siue temporali impeditus, ualide subdelegat, imò etiam si non sit impeditus. nume. 6.*

7 *Subdelegatus cogit̄ acceptare subdelegationē, nisi appareat, q̄ subdelegās malitiosè uelit se exonerare.*

8 *Delegati à principe plures simpliciter si dati sint alter eorum alteri etiam collegæ poterit uices suas committere, & tunc subdelegatus tenetur acceptare. nu. 9. nisi maltiosè subdelegans hoc faceret. nu. 10. Vel nisi, dati forent cum clausula, appellatione remota. nu. 11.*

12 *Delegati plures si sint dati cum clausula. uos uel alter. Si alter subdeleget, etiam impeditus. collega subdelegatum admittere non tenetur. nu. 13. Si uerò cum clausula. quòd si non omnes uel quòd si ambo. alter perpetuò impedimento impeditus subdelegare potest. nu. 14. tamen collega talem subdelegatum admittere non tenetur, secundum communem opinionem. ✻ nu. 15. Idem si impedimentum foret temporale, tamen ineuitabile. nu. 16. Si uerò euitabile, delegare poßet, & collega teneretur illum admittere. nu. 17.*

18 *Delegati plures si sint dati cum clausula praelectionis, si alter impeditus impedimento temporali euitabili subleget, collega subdelegatū admittere nō tenetur. Idē si cū clausula, appellōne remota. n. 19.*

20 *Intellectus ad c. coram. de offi. deleg. nu. 22.*

21 *Delegati plures si sint dati iudices, et alter eorū surreptitiè datus sit, & subdeleget: collega non tenetur subdelegatum admittere.*

23 *Surreptio per partem, & non per iudicem, opponenda est.*

24 *Iudex si alteri adiunctus sit, & anteaquàm procedere incipiat delegans moritur, primus; procedere potest, & hoc si simpliciter adiunctus foret: secus si dictum esset, ut solus non deberet procedere. nu. 25. Item primus procedat, etiam si literæ adiunctionis fuerint præsentatæ uel insinuatæ. num. 26.*



ELEGATVS principis, an
poßit subdelegare, & condele
gatus teneat̄ ipsum subdelega-
tū admittere? vulgata est quæ-
stio de qua per Specu. tit. j. §. se
quitur. uers. verū cū causa. ubi
recitantur plures opiniones, de quibus etiam in
Glo. & in c. coram. de offi. deleg. & ibi per Ioan.
And. & Ioan. Calderi. Imolam & D. Nicolaum.
ex quorum dictis recolligendo, aliqua addendo:
1 pro concordia concludi potest. Quòd aut † ipse
delegatus est impeditus impedimento iuris, ut
quia excōmunicatus, uel seruus, & tunc subdele-
2 gare nō poterit. c. sciscitatus de rescri. & † si subde
leget eius collega nō tenebitur talem subdelega-
3 tum admittere, sed † absq; eo procedere poterit,
dummodo dati sint cum clausula, quòd si nō om
nes, uel quòd si ambo. vt uult Glo. in d. c. coram.
& plenius notatur in d. c. sciscitatus.
4 Aut † impedimento facti, & tunc si sit tale im
pedimentum quod tollat iudicium rationis, ut
quia sit furiosus. & idem est dicendum, ut uult
Glo. prædicta, & hoc clarum est.
Aut est impedimentum quod non tollit iudi-
5 ciū rationis, & tunc, † aut fuit datus unus delega-
tus, & ipse potest subdelegare siue sit impeditus
impedi-

impedimento perpetuo siue temporali. c. si pro
dr bilitate.ff.de offi.deleg.& id uoluit in d.c.co-
6 ram. Goffre.& post eum Io. Aud. Imò † & si non
7 sit impeditus poterit subdelegare,& † subdelega-
tus cogetur acceptare,nisi appareat, quod ipse
subdelegans malitioaè se uelit exonerare.c.paslo
ralis.cod.tit.de offi.deleg.

Aut fuerunt plures delegati à principio, uel
ex postfacto,& tunc aut fuerunt dati simpliciter,
8 & absq; aliqua clausula:& tunc † unus ex eis, siue
sit impeditus,siue nou,poterit committere uices
suas alteri,etiam collegę.c.quauuis.& c.quoniã.
9 eo.titu.de offi.deleg.† & ipse subdelegatus coge
10 tur acceptare.ut supra.& hoc † nisi subdelegans
11 faciat causa se exonerandi:ut supra.uel nisi † sint
dati cum clausula appellatione remota,cum tunc
non teueatur collega ipsum subdelegatum admit
tere,ne uulneretur sua iurisdictio. c. super quæ-
stiouum,§.si uerò.cod.tit.de offic.deleg.

Aut sunt dati non simpliciter, sed cum clau-
sula.& tunc,aut cũ clausula illa.uos uel alter, &
12 tunc † collega uon teuetur admittere subdelega-
13 tum datum,etiam † ab impedito quocunque im-
pedimento sit impeditus. c. cum plures de offic.
delega. lib.vi.

Aut furrunt dati cum clausula illa, quòd si nõ
14 omnes,uel quòd si ambo.& tũc,aut † uolens sub
delegare est impeditua perpetuo impedimento,
& tũc licet subdelegare posset.c.fi.de offi. deleg.
15 & d.c.si pro debilitate.Tamen † collega talẽ sub-
delegatum admittere nou tenetur, cum purifica
ta sit clausula,data tali impotentia. & hoc uoluit
Glo.in d.c.coram,& ibi Goffredus & Ioan.Aud.
✣ & ita communiter tenetur ✣ Ad hoc quod nota
tur iu c.quod super his.de uoto.

16 Aut fuit † impeditus impedimento non perpe
tuo, sed temporali, & tũc si tale impedimentum
temporale sit ineuitabile, & idem ut uoluit Glo.
prædicta. & ita procedere poterit opinio Inno-
cẽtij de qua in eodem c.coram in anteriori.Glo.

17 Aut tale † impedimentũ est euitabile, ut est si
põt interesse si vult,sed nõ sine incõmoditate:vt
quia pateretur aliquod dãnũ in rebus suis si per-
sonaliter interesset,& tunc taliter impeditus põt
subdelegare,adeò quòd eius collega tenebitur ta
lem subdelegatum admittere. quod quare sit de-
claratur per Imolam in d.c.coram.Quod & licet
regulariter sit uerum tamen fallit.

18 Et primò:† quãdo fuisset apposita clausula prę
electionis, cũ tunc prælectus non teuetur admit
tere ipsum subdelegatũ:ut est casus in d. c. corã.
secundum unum intellectum,de quo ibi in Glos.
19 Secundò fallit:† qñ apposita esset clausula appel
latione remota,cũ tũc nõ teueat̃ collega admitte
re talẽ subdelegatũ,ne uulneret̃ eius iurisdictio:
20 ut est easua in eo.c.corã.† secundũ opi.Host.cir
ea qđ uide notata in d.§.si uerò.ubi de his per D.
Ant.& Imo.& plenius per Imo.iu eod.c.coram.
21 Tertiò fallit:† quãdo ille qui subdelegat,fuisset
surreptitiè adiunctus, cum tunc collega non te-
neatur ipsum admittere, ut est casus in eo.c.co-
22 rã. † secũdũ aliũ intellectũ de quo ibi in Glo. se-
cundum Imo.ibi,qui hoc tenet. Quod tamen nõ
23 procedit sine dubio,† cum uon ad iudicem, sed
ad partem pertineat opponere de surreptione,cũ
pars possit eã remittere.c.cum inter.de re iudi.se
cundum D. Nicolaum in d.c.coram.

24 Si uerò † ipse adiunctus non sit surreptitiè ad-
iunctus, ut quia adiunctus sit, facta mentione de
processu,sed moritur delegãs re integra, anteaq̃
adiunctus cęperit procedere,& tunc poterit pri-
mus delegatus procedere:ut uoluit Io.And.in d.
c. cum plures.quod & tenuit Io.Calder.in sua di
sputatione quæ incipit. Regino episcopo. & Io.
de Lignano in d.c.corã. ex quo adiũctio nõ fuit
sortita effectum,per regulam, nõ præstat.lib.vj.
& per l.sciendum,& l.sequẽrem.ff. ex quib. cau.
maior.Quod uerius uidetur per d. l.sciendum,&
sequentem.esto quòd aliud uoluerit.in d.c.corã.
D. Florianua& non bene secundum Imolã ibi.
25 Quod procedit:† quãdo fuisset adiunctus simpli
citer,secus autem si fuisset adiunctus ut solua pro
cedere nõ deberet, ut uoluit ipse Io.de Lignano.

Item procedit prout uoluit ipse Io.Calderi.In
26 dicta disputatione.† quãdo literę adiũctionis nõ
fuerint præsentatæ uel insinuatæ, primo delega-
to:aliàs si fuissent pręsentatæ uel insinuatæ eidẽ,
aliud esset p id quod habetur in c. si capitulo. de
conces.præb. lib.vj.Sed ibi loquitur in alio casu
ut ibi patet. Pręterea si diceretur affecta potestas
primi per talem præsentationem,talia affectio ve
niret accessoriè ad ipsam adiunctionem,qua ex-
tincta seu effectum non habeute,extinguitur ip-
sa affectio ut accessoria.Ad hoc quod notatur.de
fide iustru.iu c.inter dilectos.§.cæterum.& in re
gula accessorium.lib.vj.

CONCLVSIONIS XXX.

ARGVMENTVM.

Personæ miserabiles quæ dicantur,& quando
earum causæ ad iudicem ecclesiasti-
cum pertineant.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Iudex ecclesiasticus (non existente seculari in prouincia seu ciuitate quæ loco prouinciæ succedit hodie) per quemcunque laicum adiri potest contra laicum.& nu. 2.*
3 *Iudice seculari in prouincia seu ciuitate existente legitimè recusato,vel etiã per laicum recurritur etiam contra laicum ad iudicem ecclesiasticũ. Idem si existeret secularis & expreßè denegaret facere iusti tiã.num.4.Vel alias hoc notorium faret.nu.5.*
6 *Iudex secularis si negligat facere iustitiam,vel etiã per laicum contra laicum aditur iudex ecclesiasticus.& hoc uerum si negligat infra tempus præfixum ab ecclesiastico causam expedire. nu. 7.*

8 Masculi maiores, & potentes, fœminæ nuptæ & diuites miserabiles dici non possunt, & existente iudice seculari in ciuitate, ad ecclesiasticum recurrere non possunt, nisi in causa, quæ sit de foro ecclesiastico. nu. 9. aliàs literæ per eos impetratæ nullæ sunt nu. 10.

11 Miserabiles personæ dicuntur uiduæ, pupilli diuites, scilicet habitu sed non actu. Idem in orphanis & senibus diuitibus. & isti si opprimantur possunt malefactores trahere ad iudicium ecclesiasticum. nume. 12.

13 Peregrini pro rebus quas secum portant, & iniurias quas patiuntur in peregrinatione recurrere possunt ad iudicem ecclesiasticum. Idem liberti ecclesiæ, & eius officiales, rustici & similes. nume. 14. 15. et 16.

17 Miserabiles de quibus supra, si non opprimantur, tunc prius ad secularem iudicem recurrunt si tamen ille esset negligens, ommisso eius superiore, statim ad ecclesiasticum rectè confugiunt. nume. 18. secus non miserabiles, non data prius negligentia cuiuscunque iudicis secularis. nu. 19. si uerò tales impetrarent literas ante negligentiam non essent nullæ, sed in pendenti nu. 20.

21 Miserabiles actu et habitu sunt perpetuo morbo grauati, debiles, uiduæ, pupilli, orphani, & hoc uerum si sint pauperes. Item pauperes tantum, si suis sumptibus causas suas agitare non possint, & isti trahere possunt laicos ad iudicium ecclesiasticum indistinctè. nu. 22.

23 Peregrini sunt de foro ecclesiæ quo ad ea de quibus supra.

24 Mercatores si ia talleis seu pedagijs grauentur sunt de foro ecclesiæ. Item & manumissi ab ecclesia nu. 25. Vel ecclesiæ comendati nu. 26.

27 Confugientes ad ecclesias illius sunt fori.

28 Pœnitentes efficiuntur de foro ecclesiæ.

29 Officiales ecclesiæ, & rustici, & seruitores, senes, liberti, cæci, mutilati, leprosi, captiui, debiles, furiosi, diuturno morbo fatigati, de foro sunt ecclesiæ nu. 30. 31. et hoc si pauperes sint. nu. 32.

32 Cruce signati sunt et ipsi de foro ecclesiæ, si pauperes sint. nume. 33.

34 Miserabiles personæ de quibus supra, rectè trahuntur per alios coram iudice seculari, nec poterit tūc ecclesiasticus se aliquo modo intromittere, nec ad eum appellari. secūdum communem opinionem. ✠ nume. 35. & hoc si reperiatur copia iudicis secularis, aliàs aliud esset nu. 36.



ERSONAE miserabiles quę dicantur, & quando earum causæ ad iudicem ecclesiasticū spectent uideamus. De hac materia tractat Glo. & ibi Innocen. Ioā. And. D. Florianus, Imol. & Do. Nicolaus in cap. significantibus. de offic. deleg. & in c. ex tenore. & in c. licet. de foro compet. ex quorum dictis recolligēdo, & aliqua addē-
1 do concludi potest. Quòd aut† in prouincia non
est iudex secularis, & tunc adiri potest ecclesiasticus contra laicum per quemlibet laicum, ut uoluit in d. c. significantibus. Innoc. quem ibi sequi-
2 tur D. Nicolaus, qui ibid. etiam dicit, idem † esse
hodie in qualibet ciuitate, cum hodie quælibet ciuitas habeat sua regimina, sicut olim prouincia, ut notat. per notabilem Glo. in l. fi. C. de præscri. long. temp. vnde si in ciuitate non sit iudex secularis poterit recurri ad iudicem ecclesiasticum cōtra laicum si non sit ibi alius superior secularis, ad quem recurri posit. Ad hoc quod not. Innoc. in dicto cap. licet.

3 Aut† in ipsa prouincia vel hodie in ciuitate est
iudex secularis, & tunc, aut ipse legitimè recusatur, seu recusari potest, & idem secundum Do. Nicolaum. Ad hoc aucten. si uerò contingerit. C. de iudic.

4 Aut ipse non recusatur, & tūc. † aut ipse expres-
sè denegat facere iustitiam, & idē ut recurri possit ad ecclesiasticum iudicem. vt d. c. licet. Quod
5 & similiter locum habet. †quando hoc notorium
esset: ut habetur in c. i. de foro competen. lib. vi. secundum ipsum D. Nicol.

Aut non denegat expressè facere iustitiam, nec
6 est hoc notoriū, & tūc, †aut negligit iustitiam fa
7 cere: & idē, ut d. c. licet. & c. ex tenore. Quod†lo-
cum habebit quando ipse iudex infra tempus eidem per iudicem ecclesiasticum pręfixum, ut procedat & finiat causam, hoc nō facit. c. lator. q. fil. sint legit. ut uoluit Io. And. in d. c. significātibus. Aut in ipsa prouincia uel hodie in ciuitate est iudex secularis, & nō est negligens, ita quòd nō est defectus iustitiæ secularis, & tūc, cōsiderādæ sunt
8 tres species personarū seculariū. Nā quædā† sunt
personę quę nō sunt miserabiles actu nec habitu, ut quia nō habent aliquā qualitatem, per quā natura moueatur ad miserandum; ut quia sunt masculi, maiores, & potentes, uel fœminæ nuptæ, & diuites, & isti non possunt trahere laicum ad iu-
9 dicem ecclesiasticum: & hoc † nisi causa sit de fo-
10 ro ecclesiæ† & si impetrent literas ad iudices de-
legatos erunt ipso iure nullæ, ut est casus in dicto cap. licet. secundum ipsum Do. Nicolaum, vbi supra, quod prius uoluit ibidē Imola. Quod facit contra notata in cap. cum R. eodem titulo. de offic. deleg.

11 Quædā uerò† sunt personæ quæ sunt miserabi-
les habitu, sed non actu, ut uiduę uel pupilli diuites, secundum D. Nicol. Quod & locum habet in orphanis & senibus, diuitibus, vt dicit in eodem cap. significantibus. Do. Florianus. & Imola, &
12 tunc† si huiusmodi personæ miserabiles oppri-
mantur, possunt ipsos malefactores trahere ad iudicium ecclesiasticum, ut est textus in cap. ex parte. de foro compet. & c. super quibusdā. de uerb.
13 signifi. Quod & locum habet† in peregrinis quo
ad res quas secum portant, et iniurias quas pa-
14 tiūtur in ipsa peregrinatione. xxiiii. q. iii. si quis
15 Romipetas. et c. seq. et in† libertis ecclesiæ, et eius
16 †officialibus et† rusticis, et similibus. xij. q. ii. ecclesiarum

elesiarũ seruus.& lxxxvij.dist.per tot.vt voluit in
d.c.significantibus.Inno.secundum D. Nicolaũ,
secundum quem ipse Inno. tales enumerat in hac
secunda specie. Quod procedere posset quãdo nõ
essent pauperes,aliàs erunt de tertia specie, vt in-
17 fra patebit. Si verò † huiusmodi personę misera-
biles non opprimantur, & tunc debent recurre-
re prius ad iudicem secularem contra laicum. Et
18 si † ipse iudex secularis sit negligens,& tunc non
tenentur recurrere ad superiorẽ ipsius iudicis ne-
gligentis,sed statim recurrere possunt ad iudicem
ecclesiasticum,vt voluit notabiliter Inno.vbi su-
pra,Ad hoc tex.in eod.c. significantibus. & in d.
19 c.ex tenore.esto quòd aliud sit in aliis † personis
non miserabilibus, cum illæ recurrere non pos-
sint ad iudicem ecclesiasticum,non data prius ne-
gligentia cuiuscumq; iudicis secularis, quod est
singulariter notandum,secundum D.Nicolaum.
quod tamen prius voluit in eo.c. significantibus.
D. Floria.& post eum Imola. & si tales personæ
20 miserabiles † impetrent literas ante negligentiã
iudicis secularis, ipsæ literæ non erunt ipso iure
nullę,sed in pendenti,vt est tex.in d.c.significan-
tibus.& in d.c.ex tenore.
21 Sunt & quædã † aliæ personæ miserabiles actu
& habitu,vt sunt illæ super quibus natura moue-
tur ad miserandum: vt sunt perpetuo morbo gra-
uati,debiles,viduę,pupilli,& orphani, C. quãdo
Imper.inter pup.& vid.l.vnica. Quod locum ha-
bet quando tales personæ sunt etiam pauperes,vt
colligitur ex d.c,significantibus. vt ibidem vide-
22 tur velle Imola & clarius D. Nicolaus. Imò † &
pauperes tantum sunt miserabiles personæ,dum-
modo sint tales quòd causas suas agitarę nõ pos-
sint,scilicet suis sumptibus, vt est text. singularis
in c.j.de postulam.& tales personæ miserabiles ha
bitu & actu trahere possunt laicos ad iudicium ec
clesiasticum,non solum pro oppressionibus, sed
etiam pro aliis iuribus suis, etiam non data negli-
gentia iudicis secularis: vt videtur esse text.in d.
c.significantibus.à cõtrario sensu.& in d.c. super
quibusdam.& hoc voluit in eo.c.significantibus.
23 Inno. dicens idem esse † in peregrinis omnibus,
qui sunt de foro ecclesiæ quo ad res quas secũ por
tant,& iniurias quas patiuntur,& contractus inni
tos in ipsa peregrinatione:vt dicto canone. si quis
24 Romipetas.& † in mercatoribus, si in talleis seu
pedagiis grauentur: vt dicto canone & sequenti.
25 & † in manumissis ab ecclesia, vel † eidem com-
26 mendatis,& in † his qui ad ecclesias confugiunt.
27 lxxxvij.dist.eos qui.& sequenti.& † in pœniten
28 tibus. xj. q. j.aliud. In † officialibus ecclesiæ vel
29 eius † rusticis & seruitoribus.ff. ad munici.l. as-
30 sumptio. † In senibus,cæcis,libertis.lxxxvij.dist.
31 c.j.& c.liberti.In mutilatis,leprosis,captiuis, de-
bilibus,furiosis, & diuturno morbo fatigatis: vt
d.l.vnica. vt voluit Inno.& Ioann.And.vbi supra
32 qui dicit idem esse † in cruce signatis, per notata
in c.ad abolẽdã.de hæret. Quod verum est:quãdo
33 † tales personę essent pauperes:vt supra dictũ est.

Sed licet personæ istæ miserabiles trahere pos-
sint laicos ad iudicem ecclesiasticum vt supra, ta-
34 men † ipsæ personæ miserabiles bene poterunt
trahi coram iudice seculari, nec poterunt decli-
nare. Ad hoc d.l. vnica. Nec poterit tunc eccle-
siasticus ipsum secularem compellere, vt det di-
lationes breuiores propter personã miserabilem:
vt dicit in eodem c.significantibus. Ioãnes And.
35 & si ab ipso seculari grauarentur, † non poterunt
appellare ad iudicem ecclesiasticum cum grada-
tim sit appellandum.ij. q. vj. anteriorum. & hoc
* placet Inno.vbi supra.& communiter tenetur *
esto quòd alij in hoc aliud tenuerint, secundum
Ioann.And.ibidem & Imolam. quorum opinio
36 procedere posset † quando non reperiretur iudex
secularis ad quem recurri posit, cum aliàs, aliud
esset,vt supra patet per communem retentam opi
nionem. ex quibus manifestum fit huiusmodi mi
serabilibus personis prædicta concedi ob breuio-
rem expeditionem,& ob nullos,vel minores sum-
ptus faciendos. Caueant igitur iudices ecclesiasti
ci,ad quos recurritur, vt ne ob causam ob quam
ad eos recurritur, in ea peccent, & latrandi
causam præbeant.

CONCLVSIONIS et Regulæ XXXI.

ARGVMENTVM.

Iudex minor annis vigintiquinque an esse posit,
& quando, & an in eo annus inceptus
habeatur pro completo.

SVMMARIVM.


1 ☞ *Iudex cuius ætatis esse debeat? remissiuè.*
2 *Annus incæptus an habeatur pro cõpleto remissiuè.*
3 *Maior uigintiquinque annis dari potest in iudicem partibus inuitis, & ipse inuitus cogi potest munus suscipere.nu. 4.*
5 *Minor uigintiquinque annis sed maior uiginti rectè etiam partibus inuitis à quocumque datur iudex. non tamen ipse inuitus cogetur acceptare.nume.6. Et hoc si iuuaret se beneficio restitutionis:aliàs secus. nu. 7. Si tamen acceptauit cogetur iudicare, nu.8.nisi petat ut minor se restitui. nu. 9.*
10 *Minor uiginti maior autem decem & octo à principe etiam partibus inuitis dari potest in iudicẽ siue scienter siue ignoranter.nu. 11. secus ab alio, nisi scienter partes consenserint.nu.12.*
13 *Minor decem & octo, maior autem quatuordecim ab alio quàm à principe iudex nulliter datur, etiã si partes consentirent: secundum commu.opinio.* *secus si à principe daretur,& scienter. nu.14.*
15 *Minor quatuordecim annis ab inferiori à principe iudex dari no põt, imò nec à principe.nu.16.nisi scienter daretur.n.17.sed cõtrariũ uerius.n.18.et 19.*
19 *Princeps non potest dispensare super his quæ sunt de iure natura.*

20 *Impubes*

20 *Impubes si decedat eius pater princeps, iurisdictionẽ non exercebit, sed eius tutor: secus post pupillarem ætatem.nu.21.*

22 *Annus inceptus habetur pro completo.sed cõtra.nu. 23.concludas annum regulariter debere. esse cõpletum.nu. 24.nisi contrarium reperiatur in iure expressum.n.25.vel nisi agerẽ de fauore. nu.26.*

27 *Anni complementum in fauorabilibus de momento ad momentum considerari potest si utile sit; secus in odiosis secundum communem opinionem.* ✤



1 VIVS † ætatis iudex esse de-
2 beat, & an † in eo annus incœ-
ptus habeatur pro cõpleto ui-
deamus Glos.in c.cum uigesi-
mum.de offic.deleg.& ibi Ho-
stiens.Ioannes Andr.Imola &
D. Nicolaus tractant de primo. Glossa anterior
in eodem.c.cum uigesimum. & ibi Ioannes And.
D.Florianus.Archidiac.in c.finali de iudic. libr.
vi.tractant de secundo: ex quorũ dictis ea simul
3 uingendo cõcludi potest.Quòd† aut quis est ma-
ior xxv.annis,& dari poterit iudex etiã partibus
4 inuitis.Imò † & ipse inuitus,ut uoluit in dicto c.
cum uigesimum. Hostiens. & post eum Ioannes
And.Ad hoc l.munerum.§.iudicãdi. ff.de mune.
& honorib.& l.sancimus.C.de aduoc.diuers. iu-
dic.secundum Imolam ubi supra.

5 Aut† est minor xxv.annis,sed maior xx. & tũc
potest dari à quocunq; iudex etiam partibus in-
uitis,& si sententiam dixerit,tenebit: ut patet in
6 dicto c. cum uigesimum,non tamen tunc † pote-
rit dari inuitus, unde non cogetur acceptare,se-
7 cundum Hostien.ubi suprà. Quod † uerum est:
quando iuuaret se beneficio restitutionis, aliàs
posset dari inuitus: ut uidetur uelle in eodem c.
8 cum uigesimum. D.Florianus & Imola, & si † ta-
lis datus acceptauerit tenebit sententia per eũ la-
ta. ff. de arbitr.l. cum lege. non tamen cogetur
eam ferre, secundum Hostien.ubi suprà. vbi In-
nocẽ. tenet contrarium,uidelicet,quòd cogi pos-
sit iudicare ex quo acceptauit & est maior uigin-
ti: & hæc opinio uerior est per dictam l.cum le-
9 ge. Quod uerum † est,nisi petat se restitui ratio-
ne minoris ętatis. cum tunc cogi non posit: ut
patet in d.l.cum lege.ad finem.& hoc modo sal-
uari potest opinio ipsius Hostien.secũdum Imo-
lã ibi.quod & ibidẽ uidetur uelle D. Nicolaus.

10 Aut † est minor uiginti annis, & tũc, aut est
maior decem et otto & à principe potest dari etiã
11 partibus inuitis,etiam si† detur per ipsum princi
pem ignoranter: ut uidetur sentire in d. c. cum
uigesimum. Imola per illum textum. Sed ab alio
12 † quàm à principe dari non potest, nisi scienter
partes cõsenserint,ut patet in ꝓximè allegato ca.

13 Aut est † minor decem & otto annis, & tunc,
aut est maior quatuordecim annis,& sic est pubes
& tunc,aut datur ab alio quàm à principe,& dari
non potest, etiam si partes consenserint: ut pro-
batur eodem c.secundum Gl. ibi.quæ hoc tenet,
✤ & cõiter cum ea trãseunt cõiter Doctores. ✤ esto
quòd Gloss.aliud senserit in l.cum prætor.§.non
autem.ff.de iudic. & in l. quidam consulebat. ff.
de re iudic.

14 Aut † datur à principe & dari poterit ipse iu-
dex ordinarius uel delegatus: ut dicta.l. quidam,
& d.l.cum prætor.& d.c.cum uigesimum. & hoc
quando datur à principe scienter: secus si igno-
ranter,cum tunc non ualeat datio.non enim prę-
sumitur quòd princeps eum dedisset si sciuisset:
argumento dicti c.cum uigesimum.secundũ Imo
lam ibi.& D.Nicolaum.

15 Aut † est minor quatuordecim annis, & tunc
ab inferiori à principe dari non potest: ut pa-
16 tet in prædicto cap. imo & nec † à principe si
detur,ualebit datio. & hoc quando datur ab ipso
17 principe ignoranter: aliàs si scienter, † & tunc
dari poterit: ut sentit in eodem cap.cum uigesi-
mum.Imola.

18 Sed † certè & ipse princeps etiam scienter ip-
sum in iudicem dare non poterit, cum ipse prin-
ceps non possit talem habilitare ad iudicandum;
cum sit impedimentum naturæ: ut d.l.cum præ-
19 tor.Nõ enim † potest princeps dispensare super
hiis quę sunt de iure naturali.instit.de iure natu.
§.sed & naturalia.& v.dist.in principio & hoc sen
tit Glos.in eodem c.uigesimum.& clarius in d.l.
cum prætor.quod & animaduertit & ipse D. Ni-
colaus qui hoc idem tenet; ponens etiam de prin
20 cipe † si decedat relicto filio impubere, quis iu-
risdictionem exercebit, & concludit quòd eius
tutor.si sibi detur.Ad hoc.c.grandi de suppl. ne-
21 glig.prę̨lat.libro.vi. sed post† pupillarem ętatem,
exercebit ipse filius,etiã quæ sunt iurisdictionis.
Ad hoc.d.l.quidam consulebat.ubi per Bart.

Circa secundum membrum Glos.in eodem c.
cum uigesimum.arguit ad utranque partẽ. Quòd
22 † sufficiat annus incęptus, est tex.in l.ad rem pu-
blicam.ff.de mun.& hono.sed ibi in his qui rem-
23 publicam administrãt,contra. † c.cum in cũctis.
de elect.c.ad nostram.de regu.& c.significatum.
cũ similibus,uidelicet:c.idemptitatibus. in prin-
cipio. de elect.lib.vj.& c.unico.de ętar.& qualit.
eodem lib.vj.in quibus requiritur annus comple
tus; ut est & in dicto cap. cum uigesimum. ubi
Ioannes And. tenet rationem diuersitatis reddi
non posse,cum sit us in hiis quæ pendent à prin-
cipũ uoluntate.Ad hoc quod notatur in c.si quã-
do.de rescrip.& in l.non omnium.ff. de legib.Tu
autem cum Archid.& D.Floriano ubi supra dic,
24 quòd regulariter † annus debet esse completus.
Quod tamen fallit.

25 Et primò; † quando contrarium reperiretur in
iure expressum,cum in illis casibus sit hoc specia
liter statutum,secundum eos.quod ante ipsos ui-
detur sensisse Glos.in uerbo fauoris causa.in d.l.
ad rempublicam.ff.de mune.& hono.

26 Secundò fallit; † quando agitur de fauore,tũ
tunc annus cęptus habeatur pro completo, nisi
aliud reperiatur expressum in iure ut uoluit Glo.
magna

magna in l.iij.§.minorem.ff.de minor.

27 Sed † an de momento ad momentum fieri debeat computatio? & dicendum est, vt voluit Archidia.in d.c.fi.quòd si fauor suadeat talitet fieri computationem,& tunc tali modo fiet,secus si esset odium.quod ptius & plenius, voluit Glos.dicta in d.l.iij.§.minore.quæ cōiter tenetur. ✱

CONCLVSIONIS & Regulę XXXII.

ARGVMENTVM.

Iudex an debeat indicare secundum acta, an verò secundum conscientiam.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in iudicando, an acta seu propriam conscientiam sequatur? remissiuè.*

2 *Index debet omni posse conari pro ueritate reperienda.& si ex his quæ aguntur in iudicio ad eam non potest peruenire, debet causam ad superiorem remittere,uel delegare.nu.3. Si tamen necesse est ut iudicet.sequi debet conscientiam ex actis informatam,non propriam priuatam.nu.4.*

5 *Iudex si in contrarium habeat conscientiam propriam ab ea,quam ex actis informatam habet,propterea à iudicando non potest se abstinere.*

6 *Iudex sequendo in iudicando conscientiam ex actis informatam contra propriam priuatam conscientiam non peccat. propriam enim deponere poteris, ne dum in absoluendo.nu.7.uerum secundum communem opinionem ✱ etiam in condemnando.nu.8. nisi in causa criminali.nu.9.sed hoc non uerum,cū idem & in criminali.nu.10.dic idē in criminali,in absoluendo,uel in cæteris.nu.12.secus ubi tractaretur de executione irreparabili quo ad corporis dissolutionem.nu.11.*

13 *Iudex supremus in iudicando sequi debet ueritatem sui conscientia sibi cognitam, licet in contrarium excarent acta causa.*

14 *Iudex omissa conscientia informata ex actis, potest in iudicando sequi notorium, & hoc uerum illo examinato.nu. 15.*

16 *Iudex si ut priuatus sciat ueritatem pro reo, & ex actis causa contra reum si credat per alium iudicari ad fauorem rei,supersedeat,siu secus,omissa cōscientia ex actis informata, sententiet pro reo secundum sui certissimam conscientiam. sed contrarium uerius,nu.17. posset tamen in tali casu abstinere à iudicando.nu. 18. & 19. & patienter pati excommunicationem. nu. 20. & si superior uellet eum ad iudicandum compellere, posset appellare. nu.21.quod quomodo procedat uide. nu.24.*

22 *Obedientia nulla necessitat ad agendum contra conscientiam.*

23 *Consuli nec scribi debet alicui ut contra conscientiam agat.*

25 *Iudex si contrariam habeat propriam priuatam conscientiam ab ea,quam habet informatam ex actis, illam deponere debet ad mandatum superioris, & si deponere non poßet, patienter toleret excommunicationem.nu. 26.*

27 *Iudex non ualens propriam conscientiam deponere, non peccat supersedendo:sed contrarium uerius, nu.28.quod uerum est in iudice publicum habente officium.nu. 29. sed imò & tunc non peccaret si ex iusta causa abstineret,nu.30.nisi sui priuata conscientia erronea foret.nu.31.*

32 *Iudex habens conscientiam contra reum, esto quòd accusator non probet, non debet illum diffinitiuè absoluere, sed ab obseruatione iudicij. Quod procedit si accusatori non fuit assignatus terminus ad probandum.cum tunc diffinitiuè debeat absoluero secundum communem opinionem. ✱ nu. 33.*



1 IVDEX † an indicare debeat secundum acta & probationes, an verò secundum conscientiam suam, & vt Deus: quando sibi, vti priuato per aliquem sensum corporis de conttario constat. de hoc habetnt per Glos. in c.pastoralis.§.quia verò.de offi.deleg. & in c.j. de offic.ordi. & ibi per Ioannem And.D. Antonium,Imolam, & D. Nicolaum,per Ioannem And. in additionibus Speculatoris in titulo de disputationibus & allegationibus.§.vltimo,ante finem.super verbo, licet autem.per Hostiē.Ioann. And. Ioannem Calderinum,D.Florianum,Imolam,& D.Nicolaum in dicto§.quia verò.Quorum dicta simul iungendo,

2 aliquid addendo: concludi potest. Quòd † iudex laborare debet toto posse ad inuestigandum veritatem,& si ad ipsam non potest peruenire, ex his quæ aguntur in iudicio, debet possetenus laborare

3 † vt alleuietur,remittendo ad superiorem,vel delegando:vt voluit Ioannes And. in dictis additionibus.Poterit etiam instare coram suo superiote, vt eum exoneret: vt patet in textu dicti §. quia verò. poterit etiam instigare reum, vt petat alium eius loco surrogari: quia intendit eum in testem inducere: per id quod habetur in c. dilecto. de testib. quæ cautela optima est secundum Imolam. Si autem prædicta remedia deficiunt,

4 † securè debebit informare conscientiam per distinctionem de tāquam: quia licet sciat vt Deus, vt quando scit per confessionem sibi factam in foro pœnitentiali, vel sciat vt priuata persona: vt fortè est;quando scit ex aliquo sensu corporis,tamen si sciat contrarium tanquam iudex,vt per allegata & probata; poterit iudicare secundum conscientiam quam habet vt iudex ex ipsis actis,contra conscientiam quam habet vt Deus, vel vt priuatus, & sic deponere conscientiam quam habet vt Deus,vel vt priuatus: quia in iudicando iudicat tamquam iudex, & non tan-

5 quam Deus, vel priuatus. † nec posset abstinere ab officio iudicandi, quod sibi incumbit necessariò. ff. de muner. & honor. l. munerum.

§.iu-

§.iudicandi, aliâs esset infringere quodammodo totum ius positiuum, quod est absurdum dicere: ut dicit Ioannes And.ibi.de cuius mente uidetur
6 esse † quòd ita iudicando non peccet.& hoc uoluit Glos.in dicto c. i.& in dicto c. iudicet. Sed
7 † imò non solum poterit deponere ipsam conscietiam quam habet ut priuatus, uel Deus in absoluendo,& iudicare secūdum acta, cum iudicet ut iudex, & ut persona publica.& hoc etiam uoluit Gl.in dicto c.i.& in dicto canone iudicet. et beatus Thomas de Aquino ij.ij.quæstione.lxviij. articulo.ij.Quod & uoluit etiam Bar. in d.l.illicitas.§.ueritas.ff.de offic.præsid.et D.Florianus,et Imola,dicens hanc esse communem opinionem,
8 sed etiam † in condemnando.pro qua facit textus ✱ in dicto.§.quia uerò.& in d.§.ueritas, ✱ vbi Accursius: non cauillando,et de offi.ordinar.c.si sacerdos.secundum Imolam et D.Nicolaū. Quod et licet regulariter sit uerum, prout communiter tenetur secundum Theologos et Canonistas excepto Calderino et D.Antonio.tamen fallit et.
9 Primò † in causa criminali,in qua cum de maiori præiudicio agatur, iudex non debet iudicare contra conscientiam, quam habet ut priuatus.Vnde dicit Innoc.in d.§.quia uerò. quòd in criminali non consuleret alicui quòd aliquē contra conscientiam condemnet, nec executionem faciat: quando scit condemnationē iniustam esse: argumento canonis cum minister. xxiiij. q. v. et hoc idem uoluit Archidiac. xj. q. iij. qui resistit.
10 Sed certè † idem est in causa criminali, quod in ciuili,cum sit eadem ratio. unde utrobique idem est dicendū,ut uoluit Ioannes Calderinus in eodem.§.cum quo transit ibi D.Florianus; dicens quòd si esset in hac facti contingentia iudicaret secundum acta,nec putaret se damnare innocentem,ex quo sic constat ex actis: adducens ad hoc quod notatur in c.tua.de sponsal.cum quo etiam
11 residet Imola ibi.nisi † dicatur,secus in causa criminali,ubi tractatur de executione irreparabili,
12 quo ad corporis dissolutionem: secus † in absoluendo,uel in cęteris,quod satis ęquum est,et uidetur placere D.Nicolao in c.i.de offi.ordinar. de quo infra in quarta fallentia.
13 Secundò fallit: † quando est iudex supremus qui non ligatur iuribus positiuis eum talia sequi debeat ueritatem. Ad hoc quod habetur in l.i.in fin.ff.de quęstion. et ita dicit Cyn. in l. unica. C. ut quæ desunt.et ita pluries fuisse determinatum per Theologos,refert Imola ubi supra.
14 Tertiò fallit: † quando factum de quo habetur notitia certissima per iudicem non ut iudicē, sed quia ita est notorium, quod probatione non indiget.ij.q.i.manifesta.cum tunc illud sit sequēdum ut ibi.et uoluit Imola in dicto.§. quia uerò. Ad hoc quod notatur per Glo.et Bal.in dicto.§.
15 ueritas.quòd uerum est,† ut taliter sententia feratur post examinationem.c.de manifesta.et ibi Ioannes de Fantuciis in Glo.finali.et c. si peccauerit. eadem causa et quæstione, et ibi Gloss. in uerbo Ioannes intelligit.
16 Quartò fallit: † quando ipse iudex haberet conscientiam certissimam ut priuatus pro ipso reo,tūc enim si uerisimiliter potest sperare quòd non sequatur sententia contra reum, poterit supersedere, si autem uerisimiliter sperat sententiam sequi contra reum, et tunc non debet supersedere,nec delegare,nec procurare ut exoneretur,sed potius absoluere. ff.de pœnis.l.absentē. Ad hoc quod habetur.viij.dist.neque. secundum Ioannem Calderinum in eodē.§.quia uerò. quod
17 ibi non placet † D.Floriano, Imolæ et D. Nicolao: quia non potest ut iudex iudicare id quod scit ut priuatus: sed iudicare debet secundum acta ut supra.Ad hoc textus in dicto §.quia uerò.et in dicto.§.ueritas.et ibi Accursius ex mēte Ioannis.
18 satis sibi tūc sufficit † si ipse abstineat à condemnatione.quod et uidetur sentire D.Nicolaus in d.c.i.de offi.ordin.
19 Quintò fallit: † quando ipse iudex non posset deponere conscientiam quam habet ut priuatus uel Deus, et conscientiam suam conformare secundum acta. Nam tunc potest à iudicando abstinere; cum contra conscientiam etiam erroneam quis uenire non teneatur: ut dicit Ioannes And.
20 in eodem. §. quia uerò.secūdū Hostien.Imò † et tollerabilius est sic non pronunciaret et patienter pati pœnam excommunicationis; ut c.inquisitioni. de senten.excommuni.quàm contra acta propter conscientiam iudicare,prout dicit Ioannes And.in d.dictis additionibus.et hoc etiam uo-
21 luit in dicto.§.Ioānes Cald.Et si superior † ipsum ad iudicandum compellere uellet, posset appella-
22 ri,et iusta erit causa appellādi; quia † nulla obedientia necessitat ad agendum contra conscien-
23 tiam,de tempor.ordin.c.ad aures .Nec † est scribendum aut consulendum alicui quod contra conscientiam agat per id quod habetur in c. finali de præsumpt.secundum Ioannem Andr. in d.§.quia uerò.qui post Hostien.ibi uidetur uelle quòd sit tunc iusta causa appellandi. Ad hoc quod nota-
24 tur in c. si quando.de offi.deleg.Quod † uidetur procedere si superior uellet eum cogere ad iudicandum non deposita conscientia erronea, sed si uellet eum cogere ad deponendum conscientiā erroneam,et tunc non esset iusta appellatio,cum
25 † illam deponere debeat ad mandatum superioris,per notata in c.per tuas.el ij.de simon.et in d. cap.ad aures.adeò quòd poterit tunc iustè ex-
26 communicari,si tamen † non potest deponere, patienter toleret excommunicationem. Ad hoc quod habetur in d.c.inquisitioni.secundum Imo-
27 lam. Sed an peccet iudex † qui non potest conscientiam deponere,supersedendo,ea sic superiori non parendo? Ioannes And.post Hostien.ubi supra, uidetur uelle quòd non. sed ibi D.Florianus tenet contrarium,eum de iure abstinere non
28 possit à iudicando. Et negligēdo † exequi officiū publicū uidet mortaliter peccare. Ad hoc quod
29 notatur in c.iii.de offic.archid. Quod † procedit in eo

in eo qui habet officium publicum, vt est index: secus in priuato, qui non tenetur, ad id quod precipitur si conscientia repugnet c. litera s. de resti. spolia. & d. c. inquisitioni. secundum D. Florianũ
30 & Imolam. Sed imò fortè † non peccaret iudex abstinendo à iudicãdo ex iusta causa, vt esset quãdo iudicaret contra conscientiam: vt voluit in eo. §. quia verò. D. Nicolaus adducens ad hoc quod not. in c. cum etenim. de re indi. lib. vj. & in Clemen. j. §. verum. de hæret. cuius dictum procedere
31 posset, † quando conscientia non esset erronea: aliàs ipsam deponere deberet, vt supra patet.
32 Sextò fallit: † quando iudex haberet conscientiam contra reum, & accusator non probasset, cũ tunc non deberet ipsum absoluere diffinitiuè prout dicebat Ioannes Calderinus in d. §. quia verò, sed ab obseruatione iudicij, secundum D. Anto. in d. c. j. de offic. ordi. quod fortè procedere
33 posset: † quando non fuisset aliquis terminus accusatori assignatus ad probandum, sed quando fuit assignatus, & non probauit: tunc iuata communem retentam * deberet ipsum diffinitiuè absoluere: iuxta notata in l. properandum. §. j. C. de iudi. secũdũ Imol. in eo. c. j. de offic. ordi. quod & ibi videtur velle & D. Nicolaus per quẽ ibi plenè.

CONCLVSIONIS et Regulæ XXXIII.

ARGVMENTVM.

Episcopus an cognoscere possit de causis suorum Prælatorum subditorum.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest cognoscere de causis suorum prælatorum. sed contrarium uerius & commune, * nume. 4.*
2 *Gradatim procedendum in causarum cognitionibus.*
3 *Iurisdictio sua unicuique seruanda, ne ecclesiasticus ordo turbetur.*
5 *Prælatus inferior ab episcopo, si in cognitione causæ præuenit, præfertur ipso episcopo secundum communem. & hoc uerum si inferior ordinariam habeat iurisdictionem. nu. 6.*
7 *Præpositus per Papam in prælatum alicuius collegij uel uniuersitatis consequitur iurisdõnẽ ordinariã.*
8 *Archipresbyter, primicerius, custos collegij seu uniuersitatis & si habeant quandam præeminentiam, non tamen iurisdictionem ordinariam.*
9 *Intellectus ad Clementinã du lũ. §. huius. de sepultur.*
10 *Episcopus & eius inferior si concurrant in citatione episcopus præferendus.*
11 *Episcopi & eius inferioris in causæ cognitione dato concursu, præfertur qui pro se habet consuetudinẽ.*
12 *Plebanus & rector de iure speciali ex consuetudine habet iurisdictionem.*
13 *Inferior ab episcopo potest per consuetudinem sibi acquirere iurisdictionem etiam circa correctionẽ subditorum, præterquàm in grauibus. nu. 14.*
15 *Inferior ab episcopo ex priuilegio habere potest iurisdictionem contentiosam.*
16 *Prælatus inferior regularis iurisdictionem habet.*
17 *Inferior ab episcopo habens iurisdictionem ab episcopo, ut est eius uicarius, non concurrit cum illo.*
18 *Episcopus potest suum uicarium reuocare.*
19 *Prælatus inferior ab episcopo habere potest iurisdictionem ex consuetudine siue præscriptione etiam priuatiuè, nu. 20.*
21 *Iudex ubi specialiter prouisus est consuetudine, priuilegio, seu præscriptione, generalis iurisdictio alterius cessat, secundum communem, * sed hoc uerum quando priuatiuè præscriptum foret. nu. 22. & hoc in practica seruatur licet contrarium uerius uideatur. nu. 23.*



1 EPISCOPVS † an cognoscere possit de causis subditorum suorum prælatorum, ipsis inuitis, sunt opiniones. Ioannes enim tenebat negatiuam, nisi per viã appellationis quando ad episcopum causæ deferuntur. c. ij. de exces. prælat. c. cum contingat. de foro comp. gradatim
2 † enim procedituc in causarum cognitionibus. ij. q. vj. c. anteriorum. §. illo proculdubio. & in c. in singulis. de statu regulac. quem sequitur Bernar. in Glos. j. in c. pastoralis. de offi. ordi. dicens quòd aliàs posset episcopus priuare eos omni sua iurisdictione, quod esset iniquũ. d. c. ad hæc. de excess.
3 præla. Nam † si aliàs vnicuique sua iurisdictio nõ seruaretur ecclesiasticus ordo confunderetur. xj. q. j. peruenit. remanet enim episcopus ordinarius iudex in sua diœcesi in aliis, quàm in causis subditorum, suorum prælatorum secundum Bernar.
4 Contrariam † opinionẽ tenuit Bartholomęus Brixiensis in Glos. in canone. in capite. l. distinctione. argumento illius canonis, & quòd episcopus præponatur si voluerit per se dictas causas cognoscere, cum sit iudex ordinarius omnium de sua diœcesi, xj. q. j. de persona. & eadem causa & q. iij. qui resistit. & viij. dist. quæ contra mores. in fine: argumento l. fi. ff. de iurisd. om. iud. quod tenuerunt Hugo, Tancredus, Vincentius, Laurent. Philipp. & Goffred. Idem Host. in d. c. pastoralis. de offic. ordi. cum quibus videtur ibi residere D. * Nicolaus. Quod & communiter tenetur * Quod licet verum sit cege rec tamen fallit.
5 Et primò: † quando prælatus inferior præuenisset: quia sicut in iurisdictione præuenitur Papa nec inferiorem ordinariũ. c. vt debitus. de appell. fortius & iurisdictio episcopi per prælarum suum inferiorem: qui & ordinariam dicitur habere. c. cum ab ecclesiarum. de offi. ordi. Vnde si ipse inferior præueniat citando non poterit episcopus, illum prius citantem impedire, secundum Bonaguidã in c. cum ab ecclesiarum. de offi. ord. adducens c. inter alia. de sen. excom. & l. nemo. ff. de lega. j. Vnde episcopus tũc nõ põt se intromittere circa

circa cognitionem illius causæ. quę sequitur Ioan-
nes And. in dicto c. pastoralis. cum quo ibi resi-
* det D. Nicolaus, & cõiter transeũt Doctores. *
6 Quod uerum est † in prælato inferiori ab epi-
scopo habente ordinariam iurisdictionẽ ut esset
quando quis clericus seu religiosus. per Papam
præpositus esset in prælatum alicuius collegij uel
uniuersitatis; ut uult Glo. per ibi notata in dicto
c. cum ab ecclesiarum. de offi. ordi. in Glo. i. circa
finem. Idem si ab uniuersitate ecclesiastica appro
bata à iure siue sit clericorum seculariũ, siue cano-
nicorum regularium, siue monachorum quis in
prælatum eligatur, ut eligi potest. c. i. de elec. nã
7 † talis taliter electus consequitur iurisdictionem
ordinariam, secundum dictam Glo. i. in fin. & ibi
notata, & uerum est, si electus fuerit per superio-
rem confirmatus. c. transmissam. de elect. & ele-
ctus sit in prælatum ab ipsa uniuersitate in præ-
latum ipsius, secus si electus sit ad aliam dignita
8 tem, puta † in primicerium, uel archipresbyterũ,
uel in custodẽ ipsius uniuersitatis, cum tales licet
habeant quandam præheminentiam in concer-
nentibus eorum officium, tamen non habent iu-
risdictionẽ ordinariã, ut apparet ex hiis quæ ha-
bentur in titulo de offi. primic. & de offic. archi-
presb. secundum Ioannem And. & Imolam in d.
c. cum ab ecclesiarum: Isti enim sicut rectores &
plebani non dicuntur propriè prælati. Ad hoc.
9 † Clementina dudum. §. huius. de sepult. ubi po-
nuntur ut diuersi: sed bene ex lata significatio-
ne, ex quo parochianis præsunt in foro animę, uel
in hiis quæ concernunt eorum officium, præheminentiam habeant ut supra, sed non propterea ha-
bent ordinariam iurisdictionem fori contentiosi:
ut notatur in c. decernimus. in textu & in Glos. de
iudic. nisi de iure speciali haberẽt, ut infra dicet.
10 Si autem † in citatione concurrerent ratione
maioritatis, episcopus esset præponendus: argu-
mento. c. si à sede. de pręb. lib. vi. secundum Ioan-
nem And. & D. Nicolaum in eodẽ c. cum ab ec-
clesiarum. Ad hoc xj. q. iij. qui resistit.
11 Secundò fallit: † quando consuetudo aliud in-
duceret: quia tunc illud esset seruandum, per id
quod habetur in c. irrefragabili. §. excessus. & ibi
Glo. de offi. ordin. & in c. cum contingat. de foro
compet. & in c. finali. de offic. archipresb. Nam
12 † de iure speciali ex consuetudine etiam pleba-
nus & rector habet iurisdictionẽ ordinariam, nõ
solum in clericos sed etiã in laicos suæ parochię,
& eos potest excõmunicare. & interdicere in cri-
minibus ecclesiasticis, uel quæ tendunt ad corri-
gendum peccata: ut in dicto c. cum ab ecclesiarũ.
& ibi notatur secundum Imolam ibidem. Et infe
13 rior † ab episcopo potest per consuetudinẽ seu
pręscriptionem acquirere sibi iurisdictionem, &
circa correctionem excessuũ subditorũ ipsius epi
scopi, ẽt in ecclesia cathedrali: ut d. §. excessus.
14 Illud tamen sublimitandum † est non proce-
dere in grauibus criminibus, in quibus ueniret im
ponenda pœna degradationis, cum in talibus nõ
possit consuetudo dare hanc potestatem inferio
ri ab episcopo, secundum Hostien. & Ioannem
And. in eodem. §. excessus.
15 Tertiò fallit, † si aliud priuilegium dispone-
ret. Nam ut dictum est, Papa dat iurisdictionem
etiam contentiosam prælato inferiori ab episco-
po: ut notatur in Glos. i. in dicto c. cum ab eccle-
siarum. Ad hoc Glo. in c. penultimo. de offi. ordi.
& dictum c. cũ contingat. de foro competen. &
ibi Glo. & Doctores & Imola in c. quanto. de of-
fic. ordinar.
16 Quartò fallit † in prælatis inferioribus regula
ribus, prout habetur in dicto c. cum ab ecclesiarũ.
& dicto c. quanto. & utrobiq; notata per scriben-
tes, & plenè diximus in conclusione incipiẽte. mo
nachi claustralis correctio.
17 Quintò fallit; † quando iurisdictio inferioris
prælati esset eadem cum iurisdictione ipsius epi-
scopi, ut est iurisdictio uicarii ipsius episcopi, de
qua in c. ii. de consuetud. lib. vj. cum tunc inferior
præuenire nõ possit ipsum episcopum priuatiuè.
18 potest † enim episcopus ipsum reuocare etiã post
quàm incœpit cognoscere de causa. ff. de iudi. Iu-
dicium soluitur. & hoc uoluit Archidia. in dicto
canone: de persona. ubi plenius de ijs secundum
Imolam in d. c. pastoralis. Ad hoc quod notatur
per Ioannem And. in c. clericos. de offi. vicarii.
19 Sextò fallit † in prælatis inferioribus ab epi-
scopis habentibus iurisdictionem ex longeua cõ-
suetudine seu præscriptione in eorum subditos,
cum tunc episcopus non possit cognoscere de
causis ipsorum subditorũ, nisi adeatur per uiam
appellationis, prout sentit Glo. in d. c. pastora-
20 lis, secundum D. Nicolaum ibi. Quòd † inferior
ab episcopo præscribere possit iurisdictionẽ epi-
scopalẽ priuatiuè in certa parte diœcesis tenuit
Ioannes And. post Archidiac. in c. cum episco-
pus. de offi. ordin. lib. vi. & D. Nicolaus in eodem
c. pastoralis. argumento c. auditis. & c. cum olim.
de præscript. quidquid in contrarium uoluerit
21 Hostien. in d. c. cum contingat. Nam † ubi spe-
cialiter de iure, consuetudine priuilegio seu prę-
scriptione prouisum est de iudice, generalis pro-
uisio & iurisdictio episcopi, quam habet in tota
eius diœcesi, cessat: argumento. C. de pac. conuen.
tam super dot. l. finali. aliàs damnum sentiret qui
amitteret solitum cõmodum iurisdictionis. ff. ne
quid in loc. pub. l. ii. §. meritò secundum Archid.
22 Quod † licet uerum sit, & communiter tenea-
* tur * tamen procedit quando expresè præscri-
ptum foret priuatiuè, cum aliàs in dubio nõ pri-
uatiuè sed accumulatiuè præscriptum esse censea
tur, prout sentit ipse Ioannes And. in d. c. pasto-
ralis. & in dicto c. cum episcopus. quod nota. licet
23 † cõtrarium uerius uideatur, per notata in dicto
c. auditis. & in d. c. cum olim. & in c. dilectus. de
capell. monach. per Innoc. de quo plenius per D.
Nicolaum in eodem c. pastoralis. & in dicto cap.
cũ cõtingat. tamẽ opinio Ioannis And. in practi-
ca seruatur. de quo etiã per D. Nicol. ubi supra.

CON-


CONCLVSIONIS et Regulæ XXXIIII.

ARGVMENTVM.

Rescriptum re integra finitur morte eius contra quem conceditur.

SVMMARIVM.

1 Rescriptum regulariter expirat morte illius contra quem conceditur. quod communiter tenetur. * nume. 2.
2 Mandatum finitur morte mandantis.
3 Rescriptum etiam re integra transit in succedentem in uitium.
Intellectus ad capitu. quia uerò. extra de iudic. numero 4.
4 Rescriptum durat in successorem emanante secundo mandato.
5 Rescriptum, re effecta litigiosa, durat in successorem, etiam re integra.
Intellectus ad cap. i. de aliena. iudi. mutan. cau. fac.
6 Rescriptum non expirat morte eius contra quem impetratur, etiam re integra, si de successore fuerit facta mentio.
7 Clausula, amoto quolibet detentore, æquipollet mentioni de successore.

1 
ESCRIPTVM † regulariter expirat morte illius, contra quem conceditur re integra: sicut finitur mandatum
2 † morte mandantis. cap. relatum. de offic. delegat. & cap. gratum. & cap. licet. eodem titu. & cap. fina. de rescrip. lib. vj. Ista regula sumitur ex notatis per Gloss. in cap. significauit. de rescript. per illum * textum, ubi communiter Doctores. * quæ Glo. argumenta contraria non soluit. ideò pro solutione dicendum est, quòd dicta regula fallit.
3 Et primò: quando quis succederet † in uitium: cum tunc non expiret, & ita loquitur textus in cap. quia uerò. de iudic. secundum unum intellectum.
Secundò fallit, quando emanaret secun-
4 dum † mandatum contra successorem, cum tunc duret cõtra ipsum: & ita loquatur dictum c. quia uerò. secundum alium intellectum.
5 Tertiò fallit, quando † res esset facta litigiosa. & ita loquatur capitu. j. de alienat. iudic. mut. cauf. fact.
6 Quartò fallit, quando fuisset facta † mentio de successore, & ita loquatur c. proposuit. de concessio. præben. in Gloss. allegatum. ibi enim fuit
7 adiecta clausula, † amoto quolibet detentore, & sic in effectu fuit facta mentio de successore secundum Imo. in eod. c. significauit.

CONCLVSIONIS XXXV.

ARGVMENTVM.

Successor uel hæres an agere uel conueniri possit in uim rescripti per prædecessorem impetrati, uel in eum obtempti.

SVMMARIVM.

1 Successor uel hæres quando conuenire uel conueniri possit per rescriptum obtemptum per prædecessorem, uel in prædecessorem.
2 Rescriptum expirat morte eius ad cuius hæredes ipsa res non est transmissibilis.
3 Rescriptum in quo fuit habita mentio de hærede uel successore in genere, uel etiam tacitè, si res erat ad successorem transmissibilis ad illum extenditur.
4 Rescriptum re non integra, etiam si de hærede uel successore non fuit facta mentio, ad illum transit, & è contra.
5 Rescriptum re integra in quo de herede seu successore non fuit expressa habita mentio, licet per clausulam generalem facta inclusio non transit in successorem. Quod tamen fallit: quando quis succederet per canonicam promotionem, ut prælatus: si debitum contraxerat ecclesiam. nu. 6. uel nisi quis succederit in dignitate cuius nomine conuenitur. n. 7.
8 Dignitas nõ moritur.
9 Intellectus ad c. significauit. de rescript.
10 Prælatus non dicitur in prælatura propriè successor, & quare.
11 Clausula (quidam alij) in rescripto cuius efficaciæ.
12 Rescriptum in quo de successore fuit habita mentio expressa & pro, uel contra dignitatem, & extenditur ad successorem, uel contra successorem in dignitate.
13 Rescriptum impetratum pro persona, uel contra personam, in successorem regulariter non transit. Quod tamen limitatur tripliciter. nume. 14. 15. & 16.
17 Rescriptum obtemptum contra, uel pro certa persona, transit in uniuersalem successorem, & è contra. quod communiter tenetur. * Quod limitatur non procedere, si tempore data non erat in rerum natura ille contra quem impetratur. nume. 18. Idem in priuilegio dicendum. nu. 19.


I QVAERATVR, An
1 per rescriptum † impetratum per aliquem, uel contra aliquem, possit eius successor, uel hæres agere, uel conueniri? concludi potest ex dictis Glo. in c. significauit. de rescri. & ibidem Io. Calderini, Imolæ & D. Nicolai, & ex dictis per Ioã. And. in regula isq; in ius. Quòd aut rescriptũ fuit impetratum super re non transmissibili ad hæredem ex parte impetrantis, ut si impetretur super ecclesia, quam impetrans dicit ad se spectare, uel

ex parte eius contra quem impetratur, vt si impetretur super eius depositione à beneficio vel
2 ordine, & tunc tale † rescriptum expirat morte eius, ad cuius hæredem non est transmissibilis ipsa res, ex quo ipsa res ad eum transire non potest, & hoc clarum est. Ad hoc regula accessorium in vj. Aut est impetratum super materia trãsmissibili sd hærede uel successore, & tũc.
3 Aut fuit facta de hærede † uel successore mentio saltem in genere, uel tacitè, & tunc ad ipsum transit & extenditur. ij.q.j.in primis.& vij.q.i.præsentium.& de concess.præb.c.proposuit.

Aut non fuit facta mentio de ipso hærede uel
4 successore, & tunc aut † res non est integra, ut quia deuentum fuit saltem ad citationem.de offic.delegati gratum.& c.relatum.& tunc transit ad hæredem uel successorem, & cõtra eum, prout uult Glos.in d.c.sp.significauit, repetitè.& est casus in illo c.à contrario sensu.
5 Aut res erat integra: & tunc aut iste † de cuius hærede vel successore tractatur non fuit expressus in rescripto, sed sub clausula generali inclusus, & tunc non transit contra eius hæredem uel successorem, prout uoluit Glo.in dicto c.signifi-
6 cauit. Quod uerum est, nisi † talis succedat per canonicam promotionem, vt prælatus, cum tunc ad eum extendatur si debitum concernat ecclesiam, prout uoluit Innocen.& Compostel.in eodem c.
7 significauit.& ut supra pstet. Vel nisi succedat † in dignitate sub cuius nomine cunueniitur, & debitum sit conuersum in utilitatem ipsius dignitatis, ut c.sp.dilecti.de foro compet. dignitas enim
8 † non moritur. ut notatur in c. si gratiosè. de re-
9 scrip. lib. vi. Cui conclusioni non obstat † d.c.significauit. secundum Ioannem Calderi.& D.Florianum, cum ille textus intelligi debeat quando debitum non fuisset conuersum in utilitatem ip-
10 sius dignitatis, prælatus enim † non dicitur propriè successor, cum non succedat tanquam hæres, sed per promotionẽ canonicam, prout notatur.
11 de elec.c.quod sicut. Idcirco per clausulam † quidam alii, poterit conueniri etiam ille qui est factus prælatus post impetrationem, cum non dicatur propriè conueniri persona prælati. quod tene menti, quia notandum est.

Aut talis de cuius hærede uel successore tractatur fuit expressus in ipso rescripto, & tunc. Aut
12 impetratio † rescripti fuit facta pro dignitate uel contra dignitatẽ, & extenditur ad successorẽ, uel contra successorẽ in dignitate, vt est casus in c.dilecti.de foro cõpet.& hoc uoluit Glo.in d.c. significauit. Aut impetratio fuit facta pro persona, uel contra personam, & tunc aut quæritur an
13 transeat † in singularem successorem, uel contra eum, & non transit regulariter, per notata in cap.
14 P.& G.de offic.deleg.& hoc, nisi † quando suc-
15 cederet in uitium, uel emanaret † secundum
16 mandatum, seu quando res † erat litigiosa, ut dictum est, in præcedenti conclusione, in tribus fallentiis de quibus ibi.

17 Aut quæritur an transeat † in uniuersalem, uel contra uniuersalem successorem, & dicendum est
* quòd sic, ut est communis opinio, * cum censetur eadem persona.l.fin.C.de hæred.instit.& ff. de fideiuss.l.mortuo. Quod uerum est, si tempo-
18 re † datæ erat in rerum natura ille contra quem impetratur, aliàs non ualet.ff. quæ sent. sine appel. rescind.l. Paulus. quod & uoluit Ioan.And. in dicto c.sp.significauit.& in dicta regula, is qui in ius. et Ioan. Cald, et Imol.et Do. Nicolaus in eod.c. significauit. qui dicit idem esse in priuile-
19 gio † ut nõ trãseat in successorẽ, si tempore datæ erat mortuus is cui cõceditur, ut est text.multum notab.ff.de regu.iur.l. Neratius.

CONCLVSIONIS et Regulæ XXXVI.

ARGVMENTVM.

Rescripta non extenduntur ad causas noniter ortas.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum regulariter non extenditur ad causas nouiter ortas. Etiam si in rescripto ad sit clausula, super causis motis & mouendis. nu.2.*
3 *Procurator rectè constituitur ad causas motas & mouendas.*
4 *Processus & sententia tenent super causa post rescriptum impetratum orta, etiam si ia uim rescripti actum fuerit, & non exceptum. & hoc uerum, si scienter secus si ignoranter.nu.5. & quando rescriptum includeret litem seu causam iam ortam, aliàs secus.nu.6.*
7 *Processus et sententia tenet super causa post rescriptum orta, si ius agendi de nouo superuenit in casu in quo ex eadem instantia potest sequi condemnatio.nume.7.sed contrarium uerius. nu. 8. 9.10.& nu.11.*
8 *Instantia est fauorabilis ut imponatur finis litibus. & nume. 10.*
9 *Rescriptum ut odiosum non extendendum.nu.11.*
11 *Rescriptum si in eo fit expressa mentio de causis futuris de certa scientia Papa, de qua constet ad futuras causas extenderetur aliàs secus. nume. 12.*
13 *Rescriptum in quo fit mentio de causis futuris dicitur contra stylum curiæ, et ideò uitiatur.*
14 *Sententia lata in causa noniter orta uigore rescripti antea impetrati exequenda est, nec habet locum pœna c.nonnulli de indic.*
15 *Pœna non extendenda ad alium casum.*

1 ESCRIPTA † regulariter non extendi ad causas postea ortas certi iuris est: ut patet in cap. quia non nulli. de rescrip. Ad hoc quod notant

tant domini de Rota in decisio.ccxliiii. quæ in-
cipit. Item si unus. & in decilio. ccccaxii. quæ
incipit. Item fuit. Imò & plus si concedan-
2 tur ipsa rescripta† super causis motia & mouen-
dis per impetrantem, non extendentur ad can-
sas posteà ortas, etiam si statim posteà incœpe-
3 rit competere actio, † licet aliud sit† in procu-
ratorio, in quo quis constituitur procurator ad
lites motas & mouendas, ut noluerunt dicti Do-
mini de Rota in decisione exlvii. quæ incipit.
Item quòd commisaio. ubi de hoc, de quo. ff. de
tutel. l. quod dicitur. & ff. de procurat. l. om-
nium. Sed licet rescripta non extendantur ad can
sas posteâ ortas regulariter, ut supra est conclu-
sum, tamen fallit.

4 Et primò, quando † super ipsis causis nouis
procederetur uigore ipsorum rescriptorum, &
non exciperetur, cum tunc teneat sententia. cap.
significauit. eod. titu. de rescrip. & cap. eam te.
& cap. ex tenore. secundum Innocent. in dicto
cap. quoniam nonnulli. melius tamen facit cap.
cum olim abbas. & cap. P. & G. de offic. deleg.
secundum Hostien. & Ioannem And. in eod. cap.
5 quoniam non nulli. Quod procedit quando † par
tes scienter litigarent coram ipsis iudicibus, in
ipsis rescriptia datis, super ipsis causis nouis,
aliàs si ignoranter, & tunc secus esset, cum non
inducatur prorogatio. ff. de iurisd. omnium iu-
dic. l. si per errorem. quod & uoluit Do. Antonius
in eodem cap. quoniam non nulli.

6 Item procedit quando ipsa rescripta † inclu-
dunt lites seu causas iam ortas: aliàs si eas non
includerent, sed traherentur tantum ad lites, seu
causas nouas, & tunc, cum tales non includan-
tur, non poterit fieri prorogatio, cum fundi-
tus careant iurisdictione, quod & sentit D. An-
tonius ubi supra. Ad hoc l. priuatorum. C. de
iurisdict. omnium iudi. & quod notatur in dicto
cap. P. & G.

7 Secundò fallit, quando † ius agendi de nouo
superuenisset in tali casu, in quo ex eadem instan
tia posset sequi condemnatio; ut in casu cap. ab-
bate sanè. de re iudic. lib. vj. cum & tunc etiam
rescriptum ad ipsum extendatur, ut uoluerunt
Domini de Rota in decisione clxxv. quæ inci-
pit. Item quòd commissio, quod & sequitur ubi
supra D. Antonius, Do. Florianus & Imola. Sed
hoc fortè de iure non est uerum; quia licet in-
8 stantia† ut fauorabilia ad dictam causam exten-
datur; ut dicto cap. abbate sanè. Tamen rescri-
9 ptum ut † odiosum non extendetur. instantia †
enim fauorabilis est ut imponatur finis litibus.
l. properandum. C. de re iudic. circa principium
10 quod non cadit in rescriptis, quæ† cum sint odio-
sa, restringenda sunt cap. significauit. de rescrip.
secundum Ioannem And. & Do. Antonium in
dicto c. quoniam nonnulli. & propterea ipsa non
extenduntur ad lites posteà ortas, ut in d. cap.
11 Tertiò fallit, quando † in ipsis rescriptis fieret
expressa mentio de ipsis causis futuris, ut si con-
cessum fuit vni mercatori rescriptum, vt per id
conuenire possit suos debitores præsentes & fu-
turos, cum tunc rescriptum ad eos extendatur,
nec uitietur per decretalem dicti cap. quoniam
nonnulli. vt uoluit Ioannes And. in addit. Spec.
in titulo. de rescript. præsent. §. ratione defe-
ctua. versic. item excipitur, quòd est ad futuras.
12 Quod uerum est, quando, constaret de certa†
13 scientia Papæ, aliàs uitiaretur, quasi sit † contra
stylum curiæ, secundum Ioãnem And. ibi. quem
sequitur in dicto cap. quoniam non nulli. Do.
Antonius, qui ibi etiam dicit post Hostien. &
14 Ioannem And. quòd si sententia † lata sit in una
causa uigore rescripti & posteà rescriptum tra-
hatur ad futura, & licet carere debeat commo-
do rescripti, ut in dicto. proximè citato. cap. &
quo ad illam causam futuram perdatur rescri-
ptum. ut cap. in nostra, eodem titu. de rescrip.
tamen non perditur ad illam causam in qua la-
ta est sententia, cum illa sit exequenda, nec quo
15 ad illam erit locus Illi pęnę. Pęnę † enim exten-
dendæ non sunt ad alium casum. de pœnit. dist.
j. pœnæ. & in cap. in pœnis. de reg. iur. lib. vj.

CONCLVSIONIS et Regulę XXXVII.

ARGVMENTVM.

Mandatum iurisdictionis quando
expiret.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Mandatum ad negotia quando expiret, re-
missiuè.*
2 *Mandatum ad iudicia quando expiret, remissiuè.*
3 *Iurisdictio ordinaria qualiter cõmittatur, remissiuè.*
4 *Iurisdictio ordinaria expirat morte mandatarij non
mandantis: secus autem si per se non subsistens, sed
accessoria, ut est illa uicarij. nu. 5.*
6 *Iurisdictio delegata quando uideatur commissa,
remissiuè.*
7 *Iurisdictio delegata re integra expirat morte man-
dantis. Quod tamen fallit: quando facta foret sub
nomine dignitatis ipsius mandantis. nu. 8.*
9 *Iurisdictio non solet delegari ex parte mandantis sim
pliciter sub nomine dignitatis, puta sedis Apo-
stolicæ. uel Regis.*
10 *Iurisdictio delegata ex parte mandantis sub nomine
dignitatis, morte mandantis, etiam re integra non
expirat.*
11 *Reges aliquando solent rescribere, Rex.*
12 *Commissio si respicit id quod ad officium eius cui
committitur, uel id ad quod ipse committens
tenebatur non expirat morte mandantis, etiam
re integra.*
13 *Intellectus ad §. & hac uerò iubemus. in auct. ut nul
li iud. collatione ix. nu. 14. cum sequentibus.*

 Intelle-

14 *Intellectus ad c.quoniam abbas.de offic. delegat.& nu.15.cum sequenti.*

15 *Praeceptum importat necessitatem.*

16 *Mandatum superioris habet uim praecepti.*

17 *Commissio si respicit id quod pertinet ad officium eius cui fit commissio, uidetur potius eius iurisdictio excitari, quàm de nouo aliquid committi.*

18 *commissio si pertinet ad id, ad quod committens tenetur de iure, non expirat morte mandantis, etiã re integra.*

19 *Commissio facta inquisitori hæreticæ prauitatis (fauore fidei) etiam re integra, non expirat morte mandantis.*

20 *Commissio facta alicui sub nomine proprio ipsius mãdatarij, regulariter eius morte expirat.*

21 *commissio facta alicui sub nomine proprio in materia solum proportionabili illius dignitati eius morte non expirat.& nu.43.*

22 *commissio alicui facta sub nomine proprio in materia solum proportionabili dignitatis, illius dignitatis & non persona habita uidetur contemplatio.*

23 *Commissio alicui facta sub nomine proprio, si ex mente cõmittentis apparet quòd uoluit tantum dignitati cõmittere, & ei commissa censetur, nec mandatarij morte expirat.*

24 *intellectus ad §.Titia. in l.filiá. ff. de condition. & demonstratio.*

25 *Intellectus ad l.annua.§.i.ff.de annuis lega.*

26 *Commissio facta alicui sub nomine dignitatis non expirat illius morte etiam re integra, sed ad successorem in dignitate transit. Quod sublimitatur nõ procedere, quando dignitas non habetur iure proprio, sed alieno, ut est in uicario. numero 27. & 28. Quod communiter tenetur per legistas. & nume. 33.*

29 *Vicarius episcopi non habet dignitatem ex iure proprio, sed alieno. contra, quia corruscat in dignitate illa non simpliciter passiuè sed actiuè. nume. 30.*

31 *Mulier in dignitate dicitur corruscare ex iure alieno solum passiuè, ipsa enim nihil agit, sed tantum honoratur ex persona uiri.*

32 *Intellectus ad l. Augustæ. & l. mulieres. C. de dignita.lib.xij.*

34 *commissa causa Legato Perusino, illo mortuo, uel reuocato extinguitur delegatio, nec successor de ea cognoscit. Quod uerum est re integra, secus si aliter. nu.35.*

36 *Commissio facta canonico ecclesiæ numeratæ, siue non numeratæ, illo decedente, ad successorem non transit, & quare.*

37 *Commissio facta alicui sub nomine dignitatis, in materia solùm proportionabili personæ, cum persona contemplata censeatur, morte extinguitur, nec ad successorem transit.*

38 *Commissio facta sub nomine dignitatis, seu appellatiuo, & etiam sub nomine proprio, si inutilis foret altero contemplato, ut teneat aliud dicendum esse contemplatum.*

39 *Commissio facta sub nomine dignitatis, & nomine proprio personæ, & respectu utriusque potest stare, & tunc materia cui sit proportionabilis considerãda est, & si personalis non transibit ad successorem. Etiam si nomẽ solum dignitatis foret expressum. nu.40.*

41 *Commissio facta dignitati in materia in qua uerisimiliter ponderatur industria personæ, morte illius extinguitur, nec ad successorem transit, ut puta si causa fidei committatur alicui magno Theologo & Canonistæ. Idem in executore testamenti, & compromisso, in quibus contemplatur amicitia. nu.42.*

44 *Commissione facta sub nomine dignitatis & proprio in materia indifferenti, quid attendendum pulchrè distinguitur.*

45 *Nomen proprium exprimere, uel aliud quod eius uice habeatur paria sunt.*

46 *Intellectus ad l.si communis seruus. ff. de stipulatio. seruor.*

47 *Executio mixta cùm committitur, an, & quando expiret, dicendum est ut concluditur quando committitur iurisdictio delegata.*

48 *Executio mera seu nudum ministerium cùm committitur, non extinguitur facultas exequendi morte mandantis, & hoc uerum, si respicit illud ad quod mandans erat obligatus, uel si tantum commissarij iurisdictio fuit excitata. nu.49.*



I QVAERATVR, An morte mandantis seu committentis, uel morte mandatarij, uel commissarij expiret commissio uel officium, recolligendo dicta Hostiens. Ioannis Andr. Domini Antonij, Domini Floriani, Imolæ, & Domini Nicolai. in cap. quoniam abbas. de officio delegat. Bartol. in l.more.ff. de iurisdictione omnium iudicum.& aliorum. Tria membra mihi uidentur consideranda.

Nam quandoque, & primò, quæritur de man-
1 dato † ad negotia, de quo aliqualiter per Hostiens. & Ioannem Andr. in dicto cap. quoniam abbas. & de hoc dicendum est pront plenius per Cyn. & Bal. in l. mandatum. C. mand. & per Bartol. ff. de donatio. l. ij. §. si quis. & per Canonistas de rescriptis. in c. ex parte decani. & in Clementi. unica. de renunt.

Quandoque & secundò, quæritur de man-
2 dato † ad iudicia, & de hoc dicendum est prout notatur de procuratoribus, cap. mandato. & in c.ij. eodem titu. libro vj. & in l. si defunctus. & in l. ante litem. & sequenti. ff. de procurator. & in d.c. ex parte.

Quandoque & tertiò, quæritur de mandato iurisdictionis, seu quando committitur iurisdictio, uel aliquid ad iurisdictionem spectans, de quo ad præsens discutere intẽdimus. & in hoc animaduertendum est ad tres casus. Nam quandoque & primò committitur iurisdictio ordinario, quandoque & secundò delegata, & quandoque & tertiò, executio.

Primò

Primò casu, qñ committitur iurisdictio ordina
3 ria, quæ † qualiter cõmittatur tractatur per Hosti.
& Imolam in d.c.quoniam abbas. Sed plenius in
c.cum ab ecclesiarum.de offic.ordin.ubi per In-
4 nocen.& Ioã.And. Et ipsa † iurisdictio ordinaria
expirat morte ipsius mandatarij, sed non ipsius
mandantis, ut uoluit Ioan. And.post Hostien. in
d.c.quoniam abbas.& probatur in c.ij.de offic.
5 delegat. lib.vj. Quod uerum est, nisi ipsa † iuris-
dictio ordinaria non sit principalis, & per se sub
sistens, sed accessoria, ut est iurisdictio uicarij, cõ
talis expiret morte mandantis, ut notatur in cap.
penul.de offic. vicar.& in Clementina finali. de
praeb.& ibi per Glo.notabilem.
Secundò verò casu, quãdo committitur iuris-
6 dictio delegata, quæ † quando uideatur cõmissa,
& à quo cõmitti possit, tractat Hosti.& Imola in
eo.c.quoniã abbas. sed plenius de hoc tractatur
in dic.cũ ab ecclesiarum. Et in hac iurisdictione
7 † delegata cõmissa, dicẽdum est quòd, aut inter-
uenit mors ex parte mandantis, & regulariter ex
pirat re integra. ut c. gratum. & in cap. relatum.
de offic. delegat.
8 Quod tamen fallit, & primò, quãdo † commis-
sio fuisset facta sub nomine dignitatis ipsius mã
9 dantis, licet regulariter. † & cõmuniter hoc nõ cõ
tingat, cum semper quasi ex parte mandantis fiat
expressio personæ, secundum Host.in eod.c.quo
niam abbas. qui ex hoc uidetur uelle, quòd si ex
10 parte † mandantis expressa sit dignitas, ut si in li
teris diceretur, sedes Apostolica cõmisit talẽ cau
sam, tunc non extinguetur morte committentis,
& hoc voluit ibidem Io.And.& Lapus in cap.si
11 gratiosè. de rescrip. libro vj. quod solent † enim
aliqui reges simpliciter rescribere, Rex.
12 Secundò fallit, quando † committitur id, quod
spectat ad officium eius, cui committitur, uel ad
quod ipse cõmittens tenebatur, ut in §.& hęc ve-
rò iubemus. in auctent. ut nulli iudic. collatione
13 ix. qui textus † multum contrariari uidetur d. c.
14 quoniam abbas. Ideò † Doctores plures dant illi
intellectus pro tollenda contrarietate.& primus
quòd ibi facta fuit commissio sub nomine digni
tatis, & sic concordat, qui intellectus licet sit bo
nus in se tamen nõ uidetur applaudere illi literę.
Vnde datur secundus, quòd c. quoniam abbas. lo
quatur quando committitur iurisdictio, ibi quan
do negotium seu mera executio, qui non videtur
bonus per notata per Inn.in c.fi.de offi.dele. Pro
pterea datur & tertius. quòd dictum c.quoniã ab
bas. loquatur de mandato, ibi in præcepto, quod
15 † importat necessitatem: vt voluit Glo. in l.ora-
re.& in l.quia, ff.de iuris.om.iu.& xliij.q.j.quod
præcipitur.& ibi per Archidia.& notatur in Spe.
in.j.§.restat.ad finem primæ columnæ. Sed ista
differentia inter mandatum & præceptum nõ vi
detur iure probari, imò ipsam expressè reprobat
Goff.in libellis iuris ciuilis.in rubrica de actione
16 mandati. Pro qua facit: quia mandatum † superio
ris habet uim præcepti, per id quod habetur in
l.j.§.j.ff.quod iussu. Ad hoc quod notat Archid.
in dicto canone quod præcipitur.& istud uerius
uidetur. quod & tenet Imo.in dicto. c.quoniam
abbas.& propterea dictus intellectus nõ uidetur
bonus. Datur & quartus uidelicet: quòd dictus §.
17 & hæc uerò iubemus. loquatur quando † cõmit-
titur id quod spectabat ad officiũ eius cui fit cõ-
missio, cum & tunc eius officium uideatur exci-
tari, c. licet. de offi.ordin.& dicatur potius præ
ceptum quàm mãdatum, unde nõ expirabit mor-
te mandantis ut ibi: secus quando fieret per man
datum noua commissio, & ita procedat di-
ctum c.quoniam abbas.& iste intellectus placet
Bar.in l.more.ff.de iurisdi.omni.iud.& D. Flo-
riano in d.cap.quoniam abbas. qui licet tolerari
possit, potest tamen dari alius qui est, quòd di-
18 ctus §.loquatur quando cõmittitur † id ad quod
cõmittens tenebatur de iure, unde non expirat
morte mandantis, prout voluit Bar.in l.fundi.ff.
de acq.pos.c.verò quoniam abbas. loquatur quã
do committitur id ad quod committens non te-
nebatur, ut est delegare causam. & iste intelle-
ctus uidetur etiam placere Imolæ in illo cap.
19 Tertio fallit, fauore fidei † in inquisitore hære
ticæ prauitatis, ut in c.ne aliqui.de hæreti.lib.vj.
Aut interuenit ex parte mãdatarij seu eius cui
fuit facta cõmissio, & in hoc dicendum est, quòd
20 aut † commissio fuit facta alicui sub eius nomine
proprio, & tunc regulariter eius morte expirat
ipsa commissio, ut patet in dicto cap. quoniam
abbas. & ibi in Glossa.
21 Quod tamen fallit, & primò, quando † esset ma
teria quæ esset proportionabilis solum dignita-
22 ti, cum tunc † sola dignitas uideatur contempla
ta, vt uoluit in dicto cap. quoniam abbas. Imola
post D. Antonium per id quod habetur in c. di-
lecti.de foro competen.& ff. quando ex fact. tu-
tor. l. post mortem.
23 Secundò fallit, quando † ex coniecturis appa-
ret de mente ipsius committentis, quòd uoluit cõ
mittere tantum dignitati: argumento.§. Titia.l.fi
liæ.ff. de condit.& demonst.& l.omnia.§.j.ff.de
24 annuis lega. apparet † enim ex coniecturis in d.
§.Titia, quòd testator ibi voluit substitutum in-
cludi sub eius dispositione: cum apposuerit ibi
uerba futuri temporis, & ita ibi videtur fuisse de
25 mente Dyni. Similiter dici potest de dicta † l.an-
nua.§.j. uidelicet: quòd licet secundum commu-
nem intellectum ibi fuerit expressum nomen ap
pellatiuum uidelicet nomen loci, dignitatis, seu
officij, dum ibi dixit, sacerdoti & hierophylaci,
potest enim intelligi, quòd illud uerbum hiero-
phylaci, sit nomen loci, uel capellæ, & istę intel-
lectus est communis, secundum Imol.& D.Nic.
in eod.c.quoniã abbas. Tamen alius intellectus
potest dari, uidelicet, quòd illud nomen sit no-
men proprium, & tunc dicendum est quòd ideò
ibi comprehenditur successor: quia sic uidetur
fuisse de mente testantis, ut colligi potest ex uer-
bis futuri temporis ibi appositis.

26 Aut fuit facta† commissio alicui sub nomine di
gnitatis,& tunc regulariter non expirat eius mor
te,uel si ille transeat ad aliam dignitatem,sed trã
sit ad successorem in dignitate, prout patet in d.
c.quoniam Abbas.secundũ Innoc.& Io.And.ibi.
Quod licet regulariter sit uerum,tamen fallit, &
27 primò, quando† committeretur sub nomine di-
gnitatis quæ habetur non iure proprio, sed alie-
no.puta si committatur uicario episcopi,eũ tunc
eius morte expiret, nec transeat in successorem,
ut tenuit Bart. in d.l.more.& in l.& qui.ff. de iu-
risd.omn.iud. Nec huic conclusioni obstat quod
habetur in l.quod principi. & in l. si Augustæ.ff.
28 de leg.ij.ubi patet, quòd illud† quod fit sub no-
mine dignitatis non uidetur transire in successo-
rem; quia ibi fuit factum sub nomine dignita-
tis, quæ non competit ex iure proprio, sed ex iu
re alieno, secus in d.cap. quoniam abbas.vbi di-
gnitas habebatur ex iure proprio. nõ mirum er-
go si delegetur causa uicario episcopi, etiam non
expresso proprio nomine, quòd non transeat ra-
29 lis commissio in successorem, cum† uicarius epi-
scopi non habeat dignitatem ex iure proprio,sed
ex iure ipsius episcopi. Et illud etiam tennit in
Clemen.ij. de rescrip. Symon de Bersiano, quem
ibi sequitur Do.Antonius.& idem D. Antonius
in dicto cap.quoniam abbas. quidquid uoluerit
Glosi.in d.Clemen.quam D. Florianus in eod.c.
quoniam abbas. uidetur sequi, dicens quòd licet
30 † uicarius habeat ipsam iurisdictionem seu digni
tatem ex iure alieno, tamen quia corruscat in di
gnitate illa non simpliciter passiuè, sed etiam
actiuè exercet iurisdictionem ipsius episcopi trã
31 sibit in successorem. Secus in dignitate† quæ cor
ruscat solum passiuè ex iure alieno,ut est in mu-
lieris dignitate ex persona uiri, cum ipsa nihil
agat, sed tantum honoretur ex persona uiri,& ita
32 procedat.† dicta l. Augustæ.& l.mulieres.C. de
dignitat.lib.xij. secundum ipsum D. Florianum.
Cuius dictum licet uideatur satis bonum pro de-
fensione Glos.dictæ Clementinæ.ij.tamen Legi-
stæ communiter tenent cum opinione Bartoli.
33 pro qua facit: quia† mortuo uicario extinguitur
ipsa dignitas, cum talis dignitas non sit perpetua.
Sicut & mortuo legato uel reuocato extinguitur
legatio, pro ut notatur de offi. legati.in cap.no-
34 uit. Vnde† si causa foret commissa legato Peru-
sino,& ipse moriatur,uel reuocetur p ipsam ex-
tinguetur talis delegatio, adeò quòd successor nõ
poterit de ea cognoscere, secundum Do. Anton.
Imolam,& D.Nicolaum in d. cap. quoniam ab-
bas. & hęc sit secunda limitatio addictam regu-
35 lam. Quod uerum est, † nisi ipse uicarius, uel le-
gatus incœpisset cognoscere, prout notatur in
Specu.in titu.de delegato.§.sequitur.versi.sed po
ne.quod & tenet Imol.in eo.c.quoniam abbas.
36 Tertiò fallit, si causa † committatur canoni-
co ecclesiæ non numeratæ, & ipse decedat, &
alius surrogetur: nam non transibit hæc com-
missio ad ipsum successorem, cum non sit dare
propriè successorem, c. dilecto. de præben. quod
& tenet D.Antonius in d.cap. quoniam abbas,
qui tamen dicit, quòd si ecclesia esset numerata,
hoc non decidit. Sed certè, & tunc idem dicen-
dum est, cum & tunc non habeat successorem,
ut uoluit Glos. notabilis,& Innocen. de electio.
cap.quod sicut. quod & uidetur probari secun-
dum Imolam ubi supra in cap. relatum.el ij. de
testamen. Quod & tenendum uidetur per præ-
dicta, quidquid dicat Do. Nicol.in d.cap. quo-
niam abbas. circa quæ uide notata in c.statutum.
circa princi.de rescrip.lib.vi.
37 Quartò fallit, quando† commissio fuisset fa-
cta in materia proportionabili solum personæ,
cum tunc intelligatur contemplata persona, &
non dignitas, per notata de immunit. eccles. in
in c.aduersus.& hoc noluit Imol. in eod.c. quo-
niam abbas.post D. Antonium.
38 Aut ipsa commissio† fuit facta sub nomine
dignitatis seu appellatiuo, & etiam sub nomi-
ne proprio, ita quòd utrumque nomen fuit ex-
pressum, & in hoc fuerunt opiniones, de qui-
bus per Cynum & per Bart. in dicta l. more. &
in dicta l. & quia.ff. de iurisdict.omnium iudic.
& per Do. Antonium, Imolam & D. Nicolaum
in eod.cap.quoniam abbas.de offic. deleg. Circa
quæ dicendum est, prout ex eorum dictis recol-
ligi potest, & ea ad concordiã reducendo. Quòd
aut ipsa dispositio secundum alterum esset inuti-
lis, & tunc in dubio uidetur illud nomen con-
templatũ, secũdum quòd dispositio tenet, prout
uoluit D.Nicol.ubi supra per c.abbate. de uerb.
signi.quod & uoluit Bart. in l. si communis ser-
uus.ff.de stipulat.seruorum.
39 Aut dispositio† secundum utrumque potest esse
utilis,& tunc, aut materia super qua fit commis-
sio est solum proportionabilis personæ, & intel-
ligetur cõtemplata persona, unde erit personalis,
nec transibit ad successorẽ, per id quod habetur
in c.aduersus.de immuni.eccles.& in c.j. de offi.
40 vicar.lib. vi. Quod procedit †etiam si solùm no-
men dignitatis sit expressum, secundũ Do.Anto.
41 ubi supra, qui dicit† idem esse si materia propter
quam uerisimiliter sit ponderata industria perso
næ committatur, ut si cõmittatur causa fidei cui-
dam magno theologo & canonistæ. Ad hoc quod
habetur in c.fina.de offic.deleg. Idem secundum
42 eũ, † si sit tale negotiũ in quo nõ cõsueuit haberi
respectus ad dignitatẽ, sed ad psonã, put in simili
dicitur in executione testamẽti cõmissa, uel in cõ
promisso. Talia enim cõsueuerũt fieri ratione ami
citiæ personæ, & non ratione dignitatis. Ad hoc
quod notat Innoc.in d.c.fi.& quod not.per Glo,
in c.fi.de testam.lib.vi. & per Bart. in l. qui liber-
ris.§.hæc uerba.ff.de uulg.& pupil.
43 Aut, ipsa materia† est proportionabilis solũ di-
gnitati,& ipsa dignitas uidetur contẽplata, unde
trãsibit ad successorẽ, qđ procedit etiã si sub no-
mine proprio sit facta, secundum D.Florianũ D.
Antonium,& Imolam in d.c.quoniam abbas.

Aut

44 Aut ipsa † materia est indifferés,& pariter po-
test respicere dignitatem vel personam, & tunc,
aut disponens nõ habet personá notam,& intellı-
get dignitas cõtéplata.l.qui habebat.ff.de reb.du.
Aut habebat personam notam, & tunc secun-
dum D.Antonium & D.Florianũ vbi supra, in-
spici debet quod præcedit, vt illud quod præce-
dit videatur principaliter contemplatum,& aliud
causa demonstrationis adiunctum.per d. l.si com
munis seruus.vbi Bar.hoc voluit.ff.de stipul. ser-
uo.Quod & voluit etiam in d.l. & quia. Quod &
videtur velle Bald.in vsib.feud.in titu. de his qui
feud.dare poss.circa fin. principij, & D. Floria-
nus,& D.Antonius vbi supra. Ad hoc quod nota-
tur per Glos.in l.cum ita.§.j.ff.de condi.& demõ.
Sed animaduerte: quia d.c.quoniam abbas. vide-
tur facere in contrarium,videlicet quòd si nomen
proprium etiam expressum sit, & non nomen di-
gnitatis tantum, quòd tunc intelligatur contem-
plata persona,& hoc videtur voluisse in d.c.quo-
niam abbas. Abbas dicens quòd si vltra nomen
appellatiuum exprimatur aliquid conueniens no
mini proprio,puta si Papa dicat cõmittimus cau-
sam præposito Magonẽsi capellano nostro,quòd
tunc non videatur contemplata dignitas,sed per-
sona,vnde non transibit in successorem. Sed eius
dictum videtur procedere in terminis suis videli-
cet,quando nõ exprimitur nomen proprium, sed
alię circumstantię,inferentes ad nomen propriũ,
secundum D. Antonium vbi supra. Sed imò &
procedit eius dictum,quando exprimitur nomen
45 propriũ,cũ paria † sint exprimere propriũ nomẽ,
vel aliud quod eius vice habeatur.ff. si certum pe-
tatur. l. certum.
46 Nec obstat d.l. si communis seruus. quia † ibi
loquitur in actu acquisitionis fiendæ per seruum
domino,in quo non cõsideratur verisimiliter in-
dustria respectu personæ dominorum,quibus de-
bet acquiri,sed nos loquimur quando committi-
tur causa: quo casu consueuit considerari indu-
stria. Vnde si vltra nomen dignitatis exprimatur
nomen proprium, non videtur dignitas contem-
plata,& hoc videtur fuisse de mente d.c.quoniam
abbas.& ipsius Abbatis, quem ibi sequitur Ioan.
And. Ad hoc quod notatur in regula priuilegiũ.
lib.vj.& in Specul.de instrum.edit.in §. nunc au-
tem. versic. quid si Papa. & hoc tenuit Petrus &
Bar.in d.l.more.cum quibus residet Imola vbi su
pra,licet D.Nicolaus ibidem videatur velle con-
trarium,quòd in dubio videatur potius contem-
plata dignitas, cum eius respectu sit capax illius
delegationis.vt in c. statutum. circa principium.
de rescrip.lib.vj. Ad hoc l. j. §. communis seruus.
ff.de stipul.seruo.& quod ibi notatur,& quod no
tatur per Ioannem And.in regula,ratione. in vj.
secundum D.Nicolaum vbi supra. Sed licet sit ca
pax propter dignitatem vt supra, non tamen est
necesse q ipsi dignitati cõmittatur.cum & perso-
næ possit committi,& erit capax, prout not. in d.
c.statutum.& ipsi personæ videatur commissa,cũ
consueuerit industria cõsiderari,vt supra, & ideò
non videtur à prædicta opinione Abbatis, & se-
quacium recedendum, nisi aliter appareat de in-
tentione ipsius committentis, vt supra est dictũ.
Tertiò verò & vltimo casu,quando committi-
47 tur executio,dicendum est quòd aut † committi-
tur mixta executio, & dicendum erit prout dictũ
fuit quando committitur iurisdictio delegata, cũ
& ipsa committatur secundum Inno.& Ioannem
And.in d.c.quoniam abbas.de offic.deleg.
48 Aut committitur mera † executio, secundum
ministerium,& tunc non extinguetur mandatum
morte mandantis: vt d.§.& hoc verò iubemus. se-
49 cundum vnum intellectum. Quod verum † est:
quando mandatur illud ad quod mandans erat
obligatus, vel quando excitatur iurisdictio ipsius
commissarii,ut supra dictum fuit. similiter & non
expirat morte mandatarii,prout uoluit Innocen.
in c.fi.de offi.deleg.& Ioann.And.& Imola in d.
c.quoniam abbas. per d. §. & hoc uerò iubemus.
quod uerum est,secundum quòd intelligit & de-
clarat Bar.in d.l.& quia.quam legit cum l. more.
De quo dic ut in proxima sequenti conclusione
ubi de hoc plenius.

CONCLVSIONIS & Regulæ XXXVIII.

ARGVMENTVM.

An ille cui committitur nudum ministerium habeat coercendi & excommunicandi potestatem in impedientes.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Nudum habens ministerium coercendi & excommunicandi, potestatem habere censetur, & hoc uerum extra curiam. nu. 8.*

2 *Intellectus ad c. ex literis. de offic. & pot. iud. delega. & nume. 4. 8.*

3 *Intellectus ad c. præterea. de offic. & pote. iud. deleg.*

5 *Commißo nudo ministerio in curia, uel ubi princeps est præsens, non censetur commissa coercendi & excommunicandi potestas, sed referendi si impediatur. Quod limitatur non procedere, quando foret in commißione apposita clausula, contradictores &c. nu. 6. Vel princeps commisisset uices suas. nume. 7.*

9 *Nudi ministerij quæ esse censeantur simpliciter, & quæ per accidens. & nu. 10.*

11 *Papa cùm mandat alicui ut aliquem excommunicet, talis executor non debet inquirere de iustitia uel iniustitia præcepti Papæ, cum censeatur nudus executor. Idem si mandat aliquem absolui. nu. 12.*

13 *Dispensatio licet requirat summariam causæ cognitionem, non tamen iudicialem, unde nõ uocandi illi quorum interest.*

14 *Pœnitentia cum imponitur cautè procedendũ est, non tamen propterea iudicialis indago requiritur.*

15 Papa

15 *Papa cùm mandat quem prouideri de beneficio, uidetur nudum committi ministerium, sed uerius contrarium cum requiratur causæ cognitio.*

16 *Commissa aliqua parte iudicij, puta citatio, receptio testium, auditio allegationum, an uideatur nudum ministerium uel iurisdictio commissa?*

17 *Quis quod potest per se, an per alium possit? Et in his quæ competunt iure proprio, seu priuilegio perpetuo dicendum est quòd sic. nume. 18. Idem si iure alterius priuati. nu. 19.*

18 *Cap. causam. de electio. & c. fin. de offi. ordin. & c. si episcopus. eo. tit. lib. vi. quomodo procedant.*

20 *Quod quis potest per se & iure alterius priuati, non potest per alium, dato indeterminato mandato, cùm tunc uideatur electa industria personæ. Secus in parua quantitate. nu. 21.*

22 *Quod quis potest per se iure alterius priuati, si opus erat faciendum, & sic electa industria personæ nõ potest per alium, nisi qualitas personæ cui committitur aliud suadeat. nu. 23.*

24 *Quod quis potest per se, per alium facere non potest: quando ex commissione uel aliunde apparet fore electam industriam personæ.*

25 *Commisso actu iurisdictionali, uel habente iurisdictionem admixtam, poterit commissarius alteri uices suas committere, nisi aliud in iure reperiatur expressum. nume. 26. Vel nisi expressè appareat ex uerbis commissionis esse electam personæ industriam. nume. 27.*

28 *Commisso actu nudi ministerij, commissarius non potest alteri uices suas committere in iurisdictionalibus. Quod tamen fallit in legato. nume. 29. Item quando talis commissarius committeret aliquid circunferens ad ipsum actum. nu. 30.*

31 *Commissarius nudi ministerij non citat per nuntium uel cursorem.*

32 *Commissarius nudi ministerij rectè alteri committit uices suas de partium assensu, etiam tacito. Non autem si respiciat publicam utilitatem. nu. 33.*

34 *commissarius nudi ministerij auctoritatẽ non sapientis rectè committit uices suas.*

35 *Notarius an, & quando, & quomodo possit alteri committere uices suas, ut ex suis rogitibus scribat instrumentum. nu. 37. & 38.*

36 *Intellectus ad c. cum P. & G. de fide instrum.*

37 *Intellectus ad c. finale. de fide instrum.*

39 *Commisso actu nudi ministerij & cum eo actu iurisdictionali commissarius potest alteri committere uices suas, scilicet in illo actu iurisdictionali.*

40 *Commissarius actus de quo dubitatur an sit iurisdictionalis uel nudi ministerij, an alteri uices suas possit committere? remissiuè.*



AEPE in dubium reuocatur, an ille cui committitur nudum ministerium habeat coercendi & excommunicandi potestatẽ in impedientes, unde uidere oportet, quæ censeantur esse nudi ministerij. Dubitari etiã solet, an etiã ille cui committitur nudum ministeriũ possit alteri cõmittere uices suas? in qua quæstione subintrat uidere, an in his habeat locum regula illa.

Quod possum per me, possum & per alium.

Circa primũ Glos. in c. quoniam. uersiculo cę-
1 terum. de offi. delegat. uidetur tenere † quòd habeat potestatem coercendi & excommunicandi,
Hostiens. ibi, quem sequitur D. Florianus, & D.
Nicolaus, reprobat Glos. dicens non obstare c. ex
2 literis. eo. tit. de offi. deleg. nam † ibi subdelegatæ
fuerant uices suæ quo ad executionis actum, ideò
transiuit iurisdictio, secus uerò fuisset, si nudum
3 ministerium foret cõmissum. Nec etiam † c. præ-
tereà. eodẽ titulo. obstare uidetur, quia ibi loqui-
4 tur de iudice. Sed tu animaduerte, quoniam † intellectus ad dictum c. ex literis. est multum diui-
natiuus, & multum restringit ipsum c. & ideò me-
lior uidetur opinio Vincentij ibi, qui in effectu
reducendo opiniones ad concordiam dicit, quòd
5 aut † commissio certi ministerij fit in curia, seu
ubi Papa est præsens, & tunc ille cui committitur
non habebit potestatem coercendi, sed habebit
potestatem referendi, si impediatur, & ita de facto seruari in curia secũdum eundem Vincentiũ.
Quod uerum est regulariter. Sed hoc limitandũ
6 esse, † nisi in cõmissione sit apposita clausula, cõ-
tradictores, uel similis. de quo in c. i. de off. deleg.
7 Vel nisi † circa ministerium cõmisisset uices suas,
ut per Hostien. ubi supra, & ibi per Imolam.
8 Aut comisio fit extra curiam, † & tunc talis
habebit potestatẽ coercendi, & ita procedat opinio Glo. pro qua uidetur casus non cauillando in
dicto c. ex litteris. & ad hoc etiam facit ratio dicti
c. prætereà. Facit etiam ad hoc quod habetur in c.
uolentes. de offi. leg. & in l. finali. ff. de offic. procons. & in c. Romana. ad finem de offic. ordinar.
lib. vi. secundum Ioannem And. D. Antonium &
Imolã in dicto uersiculo cętèrum. qui in hac opinione Vincentij uidentur residere: quæ uerior mihi uidetur. Circa uerò ea, quę esse censeantur
9 † nudi ministerij? Doctores in dicto uersiculo cę-
terum. secundum D. Antonium ibi, dicunt quòd
eorum quæ ibi enumerantur aliqua sunt quæ sui
natura sunt nudi ministerij, ut prædicare, & pœ-
10 nitentias iniungere. Aliqua † sunt quæ sui natura
sunt mixta, sed per accidẽs quandoque sunt nudi
ministerij: ut quia mandatur præcisè fieri sine causæ cognitione, ut excommunicare, absoluere, uel
dispensare. Florianus autem ibidem huiusmodi
distinctiones necessarias non esse ostendit, & di-
11 uinatiuas esse ad illum textum. Nam † si Papa mãdat alicui ut excommunicet aliquem, iste præsumere debet quòd non sine causa hoc committat,
unde non debet inquirere de iustitia uel iniustitia præcepti papæ c. pastoralis. eodem titulo. de
offic. deleg. §. quia uerò. propter quod uidetur quod
sit merus executor seu eidẽ nudum ministerium
commissum. Quod et uidetur similiter dicendũ,
12 quando † mandat alicui quòd aliquem absoluat:
quia non habet aliud inquirere, sed solum ad implere

plere mandatum,ad hoc §. quia uerò iubemus. in
auct.ut nulli iudi.collatione ix.

13 In dispensatione uerò † licet requiratur sum-
maria causæ cognitio. j. quæstio. vij. §. exigit.
& cap. dispensationes. cum similibus, non ta-
men requiritur iudicialis cognitio, unde non est
necesse uocare illos quorum interest,ut uoluit no
tabiliter Innocē.in c.nisi.§. . . . de renuntia. pro-
pter quod etiam tunc censetur commissum nudū
ministerium,secundum D.Florianum.

14 Quod & similiter locum habet † in iniungen-
dis pœnitentiis, in quibus quis cautè procedere
debet; ut in cap. omnis. de pœniten. & remis.
Nam quia talis cautela iudicialiter non expedi-
tur, sed per modum furi pœnitentialis, cense-
tur nudum ministerium, secundum Florianum,
quem ibidem uidetur sequi Imola.

Sunt duo alia de quibus dubitatur,an sint nudi
15 ministerii,uidelicet primum.Si mandetur†pro-
uideri de beneficio,super quo Inno.in eod.uersi-
culo cæterum. dicit quòd est nudum ministe-
rium, seu nudus articulus,quod non placet Ho-
stiensi ibidem: quia in eo requiritur causæ co-
gnitio, per notata in cap.cum adeò. de rescript.
& in cap. accepimus. de ætate & qualita.de quo
in cap. is cui. eodem titulo. libro sexto. & in
Clementina unica. eodem titulo. & de præsum-
ptio. cap. finali.

16 Aliud est, si committatur † alicui aliqua pars
iudicij, vt citatio,receptio testium, vel auditio
allegationum, de quibus per eundem Innocent.
dicentem, quòd hæc non sunt nudi ministerij,
cum censeatur etiam tunc iurisdictio commissa.
Sed Hostien. ibi tenet contrarium: quia iste non
potest se intromittere de aliis nisi aliud recepisset
in mandatis, quem ibi videtur sequi Ioannes
And. circa quę vide notata in cap.super quæstio-
num. eodem titulo. §. j. & §. verum.& per Glo.
notabilem in d.Clemen.vnica.

17 Circa secundum, videlicet, An † quod quis
potest per se, possit & per alium, dicendum est
prout recolligi potest ex doctrina Doctorum &
præcipuè D. Floriani in eodem versiculo cæterū.
18 Quòd si aliquid † competat alicui iure proprio,
& sic iure ordinario, seu ex priuilegio perpetuo,
& tunc quod potest per se, potest & per alium,
vnde tunc habet locum dicta regula,quod possum
per me &c. & ita procedat cap. causam.de electi.
& cap. finale. de offic. ordina. & cap. si episco-
pus. eodem titulo. libro vj. Et hoc nisi aliud
reperiatur expressè prohibitum,prout plenius no
tatur in dicta regula,potest quis.

19 Si verò illud † competat alicui iure alicuius seu
ex commissione per alium facta, & tunc si illud
habeat à persona priuata, & quod potest ille per
se facere,poterit facere & per alium,ita quòd tū
habebit locum illa regula prout dicit in eodem
versiculo cæterum,D.Florianus. Ad hoc cap. j.
de procurato. libro vj. & ff. mandat. l. si procu-
ratorem. §. j. & cap. penultimo. de electione.
eodem libro sexto.

Quod & licet regulariter sit verum, tamen fal-
20 lit,& primò, † quando daretur mandatum inde-
terminatum circa certum negotium,puta de emē
do certam domum pro illo pretio de quo sibi vi-
debitur. Nam cum tunc videatur electa indu-
stria personæ,non poterit alteri cōmittere,prout
voluit Bar.in l.finali.ff.de diuers. & tempo. præ-
21 scrip. Et hoc † nisi detur mandatum indetermi-
natum in parua quantitate, puta ad emendum li-
gna, cum tunc non videatur electa industria per-
sonę,vnde poterit alteri committere,prout voluit
Inno.& D.Florianus in eod. versi. cæterum.

22 Secundò fallit, quando † eidem mandatur vt
aliquid faciat,& ex tali facto resultat certū opus,
quod non dum erat in rerum natura, puta vt scri-
bat librum,vel domum ædificet, cum tunc simili-
ter videatur electa industria personæ, vnde non
poterit alteri committere. ff. de lega. iij. l. fidei-
commissa.§.finali.& ff.de solut.l.inter artifices.&
23 hoc † nisi ex qualitate personæ cui committitur
aliud præsumatur, vt si mandet imperito vt do-
mum faciet:argumento.ff.de verbo. obli. l. con-
tinuus.secundum eundem D.Florianum.

24 Tertiò fallit,quādo † ex verbis cōmissionis,vel
aliunde appareret quòd electa sit industria perso-
næ, cùm tunc non possit committere vices suas
alteri, vt patet in dicto cap. finali. versiculo is
autem. de offic. delegat. & hoc vt notatur per
Bald. in l. vnica. §. ne autem. C.de cadu.tol.

25 Aut talis † persona, cui hoc competit ex iure
alieno, habet potestatem à persona publica, pro-
ut dicit vbi supra D. Florianus, & tunc con-
siderandi sunt quatuor casus.

Quorum primus est, quando cōmittitur actus
iurisdictionalis,seu habens iurisdictionem admi-
stam,& tunc potest talis commissarius alteri com
mittere vices suas, ut patet in principio dicti cap.
26 finalis.de offi.deleg.Quod uerum est,† nisi aliud
27 reperiatur in iure expressum. Vel nisi † appareat
electa industria personę ex uerbis expressis in cō
missione, prout patet in dicto uersicu. is autem.
Vel ex qualitate negotij, ut notatur ibidem, & in
c.is cui. eodem titu.lib.vj.

28 Secundus casus est, quādo † committitur actus
nudi ministerij, & tunc non poterit committere
uices suas alteri, ut est casus in dicto cap. finali.
de offic. delega. Quod licet regulariter sit ue-
rum, tamen fallit,&

29 Primò, quando † esset legatus Apostolicæ se-
dis,ut est expressum in d.c.fin.

30 Secundò fallit, quando † ille commissarius
committeret aliquid circumferens ad ipsum
actum, ut est, si ille cui committitur citatio,
committat alteri quod legat, cum hoc commit-
tere possit, prout uoluit in dicto uersiculo cæte-
rum.Innocē.per notata in c.ex literis. eodem ti-
31 tulo.de offi.deleg. Sed licet † possit hoc commit
tere, non tamen poterit cōmittere ipsum actum,
unde non poterit committere alteri quòd ci-

tet,

tet, & ſic non poterit citare per nuntium uel
curſorem, eſto quòd Innocent. ibi aliud uo-
luerit, & non bene: cum hoc ſit contra illum
textum, tenendo quòd tunc uideatur com-
miſſum nudum miniſterium, prout ibidẽ tenuit
Hoſtienſ. Ad hoc quod notatur in c.cum parati.
de appella.ſecundum Imolam qui ibidem hoc ui
detur tenere.ut plenius ibi per eum.
32 Tertiò fallit, quando † ille cui eſt commiſſus
actus nudi miniſterij alteri committeret de aſſen
ſu partium etiã tacito,cum tunc poſsit, ut uoluit
Innocẽ.in cap.cum cauſam. de teſtib. el ij. prout
& in d.uerſi.cæterum tangit D.Antonius. quod
33 uerum eſt † niſi reſpiciat publicam utilitatem,ut
patet ex notatis in d.uerſicu.is autem.in dicto c.
fina.de offic.delegat.
34 Quartò fallit, quando † committeretur actus
nudi miniſterij auctoritatem non ſapiens, prout
uoluit D.Florianus ubi ſupra.ex hoc dicẽs,quòd
35 licet † tabellio committere non poſsit alteri ꝙ
ſcribat inſtrumentum ex ſuis rogitibus, & illum
auctenticet, per notata de fide.inſtrum.in c. cum
P. & G. & c. fina.tamen poterit committere alte-
ri ut ſcribat inſtrumentũ ex ſuis rogitibus,ſi ipſe
committens poſteà inſpecta prius ipſa ſcriptura,
& uiſo quod concordet ſubſcribat, & auctenticũ
illud faciendo mentionem faciat quomodo per
aliũ ſcribi fecit aliis occupatus,probat enim tunc
tale inſtrumẽtum,ſecundum ipſum D.Florianũ,
36 qui dicit ita debere intelligi † dictum c.cum P.&
37 G.& dictum † c.finale.Sed hoc non uidetur pro-
cedere cum uideatur eſſe contra textum cũ Glo.
in auctẽn. de tabellionib.§.nos autem. ubi patet
quòd notarius ſcribere debet inſtrumentum ꝑ ſe,
38 aliàs non probat. Et hoc uerum niſi † conſuetu-
do uel ſtatutum aliud habeat,ſecundum Imolam
in dicto uerſi.cęterum.circa quod uide notata in
d.c.cum P.& G.& in d.c.finali,& in c.inter dile-
ctos.eod.tit.ubi plenius de hoc.
39 Tertius caſus eſt, quando † committitur actus
nudi miniſterij,& cum eo committitur etiã actus
iuriſdictionalis,ut eſt quando committitur nudũ
miniſterium cum clauſula,contradictores etc. cũ
tunc ut uidentur uelle in dicto uerſic.Hoſtien.&
D.Florianus poterit cõmittere uices ſuas. Quod
uerum eſſet,quando uellet committere uices ſuas
in illo actu iuriſdictionali,puta ſi uellet cõmitte-
re poteſtatem coercendi,aliàs uerò ſi uellet com-
mittere ipſum nudum miniſterium & non poſ-
ſet, prout ibidem tenuit Innocen. & ipſe Ioan-
nes And.per illum textum, quos ibidem uidetur
ſequi Imola.
40 Quartus caſus eſt,quando † committitur ali-
quis actus de quo dubitatur an ſit iuriſdictiona-
lis,uel nudi miniſterij,& tunc recurrẽdum eſt ad
notata in cap.paſtoralis.§.quia uerò. de offi.de-
legat. ubi Florianus & Imola: & aliàs dicetur in
concluſione de mero & mixto executore.

CONCLVSIONIS XXXIX.

ARGVMENTVM.

Reſcriptorum dato concurſu,quod ſit præferendum.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Reſcriptorum pluralitas unde cauſetur.*
2 *Reſcriptum ſubſequens ſpeciale derogat præcedenti generali, niſi ante impetrationẽ ſecundi fuiſſet facta ſpecificatio primi generalis nu.3.*
4 *Reſcriptum ſpeciale præcedens etiam derogat ſecundo generali.*
5 *Species derogat generi.*
6 *Reſcriptum generale primò præſentatum & ſpecificatum, citatione ſecuta præfertur alteri generali.*
7 *Reſcriptum ſpeciale de cõſenſu partium impetratum, præfertur alteri ſpeciali de communi conſenſu non impetratum niſi mentionem faciat de alio communi conſenſu impetrato.nu.8.*
9 *Reſcriptum ſpeciale de communi conſenſu impetratũ præfertur ſecundo etiam ſpeciali:ſi in uim eius proceſſum fuit,& de proceſſu in ſecundo non fuerit facta mentio.*
10 *Reſcriptum ſecundum ſpeciale de communi conſenſu impetratum præfertur primo etiam ſpeciali,& de communi conſenſu impetrato.*
11 *Reſcriptum ſecundum præfertur primo: ſi de eo faciat mentionem.*
12 *Reſcriptum ſecundum in quo de primo non ſit mentio olim nõ ualebat,ſed primum cum ſtaretur data,& non præſentationi. Niſi impetrans utatur primo, dolo uel negligentia.nu.13.Hodie uerò an ſit ſtandum præſentationi, ſiue illæ ſint primæ uel ſecundæ.nume.14.*
15 *Correctio iurium uitanda.*
16 *Reſcriptorum dato concurſu,ſi primus impetrans nõ fuit negligens in præſentando, & ualent ſecundæ literæ primò præſentata ſecuta citatione. & communiter tenetur.✠ nu.19.*
Intellectus ad c.ut debitus.de appell.nu.6.
17 *Reſcripta ſi concurrant, & primus impetrans non fuit negligens ſed impeditur,ſi proteſtatus fuit,infra annum prævalet primum,& communiter tenetur. ✠ nume.19.*
18 *Intellectus ad l.ſi autem.de reſcrip.*
19 *Intellectus ad c plerunque.de reſrip.nu. 28.& 32.*
20 *Impeditus præſentare reſcriptum primo obtentum, an neceſſe habeat proteſtari de impedimento, pro & contra demum concordia.*
21 *Reſcriptorum data pluralitate,primò impetrans ſi impeditus fuit infra annum præueniri non poteſt per habentem ſecundum poſt annum ſecus,niſi publicè proteſtatus fuerit.nu.22.*
23 *Impetrans primas literas ſi uerſatur in dolo uel negligentia non utendo etiam infra annum de quo cõſtet,præueniri poterit per ſecundũ etiã infra annũ. Quid autem ſi non conſtet uide.nu. 25.26.& 27.*

Impetrans

24 *Impetrans primò rescriptum & primò eo utatur solum ut supplantet aduersarium & supersedeat, sibi non proderit.*

25 *Rescriptorum data pluralitate non constito de dolo uel negligentia primi impetrantis, etiam infra annum, locus est præuentioni. Nisi primus probet de impedimento. nu. 26.*

27 *Anni lapsus facit præsumi primũ impetrãtẽ in negligentia, ideò præualent secundæ literæ. & in præsentatione si detur concursus etiam data negligentia utriusque secũdæ præualent nu. 29. quod communiter tenetur.* ✻

31 *Rescriptum secundum post annum etiam secundo præsentatum præualet primo, & id quare. Quod uerum est, si secundo impetrans non fuit in dolo, aliàs secus. nu. 32. etiam si primus fuisset non solum negligens, uerum & in dolo in non utendo, cùm data primi non fuerit uitiosa, sed data secundi. nu. 34. Quod & communiter tenetur. nu. 35.* ✻

33 *Dolus præponderat culpæ.*

36 *Rescriptis diuersis communi consensu impetratis, utriusque partis negligentia infra annum non præsentatis, si altera pars alterum impetret non facta mentione de communi consensu impetratis illud non ualet.*

37 *Ecclesia non utens rescripto infra annum, non habet in integrum restitutionem, & quare.*



ROTERVIA litigantium,
facilitas superiorum causant in
una eademq; instantia plurali-
1 tatem † rescriptorum, & quã-
doque inter se pugnãtium, un-
de de his uidendum. Ista mate
ria plenè notatur per Glos. in c. j. extra de rescri-
ptis. in Glos. magna, ubi Innocent. Imola & cæte-
ri. Circa quod dicendum est quòd sunt conside-
randi quatuor casus, quorum primus est. Quan-
do rescriptum primum est generale, & secundũ
est speciale. Secundus quando è conuersò, primũ
est speciale, secũdum uerò generale. Tertius quã-
do utrunque est generale. Quartus quando utrũ-
que est speciale.
2 Primo casu, uidelicet, quãdo primum † est ge-
nerale, & secundum est speciale tunc speciale de-
rogat ipsi generali, ut dicto c. i. & c. pastoralis. eo.
3 titu. Et hoc uerum † nisi ante impetrationem se-
cundi fuisset facta specificatio primi generalis, ut
uult dicta Glos. Ad hoc c. pastoralis. eod. titu. de
rescrip. & c. ex tua. de filiis præsby.
4 Secundò uerò casu, quando † primum est spe-
ciale & secundum generale idem est, ut speciale
5 deroget generali, cum species † deroget generi,
siue præcedat siue sequatur: ut dicta Glos. ad hoc
regula uulgaris. generi per speciem.
6 Tertiò uerò casu, quando utrumque † est gene
rale, quod membrum dicta Glos. omisit. dicen-
dum est quòd ualet primo præsentatum & specifi
catum citatione sequuta, c. ut debitus. de appella.
secundum Ioannem And. in dicto c. i. imò & sine
citatione: ut sentit D. Nicolaus ibi: argumento
dicti c. pastoralis. in fine.
7 Quartò uerò casu, quando utrumque † est spe
ciale, dicendum est, quòd aut primum fuit impe-
tratum de consensu partium, & secundum non, &
tunc secundum non ualet etiam si faciat mentio-
8 nem de primo, nisi † & faciat mentionem etiam
de illo communi consensu, c. cęterum. de rescrip.
& hoc uoluit dicta Glos. in dicto c. i. in uerbo. si
9 autem primum. Iterum † nisi faciat mentionem
etiam de processu, si per primum processum fuit.
c. inter monasterium. de re iudi. secundum Imol.
10 in dicto c. i. Vel nisi † secundum similiter de con-
sensu partium fuerit impetratum; ut sentit dicta
Glos. & ut plenius notatur in c. cęterum. eodem
titulo. de rescrip.
Si uerò primum non fuit impetratum commu
11 ni consensu partium, & tunc aut in secundo † fit
mentio de primo, & ualet secundum, & non pri-
12 mum; ut dicto c. cęterum. Aut nõ fit † mentio de
primo, & tunc olim ualebat primum & non se-
cundum, cùm staretur datę, & non pręsentationi,
13 & hoc † nisi impetrans non utatur primo, dolo,
uel negligentia. c. si autem. & c. plerumque. eod.
14 titulo. de rescrip. Sed hodie † secundum dictam
Glos. in dicto c. i. dicta iura uidentur correcta
per dictum c. ut debitus. ubi textus uidetur uelle.
quòd standum sit pręsentationi, ut illæ literę ua-
leant, siue sint primę siue secundę, quę primo fue
rint pręsentatę & earum uigore facta sit citatio,
Sed certè in hoc Glos. prędicta non bene sentit,
15 correctio † enim iurium uitanda est. c. cum expe
diat. de elect. libro vi. Ideò Glos. prędicta transit
ad distinctionem, uidelicet.
16 Aut, primus † impetrans fuit negligens in pre-
sentando, & ualent secundæ literæ primò præsen-
tatę secuta citatione & ita loquatũ d. c. ut debitus.
17 Aut, non fuit † negligens, sed non potuit ha-
bere copiam iudicis impetrati, & tunc debet expe
ctari primus usque ad annum, & nõ amplius, dũ-
modo fuerit protestatus de impedimento, & hoc
18 casu, procedere poterit hodie † dictum capitu.
19 si autem. & † dictum c. plerumque, & cum isto
intellectu, & distinctione Glo. transeunt commu
✻ niter ✻ Doctores, secundum Imolã ibi. Aegidius
20 uerò in d. c. si autem. sentit protestationem † non
necessariam, Glos. uerò in d. c. i. quam ibi sequi-
tur Imola uidetur tenere contrariũ, scilicet prote
stationẽ requiri. Ad hoc Glo. in d. c. plerũque. &
in c. cupientes. §. quod si per uiginti. de elec. lib.
vi. & quod not. per Bar. ff. de re mili. l. qui com-
meatus. Pro concordia dici posset dictam Aegidii
opinio. procedere, qñ infra terminũ infra quem
actus fieri debebat quis uult se excusare ꝑꝑ impe
dimẽtũ, aliàs si post terminũ, & tũc requiratur ꝙ
in termino fuerit facta ꝓtestatio, ut satis uĩ ꝓbari
in c. si iustus. de appell. Vñ si infra annũ cõueniatũ
per scd̃m rescriptũ in quo non fuerit facta mẽtio
de primo, sufficit primo ĩpetrãti, ut eius rescriptũ
ꝓualeat, ꝓbare de impedimẽto, licet nõ ꝓbatũ de
prote-

protestatione secus si post annū per prædicta. Ad
hoc quod notatur in d.c.si iustus.& in c. ad audiē
tiam.de eler.non resid.& in l.de pupillo.§. si quis
ipsi.& ibi per Bar.ff.de noui.ope.nun.

Pro quorū pleniori declaratione respectu im-
pedimenti dato concursu primarum & secunda-
rum literarum,dicendum est,quòd aut impetrans
primas fuit impeditus in utendo,aut non fuit im-
21 peditus.primo † casu si fuit impeditus,& tūc aut
præuenitur infra annum,& præueniri non potest
per habentes secundas, unde præualent primæ,
prout uoluit Glo.in d.c.plerunque. & in d. c. j.
etiam si non fuerit protestatus ut supra.

22 Aut præuenitur † post annum, ita quòd impe
dimentum durauit per annum & ultra,& idem ut
non possit præueniri,si fuit publicè protestatus,
aliàs secus esset,prout ualueruut dictæ Glo.in c.
i.& in c. plerunque.& ita procedant dicta in d.c.
sin autem per Imolam.

Secundo uerò casu, quando non fuit impedi-
23 tus dicendum est, quòd aut † impetrans primas
literas fuit in dolo uel negligentia in utendo etiā
infra annum,& hoc constat,& tunc præueniri po
terit, adeò, quòd præualebunt secundæ, ut pro-
bat textus in d.c.sin autem.secundum Imolā ibi,
& in d.c.plerunque.qui ibi post Vincen.Compo-
24 stell.& Ioannem And.dicit,quòd si primo † im-
petrās utatur primo rescripto solum ut supplan-
tet aduersarium,& postea supersedeat,hoc sibi nō
proderit,per id quod notatur in l.fina. C.de præ-
scrip.xxx.annorum.

25 Aut non † constat de ipso dolo uel negligen-
tia,& tunc, aut non est elapsus annus,& infra ip-
sum annum est locus præuentioni. Vnde si impe-
trans secundo loco præsentet literas , suę literæ
26 præualebunt:ut d.c.ut debitus,& hoc † uerū nisi
per primum probetur de impedimento, secundū
Imolam eodem c.plerunque.Sed hoc fortè nō est
uerum.Imo uidetur dicendum quòd præualeant
ipsę literę infra annum quantumcunque posteà
præsententur,& hoc nisi secundo impetrans pro-
bet de dolo uel negligentia primi , cum in dubio
non præsomatur primus esse in dolo uel negligē-
tia infra annum,ut dictū est,unde incumbit ipsi
secundo impetranti onus probandi, prout ipse
Imola noluit in d.c.sin autem.

27 Aut annus est † elapsus, & tunc eum præsuma
tur per lapsum anni primo impetrans esse in ne-
gligentia,præualebunt secundæ literæ,ut innui-
28 tur in d.c.plerunque.Et ita † intelligat ille tex-
29 tus .Quod procedit,† quando ipse literæ secun-
dæ sunt primò præsentatæ,imò & si fuerint simul
seu eodem tempore præsentatæ præualebunt se-
cundæ post annum,etiam dato quòd uterq; fue-
rit negligens infra annum , prout uoluit in d.c.
plerunque.Goffred.Hostien.& Ioannes And. Et
30 ita † communiter tenetur.* esto quod aliud uo-
* luerit ibi Innocen. Imò & quod plus est : quia
31 † si secundæ sint secundo loco pręsentatę post
annum,nihilominus pręualebunt,cum post annū
secundę solæ habeant efficaciam , unde non pos-
sunt per primas pręueniri,ut patet in codē c.ple-
32 runq;.secundum Imolam ibi. Sed certè † hoc ibi
non probatur,nec est fortè uerum per dictum c.
ut debitus.& hoc quando ille qui impetrauit se-
cundas non fuit in dolo, aliàs si fuisset in dolo ta-
cendo scienter primas,& tunc præualebunt pri-
mæ etiam post annum, cum per replicationē do-
33 li repellantur secundæ literę,Dolus enim † præ-
ponderat culpæ,c.super literis.de rescript.secun-
dum Innoc.in d.c.plerunq;.Quod & locum ha-
34 bet † non solum si primus fuit negligens,& sic in
culpa,sed etiam si fuisset in dolo in non utendo,
cum data primarum non fuerit uitiosa, sed data
secundarum,secundum Hostien.& Ioannē And.
in proximo allegato.c. Ad hoc quod notatur in
35 dicto c.super literis.& ita † tenent communiter
*. Doctores * secundum D.Nicolaum ibi: qui hoc
36 idem uidetur tenere.Et hoc uerū quando † pri-
mæ literę non sunt communi consensu impetra-
tæ,aliàs si fuerint impetratæ de communi con-
sensu,& utraque pars neglexit uti per annum , si
post annum altera pars impetret literas non ua-
lebunt,nisi faciat mentionem de primis commu-
ni consensu impetratis, per c.cęterum.de rescr.ut
37 supra dictum fuit. Nec † aduersus lapsum anni
etiam ecclesia poterit petere restitutionē. in inte
grum, cum non pereat ex hoc ius ecclesiæ,prout
uidetur tenere in d.c.plerunque.Vincen.& Ioā-
nes And.Ad hoc quod notatur de restit.in integ.
c.quorum .ubi de hoc. Circa quod uide notata
ibi & in Speculo.in titu.de rescripti pręsentatio-
ne.§.ratione autem impetrantis.uersi.item exci-
pitur.cum uersiculis sequentibus.

CONCLVSIONIS
& Regulæ XL.

ARGVMENTVM.

Rescriptum si concurrat cum priuilegio
quod præferendum.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Priuilegium si concurrat cum rescripto,præfer-
tur rescriptū,etiam si in eo non fiat mentio de pri-
uilegio,dummodo priuilegium concessum sit secun
dum ius commune.nu.1.& 3.*

2 *Intellectus ad c.i.de rescrip.*

4 *Priuilegium primò impetratum etiam secundum ius
commune, uel in corpore iuris clausum , si habeat
clausulam specificam derogatoriam ad rescriptū,
præfertur rescripto postea impetrato,nisi in eodem
priuilegio fiat mentio.Vel in eo fuerit data forma
in rescriptis impetrandis.nu. 5.*

6 *Rescriptū ad lites habēs clausulā priuilegiatā,nō de-
rabit precedēti priuilegio,si de eo nō fuerit facta
mētio.Itē si rescriptū daret iurisdictionē,& priui-
legium,& exceptionem dilatoriam ad illud.nu.7.*

Priuilegium

8 *Priuilegium causans ius peremptorium, non impedit rescriptum quo ad processum.*
9 *Exceptio peremptoria non impedit processum, nisi sit exceptio litis finitæ.*
Cap. constituitus. de lit. contest. quomodo procedat.
10 *Priuilegium postea impetratum non præiudicat rescripto quo ad illam causam inchoatum est iudicium, nisi faciat mentionem de processu. Secus si lis non erat inchoata. nu. 11. Quod uerum est, si prilegiũ non fuerit impetratum in fraudem ad supplantandum rescriptum, ut cõiter tenetur. nu. 12.*
13 *Priuilegium postea impetratum non operatur contra rescriptum, licet lis inchoata non sit, dum tamen facta sit commissio.*
14 *Intellectus ad c. causam. el ij. de testib.*



I CONCVRRAT priuilegium & rescriptũ quod sit præferendum videamus Ioã. Aod. post Hostien. in c. j. de rescrip. dat regulam cum fallentiis, sed clarius ibidem D. Anto. quem sequitur Imola, & D. Nicolaus distinguit, istorum dicta recolligendo sic dicendum puto. Aut
1 † priuilegium procedit, & rescriptum sequitur. Aut è contrario. primo casu, aut priuilegium rõ cessum fuit secundum ius cõmune ultra nõ contioens, & tunc valet rescriptum, etiam si non fiat
2 mentio de priuilegio, ut est casus in d. c. j. † secun
3 dum unam lecturam. Aut fuit† in corpore iuris clausum, & idem, cũ non sit necesse quòd fiat mẽtio de ipso, sicut nec de iure communi & pari ratione. Quod licet sit regulariter uerum, prout notatur in Glo. in d. c. j. tamen fallit.
4 Et primò† quando tale priuilegium haberet specificam clausulam derogatoriam ad rescriptum, cum tunc non valeat nisi fiat de eo specialis mentio. c. nonnulli. eod. tit. de rescript.
5 Secũdò fallit, quãdo †priuilegiũ tale daret formam rescriptis impetrandis, cũ tunc non valeat non seruata illa forma, ut e. cum ordinem. eo. tit.
Aut non fuit in corpore iuris clausum, &
6 tunc, aut† rescriptum quod conceditur ad lites, habet clausulam priuilegiatam, & tunc, aut quæritur de validitate rescripti quo ad detrahendum priuilegio, & non detrahit ex quo non est facta mentio de eo, ut c. ueniens. de præscrip.
7 Aut quæritur† de eius ualiditate quo ad dandum iurisdictionem & potestatem procedendi, & tunc si priuilegium dat exceptionem dilatoriã ad rescriptum. & taciturnitas priuilegij uitiat rescriptum, si obiiciatur. de priuilegio. Ad hoc d. c. cum ordinem. secundum D. Antonium de quo pleoè io c. super literis. eod. tit. ubi de hoc.
8 Aut priuilegiũ †causat ius peremptoriũ, & tunc non vitiatur rescriptum quo ad processum, si op-
9 ponatur de priuilegio: quia† exceptio perẽptoria nõ impedit processum, nisi sit exceptio litis finitæ. ut nota. in c. j. de lit. cõte. lib. vj. & ita procedat quod notatur in c. constitutus. eod. tit. de rescri.
10 Secundò uerò casu, quãdo† rescriptum procedit, et priuilegium sequitur, et tunc aut facta erat litis contestatio, seu aliter erat inchoatũ iudiciũ vigore rescripti, et priuilegium postea impetratũ non præiudicat rescripto, quo ad illã causam nisi faciat mẽtionẽ de processu: ut est casus in c. cãm. el ij. de testi. et ut lit. pẽd. c. fi. ubi de hoc per Inn.
Aut lis non erat inchoata uigore rescripti, &
11 tunc† ualet priuilegium, et ipsi rescripto præiudicat, cum possit priuilegiatus de iure suo opponere in prima citatione. de priuileg. c. cum olim. Ad hoc l. si quis ex aliena. ff. de iud. Quod uerum
12 est † nisi ✻ priuilegiatus impetrasset in fraudem ✻ ad supplantãdum rescriptum: argu. c. suggestum. de appella. secundum Host. in d. c. j. cum quo trãseunt Ioaon. Aod. D. Anto. & communiter Doctores, secundum Imol. qui tamen dicit quòd ad,
13 hoc† ut impediatur priuilegium, non requiritur, quòd fuerit facta citatio uigore rescripti, & sic, inchoata lis, sed sufficit quòd sit facta cõmissio, ut uoluit Glo. in Clemen. ij. ut lite pendente per dictum c. causam. ubi Glo. hoc idem uoluit, & ita
14 est† casus ibi literam non cauillando. Quod uerum est in literis seu rescriptis ad lites, seu de iustitia, in literis uerò beneficialibus, dicendum est, ut notatur in c. constitutus. et in c. ex literis. eod. tit. de rescri. et in c. fi. de fili presby. lib. vj.

CONCLVSIONIS XLI.

ARGVMENTVM.

Surreptio in rescriptis an uitiet ipso iure, uel ope exceptionis.

SVMMARIVM.

1 *Surreptio in rescriptis illa non uitiat ipso iure, sed annullantur ope exceptionis, unde si non opponatur datur iurisdictio & processus tenet, & communis est opinio. nu. 1 3. ✻ de quo uide. num. 3. 4.*
2 *Intellectus ad c. cæterum. de rescript. & nu. 4.*
3 *Rescriptum primum si de eo non opponatur, non annullat secundum cu us uigore ageretur. Et si opponatur, & nihilominus procedatur, tunc si appellatur processus redditur nullus. nu. 4. Quid si non appelletur, sed petatur eligi arbitrot. nume. 5. Dic si reiiciatur securius esse appellare, tamen ualebit processus. Quod communiter tenetur. nu. 6. 7. ✻. Quod procedis si primus impetrans coram secundis iudicibus excipiat, et postea coram eis procedat, aliàs secus, secundum Moderniorum communem opinionem. nu. 8. et 10. Quod qualiter procedat, uide nu. 11. & 12.*
9 *Reiectio exceptionis dilatoriæ non reddit processum nullum si non appelletur.*
14 *Surreptio licet ipso iure non uitiet rescriptum ad lites, sed opus sit exceptione, secus si concurrat & obreptio quæ ipso iure uitiat.*
15 *Subreptitiæ literæ accessoria uenientes ad gratiam uitiant eam ipso iure.*

16 *Subreptio habens originem à causa fundante nullitatem de per se uitiat ipso iure literas ad lites. Quod communiter tenetur.* ✻



TILE est uidere an surreptio in literis impetratis ad lites uitiet eas ipso iure, uel ope exceptiõis. super quo fuerunt diuersę Doctorũ opiniones, Goff. Inno. Philip. Petr. & Abbas in cap. cęterum. de
1 rescrip. tenuerunt quòd† nõ sint nullæ ipso iure,
sed annullãdæ ope exceptionis, adeò ꝙ si nõ opponatur exceptio, ualebit processus per eas agitatus, cũ detur per eas iurisdictio, cũ quibus residet
✻ ibi Ioã. And. Imol. & D. Nicol. & est ✻ cõis opinio, vt etiam dicit Imol. quæ optimè probatur in c. si autem. & c. plerumque. eod. ti. de rescr. ubi patet quòd ualent post annũ, ergo à principio non sunt nullæ, cum aliàs nõ conualescerent; ut in regula, non firmatur. in vi. Adhoc ẽt tex. apertus in c. ut debitus. de appel. ubi patet quòd secundæ literæ præualent primis, si illarum uigore primo
2 emanauit citatio. Non obstat† dictum c. cæterũ,
dicens quòd tales secundæ literæ non obtinẽt firmitatem: quia intelligi debet exceptione opposita, & appellatione secuta, si non admittatur exceptio, ut tenent prædicti Doctores.
3 Circa quę aduertendum est, quòd aut, contra†
ipsas secundas literas non facientes mentionem de primis, non opponitur de primis, & ualent ipsæ secundæ, & ꝓcessus per eas agitatus, ut supra.
4 Aut opponitur† de primis literis, & exceptio ta
lis nõ admittitur, imò ea non admissa ꝓceditur ꝑ secundas literas, & tũc, aut appellatur & processus agitatus per eas redditur nullus, & per consequẽs ipsę literę nullã firmitatẽ obtinebũt, ut tenẽt prędicti, & ita ꝓcedere poterit† dictũ c. cæterum.
5 Aut nõ† appellatur, & tũc, si primus impetrator
cõpareat coram secundis, & dicat primas præualere, & sic excipiat, & ẽt dicat si de hoc dubitetur arbitros eligi, secundũ formam. c. pastoralis. eo. tit. de rescri. & tũc licet prima facie uideatur sufficere hoc, ut factum postea sit irritum, cũ censeatur factum ordine iuris omisso: ut c. cum dilecta. eo. tit. & de offic. deleg. c. uenerabili. Imo & ẽt si non petat, procedat secundũ formã dicti c. pastoralis. cum hoc ibi non dicatur quòd intersit hoc peti, sed satis videatur sufficere, ꝙ arbitri eligãtur.
6 Tamẽ securius† & instiua erit dicere quòd necesse sit appellare, si non admittatur hæc exceptio, secũdum Innoc. & Compostel. in eo. c. cæterum. Nam licet contra tales literas opponi possit, iudices tamen habent iurisdictionem per ipsas, ut supra patet, secundum ipsos, qui ex hijs uidentur uelle quòd si ipsa exceptione reiecta procedatur,
7 ualebit processus, & hoc† sequuntur cõiter ✻ Do
✻ ctores, sc̃dm Imol. ibid. Quod procedit ut uoluit
8 Ioã. de Lignano ibi, qñ† primus impetrans exci-
pit corã secundis iudicibus, & posteà corã eis procedat, Aliàs si excipiat, & petat ut arbitri, eligantur secũdũ tenorẽ dicti c. pastoralis. nec amplius cõpareat, & tunc non tenebit processus agitatus per secundos iudices, cum nec primi nec secundi hoc casu habeant potestatem procedendi per se; ut d. c. pastoralis. cito, ut ipse Lignanus dicit, contra istam opinionem multi clament, inter quos ibid. D. Florianus tenendo primum dictum, cum
9 reiectio† exceptionis dilatoriæ non reddat pro-
cessum nullum, si non appelletur. c. ex parte. el ij. & c. cum dilecti. de appel. Imol. tamen & Moder
✻ niores ✻ inter quos Do. Nicol. † communiter
10 sequuntur Lignanum.
11 Quorũ dictũ, ꝓcedit, qñ† ageretur de surreptio
ne unius rescripti, seu de ea opponeretur ad ipsum rescriptũ, cũ tũc nõ sufficiat excipere, nisi appelletur, cum iudex cognoscere possit an sit sua iurisdictio. c. super literis eod. tit. de rescri. Ad hoc ẽt Glo. in Clem. unica de dolo & contumacia.
12 Si uerò agatur† de pręualiditate pluriũ rescripto
rũ, & tũc sufficiet ꝙ imò impetrãs cõpareat corã secũdis iudicibus, & excipiat de primo rescripto, & petat arbitros eligi, sc̃dm formã dicti c. pastoralis. Tũc enim nec primi nec secũdi habẽt potestatẽ ꝓcedendi de per se, ut ibi, unde non possunt ipsam exceptionem reijcere. Tutius tamẽ est ꝙ excipiens protestetur ꝙ non intendit comparere coram eis sed procedere secundum formam dicti cap. pastoralis. De quo me reijcio ad sequentem conclusionem post primam.
13 Ex quibus colligi põt, ꝙ regulariter† in rescriptis
ad lites subreptio ipso iure non uitiat rescriptum seu literas, sed opus est exceptione, qđ tñ fallit.
14 Et primò, qñ† ipsę literæ nõ solũ sint surrepti-
tię, sed ẽt obreptitiæ, cũ ipsa obreptio ipso iure uitiet literas, prout uoluit notabiliter Innoc. in c. cũ dilecta. eo. tit. de rescrip. ubi de hoc.
15 Secũdò fallit, qñ ipsę literę† surreptitię ueniunt
accessorię ad gratiã, quia tũc sicut surreptio uitiat ipso iure gratiã. c. ad audientiã. el ij. eo. titu. ita & ipsas literas accessorias ad eam, ut uoluit Innoc. in c. constitutus. eod. tit. & ut notat. in c. si super gratia. de offic. deleg. lib. vj. ubi de hoc.
16 Tertiò fallit, quando† ipsa surreptio habet ori-
ginẽ à causa fundante nullitatem de per se: vt est casus in c. j. iuncta Glos. de rescrip. lib. vj. secundũ D. Antonium & Imol. in d. cap. j. extra eod. titu.
✻ quod communiter tenetur. ✻

CONCLVSIONIS XLII.

ARGVMENTVM.

Rescriptum primum per secundũ faciens mentionem de primo an tollatur ipso iure, licet non excipiatur, ampla distinctio.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Rescriptum primum an tollatur ipso iure per secundum de primo faciens mentionem, licet nõ opponatur. Pro & contra, et nu. 2.*

Renuntiare

3 *Renuntiare uidetur qui ius excipiendi habet & non opponit, sed procedit ad ulteriora.*

4 *Rescriptum primum si indirectè reuocatur, ut quando in secundis literis dicitur, non obstantibus primis literis, reuocatio fit ope exceptionis. Secus si directè, ut quia dicitur in secundis non obstantibus primis quas reuocamus, cum tunc ipso iure fiat reuocatio. nume. 5.*

6 *Rescriptorum data pluralitate, si in casu de quo supra indirecta fuit facta reuocatio, processus agitatus ualebit si non excipiatur, & successiuè non appelletur, si non admittatur. si uerò directè fuit facta reuocatio, & motu proprio, & tunc an ante habitam notitiam ipso iure processus irritetur, fuerunt opiniones, sed uerior est irritari ipso iure. nume. 7. 8. & 9.*

8 *Iurisdictio reuocatur morte delegantis ipso iure, etiā ante notitiam.*

9 *Papa decretum afficit ligatque ignorantes.*

10 *Rescriptum primum si directè ad alterius impetrationem reuocetur, ante notitiā ualet processus agitatus, & communiter ✠ tenetur si motu proprio post notitiā non ualet. nu. 13. secus aūt si in eo apposita sit clausula decreti, uel alia uerba per quæ appareat quòd princeps uoluerit irritare ex tunc quidquid fuerit actum per primos iudices, cum tunc ēt ante notitiam processus agitatus sit ipso iure nullus, etiam data ignorantia. nu. 12.*

11 *Intellectus ad c. audita. de restit. spoliat.*

14 *Rescriptum primum ad alterius impetrationem concessum, si reuocetur, processus post reuocationem agitatus contra extraneos non ualet. secus inter ipsas partes, cum tunc si non opponatur teneat, & ✠ communiter tenetur. nu. 15.*

17 *Rescriptum primi reuocatorium, si excipiendo præsentetur corā primis iudicibus, & non admittatur, et propterea appelletur, processus postea agitatus nō ualebit, nisi iudices de eorum iurisdictione cognito pronuntiassent se competentes. nu. 18. et hæc uera dum litigium uertitur solum corā ipsis primis iudicibus. nume. 19.*

20 *Rescriptorum data pluralitate, & primi & secundi iudices non concordent, quæ forma sit seruanda. et nu. 21. 22. 41. 42. 43. 44. & 45. ✠ ubi de intellectu c. pastoralis. de rescrip.*

23 *Rescriptorū dato cōcursu, si iudices primi rescripti discordēt cū iudicibus secūdi, & pars citata per iudices alterius rescripti cōparet, assumit iudiciū, nec opponit, & tūc procedit iudiciū, etiā si iuæ literæ sint reuocatoriæ primarū. si uerò opponit, & exhibet, & aliud nō petit, & tūc necesse nō est ut arbitri eligātur. n. 24. sed processus postea agitatus nō tenet nu. 25. nisi corā ipsis partibus processum foret ad litis contestationē. nu. 26. uel super cōpetentia foret pronuntiatū. & non appellatū. nu. 27. si uerò opposuit, et petijt ꝓcedi scdm formā. c. pastoralis. de rescr. et tūc illius forma seruāda est. n. 28. quæ tamē forma nō est de substātia iudicij, sed de iustitia. Vnde si petitio nō attēdatur, et ad ulteriora ꝑ iudices ꝓcedat, ꝓcessus tenebit, si nō appellet. n. 29*

30 *Rescriptorum data pluralitate, si procedatur simul coram utrisque iudicibus, ualebit processus etiam super negotio principali. si uero separatim, et tunc si nihil opponitur coram ipsis, & deueniutur ad contraria mandata propter contumaciā, et illa non trāseunt in rem iudicatā, sed expectandus euentus, scilicet quòd rescriptum praualeat. nu. 31. si uerò super negotio principali coram utrisque separatim procedatur, & nihil opponatur, & tunc ualebit uterque processus agitatus. nu. 32. nec alter iudicum in alterū iurisdictionē exercere potest nu. 33. & 43. & prima sententia ualebit. nu. 34. & hoc si dicta sententia in rem iudicatam transacta ostensa fuerit ferenti secundam. nu. 36.*

35 *Sententia contra sententiam primo latam non tenet.*

37 *Rescriptorum dato cōcursu si separatim procedatur, & coram unis opponatur quid dicendum. Quid si coram unis fuerit lis contestata. nu. 38. Quid si nō fuerit oppositum, uel si fuit oppositum non fuit facta fidei de præuentione. nu. 39. & 40.*

46 *Rescriptorum dato concursu iudices ex delegata iurisdictione cognoscunt de literarum dubio, quod communiter tenetur. ✠ & tunc qualis requiratur cognitio uide. nu. 47.*



ROSEQVENDO hāc practicabilē materiā, quęro, An primū † rescriptū per secundum faciēs mētionē de primo tollatur ipso iure, adeò ꝙ processus primi iudicis dati in primo nō ualeat, licet nō excipiatur de scđo contra primum. Goffred. & Boattinus in c. cęterū. de rescrip. quos ibi uidetur sequi Ioā. And. tenent quòd tollatur ipso iure, nec opus sit excipi, sed sufficiat qualitercūque notificetur de secūdo, ꝑ c. ex literis. de offic. deleg. & hoc si in secūdo fiat expressa mētio de primo. c. ex literis. de dolo & contu. quod ideò est: qa tūc apparet de tali intētione principis. Ad hoc c. si duobus. de appel. & ꝓ hac opinione optimè facit tex. in d. c. cæterū. & in d. c. ex literis. de offi. deleg. & in c. audita. de resti. spoliat.

Contrariū ibid. tenuerunt Innoc. & Cōpostellanus scilicet † quòd nō tollatur ipso iure, sed ope exceptionis, dicētes, ꝙ si processus agitetur corā primo iudice, & nō excipiatur de reuocatione, ualebit processus, ēt si secundū rescriptū sit tale qđ reuocet primū: quia cū reuocatio sit facta ad instantiā partis, poterit pars illi renūtiare: arg. c. ad Apostolicā. de regu. cui renuntiare † uidetur procedendo coram primo: argu. c. gratum. de offic. deleg. ut plenius ibi per eos. Innoc. diuersimodè locutus fuit, vt est uidere in d. c. pastoralis. & in d. cap. ex literis. & in c. cum contingat. de rescri. & in cap. j. de conceſſ. præb. lib. vi. Ioan. And. Lignanus Do. Antonius, D. Florianus, Imola & Do. Nicolaus in eodem cap. cæterum. diuersimodè locuti sunt, diuersas dantes distinctiones, quorum dicta coniungendo aliquid addendo dici potest.

H 2 Quod

Quod aut quæritur an primæ literę reuocētur
per secūdas faciētes mētionē de primis. Aut quę
rit an processus agitatus p pdictas literas ualeat.
4 Primò casu. Aut † reuocatio primarum litera-
rum est indirecta, ut quia dicitur in secundis lite-
ris non obstātibus primis literis, & tunc dicendū
est quòd fit reuocatio ope exceptionis, ut uoluit
Inno. in d.c. cum contingat.
5 Aut † est directa reuocatio, ut quia in secundis
literis dicitur, non obstātibus primis literis quas
reuocamus, & tunc fit reuocatio ipso iure, prout
voluit Inn. in d.c. cum cōtingat. cum per talem re
uocationem censeantur sublatę primæ literæ, &
hoc tenet in d.c. cęterum. Ioā. de Lignano. ea ra
tione; quia primo casu ex vi uerborū non fit reuo
catio ipso iure, sed secundo casu sic, dicens etiā
quòd licet hæc distinctio sit satis rationabilis, ta-
men non bene probati iure, nec placere Innocē.
in d. c. j. nec Do. Antonio ibi. Sed licet eis non
placeat, tamen pro ea facit textus in d.c. cum con
tingat. & in d.c. ex literis. ideò tenenda.

Secundò uerò casu, cum quæritur, an ualeat
processus agitatus per iudices in primis literis da
6 tos, & tunc aut † sunt tales iudices quorum iuris-
dictio indirectè fuit reuocata, vt supra; & tunc
processus per eos agitatus ualebit, si non oppona
tur exceptio, vel si opponatur, et successiue non
appelletur eo casu quo non admitteretur, & ita
procedere poterit quod uoluerunt in d. c. cæte-
rum. Innoc. & Compostellan. hoc tenentes. quod
ibi sequitur D. Florianus. dicens secus si appella-
retur. Ad hoc quod notatur in c. ex parte. & in
c. dilecti. de appel. secundum Imolam in eodem
c. cæterum. qui hoc etiam tenet.
7 Aut sunt † tales iudices quorum iurisdictio
fuit directè reuocata per secundas literas, ut su-
pra, et tunc, aut processus talis fuit factus per ip-
sos ante notitiam talium literarum, aut post.

Primò casu: quando uidelicet ante notitiam,
tunc aut talis reuocatio fuit facta motu proprio,
& super hoc Innocent. uariauit. nam in dicto
cap. j. videtur uelle quòd etiam tunc ualeat eo-
rum processus, quod & videtur in dicto cap. cæ-
terum. sentire Do. Antonius, & D. Nicolaus,
tamen ipse Innocen. in d. cap. cum contingat.
videtur uelle contrarium. pro quo facit; quia
8 sicut † morte delegantis reuocatur iurisdictio ip-
so iure etiā ante notitiam, prout notatur. ff. de iu
risdictione omn. iudicum. l. more. & l. quia.
& ff. si certum petatur. l. eius qui. & extra de
testib. cap. cum uenisset. & in c. dudum. de præ
ben. lib. vj. Item multo fortius per reuocatio-
nem expressam proprio motu factam tollitur ip
so iure, etiam ante notitiam. Ad hoc. l. iudicium.
ff. de iud. Facit etiam ad hoc quod notatur de de-
9 creto Papæ, † ut afficiat & liget ignorantes, ut
in dicto cap. dudum. & in cap. si Apostolicæ. de
præben. in vj. & in dicto cap. primo. secundum
Imolam ubi supra, qui hoc idem tenet per præ-
dicta, quidquid dicant ibi Dominus Antonius
& Dominus Nicolaus.
10 Aut talis reuocatio fuit facta † ad alterius im-
petrationem, & tunc valebit processus ante ip-
sam notitiam agitatus, & ita procedere poterit
11 † dictum c. audita. secundum Imol. qui hoc te-
net, quod & tenet etiam D. Anto. & D. Nicolaus
ubi supra, uidetur enim tunc inesse illa clausu-
la, si impetrans uti uoluerit, ut infra patebit, &
✻ communiter tenetur. ✻ & procedit † nisi in tali-
12 bus literis reuocatoriis apposita sit clausula decre
ti, uel alia uerba per quæ appareat quòd princeps
uoluerit irritare ex tunc quidquid fuerit agitatū
per primos iudices, cum tunc processus sit ipso
iure nullus, etiam data ignorantia, secundum D.
Nicolaum. Ad hoc dictum c. j. & quod ibi nota-
tur. & in dicto c. dudum.
13 Secundo uerò casu quādo † talis processus fuit
agitatus post notitiam ipsarum secundarū litera-
rum reuocatoriarum, et tunc aut talis reuocatio
fuit facta proprio motu, & non ualet processus,
ut dicto capit. audita. per quod cap. Dominus
Antonius, Imola, & Dominus Nicolaus hoc te
nent ubi supra.
14 Aut † reuocatio facta fuit ad alterius impetra-
tionem, & tunc, aut talis processus fit contra ex-
traneos, et non ualet. c. ex literis. de offi. deleg. et
ita sentit Inno. ibi. et vult D. Antonius. in d.c. cæ
terum. quod et bene probatur in dicto c. ex lite-
ris. secundum Imolam ubi supra.
15 Aut talis processus fit inter † ipsas partes, et
tunc, aut ipse partes coram eo procedunt, & non
opponunt, & tenebit processus, ut uoluit Inno-
cen. & Compostellanus in eodem c. cæterum. &
ipse Innocen. in dicto c. j. videtur enim tunc in-
esse tacitè dicta conditio, si impetrans uoluerit
vti ipsa reuocatione, ut uoluit Innocen. in d.c. j.
& Do. Antonius in dicto c. cæterum. & ibidem
D. Florianus, Imola & D. Nicolaus, & commu-
✻ niter tenetur, ✻ qui Imola dicit ex his quòd tunc
primæ literę non sunt simpliciter nullæ. Sed ita
demum si uoluerit ipse impetrans secundas lite-
ras, uel si dicatur, quòd pur sint nullæ dicen-
dum est, quòd reconualescent ex quadam æqui-
tate: argumento. l. filio præterito. ff. de iniust. te
stam. secundum ipsum Imolam.
16 Aut ipse impetrans † tales literas reuocato-
rias comparuit coram ipsis primis iudicibus,
et exceptis de ipsis suis literis reuocatoriis,
et eas præsentauit coram illis, sed ipsi eas
non admiserunt, et tunc si appellet eis non ad-
mittentibus, non ualebit processus, ut supra di-
ctum est, et hoc de plano procedit.
17 Si uerò † non appellet, et tunc, si hoc non
obstante iudices procedant processus erit nul-
lus, ex quo de reuocatione habuerunt noti-
tiam. Ad hoc quod habetur in dicto cap. au-
dita. et ff. de re iudica. l. quæsitum. quod et
tenent Imola, Dominus Antonius, et Domi-
nus Nicolaus in eodem cap. cæterum. pro qui-
bus facit quod notatur in dicto cap. super literis.

eod.

eod.titu.de rescrip.& in c.j. eod.tit.lib.vj.Quod
18 verum intellige,nisi†ipsi iudices de eorum iuris-
dictione cognouissent , & postea pronuntiassent
se indices competentes,cum tunc eorum proces-
sus ualuisset, prout uoluit vbi supra Imola,p no
tata in d.c.super literis.vbi de hoc,de quo in d.c.
j.& in c.ij.de dilationib.& in cap.inuotuit.de eo
qui furti.ord.susce.

Circa quæ aduertendnm est: quia hæc proce-
19 dunt†quando litigium uertitur solum corá ipsis
20 primis iudicibns,aliàs †si coram primis & secun
dis,qui ambo nolunt cognoscere de iurisdictio-
ne,& tnnc recurrendum est ad c.pastoralis. eod.
titu.de rescr.pro cuius intellectu,& materiæ de-
claratione recolligendo dicta Doctorum ibi,ma-
ximè Innocen. Ioan.And.D.Antonij,Imolæ,&
D. Nicolai. qnatuor membra principalia sunt
considerãda. Quorũ primũ est ad hoc vt in quę-
stione reuocationis rescriptorum recurratur ad
arbitros si iudices sibi nõ deferunt,nec inuicẽ cõ
cordant,ut in d.c.pastoralia.à quo requiratur qđ
de uiribus ipsarum literarũ reuocetur in dubiũ.

Secundum coram quibus requiratur quòd ta-
le dubium præponatur, & quomodo. Tertium
qua auctoritate cognoscant isti iudices de hoc
dubio.Quartũ,qualis processus,& quę causæ co
gnitio requiratẽ super tali dubio ipsarũ literarũ.

Circa primum dicendum,prout concludit in
d.c.pastoralis. D.Ant.post Innocentium. Quòd
21 † reqniritur ut in dubiũ reuocetur de uiribus ip
sarum literarum à partibus, & per ipsas partes ta-
le dubium deducatur:quia earum interest , ut sic
possint causas expedire , non autem per iudices
quorum nõ uidetur interesse,cum ad eos non spe
ctet iurisdictio ratione dignitatis,& ne uidean
tur ingerere, & sic se suspectos facere.l.quæ om
nia. ff. de procurato.

22 Circa secundum† verò membrum , D. Anto-
nius ubi supra uidetur uelle quòd ad hoc ut locũ
habeat, ut recurri possit ad arbitros, requiritur
quòd sit oppositum quòd alteræ literæ non ua-
leant coram utrisque iudicibus. Item qnòd sit
oppositum quòd separatim non possint proce-
dere,& cognoscere an sint iudices , sed debeant
conuenire secundum formam dicti c.pastoralis.
& sic videtnr uelle quòd coram vtrisque sit ex-
ceptum contra literas aliàs non habeat locum
dictum c. & hoc voluit Innocent. ibi. Sed hoc
non videtur uerum per textum eiusdem cap. qui
simpliciter & indistinctè loquitur. Vnde videtur
habere locum etiam si coram alteri sit expceptum
cõtra literas, dummodo petitum sit coram illis ,
ut procedatur secundũ formam d.c.& hoc uoluit
D.Floria.ibi,& satis etiã uidetur & hoc uoluisse
ibidẽ Inno.in Glo. in verbo partibus.& in verbo
sed si pponat , Secũdũ Imo.ibi.& ipse Inn.in d.
c.cæterũ. secundũ D. Nico. qui ibidẽ hoc tenet.
Sed quia in hoc dubio Doctores confusè loquun
tur, ideò clarius distinguendo sic dicendũ puto .

Aut proceditur coram alteris iudicibus tantũ,
ut corã primis uel secundis,aut coram utrisque .
23 Primò casu. Aut†pars citata per iudices alte-
rius rescripti comparet,& assumit iudicium sup
principali negotio,nec opponit,de suis literis.et
tũc procedit iudiciũ ẽt si suæ literæ sint reuocato
riæ primarum. ad hoc c.audita.de resti.spol. Vi-
detur enim ipsis literis renuntiare contestando li
tẽ super causa principali,quibus renuntiare põt,
cum in eis intelligatur clausula,si eis uti uelit,ut
dictum fuit supra per notata in d. c. cæterum. &
in c.cũ cõtingat.eo.tit.de rescri.& in c.j.de con-
ces.præb.lib.vj.secundum Imo.ubi supra.p quo
facit quod notatur de resti. spol.c.ex inquisitio-
ne.secundũ D.Nico.qui hoc idem videtur tene-
re in eod.c.pastoralis.qdquid ibi dicat D.Anto.
24 Aut ipsa pars citata†comparet,& de suis literis
opponit, & tũc si solum opponit de suis literis ,
& eas exhibet,ad aliud non petiit, & non erit ne
cesse φ seruetur forma d.c.pastoralis.cũ sibi im-
putare debeat pars,ex quo nõ petiit ut supra,sed
25 licet † non sit necesse quòd seruetur tunc forma
d.c.tamen si iudices ipsi procedant uisis dictis li-
teris reuocatoriis non tenebit eorum processus ,
26 per notata in d.c.audita.Quod uerũ † intellige ,
nisi processum sit coram eis per partes ad litis cõ
testationẽ,cum tunc ipsa pars sibi imputare pos-
sit,ut ff.de iuris.omn.iud.l.si conuenerit.& ff. de
27 iudi.l.j.& extra de offi.leg.c.P.& G. Et nisi † iu
dices ipsi pronuntiassent se iudices cõpetentes,et
ab eorum sententia nõ sit appellatum, cum tunc
transeat talis sentẽtia in rem iudicatã,adeo quòd
processus agitatus postea per eos tenebit per no-
tata.in c.super literis. de rescri. & in c. cum dile-
cti. de elect.& in c. j.de offic.deleg.lib.vj. prout
uidetur uelle etiam Imola ubi supra .
28 Aut †ipsa pars citata non solũ opposuit de suis
literis,et eas exhibuit,sed ultra hoc ẽt petiit pro-
cedi secundum formã d.c.pastoralis. & tunc pro
cedendum erit secundum formam illius, per illũ
textum generaliter & indistinctè loquentẽ secun
dum D.Floria.ibi,& Imo.ac D.Nico.secundum
quem hoc idem ibi voluit Inno.in d.c.cæterum.
29 Si tñ†iudices ipsi nõ obstante hac exceptione
& petitione ,pcedãt pronũtiãdo se iudices,tene-
bit processus,& pręiudicabit talis sentẽtia si nõ
appelletur , p notata in d.c.pastoralis. Iste enim
ordo nõ est de substãtia iudicij sed de iustitia, vn
de præstat causam appellandi,secundũ Imo.qđ &
uidetur ẽt uelle in eo.c.pastoralis . D. Nicolaus.
30 Secundò uerò casu,quando † proceditur corã
utrisq; simul ita quòd simul procedunt, & tene-
bit processus per eos agitatus,etiã si agitatus fue-
rit super negotio principali,prout uidetur tene-
re in d.c.pastoralis. Glossa .
31 Aut proceditur†coram utrisque separatim, &
tunc licet Inno.in d.c.pastoralis . uideatur pone
re uarias opiniones,& D.Ant.obscurè loquatur.
Tamẽ dici poterit recolligendo ex eorum dictis,
& Imolæ ibi,& aliqua addendo. quòd tres casus
sunt considerandi.

Nam quandoque & primò, nihil opponitur co
ram ipsis iudicibus, ita quòd nihil opponitur co
rã primis, nec earũ his separatim ꝓcedentibus de
ipsis literis & earũ uiribus. Et tunc, Aut ipsi iudi-
ces procedũt nõ super negotio principali, sed su-
per quodã incidẽti, puta ad diuersa seu contraria
mãdata pp contumaciã, & tũc, cũ talia mandata
nõ transeant in rẽ iudicatã, expectari debebit euẽ
tus literarum, hoc est quæ literę præualeant: ut
d.cap. cum contingat. eod. titu. de rescrip.
32 Aut procedunt † super negotio principali, & ua
lebit processus agitatus corã primis, etiam si se-
cundæ literę reuocẽt primas, ex quo primis non
fuerũt notificatæ, ut d.c. audita. & similiter uale-
bit processus corã secũdis agitatus, ex quo nõ est
33 exceptũ corã eis, ut d.c. cæterũ, nec poterũt † pri-
mi per secũdos excõmunicari, & iurisdictio exer
ceri in eos tanquã turbatores, cũ non uideantur
eorum iurisdictionem turbare, ex quo nihil co-
ram eis oppositũ fuit, & sunt pares unde unus in
alium iurisdictionẽ exercere nõ potest. c. inno-
34 tuit. de elect. Si tamen ferant † contrarias senten
tias super causa principali, & tunc ualebit senten
tia primo lata, quæ trãsiuerit in rem iudicatam,
prout uidetur uelle in eod. c. pastoralis. Innocen.
35 cũ secunda sententia † cõtra sententiam primam
latam nõ ualeat. l. j. C. quand. pro. non est neces. ẽt
si feratur ex diuersa instantia. Adhoc quod notat
per Innocen. & Compostellan. de constit. c. cum
M. ubi uidetur hoc idem uelle. Quod procadit,
36 † quando prima sententia quæ transiuit in rem iu
dicatam fuisset ostensa ferenti secundã, nam tunc
cum secunda sit lata contra notoriũ non ualebit,
c. inter cęteras. de re indic. aliàs si non fuisset ostẽ
sa, & tunc ualeret secunda lata ex diuersa instan-
tia, ut uoluit Bart. in l. duobus. ff. de exceptione
rei iudic. Cuius opinio ita procedet secundũ D.
Anto. & Imol. in d.c. pastoralis. Adhoc quod no
tat. per Bal. in d. l. j. quand. pronoc. nõ est neces.
Quandoque & secundo casu opponitur de ipsis
37 literis coram alteris ex ipsis iudicibus tantũ, † &
nõ coram utrisque, & tunc, aut corã illis quibus
primò literæ sunt præsentate, & per quas incęptũ
est procedi, & dicendum est prout dictum fuit su
pra quando proceditur per alteros tantum.
38 Aut opponitur † de ipsis literis coram illis, corã
quibus literæ sunt secundo loco præsentate, &
tunc corã illis corã quibus sunt primo loco pręe-
sentatæ processum fuit super negotio principali
usque ad litis contestationem inclusiuè, & tunc
habens tales literas opponere poterit corã illis,
coram quibus literæ sunt secundo loco præsenta-
tæ de suis literis, & quod per ipsas præoccupata
est iurisdictio, unde poterit corũ iurisdictionem
declinare, nec poterit habens literas secundo lo-
co pręsentatas illis uti, cũ contestando litẽ coram
aliis uideatur suis literis renũciasse, ẽt si tales li-
teræ sint reuocatoriæ aliarũ literarũ, ut supra di-
ctũ est, secundũ Imol. Imò plus, quia ipsi iudices
coram quibus literę sunt secũdo loco præsentatę
non debebunt procedere, & si procedant, poterũt
excõmunicari, cũ uideãtur turbare iurisdictionẽ
illorũ præuenientium in procedendo, per notata
in c. si de offic. deleg. Et si nõ excõicentur, & pro
cedant non ualebit processus si de ipsa præuẽtio-
ne, & litis contestatione sit oppositum, & facta fi
des. iuxta notata in c. ad audientiam. de rescrip.
quod sentit in eod. c. pastoralis. Imola. sed imò
& tenebit tũc processus, nisi appelletur per nota-
ta in d.c. ad audientiam. et in d.c. cæterum. ubi de
hoc. de quo in c. cum M. de constit.
39 Si autem non fuit † oppositum de ipsa præuen-
tione, uel si fuit oppositũ, non fuit facta fides de
ea, et tunc sine dubio tenebit processus, cũ debue-
rit comparere, & de suo iure allegare, et probare,
d. cap. super literis. eod. tit. de rescrip. et c. ueniẽs.
de accusat. aliàs sibi imputat, ut in dictis iuribus.
40 Quod procedit † siue primę literæ siue secundæ
sint primo loco ꝑsentatæ, et per eas processum sit
usque ad litis contestationẽ, ut supra, ut sentit ip-
se Imola. Imò et procedit ẽt si secundæ reuocent
primas, cũ pręueniri possit talia habẽs literas tales
reuocatorias, & per primas fieri pręoccupatio, &
hoc si fuit negligens in præsentando eas, prout &
dicitur de primis, secundũ ipsum Imol. in eod. c.
pastoralis, quidquid dicat ibi D. Anto. de quo ple
nè diximus in alia conclusione.
41 Aut corã ipsis iudicibus † corã quibus fuerũt li-
terę primo loco præsentatæ non fuit processum
ad litis contestationem, nec fuit oppositũ de aliis
literis, sed coram illis coram quibus secũdo loco
literæ præsentantur, opponitur de alijs literis pri
mo loco præsentatis, & tunc, aut talis sic oppo-
nens ultra ipsam oppositionem etiam dicit ꝙ pri
mi habent cognoscere unà cum secundis secundũ
formam dicti c. pastoralis. uel dicat quòd soli pri
mi habẽt cognoscere ex quo cęperũt, & tũc si prę
sentans secũdo loco dicit ꝙ primi soli nõ habent
cognoscere sed debẽt cõuenire simul primi & se-
cundi, secundũ practicã dictę decretalis, & tũc li
cet Iuno. ibi ponat opiniones, tamẽ sibi uidetur
placere illa opinio; ꝙ habeat locũ tunc practica
dicti c. pastoralis, quod & uidetur tenere etiam
ibi Ioannes And. quia semper re integra antea-
quam sit super hac examinatione competentię
conclusum siue diffinitum, admitti debent iudi-
ces aliarum literarum si uelint conuenire secun
dum practicam dictę decretalis, & ita intelligi po
test principium illius. c. quod maximè procedit,
si primi offerant se paratos procedere, secundum
formam illius cap.
Itẽ procedit, qñ pars illa secũdo præsentans lite
ras non fuit negligens in utendo suis literis, aliàs
si fuisset negligẽs, & tũc pręuẽtio induceretur ꝑ
solã citationẽ, de appellat. c. ut debitus. secundũ
Imolam in dicta decretali, ubi plenè per eum.
42 Aut coram † ipsis iudicibus coram quibus secun
do loco literę ꝑsentantur solũ opponitur de aliis
literis primo loco præsentatis, nec aliqua pars pe
tit procedi secundum formam dicti c. pastoralis.
et tunc

& tunc oon procedetur secundum formam illius, si illi soli coram quibus de ipsis literis opponere-tur poterunt (super hoc cognoscentes) & diffinire, d.c. super literis. de rescrip. & si malè diffiniatur poterit appellari. c. significauerunt. de except. vt dicit in d.c. pastoralis. Ioann. And. post Innocen. ✽ & communiter tenetur.

43 Tertiò verò casu, quando † coram vtrisque opponitur de viribus ipsarum literarum, & tunc aut coram eis nihil aliud petitur, & quilibet cognoscere poterit de ipsis literis, & sic de iurisdictione sua, vt d.c. super literis. & si ferant contrarias sententias super ipsa iurisdictione, & tunc Inno. in d.c. pastoralis. videtur velle quòd valeat prima sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, sed certè in hoc dicendum est, prut dictum fuit supra, quando feruntur duæ sententiæ contrariæ in negotio principali, secundum Imol. vbi supra.

44 Aut coram eis, † non solum fuit oppositum de ipsis literis, sed vltra etiam fuit petitum procedi secundũ practicã dictæ decretalis. pastoralis. & secundũ eã procedendum erit, vt dicit in eadem decretali Ioan. And. post Inno. Si tamen ipsi iudices aliter procedant, An valeat processus fuerunt opiniones, de quibus in d.c. cæterum. ✽ communis

45 † tamen opinio est quòd valeat processus. Vnde dicunt ibi Inno. Compostell. & Ioan. And. quòd securius est dicere, quòd valeat processus, nisi opponatur, & appelletur, cum istud nõ sit de forma substantiali, sed de iustitia, quæ si nõ obseruetur, poterit appellari. C. de appell. l. j. secundum ipsum Imolam, vt plenius de his supra.

Circa tertium verò mẽbrum principale, quod

46 consistit in hoc, videlicet, qua auctoritate † iudices isti cognoscant de tali dubio literarum? dicendum est quòd cognoscunt ex iurisdictione delegata, prout tenuit in d. decretali Franciscus Vercellensis, cum talis potestas accessoria sit ad principalem, quæ est delegata, argumento regulæ, accessorium. lib. vj. & hæc opinio ✽ cõiter tenetur, & eam sequitur ibi D. Anto. esto quòd aliud voluerit ibi Inno. & non bene ratione prædicta, & etiam; quia illa decretalis non tribuit de nouo iurisdictionem, cum ante ipsam quilibet ex eis haberet cognitionem super dubio literarum, & cognoscere posset ex delegata, d.c. super literis. eod. titu. de rescrip. secundum Imol. vbi supra.

Circa quartum membrum principale, quod cõ

47 sistit in hoc, videlicet, † qualis cognitio requiratur super hoc dubio quæ literæ præualeant, dicendum est quòd requiritur summaria causæ cognitio, videlicet per inspectionẽ literarũ, vel aliter, & sine libello, & ille habebit probare de reuocatione literarũ qui hoc allegat. l. ij. ff. de proba. & si de ipsa renuntiatione appareat, & primus impetrãs dicat illam non valere, habebit probare hoc, vt patet in vltimo exemplo Glos. super dicta decretali, secundum Franciscum Vercellens. quem ibi sequitur Ioãn. And. & post eum Imola.

CONCLVSIONIS & Regulę XLVII.

ARGVMENTVM.

Processus in vim literarum surreptitiarum agitatus an valeat.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Literarum seu rescriptorum tres sunt species, una quæ datur ad lites. nu. 2. alia quæ datur ad beneficia. nu. 11. tertia quæ datur ad priuilegia & dispensationes. nu. 13.*

2 *Literæ ad lites contentiosæ & si surreptitiæ sint, ualent, & dant iurisdictionem, licet per exceptionem elidi possint. quod communiter tenetur ✽ nu. 6.*

3 *Literæ ad lites impetratæ, si sint surreptitiæ, & ab excommunicato impetratæ, etiam si nõ opponatur, non dant iurisdictionem, nisi super excommunicationis, uel appellationis articulo fuerint obtentæ.*

4 *Literæ ad lites impetratæ, etiam si non opponatur, si obreptitiæ sunt, iurisdictionem non dant.*

5 *Literæ obreptitiæ dicuntur effugere plenam & deliberatam conscientiam principis, cum ob nimiam uerborum inuolutionem princeps decipiatur.*

7 *Obreptio à surreptione differt, sed contrarium uerius quo ad iuris effectum.*

8 *Literæ ad lites ab non habente potestatẽ datæ, nullam tribuunt iurisdictionem.*

9 *Literæ ad lites omninò falsæ, nullæ sunt, & nullam tribuunt iurisdictionem.*

10 *Literæ ad lites, & ad beneficia, & priuilegia, licet careant surreptione, tamen si Papa cessante surreptione nullo modo eas concessisset, in totũ uitiãtur.*

11 *Literæ contentiosæ ad beneficia si sint surreptitiæ, de eis dicendum est sicut de literis ad lites.*

12 *Literæ gratiosæ ad beneficia si sint surreptitiæ, ipso iure non ualent. Quod communiter tenetur ✽*

13 *Literæ quibus conceduntur priuilegia seu dispensationes, si sint surreptitiæ, ipso iure sunt nullæ.*

14 *Processus agitatus per literas ad lites surreptitias ualet, etiam super causa beneficiali, & communiter tenetur. ✽*

15 *Exceptio surreptionis est dilatoria, & opponenda est ante litis contestationem, & si non opponatur uel opposita reuocatur expressè uel tacitè, tenet processus. Nisi ab excõmunicato fuisset agitatus. nu. 16. Vel ab non admissione appellatum. nu. 17.*

18 *Processus agitatus per executores deputatos in literis surreptitiè impetratis ad beneficia sine causa cognitione, & erit nullus, nisi uitium sit purgabile & purgatum per partes. nu. 20.*

19 *Principale ubi non tenet, nec accessorium.*

20 *Processus agitatus per executores deputatos in literis surreptitiè impetratis ad beneficia, si uitium erat purgabile per partes, & per eas sit purgatum, ualet, & tenet.*

21 *Processus agitatus cum causa cognitione per executores*

tores deputatot in literis surreptitiè impetratis ad beneficia, siue surreptio respiciat tantum literas, & non gratiam siue utrasque, & opposita fuerit exceptio & non admissa, & successiuè appellatum processus postea agitatus non ualet. Secus si non fuit oppositum, uel si oppositum & non admissa oppositio, non fuit appellatum. Quod communiter tenetur. nume. 22. Quod qualiter procedat uide. nu. 23. 24. 25. & 26.



N literę surreptitiæ uel proces-
sus per eas agitatus ualeat, Ca-
nonillæ sparsim tractarunt, ui-
delicet Glo. in c. ad audiētiam.
el ij. de rescrip. ubi Ioan. Andr.
& post eum D. Antonius Imo-
la & D. Nicolaus, & ante ipsos Innoc. in c. ad au-
res. & in c. constitutus. & in c. cū dilecta. & Com-
postellanus in c. super literis. & Hostien. in c. di-
lectus. el primo. eodem titulo de rescrip. quorum
dicta recolligēdo, & ea iungendo, aliquid adden
do dici potest. Quòd aut loquimur in ipsis lite-
ris, aut in processu p eas agitatus. Primo casu di-
cendum est, quòd cum literæ diuersimodè conce-
1 dantur & tres sint † earum species, si ipse literæ
2 † dentur ad lites, seu sint contemptiosæ, prout dā-
tur quandoque, & tunc quantuncunque tales lite
ę sint surreptitię, nihilominus ualent, & confe-
rūt iurisdictionem, licet exceptione elidi posśint,
prout uoluit Glo. in d. c. ad audientiam. in fin. &
* ita communiter * tenetur, prout notatur in c. cæ
terū. & in c. cum dilecta. eodem titulo. ubi de hoc
in Glo. pen. per illum text. Quod licet regulariter
sit uerum, tamen fallit et.
3 Primò, † in casu c. i. eodem titu. lib. vj. in quo
sunt nullæ ipso iure literæ ab excōmunicato im-
petratę, nisi super excommunicationis, uel appel-
lationis articulo fuerint impetratæ.
4 Secundò fallit, quando † ipsę literæ essent ob-
reptitiæ, ut uoluit Innocen. in cap. cum dilecti.
extra eodem titulo. de rescrip. quem in hoc uidē-
5 tur sequi Ioan. And. & D. Anto. literæ † enim ob-
reptitiæ, id est, furtiuę effugiunt secundum ipsos
plenam & deliberatam conscientiam Papæ, eo,
quia propter nimiam inuolutionem uerborū Pa-
pa decipitur, et meritò, tūc ipse literę non ualēt,
nec aliquam iurisdictionnem conferunt, & pro-
cessus agitatus per ipsas non ualet. de off. iud. or-
dinar. c. graue. & C. si à nō comp. iud. per totum.
6 Quod secus est † in literis surreptitiis, ut sunt illę
quarum tenorem Papa plenè intellexit, sed eidem
narratum est falsum, uel uerum tacitum, cùm tales
literæ ualeant, & iurisdictionē conferant, & pro-
cessus agitatus per illas ualet nisi excipiatur. Ex
7 quorum † dictis patet de differentia inter obre-
ptionem & surreptionē, quæ, licet secundū Imo-
lam & D. Nicolaum ibi. satia posśit tolerari ta-
men iure non probatur, imò leges uidentur pro-
miscuè uti hiis uocabulis. ff. de fals. l. si quis ob-
repserit. cum sua materia. quinimmo dictum c.
cum dilecta. loquitur de obreptitijs prout ipse In-
noc. ibi sensit, & tamen dicit processum cassandū
esse seu irritādum, & nō dicit ipsum irritum esse.
Pro quo etiam facit, quia non debet plus operari
Papam non intellexisse plenè factum propter ni-
miam inuolutionem uerborū, quàm si illud fuis-
set tacitum præsertim per dolum, quo casu ualēt
literæ contentiosæ mero iure, ut d. c. cæterum. &
c. super literis. eo. titu. de rescrip. & sic quoad ef-
fectum iuris non uidetur esse differentia inter li-
teras obreptitias & surreptitias, qđ sensit in d. c.
super literis. D. Florianus ex quibus uides dictam
limitationem sustineri non posse.
8 Tertiò fallit, † quando tales literæ datæ essent
à non habente potestatem, c. sua. de offic. uic. &
ita intelligi posset quod uoluit. Io. in Glos. in d.
c. ad audientiam. dicens quod si per literas nulla
datur iurisdictio, non ualet quòd fit, quod quan-
do fit non declarat, unde intelligi potest in ca-
su prædicto.
9 Quartò fallit, quando † tales literę essent fun-
ditus falsę, cum tunc sine dubio sint nullæ, prout
uoluit Innoc. in d. c. super literis. ubi sumitur in-
ter aliàs regula, quòd dolosa surreptio uitiat in
totum literas, quę non solum habet locum in lite
ris contentiosis, uerum & beneficialibus, ut in-
fra dicetur.
10 Quintò fallit, quando † cessante surreptione
Papa nullo modo concesśisset literas, nam tunc li
teræ uitiantur in totum, ut patet ex regula tertia
quę sumitur in d. c. super literis. quę nedum pro-
cedit in literis contentiosis, ut ibi est expressum,
sed etiam in priuilegiis eadem ratione, secundum
D. Antonium & Imolam ibi. ac etiam in literis
beneficialibus, ut ibidem uidetur uelle Glo. quæ
incipit ex hoc. & Ioan. And. de quo infra.
11 Quandoque & secundò dantur † literę ad be-
neficia seu sunt beneficiales, & tunc si tales sint
literæ contentiosæ seu iustitię ad beneficia, & idē
quòd in literis ad lites prout uoluit Compostel-
lanus, quem sequitur Ioannes And. in dicto c. ad
audientiam. Ad hoc quod notatur in c. postula-
sti. eod. tit. de rescrip.
12 Si uerò sint † literę gratiosæ ad beneficia, &
tales literę ipso iure non ualent, si sint surrepti-
tiæ, ut patet in dicto c. ad audientiā. & ibi in Glo.
& in c. ad aures. & in c. constitutus. ubi Innoc. eo-
dem titul. & Compostellanus in d. c. super literis.
* Ad hoc Clementina. j. de præb. & ita * commu-
niter tenetur.
13 Quandoque & tertiò, per literas ipsas † conce
duntur priuilegia uel dispensationes, & tunc simi
liter si tales literæ sint surreptitię, sunt ipso iure
nullę, c. dudum. de elect. el ii. ff. de natal. restitut.
l. j. secundum Compostellanum, quem sequitur
in d. c. ad audientiam. Ioan. And. Ad hoc. c. i. & ii.
de filiis presbyt. lib. vj.
Secundo uerò casu principali, uidelicet, cum
14 quęritur † de processu agitato per ipsas literas sur
reptitias, & tunc, aut quæritur de processu agita-
to per

to per literas ad lites surreptitiè impetratas, & valet talis processus, etiam si sit agitatus super causa beneficiali, vt voluit Glos. in dicto cap. ad audientiam. quam tenent ibi Ioānēm And. & Compostellanus, & ita communiter tenetur. pro
15 qua facit, quia cum hæc, † exceptio surreptionis sit dilatoria, opponi debet ante litem contestatam. cap. inter monasterium. de re iudica. & si non opponatur, vel opponatur & reiiciatur, expressè vel tacitè procedendo ad vlteriora, tenebit processus, cap. ex parte. el tertio. de appellatio. & vt notatur in d. c. cū dilecta. de rescrip. Sed licet regulatiter hoc verum sit, tamen fallit.
16 Et primò, nisi † ab excommunicato fuisset agitatus, vt est casus in cap. j. de rescrip. lib. vj.
17 Secundò fallit, quando † talis exceptio surreptionis fuisset opposita: & quia non admissa, fuisset appellatum, cum tunc processus post ipsam ap appellationem agitatus non valeat, d. c. cum dilecta. & c. non solum. de appella. lib. vj.

Aut loquimur de processu agitato per literas beneficiales surreptitiè impetratas, & earum vi-
18 gore, & tunc, aut † talis processus agitatus fuit per executores in ipsis literis deputatos sine causæ cognitione, vt quia assumpserunt viam meri executoris, quod facere poterunt, iuxta notata in cap. finali. de præsumptio. & in Clementina vnica. de offic. delega. & tunc talis processus erit nullus, sicut & ipsę literę. cap. constitutus. de rescript. Vnde poterit quandocumque impugna-
19 ri. Nam si non tenet † principale, non tenebit accessorium. de fide instrumento. cap. inter dilectum. secundum Compostellanum, & Ioannem And. in eodem cap. ad audientiam. Ad hoc regula, accessorium. libro sexto. Quod verum est, nisi
20 † tale vitium sit purgabile per partes, & per ipsas sit purgatum, vt in casu. cap. constitutus. eodem titulo. ibi enim capitulum nō compellebatur recipere illum ad ipsas literas surreptitias, non facientes mentionem de numero, tamen tenet receptio, si capitulum sponte recipiens sciens ius & factum, idem si sciat factum sed ignoret ius, ut uoluit Inno. in c. ad aures. eo. titu. Secus autem si ignoret capitulū ius & factum, nel solum factū, imò & si ignoret solū ius, nō præiudicaretur capitulo, per notata in l. si per errorē. ff. de iuris. om. iud. secundū D. Anto. in d. c. ad audientiā. Circa quę adnettendum est, quòd licet hęc sint menti tenenda, tamen dici poterit, quòd etiam si capitulum ignoret ius & factum, tenebit receptio, ex quo capitulū habet ptātem recipiendi, licet tunc subsit iusta causa agendi, nt remoueatur receptus per literas surreptitias, p notata in simili in l. j. ff. de cōdi. inde. secūdū Imol. in eo. c. ad audientiam.
21 Aut talis processus † agitatus fuit pro literas beneficiales surreptitias cum causę cognitione, vt quia executores in eis deputati assumpserunt partes iudicis, & cum causę cognitione processerunt, quod facere potuerunt, prout notatur in dicta Clementina unica. & dicto cap. finali. Et tunc cum contra huiusmodi literas beneficiales opponi possit de surreptione ab initio, & in ultimum declinatorię, siue sit talis surreptio quę respiciat tantum literas, & non gratiam, ut si iurauit quis non impetrare, siue sit talis quę respiciat literas, & etiam gratiam, cùm tunc opponi possit etiam in nim peremptoriæ, ex quo uitiat literas & gratiam prout uoluit Compostellanus, & Ioannes And. in eodem cap. ad audientiam. Ad hoc quod notatur in dicto cap. constitutus. & in cap. j. de lit. contesta. libro sexto. & tunc si de ipsa surreptione oppositum fuit contra ipsas literas, & ex eo, quia non fuit admissa fuit appellatum, & processus post ipsam appellationem agitatus non ualebit, ut d. c. cū dilecta. & d. c. nō solū. secundum Compostellan. & Ioan. And. per dicta iura.
22 Aut non fuit de † ipsa surreptione oppositum, vel si fuit oppositum, non fuit appellatum, ex eo, quia non fuit admissa, & tunc tenebit processus, prout supra dictū fuit in processu agitato per literas surreptitias, secundū eundē Compostellan. & Ioan. And. Ad hoc quod not. in c. cum dilecti. de elect. secūdū Imol. in d. c. ad audientiā. qui hoc idem videtur tenere, & ita cōiter tenetur.
23 Sed licet hoc dictum † communiter teneatur, & procedat in executoribus datis super contentione beneficiali, tamen non videtur procedere in ipsis executoribus datis in literis beneficialibus, nec fortè est verum; nā ex quo tales executores fuerunt dati vnà cum literis beneficialibus surreptitiis, & ipsa surreptio ipso iure vitiet eas, vt dictum fuit supra, videtur etiam vitiare dationem ipsorum executorum, ex quo accessoriè veniunt, & per consequens eorum processum. Ad hoc dictum cap. cum dilecta. & dicta regula, accessorium. & textus in dicto c. ad audientiam. el ii. indistinctè loquens. & quod notatur in cap. si super gratia. de offic. deleg. libro vi. secundum D. Nicolaum. Cuius dictum fortè procedit, quādo ipsi executores dati essent vnà cum ipsis literis beneficialibus, aliàs si separatim, & tunc aliud esset per notata in dicto cap. si super gratia. tunc enim teneret eorum processus & sententia per notata in dicto cap. si super gratia. & ipsa sententia transiret in rem iudicatam, si ab ea non esset appellatum. cap. cum dilecti. de elec. Quod haberet locum etiam si dati essent ipsi executores in ipsis literis beneficialibus, tenendo prout communiter tenetur, quòd eorum processus agitatus cum causæ cognitione teneat, cum & tunc similiter teneat eorum sententia, & transiret in rem iudicatam, si ab ea non esset appellatum. Transit enim sententia in rem iudicatam, si ab ea non sit appellatum quantumcūq; data sic in beneficialibus; vt d. c. cū dilecti. & si sit data per literas surreptitias, vt supra. Quod procedit quādo ipsa surreptio respicit literas & nō gratiā, cum talis exceptio possit omitti, & si omittatur scienter, nō potest posteà opponi in causa appellationis, p tout voluit Glo. in d. c. ad audientiam.

Si verò

24 Si verò ipsa surreptio † respiciat literas & gratiam, & tunc si vitiũ sententię sit remissibile per partes, vt si pronunciet aliquem recipiendum in ecclesia numerata impetrantem, nõ facta mẽtione de numero, cũ tale vitium ipsa ecclesia purgare possit ipsum recipiendo scienter, prout patet ex notatis in d.c.constitutus. & tunc talis sententia transibit in rem iudicatam. Idem si pronuntietur quem amouendum à beneficio, cum & tunc sententia transeat in rem iudicatam quoad prçiudicium eius contra quem est lata, ut uoluit Glo. notabilis in c.i.de conceſſ. præb. secundum Imolam in d.c.ad audientiam.

25 Si uerò † uitium sententiæ non sit remissibile per partes, ut si aliquis impetret literas super certo beneficio quod habet, & illud per ipsas literas obtineat, & tunc licet talis sententia transeat in rem iudicatam quoad præiudicium partis, quę nõ appellauit. prout notatur in d. c. cum dilecta. non tamen transibit quoad prçiudicium superioris, quin possit ex officio inquirere de nõ canonico titulo. Ad hoc quod notatur in c. quoad peti-

26 tionem. de accusat. Quinimò † nec transibit etiã quoad prçiudicium partis, quo minus possit denuntiare: argumento eorum quę habentur. in cap. quemadmodum. de iureiuran. & hoc uoluit Innocen. in dicto cap. ad aures. eodem titulo. de rescript. & in cap. cum olim. de dolo & contuma. & in cap. cũm Bertholdus. de re iudic. secundum Imolam in dicto cap. ad audientiam. quod & ibidem uoluit Compostellanus quem uidetur sequi ibi Ioannes Andr. dicens quòd quantumcunque pars nõ possit opponere de surreptione post sententiam, nihilominus poterit per superiorem ex officio inquiri super beneficio per obreptionem obtento, & si uidet eum per surreptionem obtentum, poterit quod factum est reuocare, per dictum cap. ad audientiam. poterit enim contra ipsum agi denuntiando, ant dicto cap. quemadmodum. & denuntiari poterit etiam per ipsam partem, contra quam sententia fuit lata, prout sentiunt Innocent. & Compostellanus in eodem cap. ad audientiam. Quod forte non est uerum: quia quoad ipsam partem sententia transit in rem iudicatam, ut patet in dicto cap. cum dilecta. in fine secundum D. Nicolaum in dicto cap. ad audientiam, sed non respectu eius pro quo fuit lata, cum hoc respecto non transeat in rem iudicatam, unde poterit contra ipsum per superiorem inquiri, & etiam poterit per tertium denuntiari, prout uoluit ipse D. Nicolaus ubi supra, & hoc si ueniat ipse tertius ratione priuati interesse, & ignorauit, aliàs secus. per notata in cap. de hiis. de accusatio. Si uerò non ueniat ratione priuati interesse, & tunc eidem nocebit ipsa sententia. Et hoc nisi ipse tertius doceat de collusione, uel nisi per uiam denuntiationis cum possit, per notata in dicto cap. cum dilecti de electio. & in cap. cupientes. §. cæterum eo. tit. lib. vj. secundũ Imolam in eo. c. ad audientiam.

CONCLVSIONIS
et Regulę XLIIII.

ARGVMENTVM.

Taciturnitas quę inducat surreptionem, & uitiet rescriptum à quo, & qualiter probanda.

SVMMARIVM.

1 *Taciturnitas respiciens personæ iudicis qualitatem, inducens rescripti nullitatem, inducit surreptionem, rescriptum uitiat, & in uim surreptionis opponi poterit. Si uerò non inducit nullitatem rescripti, tunc non in uim surreptionis sed contra ipsum iudicẽ in uim declinatoriæ opponi potest nu.2.*

3 *Taciturnitas respiciens personam impetrantis, & nõ negotium principale, si rescripti nullitatem respiciat, in uim surreptionis opponi poterit, secus si non inducat rescripti nullitatem, cum tunc nec per uiam declinatoriæ.*

4 *Infamiæ exceptio non obstat prosequenti ius suum.*

5 *Taciturnitas respiciens merita causæ rescriptum non uitiat, nec in uim surreptionis contra ipsum opponi potest regulariter.*

6 *Surreptionis exceptio peremptoria quæ habet secum annexam iudicis competentiam, opponi potest ad processum, & ad impediendam litis contestationẽ.*

7 *Surreptionis exceptio peremptoria notoria opponi potest ad processum.*

8 *Surreptionis exceptio quæ perimeret litteras, & gratiam, in uim surreptionis opponi potest.*

9 *Surreptionis exceptio peremptoria in uim surreptionis opponitur, si opponens offerat se incontinenti probaturum, sed communiter ✠ contra.*

10 *Taciturnitas respiciens rescriptum contra illud opponi potest.*

11 *Taciturnitas respiciens literas & negotium de ea opponi potest.*

12 *Promittere non agere, & promittere non conuenire, paria sunt.*

13 *Exceptio resultans ex iuramento de non conueniẽdo, uel de nõ agendo, opponi potest, ne dum ad processum uerum etiam ad merita causæ.*

14 *Taciturnitatis exceptio respicientis exercitium actionis non potest opponi contra rescriptum in uim surreptionis. Secus si surreptio committatur ex expressione. nu.15. Sed contrarium uerius. n.16. Nisi notoria sit. nu.17.*

18 *Exceptio in contentiosis non respiciens merita causæ, obiecta probanda est per excipientem.*

19 *Exceptionis concernentis merita causæ probatio, an sit reseruanda in meritis causæ.*

20 *Exceptionis concernentis merita causæ probatio ad processũ obiectæ per excipientẽ, fienda est si actor ipse se non fundat circa eam, ut exceptio litis finitæ. Secus autem si circa eam actor se fundat, cum tunc ipsi actori incumbat probatio, quod communiter tenetur. nu.21. ✠*

22 *Actori onus incumbit probandi; quando eius assertio &*

tio & rei negatio circa idem uersantur.

23 *Præsumitur pro iudicis iurisdictione, in eo quod allegatur in libello ad concludendum eius iurisdictionem, si uerum uel falsum includitur in eius iurisdictione secus aliàs nu.24.*

25 *Impetrans beneficium non obtinet nisi doceat se habilem.*

26 *Iudicis officium exuberat in beneficialibus.*

27 *Surreptionis exceptio in beneficialibus ad inualidandam gratiam probanda est per excipientem. nisi impetrans asserat quod & reus negat. nu. 28.*

29 *Probatio quæ fit ad fundandam iurisdictionem sufficit summaria. et hoc uerũ respectu dilationũ. n. 30*

31 *Probatio quæ fit ad ipsum rescriptum elidendum plena esse debet. secus si bis ueniret probanda ab eadem parte. nume. 32.*



IDEAMVS an taciturnitas, & quæ inducat obreptionem, pro qua materia declarãda tria sunt principaliter uidenda, & primò. Quæ taciturnitas inducat surreptionem, & uitiet rescriptum. Secundò si obiiciatur contra rescriptũ de surreptione uel aliter, cui incumbit probatio. Tertiò qualiter ipsa exceptio etiam attingens merita causæ probanda sit.

1 Circa primum † membrum considerandi sunt principaliter sex casus. Quorum primus est quando tacetur tale quid, quod respicit personam ipsius iudicis, & tunc. Aut tale quid inducebat nullitatẽ rescripti, vt est si taceretur quod iudex cui fit commissio erat publicè excõicatus, & tunc hęc taciturnitas inducit surreptionem, & uitiat rescriptum, vnde poterit tũc opponi in uim surreptio-
2 nis. Ad hoc c. j. de rescrip. lib. vj. Si verò † non inducebat nullitatẽ rescripti, vt est si taceat quòd iudex erat infamis, homicida, uel criminosus, & tunc non poterit opponi contra ipsum rescriptũ in vim surreptionis. Sed bene opponi poterit cõtra ipsum iudicem in ui declinatoriæ, secundum Compostellan. Ioann. And. & Imol. in c. super literis. eodem titu. de rescrip. quod ideò est secundum Ioan. And. quia de exceptionibus quæ non attingunt negotium principale non est necesse quod fiat mentio, uel ideò, quia si Papa sciuisset nihilominus non denegasset literas, tamen eum non dedisset, & ideò tunc procedet secundũ formam iuris, cum simus extra regulam d.c. super literis. secundum Imolam ibi, quidquid ibidem dicat D. Antonius, notans etiam ex dicto Innocen. quòd homicida † non potest esse iudex, contrarium tamen ipse sentit in c. cum super. de offic. deleg. & Ioan. And. in c. sciscitatus. eodem titulo de rescrip. de quo dicemus plenè in illa conclusione. Quæ impedimenta iudicem à iudicando repellant.

3 Secundus casus est, quando † tacetur tale quid quod concernit personam partis impetrantis, & non negotium principale, quo casu si ex hoc inducatur nullitas rescripti, vt est, si sit excommunicata, & poterit tunc obiici cõtra ipsum rescriptũ in ui surreptionis. c. j. de rescrip. lib. vj. Aliàs uerò si non inducat nullitatem, ut infamia, & tũc non potest per uiam surreptionis. imò & nec per uiam declinatoriæ, licet Inno. & D. Anto. in d.c.
4 super literis. aliud senserint. Nam † prosequenti ius suum non obstat exceptio infamiæ. iiij. q. vij. omnibus. secundum Imol. in d.c. super literis.

5 Tertius casus est, quando † tacetur tale quid, quod concernit tantũ merita causæ, vt si taceatur exceptio peremptoria, & tunc quidquid dicat in d.c. super literis. Inno. & Glos. in c. j. de litis contesta. lib. vj. dicẽdũ est, quod cõtra rescriptũ opponi nõ poterit de tali taciturnitate, & sic in ui surreptionis, ut d. cap. j. Quod licet regulariter sit uerum, tamen fallit.

6 Et primò, quãdo † esset exceptio perẽptoria quę haberet secũ annexã cõpetentiã iudicis, ut si conueniatur quis ex eo quod hic cõtraxit, nã si hoc negetur, poterit hęc exceptio opponi ad processũ, & ad impediendã litis contesta. prout not. per Inn. in c. Romana. §. contrahentes. de foro cõp. lib. vj.

7 Secundò fallit: quando † esset exceptio peremptoria notoria, cum & ista opponi possit ad processum, vt uoluit Specul. in titu. de excep. §. hoc dicto uersiculo sed pone. Ad hoc quod notatur per Ioannem And. in d.c. j.

8 Tertiò fallit, quando † esset talis peremptoria quæ perimeret gratiam & literas, prout nota. per Glos. in d.c. j. & in c. constitutus. de rescrip.

9 Quartò fallit, quando † obiicens exceptionem peremptoriam offerret se incontinenti probaturum, l. iij. §. ibidem. ff. ad exibẽ. & hoc tenuit Guido de Suzaria, quem refert Ioan. And. in addi. Specula. in titu. de litis contesta. §. j. uersi. sed reus. Sed ✱ istud dictum communiter ✱ non tenetur per notata in d.c. j. ubi de hoc secundum Imolam in eodem cap. super literis.

10 Quartus casus, quando † tacetur aliquid respiciens rescriptum, vt si iurauit, uel promisit quis non impetrare, & tunc opponi poterit contra rescriptum de huiusmodi taciturnitate, prout notatur in cap. constitutus. de rescrip. Idem si dicatur quòd aliud rescriptum præcessit de quo non sit facta mentio, uel si dicatur quòd non sit facta mẽtio de processu, ut c. cæterum. eod. titu. & c. cum inter. de re iudica.

11 Quintus casus est, quando † id quod tacetur respicit literas & negotium principale, ut si impetrans iurauit non agere contra talem, & de hoc in impetratione non fecit mentionem, cum tunc opponi possit de tali taciturnitate contra ipsas literas, ut uoluit Inno. in d.c. j. Idem secũdum D. An-
12 tonium in d.c. super literis. si iurauit † non conuenire: nã ista duo parificãtur secundũ eũ. Sed uerè contrariũ sensit Iono. in d.c. cõstitutus, uolens, quod
13 si iuro nõ cõuenire aliquẽ. quod exceptio † resultans ex hoc iuramẽto obiici possit ad processum, & ẽt in uim perẽptorię post litẽ contesta. Idẽ tñ Inno. in dicto

in d.c.i.de lit.conteſt.lib. vj. uidetur uelle quòd
ſolum opponi poſsit ad proceſſum,dicendum,ta-
men uidetur etiam opponi poſſe ad merita cauſę,
ut uoluit in dicto cap.conſtitutus. D. Antonius
poſt Innocent.
14 Sextus caſus eſt , quando † id quod tacetur re-
ſpicit exercitium actionis,ut eſt,ſi tacuit de exce-
ptione dilatoria ſolutionis,quo caſu non poterit
opponi contra literas in ui ſurreptionis,ſed pro-
cedet iudex ſeruata efficacia ipſius exceptionis,
condemnando eum ad ſoluendum poſt tempus,
ut uoluit Innoc.in d.c.ſuper literis. Ad hoc quod
notatur de plus petit.in c.uni.ubi de hoc. & hoc
quando committitur ex taciturnitate.
15 Si uerò † ſurreptio committatur ex expreſsio-
ne,ut ſi impetrans exprimat falſum,puta ſi impe-
trat ex cauſa depoſiti,uel mutui,quod re uera nō
proceſsit,& tunc licet obiici non poſsit quod ni-
hil debeat in ui ſurreptionis , tamen opponi po-
terit quòd reſcriptum eſt uitioſum,& quòd per id
procedi non potuit,per id quod habetur in c.fin.
de reſcript.ſecundum D.Antonium in eodem c.
16 ſuper literis.Sed hoc non eſt uerum, † & contra-
rium uoluit Barto.in l.præſcriptione. C.ſi contra
ius uel util.publ.& in eodem c.ſuper literis.Ioan.
de Lignano:quia hoc concernit merita cauſę, un-
de opponi nō poteſt,& reſcriptum ipſe princeps
17 alias fuiſſet conceſſurus,& hoc niſi † notorium ſit
non deberi,cum tunc procedat dictum c.finale ſe
cundum Imolam ubi ſupra.
Circa ſecundum membrum quod conſiſtit in
hoc,cui incumbat probatio quando opponitur
contra reſcriptum de ſurreptione,uel aliter, fue-
runt opiniones de quibus in d. c.i.de litis conte-
ſta.lib.vi.per Ioannem And.ex cuius mente con-
cludi poteſt,quòd aut loquimur in literis conten
tioſis,aut in beneficialibus.
18 Primò caſu uidelicet, † in contentioſis,dicen-
dum eſt,quòd aut exceptio quę obiicitur non re-
ſpicit merita cauſæ,& ipſe excipiens probare de-
bebit,per regulam uulgatā: quia reus in exceptio
ne eſt actor.ff.de exception.l.i.unde ſi conuentus
excipiat de primo reſcripto de quo nō fuit facta
mētio,ipſe ꝓbare debebit de priori,de quo an ſit
facta mentio apparebit ex inſpectione reſcripti.
19 Si uerò ipſa exceptio † concernat merita cau-
ſæ , & tunc licet Vltramontani tenuerint quòd
reſeruari debeat probatio in meritis cauſæ, ne ue
niat idem bis probandū,tamē ipſe Ioannes And.
in dicto c.i.tenet contrariū,cum & tunc ſit pro-
bandum,etiam ad effectum excludēdi proceſſum,
quo caſu an ſufficiat tunc ſemiplena probatio in-
20 fra patebit.Sed cui incumbat † onus probandi.&
in hoc dicēdum eſt quòd ſi obiiciatur ad proceſ-
ſum talis exceptio concernens merita cauſæ quæ
obiici poteſt,ut ſuprà,circa quam ipſe actor ſe nō
fundat ut exceptio litis finitæ, & tunc ipſi ex-
cipienti incumbet onus probandi per regulam
prædictam .
21 Si uerò † obiiciatur exceptio cōcernens etiam
merita cauſæ,circa quam ipſe actor etiam ſe fun-
dat,& tunc ipſi actori incumbet onus probandi ,
per regulam illam affirmanti & non neganti. ff.
de probat.l.ii.& ut plenius notatur in c.bonæ. el
ij.de elect. Vnde ſi aliquis conueniatur:quia hic
ipſe contraxit, & ipſe declinando iuriſdictionem
excipiat ſe non contraxiſſe , actor debebit proba-
re,& hoc uoluit Innoc.in d.c.ſuper literis.& in c.
Romana.§.contrahentes.de foro compet.libr.vj.
& Iacob.Butrig.in dicta l.præſcriptione.quod et
✤ communiter ✤ tenetur, licet Guilielmus de Cu-
neo & Bartol.ibi contrarium noluerunt , & non
22 bene: quia † ex quo aſſertio actoris & negotio
rei circa idē uerſatur,debet actori affirmāti onus
incumbere:ut dicta l.ij. Ad hoc quod notatur per
Ioannem Calderinum in dicto c.bonæ.in ſuis di-
ſtinctionibus , & per Lapum in allegatione de-
23 cima.Nec pro † iuriſdictione iudicis præſumi-
tur,quando id quod petitur non ſpectat de iuriſ-
dictionem iudicis,ſi eſſet falſum , ut patet ex no-
tatis in d.§.contrahentes.eſt quòd aliàs præſuma
tur pro iuriſdictione in eo quod allegatur in li-
bello ad cōcludendū eius iuriſdictionem:argumē
to.l.penultimæ.ff.de iuriſd.omn.iudic. ut uoluit
Bartol.in l.ii.ff.ſi quis in ius uocat.cuius dictum
24 † procedit , quando id quod in libello petitur ,
ſiue ſit uerum,ſiue ſit falſum,cōcluditur intra iu-
riſdictionem iudicis , cum tūc iudex poſſet de eo
cognoſcere ſiue ſit uerum, ſiue falſum:ut d.l. pe-
nul.ſecundū D.Anto.& Imo.in d.c.ſuper literis.
Secundo uerò caſu,uidelicet in literis benefi-
25 cialibus dicendum eſt,quòd † licet ipſe impetrās
beneficium non obtineat,niſi doceat ſe habilem,
26 cum † in beneficialibus exuberet iudicis officiū,
prout notatur in regula. infamibus. libro. vj. per
27 Ioannem And.nihilominus ſi † contra eum op-
ponatur de ſurreptione ad gratiam inualidandā,
onus probādi incumbet ipſi excipienti,aliàs ſuc-
cumbet & condemnabitur in expenſis per dictam
regulam uulgarem quæ eſt ut in ipſa exceptione
cenſeatur actor.Quod licet regulariter uerum ſit.
28 Tamen fallit,quando ipſe † impetrans aſſeruiſſet
quod & reus negat, ut quia dixiſſet ſe legitimum,
uel legitimæ ætatis, quod & reus diceret eſſe fal-
ſum: quia tunc cū aſſertio impetrantis & negatio
rei uerſetur circa idem,onus probandi incumbet
ipſi affirmanti,etiam ſi alius uelit probare ,erit
audiendus.ff.de proba.l.circa . & c.licet.de pro-
bat.ſecundum ipſum Imolam in d.c.ſuper literis.
Circa tertium & ultimum membrum, qualiter
probetur ipſa exceptio quæ obiicitur contra re-
ſcriptum,etiam ſi attingat merita cauſæ,dicendū
eſt prout recolligi poteſt ex dictis Bar.in dicta l.
præſcriptione.D.Antonij & Imolæ in d.c. ſuper
29 literis , quòd aut loquimur † in probatione quæ
fit ad fundandā iuriſdictionem,ut eſt ſi uelit pro-
bare quòd in loco illo contraxerit , & tunc ſuffi-
ciet ſummaria probatio,ut uoluit Innoc.in dicto
§.contrahentes.& D.Antonius & Imola ubi ſu-
30 pra.Quod uerum eſt † reſpectu dilationum,cum
non

non sufficiat unus testis,uel iuramentnm,sed re-
quirantur duo quales qualea,ut uolnit Bal.in d.l.
preſcriptione. circa qđ dicédū eſt prout plenins
notatur ibi,& in d.§.contrahentes.& de foro cō
pet. ſi elericus.& in c.cum ſit generale.
31 Aut in probatione † quæ ſit ad ipſum reſcri-
ptum elidendum,& contra ipſum,& tunc requi-
ritus plena probaiio ipſius exceptionis. Ad hoc l.
iudices.& quod ibi notatur.C.de iudic. ſecundū
Bald.in d.l præſcriptiooe. Quod verum eſt,niſi
32 idem † ueniat bis probādum ab eadem parte, ut
ſi opponatur exceptio litis finitæ in vi declinato
riæ, ut opponi poteſt, cum ſufficiat quòd pri-
mo loco probetur ſummariè,& poſtea ſi oppona
tur in vi peremptoriæ debebit plenè probari,ſi-
cut in ſimili notatur in l.iij.§.ibidem.ff.ad exhi-
bend.prout uolnit Bart.in d.l.præſcriptione.

CONCLVSIONIS XLV.

ARGVMENTVM.

Falſa latinitas an; & quando uitiet ſcriptu-
ram præſertim in reſcriptis.

SVMMARIVM.

1 *Falſa latinitas in teſtamentis et alijs instrumen
tis non uitiat, dummodo appareat de mente di-
ſponentis.*
2 *Falſa latinitas ex modico defectu,nec in literis Papæ
uitiat.Idem alterius principis.nu.13. niſi ex defe
ctu tali modico alius ſenſus inducatur. nu. 3.*
4 *Falſa latinitas non manifeſta, ut quia ſit dubium,
non uitiat. Idem ſi per aliquam figuram ſal-
uari poſſet. nu.5.*
6 *Falſa latinitas manifeſta uitiat literas apoſtolicas,ſi-
ue ſint iuſtitiæ ſiue priuilegij uel gratiæ. Nec
admittitur probatio in contrarium. nume.8.& id
quare.nume.9.*
7 *Falſitas citius præſumitur in literis abſolutorijs, &
ſic gratioſis.*
10 *Falſa latinitas manifeſta an uitiet literas apoſtoli-
cas per cameram ſecretam expeditas, quòd non,
ſed contrarium uerius. & nu. 11. Idem in literis
alterius principis.nu.13.*
12 *Falſitas magis præſumitur in clandeſtinis.*

1 ALSA latinitas † quando ui-
tiet ſcriptnram, præſertim re-
ſcriptnm,dicendum eſt. Qnòd
aut in teſtamentis uel aliis in-
ſtrumentis, & tunc mala lati-
nitas non uitiat,dunmodo ap
pareat de mente diſponentis,prout vult Gl. in c.
ad audientiam.el primo.de reſcrip. Ad hoc l.qui
habebat. ff. de manum. teſta.l.illicitas.§.ueritas.
ff. de offi. preſi. l.errore.C.de teſtam. & l.Plau-
tius.ff.de anro & arg.lega.cum ſimilibus.
2 Aut loquimur in literis Papę,& tunc,aut † ma-
la latinitas ſurgit ex modico defectu, ut quia ſit
defectus alicuius ſillabæ,literæ,uel tituli, & tunc
mala latinitas non uitiat ipſas literas.c. ex parte.
3 de fide inſtru.Quod uerum intellige niſi † ex defe
ctu tituli uel literæ alius ſenſus inducatur,proue
voluit Archidia. xix.diſt.in memoriam. ubi ple
nius de hoc,& in d.c.ex parte.
Aut non ſurgit ex modico defectu,& tūc, aut
4 † mala latinitas non eſt manifeſta, ut quia uitiū
ſit dubitabile,& non uitiat, cum tunc fiat inter-
pretatio pro ipſis literis.c.inter dilectoſ. de fide
inſtrum.quod & uoluit in c.ad audientiam. el j.
Aegidius & Boatinus quos ſequitur ibi Ioannes
5 Andreæ.Idem † eſſet ſi ſaluari poſsit per aliquā
figuram.Ad hoc c.j.de iudi. & quod ibi notatur.
& ita conſuluit Ioan.And.quem ſequitur D. Ni
colaus in d.c. ad audiētia. Circa quod dicendnm
eſt,prout notatur in d.c.j.& in c. forus. de verb.
ſigni.& in l.eam quam.C.de fideicom.ubi.nota-
tur de iſtis figuris.
6 Aut ipſa mala † latinitas eſt manifeſta, & tunc
7 † licet in literis abſolutoriis & ſic gratioſis de qui
bus in d.c.ad audientiam.præſumatur citius falſi
tas,quàm in literis iuſtitiæ.de cri. fal.c.fi.ſecun-
dum Io. And.& D.Nicolaum in dicto c.ad audiē
tiam.Tamen ipſa mala latinitas uitiat ipſas lite-
ras Apoſtolicas, ſiue cōcedātur in uia iuſtitiæ,ſi-
ue in forma priuilegij ſeu gratiæ. vt vult Glo. in
8 in d.c.ad audiētiā.† Nec admittitur ꝓbatio in cō
trariū,uolendo probare quòd emanauerint de vo
luntate Papæ,cum ſit præſumptio iuris & de iu-
re, quòd non emanauerint de cancellaria pro-
pter ipſam malā latinitatē,contra quam præſum-
ptionem non admittitur probatio in contra-
rium,prout uoluit Gloſſ.prædicta. Ad hoc quod
9 notatur. de ſponſa. cap. is qui. Quod ideò † eſt
potins in ipſis literis Papę,quàm in aliis inſtrumē
tis ſeu literis:quia prout uoluit Glo.prædicta, ta
les literæ habent tranſire per multas manus, pro
ut & declarat ibi Io.And.unde nō eſt uериſimile
quòd ſaltem aliquis prædictorum nō perpēdiſſet
de tali mala latinitate,propter quod dicit ibidem
10 D.Ant.quòd ſecus fortè † eſſet in literis Papę quę
trāſirēt per camerā,ſi cōſtat illas de camera ema
naſſe,cū illæ nō trāſeant per tot manus. Cuius di
ctū licet forte ſatis ęquū videat̄,tn̄ tutius eſt tene
re cōtrariū p d.c.ad audiētiā,indiſtinctè loqnēs,
& quia uеriſimile eſt quòd illis qui deputantur
ſupra factis camerę ſint periti, unde non videtur
in dubio recedendū à litera d.c.argu.de priuil.c.
quia circa.quod placet Imolæ & D. Nicol.in eo.
11 c.ad audientiā.ut & tales literas † uitiet ipſa mala
latinitas cū tūc oriat̄ cōtra ipſas duplex pręſum-
ptio una quòd nō emanauerit p cācellariā ſiene
12 eſt de cōi ſtylo,ſecundò: † quia ſuper clandeſti-
nis,ut ſunt iſtæ,magis præſumitur falſitas. Ad
hoc quod notatur.de clandeſt.deſpen.c.cum in-
hibitio.Nec textus in d.c.ad audientiam. fundat
ſe ſuper cācellaria,ſed ſimpliciter loquit̄ de ipſis
literis apoſtolicis,qui notanter dicit per illū tex.

13 & eadem catione idem esse dicendum in literis aliorum principum, qood prius ooluit ibid. Bal. dicens generalitec quòd non nalent literæ pcincipis si ibi sit mala latinitas.

CONCLVSIONIS & Regulæ XLVI.

ARGVMENTVM.

Rescciptum contra ius an, & quando ualcat.

SVMMARIVM.

1 *Papa rescribens super facto dubio, & tunc nõ intelligitur rescripsisse coutra ius.*

2 *Rescriptum coutra ius tenet, si in eo est specialis clausula derogatoria. Idem si per uerba æquipollentia nu. 3. Idem si factum narretur per quod appareat de certa scientia ipsius. nu. 4. contra. nu. 5.*

5 *Intellectus ad c. nonnulli. de rescrip.*

6 *Clausula derogatoria specialis ubi requiritur alia de causa quàm ob præsumptam ignorantiam, non sufficit rescribere ex certa scientia coutra ius alids secus, si de ipsa scientia appareat ex tenore rescripti. Quod procedit etiam si ius esset conciliare nume. 7.*

8 *Rescriptum contra ius tenet, si in eo adest clausula derogatoria generalis. Etiam si tale ius probibeat impetrari seu expreßè deroget impetrationi nu. 9. Et boc uerum, nisi adijciat formam qua permittat impetrationem. nu. 10.*

11 *Rescriptum contra ius absque clausula speciali seu generali derogatoria uan ualet. Nisi specialis requiratur ob præsumptam ignorantiam: nam eo casu si ex certa scientia in rescripto expressa emanet ualet. nume. 12.*

13 *Rescriptum de iure ciuili non probibitum specialiter impetrari, conceßum nec ualet contra ius. Nisi fiat mentio de inre contrario saltem in genere. nu. 14. Nisi emanet ex certa scientia in rescripto expcessa. nume. 15.*

16 *Rescriptũ de iure canonico contra ius conciliare uon ualet, cũ tale ius babere uideatur clausulã probibitiuã ad rescriptum. Itẽ nec contra ius commune, et boc regulariter nu. 17. Nisi ex certa scientia emanaret nu. 18. Et boc in literis expressa nu. 19. sed uerius quòd sufficiat si ex uerbis rescripti appareat de certa scientia. nu. 20. & boc uerum, quando conceditur super facto, in quo non sit alteri præiudicium, alids secus. nu. 22.*

21 *Principis certa scientia probari potest per testes.*

23 *Rescriptum in forma priuilegij ualet contra ius. Sed contrarium uerius, si non facit mentionem de iure contrario nume. 24. & boc uerum, quando emanaret contra ius derogatoriũ alids secus. nu. 25*

26 *Rescriptum ualet contra ius si proprio motu in literis expcesso emanat. nume. 26. Quod non procedit, quando esset contra ius derogatorium nu. 28.*

27 *Motus proprius principis tollit surreptionem, non tamen ampliat gratiã contra mentẽ cõcedentis. n. 17*

29 *Rescriptum cõtra ius fauore reipublica ualet, tacitè enim tunc princeps uidetur dispensare. nu. 29.*



VAERI solet, An ualeat rescriptum concessum cõtra ius, de hoc tractarunt Ioan. And. in cap. nnico. de excess. prælat. lib. vi. Bart. & Bald. in l. fina. C. si contra ius uel util. pub. Do. Antonius & Imola. in cap. quæ in ecclesiarum. de constitu. & in cap. j. de rescrip. & Imola & Do. Nicolaus in cap. non nulli. eod. titu. de rescrip. ex qnotnm dictis cecolligendo, ea cuniungendo, & aliqua addendo concludi põt, q̃ si quæratnc an ualeat rescciptũ cõcessum cõtra ius,

1 Quòd aut † Papa rescribit super facto dubio, qa põt secnndũ nnũ intellectũ intelligi, rescribi coutra ius, & secundũ aliũ, nõ, & tunc io dubio intelligi debet quòd non intelligatur rescripsisse contra ius: arg. c. ecclesia. el ij. de elect. pro nt uoluit D. Anto. in d. c. nonnulli. et in d. c. j.

Ant Papa tescribit cõtca ius, & hoc est certum, & tunc considerandi sont tres casus. Nam quan-

2 doq; et primò, † in ipso rescripto apponitur clausula specialis derogatoria, quãdoque et secundò, apponituc clausula generalis, quandoque et tertiò, nolla clausnla apponitur.

Primo casu, quãdo apponituc clausnla specialis decogatoria, et tunc nalet rescriptũ cõcessum cõtra ius, siue in tali cescripto apponatur clausula derogatoria in specie nominatim, ut nõ obstãte tali lege uel canone, prout uoluit Glo. in d. c. nõnulli. et ut notatur de cap. monach. in c. ex par

✱ te. et hoc cõitec tenetur. ✱ siue per † uerba æqpol

3 lentia, ut non obstante constitutione de duabus

4 dieis. Imò et si in rescripto † apponatuc factũ, ita quòd appareat de certa scientia ipsius principis, idem erit scd̃m Goffredum in eo. c. nonnulli. ubi dicit q̃ si Papa sciens locorum distantiam conce

5 dat tescriptũ, credit tunc illam † constitutionẽ tolli non facta mẽtione ipsius, Vincentius ibi tenet contrariũ, quod Ioã. And. credit esse uerum, nisi Papa in rescripto eaprimat scientiam distantiæ, cum tnnc satis sufficiat, licet de constitutione nõ exprimat. Ad hoc c. si motu ꝓprio. de præb. lib. vi. secũdum Io. And. pro quo facit qnod notatur per Glo. in d. cap. i. de constitu. et per ipsum Ioã. And. in cap. unico. de eacessib. prælat. lib. vi. ubi plenè. Sed Do. Antonius in dicto cap. nonnulli. simpliciter tenet opinionem Vincentij, uidelicet quòd non sufficiat rescribere ex certa scientia contra illam decretalem seu cõstitutionẽ, et si

1 de illa sciẽtia appareat ex tenore rescripti, ex eo q̃ cũ illa cõstitutio det ibi formã particularibus cescriptis, vt nõ ualeat, nisi in eis fiat expressa mẽtio de ipsa cõstitutione, uidet̃ q̃ nõ sufficiat ipsa certa scientia. Adhoc quod notatur pec Io. And. in d. c. vnico. ubi de hoc etiã sentit. Quod procedere

6 deret quando† expreſſa mentio clauſulæ ſpecia-
lis requiregetur alia de cauſa quàm propter præ-
ſumptam ignorãtiam, aliàs ſi requiratur propter
præſumptam ignorantiã, ut requiritur in d.c. nõ
nulli. vt voluit ibi Glo. & tunc ſufficiat reſcribere
ex certa ſcientia, dummodo de ipſa ſcientia appa-
reat, ex tenore reſcripti, prout uoluit idem Ioan.
And. in d.c. nonnulli. ſecundum Imol. ibid. Ad
hoc quod notat. per Gloſ. in Clemen. ij. de reſcri.
& in c. ſtatutum. in Glo. ſed pone. eod. tit. lib. vj.
7 Quod procedit † etiam ſi tale iua ſit conciliale,
prout erat illud, & ꝓhibeat impetrari reſcriptũ,
ut ibi ꝓhibetur, & vltra ẽt ponat certã formã ip-
ſius clauſulæ, ut ibi patet. Adhoc qđ not. ĩ d.c. vni
co, vbi de hoc. & ĩ l. ij. & iij. ff. de liber. & poſth.
8 Secundo uerò caſu, quando in reſcripto eſt† ap-
poſita clauſula generalis, ut puta, nõ obſtante ali
qua lege uel canone in contrarium loquente, &
tunc dicendum eſt quòd ualet tale reſcriptũ pro
ut uoluit Ioan. And. in d. cap. vnico. & Bart. in d.
l. fina. & in extrauagan. ad reprimendũ in uer.
9 non obſtan. Quod procedit† etiam ſi tale ius pro-
hibeat impetrari, ſeu deroget expreſsè ipſi impe-
trationi, cum & tunc ſimiliter ſufficiat ipſa clau-
ſula generalis, ut uoluerũt prædicti. Ad hoc quod
notatur. ff. de leg. iij. l. ſi quis. in princi. Quod ue-
10 rum eſt, niſi † iua contra ipſam prohibitionẽ adij
ciat ſeu ponat eam formam ipſius clauſulæ qua
permittat impetrari: ut in d. cap. nonnulli. & in
d. cap. ex parte. & d. cap. vnico. cum tunc non ſuf-
ficiat ipſa clauſula generalis, ſed requiratur ſpe-
cialis, prout uoluit Ioan. And. in d.c. unico & in
c. ſi cui. de præben. lib. vj.

Tertio uero caſu, quando in reſcripto non appo
11 nitur† aliqua clauſula derogatoria generalia, uel
ſpecialis. & tunc, aut ſunt caſua in quibus ius pro
hibet impetrari, ſeu derogat reſcripto, & non ua-
let reſcriptum, ut patet in d. cap. nõnulli. cum ſi-
12 milib. Quod uerum† eſt, niſi ex certa ſcientia hoc
expreſſo in reſcripto emanauerit, cũ tunc ualeat,
ſi clauſula ſpecialis requiratur propter præſum-
ptam ignorantiam, aliàs ſecus, ut ſupra fuit.
13 Aut ſunt caſus† in quibus ius non prohibet im-
petrari, ſeu non derogat ipſi reſcripto, & tũc. aut
loquimur de iure ciuili, & non ualet tale reſcri-
14 ptum contra iua conceſſum, & hoc† niſi fiat men-
tio de iure contrario, ſaltem in genere, cum ius
uideatur ſaltem in genere prohibere reſcriptum
impetrari ex quo eſt contra ius, unde habet gene-
ralem prohibitionẽ. C. de precib. Impera. offerẽ. l.
reſcripta. & l. uniuerſa. ut uoluit Bart. in d. l. fina.
& in dicta extrauaganti in verbo nõ obſtantibus.
15 per d. l. ſi quia in princ. Quod fortè uerũ eſt, † niſi
emanet ex certa ſciẽtia hoc expreſſo in reſcripto.
per id quod habetur in d. cap. ſtatutum. & in di-
cta Clemen. ij. Ad hoc quod notatur per Bal. in l.
fin. C. ſenten. reſcin. non poſſ.
16 Aut loquimur de iure canonico, & tunc, aut† re
ſcriptum emanat contra ius editum in concilio,
& idẽ ut nõ ualeat, ut ſupra, pro ut uoluit Imol. in
d.c. nonnulli. cũ tale ius uideatur habere clauſulã
generalẽ prohibitiuã ad reſcriptũ, ut d.c. ex par-
te. & ut ibi notatur per Glo. & de ætat. & qualit.
c. eam te. Ad hoc quod notat. per Io. And. in d.c.
unico. & per Archid. in c. j. de conſtitu. lib. vj. &
per Bald. in l. humanum. C. de legib.
17 Aut emanat† contra iua commune non editũ in
concilio, & tunc licet regulariter non ualeat tale
reſcriptũ, prout uoluit Glo. in d.c. nonnulli. & in
d.c. j. de cõſtit. & Ioa. And. in d.c. unico. tñ fallit.
18 Et primò, quãdo emanaret† ex certa ſcietia, pro
ut uoluit Glo. in d.c. j. & Ioã. And. in d.c. vnico.
Ad hoc quod notatur in c. adhoc. eod. titu. de re-
ſcrip. & ff. de excuſa. tuto. in l. Idem Vlpianua.
19 Quod intellige uerum, † ſi hæc clauſula ex certa
ſcientia ſit in literis expreſſa. Ad hoc Gloſſ. in d.
Clemen. ij. circa finem de reſcrip. quę hoc ſingula
riter uoluit, prout dicit Do. Nicol. in d.c. adhoc.
adducens aliam Glo. quæ incipit pone in c. ſta-
tutum. eod. titu. lib. vj. Sed Innocẽ. in c. præſenti.
quod hodie incipit, ſtatutum. eo. tit. lib. vj. aliud
20 ſentit, dicens ſufficere † quòd ex verbis reſcripti
apparere poſsit de certa ſciẽtia, licet ſpecificè hęc
clauſula non exprimatur. quòd & uidetur etiam
ſentire Io. And. in d.c. nonnulli. Adhoc etiã Glo.
in c. ex multiplici. de decimis. & ita intelligi & li-
mitari dẽt Glo. quæ eſt in c. j. de cõſti. li. vj. ſecun
dũ D. Nico. in d.c. adhoc. pro quo facit qđ notãt
Dñi de Rota in deciſio. cccclv. aliàs. cccclxx. quę
inci. Item ſuppoſito. & deciſione. cccxxxiiij. quę
21 Incipit. Item per hoc. vbi dicunt quòd† certa ſciẽ
tia principis probari poteſt per teſtes, ut ibi ple-
niua. adhoc etiam quod notatur. ff. de re iudic. in
l. quidam conſulebat. & quod notatur per Bald.
in l. fin. C. ſenten. reſc. non poſſ. ubi notanter di-
22 cit hoc uerum eſſe; quando† gratia conceditur ſu
per eo facto, in quo non fit alteri præiudicium,
aliàs ipſa clauſula ex certa ſcientia, debet in ipſo
reſcripto exprimi, ut plenè ibi per eum, de quo
in d.c. ſtatutum. & in dicta Clemen. ij.
23 Secundò fallit, quando emanaret† reſcriptũ in
forma priuilegij, prout uoluit Ioan. And. in d.c.
unico. & ut notatur. in c. j. eo. titu. de reſcrip. & in
d.c. i. de conſtit. uidetur enim tunc eſſe de mente
principis reſcribere cõtra iua. iij. diſt. priuilegia.
24 ſecundò Imol. in d.c. nonnulli, † quod fortè non
eſt uerum, per id quod habetur in dicto cap. ex
parte. cum ſæpe priuilegium contra ius conce-
datur propter nimiam importunitatem. Vnde
non uidetur ſi non fit mentio de iure contrario
ualere, ſecundum D. Nicolaum in dicto cap. non
nulli. qui ad hoc adducit quod notatur per Bart.
in dicto uerbo, non obſtantibus, & in dicta l.
finali. & per Gloſſ. in auctẽn. quibus mod. na-
25 tur. effic. ſui. §. finali, cuius dictum † fortè pro-
cedit quãdo emanaret contra ius derogatorium,
aliàs aliud eſſet ut ſupra.
26 Tertiò fallit, quando† emanaret proprio motu,
hoc expreſſo in literis. ut in c. ſi motu proprio. de
prębẽ. lib. vj. ſcđm Io. And. ibi. & Imol. in d.c. nõ

nulli. Ad hoc Glo. in Clem. si Romanus. de præ-
ben. quod dictum licet in practica seruetur, ta-
27 men fortè de iure non procedit. Quia † licet pro-
prius motus tollat surreptionem, non tamen am
pliat gratiam contra mentẽ cõcedẽtis, cuius mẽs
est non concedare aliquid contra ius, non facta
mentione de iure, ut d. c. ex parte. Ad hoc d. l. re-
scripta. C. de precib. Imp. offer. secundum D. Ni
28 colaum in eod. c. nonnulli. Cuius dictum † forte
procederet, qñ rescriptũ emanasset cõtra ius de-
rogatoriũ, ut in d. c. & in d. c. ex parte. aliàs aliud
esset, ut in d. cap. si motu proprio. & dicta Cle-
mentina si Romanus.

29 Quartò fallit, quando rescriptum † emanasset
contra ius fauore Reipublicæ, cum tunc uideatur
tacitè princeps dispensare contra ius, ff. de re iud.
l. quidam consulebat. prout uoluit Bar. in d. uer-
bo. non obstantibus. & D. Nicolaus in d. c. non-
nulli. circa quæ dic ut in sequenti cõclusione su-
pere odem articulo de quo supra.

CONCLVSIONIS & Regulæ XLVII.

ARGVMENTVM.

Priuilegia & rescripta an, & quando ualeant contra ius commune.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Priuilegium uel rescriptum, ab habente ptãtẽ
*tollẽdi legẽ uel canonem contra ius cõe concessum,
*apposita clausula derogatoria speciali nomina-
tim uel per æquipollentia ualet et tenet. & nu. 2.
2 *Clausula specialis nominatim derogatoria, & æqui-
pollentia uerba parificantur.
3 *Rescriptum principis contra ius, apposita clausula spe
*ciali derogatoria, non exequendum, si est contra
*publicam utilitatem: sed est expectanda secunda
*iussio. Idem in alia materia aliàs non impetrabi-
*li. nu. 4. Nisi in eo appareat de certa scientia prin
*cipis. nume. 5. Vel de aliquo motiuo propter quod
princeps rescribat. nu. 7.
6 *Motus proprius idem operatur quod secunda iussio.*
8 *Rescriptum principis contra ius cum clausula gene-
*rali, puta non obstante aliqua lege uel canone, ua-
*let in forma priuilegij uel rescripti. Et hoc uerum
*si rescriberet propter utilitatem publicam. nu. 10.
*Sed ad utilitatem priuatam & idem si in genere
*prohibita esset impetratio. nu. 11. Secus si specia-
*liter. nu. 12. Nisi cũ clausula generali concurrat
*proprius motus cũ certa scientia. nu. 13. Imò suf-
*ficeret solus motus proprius propter quod rescri-
*bat. nu. 15. Imò ẽt sufficeret rescribere specialiter
*ex certa sciẽtia cũ clausula generali derogatoria.
*nu. 16. Vel etiam sine dicta clausula. nu. 17. Etiã
si ad alterius petitionem. nu. 18.
19 *Priuilegium seu rescriptũ sine clausula derogatoria,
*non ualet contra ius concessum in casibus in qui-
*bus de iure fieri deberet mẽtio de clausula deroga
*toria, uel in materia in qua prohibita est impetra
*tio. Aliàs secus in priuilegio. nu. 20. nisi tale pri-
uilegium alterius ius absorbeat. nu. 21.
22 *Rescriptum sine clausula derogatoria in materia de
*qua supra contra ius cõcessum et proprio motu ua
*let. Idem si ad petitionem alterius de certa scien-
*tia principis. nu. 23. Aliàs secus. nu. 24. Nisi re-
*scribatur propter utilitatem publicam. nu. 26. Vel
*nisi rescriptũ alteri non noceat et impetranti pro-
sit. nu. 27. Vel modicè lædat. nu. 28.
25 *Princeps concedendo rescriptum intendit facere se-
cundum ius commune & non contra.
29 *Priuilegium uel rescriptum cõcessum contra ius par
*ticulare uel priuatum, uel statuta, consuetudines,
*priuilegia, uel pacta, sine clausula derogatoria nõ
*ualent. Etiam si apponatur clausula ex certa sciẽ
*tia. nu. 30. Idem si apponatur clausula derogato-
*ria multum generalis. n. 32. Si uerò cum clausula
*derogatoria speciali nominatim, uel nominatim
*sed per uerba generalia, ut non obstantibus qui-
buscunque statutis & valent. nu. 33. & 34.
31 *Clausula, ex certa scientia, nõ operatur in his in qui
bus princeps non præsumitur habere scientiam.
35 *Verba derogatoria generaliter prolata in materia
*omni, ab eo qui derogare potest (si de eius uolunta
*te appareat) quòd omnibus derogare uoluit, suffi
ciunt & eis statur.
36 *Priuilegium uel rescriptum an inducant dispensa-
tionem, uel habilitent, remissiuè.



SVPER eadem materia aliàs
sic solebant distinguere. Si quæ-
ratur an ualeãt priuilegia uel re
scripta cõtraria iuri cõi particu
lari uel priuato. Quòd aut priui
legia uel rescripta cõcedunt cõ
tra ius cõe, aut cõtra ius particulare seu priuatũ.
Primò casu, aut in ipsis rescriptis uel priuilegiis
aũt appositæ clausulæ derogatoriæ, aut nõ, si sunt
appositæ, & tunc, aut est apposita clausula dero-
1 gatoria specialia, aut generalis. Primò † casu, quã
do est specialis clausula & sic apposita est clausu-
2 la derogatoria specialis nominatim, seu † p æqui
pollentia verba, quæ idẽ importãt, ut nota. in l. ij.
& iij. ff. de lib. & posth. & l. certum. ff. si cer. pet.
Et ualebit priuilegiũ uel rescriptũ si cõcedẽs ha-
bebat potestatem tollendi legem uel canonẽ, ut
princeps, ut in c. unico de exces. præla. lib. vj. & d.
c. nõnulli. de resc. & ff. ne quid in loco pub. l. ij. §.
si quis. cum simi. & hoc uoluit Arch. in d. c. j. de re
scri. lib. vj. & Io. And. in d. c. unico. de exces. pla.
Quod licet regulariter sit verum tamen fallit,
3 quando † priuilegium seu rescriptum concedere-
tur contra publicam utilitatem, uel quando ha-
bet suprascriptionẽ gloriosi quæstoris, cũ tũc in
dictis duobus casibus spectari debeat scda iussio,
ut in auc. vt nulli iud. §. & hoc uerò iubemus. coll.
4 ix. & in auct. sacras iussiones. per totũ. Idẽ † dicũt
quidã ut expectari debeat secũda iussio, qñ rescri
ptũ cõcedit sup. materia aliàs non impetrabili, cũ
eo casu

eo casu præsumatur falsum, ut c. porrecta. de con
fir. vtil. uel inutil. Ad idem d. §. & hoc uerò iube-
mus. secundum Ioan. And. in d. c. vnico. de excess.
5 prælat. lib. vj. Quod uerum† est, nisi appareat in
tali rescripto de certa scientia principis, cũ tunc
non spectetur alia iussio, ut uoluit Glo. in c. j. de
constit. eo. lib. vj. Vel nisi appareat de primo mo-
tu ipsius principis, cum tunc similiter non spect-
6 tur alia iussio, cum† proprius motus operetur idẽ
quod secunda iussio, vt d. §. & hoc uerò iubemus.
iuncta. l. j. vltimo responso de pet. bon. secundũ
Bal. in d. c. unico. & in l. nec damnosa. C. de pre-
cib. Imper. offer. & hoc etiam uoluit in l. fi. C. sen
7 ten. rescin. non poss. Vel nisi † appareat in ipso
rescripto de aliquo motiuo, propter quod ipse
princeps rescribat, cũ hoc sufficiat, ut voluit Bal.
in d. c. unico. de excess. prælat. lib. vj. & in d. l. fi. per
l. in prouincia. §. diuus. ff. de rit. nup.
8 Aut est apposita clausula† derogatoria genera
lis, vt non obstante aliqua lege uel canone, & tũc
siue impetretur rescriptum in forma priuilegij,
9 siue in forma rescripti ualet, cum tãtũ †ualeat ge
nus quo ad omnia quantum species quo ad quæ-
dam. l. si plures. ff. de admini. tuto. ut tenuit quidã
secundum Ioan. And. in d. c. unico, quod idem vi
detur tenere Petrus de Ancharano in cap. si pro-
pter. de rescrip. lib. vj. & Bart. in extrauaganti ad
reprimendum. in uerbo, non obstantibus. & Bal.
in d. c. vnico. & clarius in d. l. fina. C. si contra ius
10 vel utilita. pub. Quod procederet† quando prin-
ceps rescriberet propter utilitatem publicam, cũ
tunc uideatur contra omnem legem dispensare.
l. quidam consulebat. ff. de re iudi. ut uoluit Bar.
in d. verb. non obstantibus. Aliàs verò si rescribe
11 ret† ad utilitatem priuatam, & tunc dici potest,
quòd aut prohibetur in genere impetratio, ut est
quoties est contra ius commune impetratum, et
sufficit clausula generalis, non obstante aliqua le
ge uel canone cum tantum ualeat genus &c. et
ita procedat prædictorum opinio.
12 Aut prohibetur† in specie impetratio ipsius re
scripti uel priuilegij, & tunc non sufficit clausu-
la generalis, sed requiritur specialis, & quòd in
specie fiat mentio de illo iure contra quod impe
tratur, ut est in casu. c. nonnulli. de rescript. & de
æta. & qual. c. eam te. cum similib. & l. j. C. si nup.
rescr. pet. & in l. j. C. de natura. liber. & in omnĩ
alio in quo expressè cauetur, vt patet ex texto in
d. c. vnico. de excess. prælat. lib. vj. & hoc voluit ibi
Archid. quem sequitur Io. And. et Bal. in d. l. fin.
C. sent. rescin. non poss. & Ang. in d. l. omnis. C.
de præscr. xxx. anno. esto quòd glo. in d. l. j. C. de
natur. libe. & Bal. post eam, & Bar. in d. verbo, nõ
obstantibus, aliud uelint, et non bene, ut patet ex
13 prædictis. Quod procedit† nisi cum clausula ge-
nerali, non obstante, cõcurrat proprius motus cũ
certa scientia, & tunc sufficit secundum Bal. in d.
14 c. vnico. Imò & idem si concurreret† solum pro
prius motus, ut ipse idem Bal. tenuit in d. l. fin. C.
sent. rescin. non pos. ubi dixit ꝙ sufficit in hac
materia non impetrabili quòd princeps hoc fa-
15 ciat motu proprio, uel exprimatur † aliquod spe-
ciale motiuum propter quod rescribat. l. in pro-
uincia. §. diuus. ff. de rit. nup. Ad hoc quod nota.
de preb. c. si cui. per Lapum. & Abb. Imò & si prin
16 ceps† rescriberet specialiter, & ex certa scientia,
eum dicta clausula non obstante, sufficeret, ut no
luit ipse Bal. in c. naturales. si de feudo fuer. con
17 trouers. Vbi etiam uidetur† uelle quod sufficiat
18 etiam sine clausula non obstante, ac etiam si †ad
petitionem alterius rescribat, per notata in d. §.
diuus. Ad hoc quod nota. per Glo. in l. iij. §. si is.
ff. quod quisq; iur. & per Dños de Rota in decisi.
cccclv. aliàs. cccclxx. quæ incipit, item supposito.
Aut in dictis rescriptis uel in priuilegiis non
apponuntur aliquæ clausulæ derogatoriæ, & tũc
19 aut sumus† in casibus in quibus cauet in iure ꝙ
fieri debeat mentio de clausulis derogatoriis, uel
est materia in qua prohibet impetratio, ut patet
in d. c. unico. de excess. prælat. & in l. fi. C. si con-
tra ius uel util. pub. & non ualent, ut uoluit Ar-
chidiac. in d. c. j. & Io. And. in d. c. unico.
20 Aut sumus in casibus, † in quibus non cauetur
in iure, quòd fieri debeat hæc mentio de clausu-
lis derogatoriis, uel materia est impetrabilis, &
tunc aut princeps rescribit in forma priuilegij,
& ualet priuilegium contra ius. iiij. dist. priuile-
gia. & hoc noluit Host. in summa de rescr. §. quas
vires. in uerbo, si uerò sit contra ius. & in uerbo,
sed nunc. quẽ sequitur Io. And. in d. c. unico. Ad
hoc quod notatur in d. c. j. de constir. Quod ue-
21 rũ est, † nisi tale priuilegium ius alterius absor-
beat, cum tunc non ualeat, nisi princeps expressè
illi deroget, vt notatur in d. §. si is pro quo. & in
dicto cap. j. & in cap. si post quàm. de præben. eo-
dem libro vj.
22 Aut rescribit in forma rescripti, & tũc, aut † pro
prio motu, & ualet, ut tenuerũt quidam, pro qui-
bus facit de præben. cap. si motu proprio & Cle-
menti. si Romanus. eodem titu. secundum Ioan.
And. in d. c. unico. qui hoc idem tenet.
23 Aut ad petitionem alterius, et tunc aut† con-
stat de certa scientia principis, & ualet, pro-
ut tenuerunt quidam, & ut notatur in dicta l.
l. fina. C. si contra ius uel utilit. publ. secundum
Ioannem Andreæ ubi supra, qui hoc idem uiden
tur tenere, adducens ad hoc quod notatur in
c. ex parte. el secundo. de offic. deleg. & hoc idem
tenet Petrus de Anchar. in dicto cap. si propter.
& Bald. in dicta l. fina. C. senten. rescind. non
poss. et in dicto §. naturales. et hoc etiam volue-
runt Domini de Rota in dicta decisione. pro
quibus fuit. l. idem Vlpianus. ff. de excu-
satione tuto.
Aut non constat de certa scientia ipsius prin
24 cipis, et tunc † rescriptum contra ius commune
concessum non ualet, ut tenuerunt quidã, prout
notatur in d. l. fin. C. si contra ius uel util. publi.
quod placet Host. in dicto loco, pro quibus facit:
25 quia † princeps concedendo rescriptũ intendit

facere secundum ius commune, & non contrà.l.
rescripta.C.de prec. Imperat. offeren. secundum
Iuã.And.vbi supra,qui hoc idẽ tenet, & hoc idẽ
tenuit ipse Petr. de Ancha. in d. cap. si propter.
26 Quod procedit,†nisi rescribat propter publicam
utilitatem,enim tunc ualeat absque clausula ali-
qua,ut notatur in dicta l.quidam consulebat. se-
cundum Bart.in dicto,uerbo non obstãtibus. uel
27 nisi sit tale†rescriptum, quod impetranti prosit,
28 & alteri non noceat,ut d.l.rescripta,uel†modicè
lædat, ut l. quoties.eod.titu. Ad hoc l. finalis.C.
de fruct.& lit.expens.
Secundo uerò casu principali,quãdo ipsa priui-
legia uel rescripta conceduntur cuntra ius parti-
culare,uel priuatum,uel cuntra statuta, consue-
29 tudines,priuilegia,uel pacta,& tunc,aut†in ipsis
priuilegiis uel rescriptis non apponuntur clausu-
læ derogatoriæ,& tunc non ualent,ut notatur in
30 cap.j. de constitu.lib. vj. Quod procedit†etiam
si apponatur clausula,ex certa scientia, cum talis
31 †clausula nũ operetur in hiis,in quibus princeps
non præsumitur habere scientiam,ut sunt ea quę
sunt facti,uel statuta,ut notat.per Bald.in dicta l.
fina.C.senten. resc. non poss.& per Dominos de
Rota in dicta decisione.
32 Aut apponuntur† clausulę derogatoriæ multum
generales, & prægnantes, ut non obstantibus
quibuscunque,& tunc tales clausulæ derogato-
riæ ad talia statuta,consuetudines priuilegia uel
pacta non trahuntur,cum sint facti. Adhoc tex..
in dicto cap.j.de constitu.& quod notatur.in c.si
cui.de præben.lib.vj.
Aut apponuntur clausulę derogatorię nedũ ge
33 nerales uerum speciales. & tunc, † aut fit mentio
generaliter,& nominatim de statuto, consuetudi
ne,priuilegio,uel pacto contrario,& ualent,si cõ
cedẽs potestatẽ tollendi habeat,ut patet in d.c.j.
34 Aut fit† mentio non nominatim, sed per uerba
generalia,ut non obstantibus quibuscunque sta-
tutis,consuetudinibus, priuilegijs, uel pactis, &
tunc ualebunt. Adhoc quod notatur in Clemen.
dudum.§.nos etenim.de sepult. & in Clemen.j.
de senten.excommunic.& de elect.c.cum nõ do.
35 ceat.& c.quia sæpe.lib.vi.cum similib. In omni†
enim materia, si per uerba derogatoria prolata
licet generaliter ab eo qui derogare potest appa
reat eius uoluntas, quòd omnibus derogare uo-
luit,& eis stabitur secũdum Ioannem And. in d.
c.unico,qui ex hijs uidetur uelle, quòd hæc uer-
ba generalia,non obstantibus quibuscunque sta-
tutis,consuetudinibus,priuilegiis,uel pactis,suf-
ficiant.& hoc etiam uoluit Bart.in d. verbo,non
obstantibus.& Bald.in d.l. fin.C. si cõtra ius uel
util.pub.vbi de hoc plenius.& Petr.de Aocha.in
d.cap.si propter. & hoc etiam uoluerunt Domi-
ni de Rota decisione.ccxviij.quæ incipit,Item si
mandetur.& in decisione.cxj.quæ incipit.Item si
statutum.Quod procedit,†nisi in contrario priui
legio sit clausula derogatoria, cum tunc de illo
fieri debeat expressa mentio, ut notatur per Cyn.
in l.i.C.quando Imper.& per Feder. de Senis in
consi.ccxxii.scdm Pet.de Anch.ubi supra.& hæc
si quæratur an ualeãt talia priuilegia uel rescrip.
36 Si uerò quæratur † an inducãt dispensationẽ &
habilitẽt,& tunc dic, vt nota. in c. cũ aliquibus.
de rescrip.& in c.cum in illis de præben.lib.vi.in
Glo. in uerbo prouideri.

CONCLVSIONIS XLVIII.

ARGVMENTVM.

Iudices incerti an per rescriptum dari posint.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Rescriptum quo dantur iudices incerti ipso iure non ualet. Quod communiter tenetur nu. 2. * Nisi dentur ex certa scientia.nu.3.*
2 *Intellectus communis ad cap.ad hæc.de rescrip.numero 12.*
4 *Iudices certi sup negotijs incertis,ad uniuersitatẽ causarũ certi loci uel tẽporis rescripto dari possunt.*
5 *Papa potest committere omnia negotia alicuius ux gratiæ uel priuilegij ex certa scientia:secus autem per inferiorem. & nu. 6. Non tamen extenditur ad futura.nu.7. Nisi in ipso priuilegio seu gratia fiat expressa mentio de futuris.nu.8.*
9 *Conseruatorium concessum extenditur,ut fauorabile ad futura.*
10. *Conseruatores potestatem habent super præsentibus,& futuris.*
11 *Commissio in forma iustitiæ de omni negotio alicuius præsenti & futuro non ualet ipso iure:secus si omnia negotia præsentia tantum committantur. nu.13. sed contrarium uerius, cum non uideatur iure permissum iudicem impetrare super omnibus suis negotijs nu.13.14.& 15.*
14 *Intellectus ad c.dispendia.de rescrip.lib.vi.*
Rescriptum in quo simpliciter committuntur omnia negotia alicuius certis iudicibus ualet, tenendo illam opinionem scilicet, quòd intelligantur tantum præsentia commissa. Sed contrarium uerior, quòd intelligantur præsentia & futura commissa, & ideò rescriptum non ualet nu.16.& 17.


ITERIS seu rescripto an incerti iudicea dati posint? ista materia exominatur per Glos. ij. in cap. ad hæc. extra de rescrip.vbi Tancredus & Vincentius uidentur fuisse in una opinione,& in altera Laurentius & Damasus. Glo. tamen ibi uidetur approbare sententiam Laurentij & Damasi, mihi uidetur ꝙ & Glo.etiã primã opinionẽ uideatur approbare. in uerbo,& commissio fuit generalis.& sic ꝓ utraque posit procedere,quod et uoluit D.Florian.ex quorum dictis prout recolligi potest,sic dicendum est.

Aut

1 Aut per literas † dantur iudices incerti, vt es-
set, si dentur illi quos Imperator elegerit, & tunc
2 tales literæ ipso iure non valent, vt est casus in † d.
c. ad hæc. secundum lecturam communiter ✠ ap-
3 probatam. Quod verum † intellige, nisi dentur ex
certa scientia, prout voluit Glos. ibi. in fi.

4 Aut dantur † iudices certi, sed super negotiis
incertis per ipsas literas, & tunc, aut tales iudices
dantur ad vniuersitatem causarum certi loci vel
personarum, & tunc tenet talis commissio, vt vo-
luit Glo. in d. c. ad hæc. per l. cum prætor. ff. de iu-
di. & per l. j. §. j. ff. quis, & à quo appella. Ad hoc l.
solet. ff. de iurisdi. om. iud. & c. ij. de offi. legat. in
vj. & quod notatur per Glos. in Clementina & si
principalis. de rescrip. & de appell. c. cum causam.
vbi Glos. dicit quòd talis iudex est quasi ordina-
rius, de quo plenius ibi, & in l. à iudice. C. de iud.

Aut non committitur vniuersitas causarum,
5 sed committuntur † omnia negotia alicuius, &
tunc, aut per formam gratię vel priuilegij siue ex
certa scientia, & tunc tenet talis commissio, prout
voluit dicta Glo. in d. c. ad hæc. in fi. Quod verum
intellige, si fiat per Papam, vt voluit d. Glos. secus
6 autem si fiat † per alium, vt voluit Ioannes And.
ibi post Compostellanum, per id quod habetur
in c. i. versiculo sed si ipsum. de priuilegiis. lib. vj.
Sed licet teneat cōmissio talis facta ab ipso Papa
7 per viam gratiæ vel priuilegii, vt supra, tamen † nō
extenditur ad futura. c. finali. de rescript. & hoc
8 † nisi in ipso priuilegio seu gratia fiat expressa
mentio de futuris, ita quòd & super futuris con-
cedatur ad defendendum, prout est priuilegium
9 conseruatorium, cum tale † vt fauorabile exten-
datur ad futura, vt voluit Ioannes And. in dicto
c. i. secundum Imolam in dicto c. ad hæc. Ad hoc
c. i. & c. finale. de offic. deleg. libro vi. & quod ibi
10 notatur de conseruatoribus, qui † habent pote-
statem super præsentibus & futuris.

Aut tales literæ conceduntur non in forma
gratiæ vel priuilegii, sed in forma iustitiæ, & tūc,
considerandi sunt tres casus.

11 Nam quandoque & primò, † per eas commit-
tuntur omnia negotia alicuius, pręsentia & futu-
12 ra, & non valent ipso iure, vt est casus † in dicto c.
ad hęc. secundum primum intellectum, & hoc
etiam expressè voluit Ioannes And. ibi post Ho-
stien. Esset enim tunc talis commissio contra sty-
lum curię, vt voluit Glos. ibidem.

13 Quandoque & secundò, † committuntur per
eas omnia negotia alicui pręsentia tantum, & tūc
valent tales literę, prout voluit Hostien. in dicto
c. ad hęc. per c. dispendia. de rescrip. lib. vi. quem
sequuntur ibi Ioannes And. & D. Nicolaus. Sed
Glos. in eodem c. ad hęc. in verbo & commissio.
videtur sentire contrarium, quod & verius est per
illum textum, prout ibidem voluit Imola, secun-
14 dum quem non obstat. † cap. dispendia. cum lo-
quatur ibi, quando quis vult plures actiones mo-
uere contra aliquem, cum tunc debeat super om-
nibus illis vnum iudicem impetrare, vt ibi, non
autem loquitur quando simpliciter impetrat iu-
15 dicem super omnibus negotiis suis, quod † non
videtur esse permissum, cum hęc forma videatur
à iure reprobari, ex quo nimis detrahit ordina-
riæ iurisdictioni, vt patet in d. c. ad hæc. secun-
dum eum. quod & fortè verius est, vt ex illo textu
satis videtur innui.

16 Quandoque & tertiò, † committuntur simpli-
citer omnia negotia alicuius, & tunc tales literæ
non valent, quod procedit si teneatur quòd exten
datur ad futura, prout sentit in dicto cap. ad hæc.
Ioan. And. referendo dictum Hostien. super Glos.
secundum Imolam si tenendo quòd nō respiciat
futura, sed videtur commissio facta super præsen-
tibus, quod & in dubio debet intelligi, vt res po-
tius valeat, quàm pereat. c. abbate. de verbo. signi-
17 fica. & tunc dicendum est, † quòd tales literæ te-
nent, si teneatur opinio Hostiēs. de qua supra. Sed
si teneatur alia opinio, quam tenuit Imola, & mi
hi magis placet. & tunc non valent, vt supra pa-
tet, secundum Imolam.

CONCLVSIONIS XLIX.

ARGVMENTVM.

Ordo iuris in rescripto appositus an inducat no-
uam formam, in tantum quòd si non
seruetur, actus vitietur.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Ordo iuris appositus in rescripto inducit nouam*
formam, cum ipse transfundatur in formam man-
dati hominis, & si non seruatur, actus vitiatur.
2 *Expressio eorum quæ tacitè insunt nihil operatur.*
Quod verum est, quando exprimitur eo modo quo
inest, secus si aliàs. nu. 3.
4 *Intellectus ad c. cum dilecti. de rescrip.*
5 *Expressio eius quod tacitè inest an aliquid operetur.*
remissiuè.
6 *Expressio eius quod tacitè inest de necessitate ni-*
hil operatur.
7 *Expressio eius quod tacitè inest de sola voluntate,*
operatur et tunc superior videtur nouum manda-
tum concipere.
8 *Expressio eius quod tacitè inest de honestate opera-*
tur, & inducit nouam formam.
9 *Expressio eius quod tacitè inest de iustitia, si sapit in-*
structionem causæ non inducit nouam formam, sed
quandam monitionem, seu commemorationem. nu.
10. si verò modum procedendi, & tunc inducit
nouam formam. nu. 11.

1 VID si in † rescripto iuris or-
do apponatur, an videatur tunc
inducere nouam formam, & il-
lum ordinem transfundere in
formam mandati hominis, in
tantum, quòd si non seruetur,
actus vitietur? & dicendum est quòd sic, vt vide-
tur

tur velle Glo.in c.cũ dilecti. de rescrip. iũcto ibi
tex.quã ibi sequitur D.Nic.Nec obstat si dicatur
2 ꝙ hæc † expresio nihil debet operari cũ tacitè in
3 sit.l.iii.ff.de legat.i. quia † illud uerum esset quã
do exprimeretur eo modo quo inesset: secus si sic
4 non exprimeretur, ut fuit in d.c. † cum dilecti.
Nam illud quòd procedatur primum de spolia-
tione quàm de proprietate, est inductum à iure
de iustitia,& non de necessitate,l.i.C.de appell.&
si in rescripto exprimatur prout inerat à iure, &
tunc inest de furma hominis,& non de iustitia,
unde tunc operatur, secundum D. Antonium &
D.Nicolaum.qui tangit illam conclusionem.An
5 expresio † eius quod tacitè inest, aliquid opere-
tur.de quo per Barto.in d.l.iij.& per Lapum in al-
legatione xxvij. Circa quam materiã dici potest
recolligendo ex dictis ipsorum & pręcipuè D.Ni
colai. quòd quatuor sunt considerandi casus.

6 Nam quandoque & primò,† exprimitur illud
quod inerat de necessitate, & tunc expresio ni-
hil operatur,c.significasti.de elect.c.olim.el, pri-
mo de restit.spolia.& d.l.iii.& ita procedat quod
uoluit Barto.ibi.

7 Quãdoque & secũdò,† exprimitur illud quod
inerat de sola uoluntate,& tunc superior uidetur
mandatum nouum concipere,& sic operatur ipsa
expresio.Ad hoc Glo.iuncto textu in c. cum ali
quibus.de rescrip.lib.vj.

8 Quandoque & tertiò,† exprimitur illud quod
inerat de honestate,& tunc expresio inducit no-
uam formam c.uenerabili.de offi.deleg.

9 Quandoque et quartò,† exprimitur quod ine-
10 rat de iustitia,ut in casu dictæ.† l.i.de appellat.&
tunc aut illud quod exprimitur sapit instructionẽ
causæ,& non inducit nouam formam,sed quandã
monitionem seu commerationẽ,& ita procedat
qđ uoluit Inno. in c. prudentiã . de offi. deleg.

11 Aut concernit † modum procedendi, & tunc
sapit nouam formam,prout uoluit Glo.in d.c.cũ
dilecti.& D.Antonius, & ita procedere poterit
quod uoluit Bar.in l.diem.§.stari.ff.de arbitr. se-
cũdum ipsum D. Nicoalum,ut plenius per eum.
circa quæ uide notata per Lapum in allegatione
prędicta, & per Bar.& alios Modernos in d.l.iij.

CONCLVSIONIS & Regulę L.

ARGVMENTVM.

Surreptio rescripti in uno an implementum
alterius impediat.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Surreptio in uno ex alternatiuè narratis, totũ uitiat rescriptum,& communiter tenetur.* ✻
2 *Surreptione respiciente utrumque ex narratis, neutrum potest adimpleri.*
3 *Surreptio rescripti in uno alteri connexo & utrumque uitiat. Quod communiter tenetur.*
4 *Surreptio in uno separato & non connexo, illud uitiat,& non alterum ab illo separatum.*
5 *Papa si rescribit quòd in hospitali aliquo ubi morentur fratres tertij ordinis, quòd quis recipiatur ad professionẽ,& sibi de bonis hospitalis prouideatur, ut uni ex fratribus. si in bonis hospitalis nihil reperiatur, rescriptũ cẽsetur surreptitiũ,quoad secũdã partem, & sic recipiendus erit ad professionem.*



VANDO mandantur duo in
literis,si interueniat surreptio,
an alterum sit adimplendum di
1 stinguendum est,aut † sumus in
alternatiuis, & tunc surreptio
in uno ex alternatiuè narratis
uitiat totum rescriptum,secundum Vincent.quẽ
sequitur Ioãnes And.in c.constitutua.de rescrip.
Ad hoc quod notatur in c.sedea.& in c. inter cæ-
teras.eo.tit.de rescrip. & in c.si eo tẽpore.eo.tit.
✻ lib.vi.& communiter tenetur. ✻

Aut non sumus in alternatiuè narratis,& tunc
2 aut † ipsa surreptio respicit utrumq; & tũc neu-
trum potest adimpleri,& hoc clarum est.

Aut concernit alterum tantum, & tunc, aut
3 † illud est connexum alteri,& utrumque uitiatur,
quia ratione connexitatis in parte surreptitium,
censetur surreptitium in totum,& totum propter
surreptionem uitiatur,ut uult Glo.in d. c.consti-
✻ tutus.de rescrip.cõmuniter approbata ✻ quæ uult
quod rescriptum surreptitium respectu canonica
tus,censeatur surreptitium respectu prębendæ.

Si uerò mãdata sint separata,& nõ cõnexa & tũc
4 † rescriptũ surreptitiũ in parte cẽsetẽ surreptitiũ i
illa parte tantũ,& illã uitiat & nõ aliã c.inter cęte
ras.eo.ti.de rescr.quod & uoluit D.Anto.in d.c.
cõstitutus.quã ibidẽ sequitẽ Inno.inferẽa ex p̃di-
5 ctis † ꝙ si in hospitali de pœnitentia,ubi moran-
tur fratres tertij ordinia S.Frãcisci,mãdeẽ ꝙ quis
recipiatẽ ad ꝓfesionẽ,et ẽt mãdet ut de bonis ho
spitalis sibi tanq̃ uni ex fratribus ꝓuideat,ꝙ si in
bonis hospitalis nihil reperiatẽ esse,rescriptũ cen-
seatẽ surreptitiũ quo ad secũdã partẽ, & non quo
ad primã,& sic recipi poterit ad ꝓfesionẽ,& ad-
mittetur ad congregationem ipsorum fratrum
sed uiuere debet de proprio,sicut & multi alii de
illo ordine faciunt.

CONCLVSIONIS et Regulæ LI.

ARGVMENTVM.

Exceptiones si per rescriptũ tollãtur, quæ su-
blatę censeantur.Item quid si per statutum.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Exceptio si per rescriptũ nec per statutũ tollitur rationabilis tunc admittenda est.*

Statutum

2 *Statutum recipit interpretationem à iure communi.*
3 *Rescriptum si in specie tollat exceptiones quasdam non addita clausula generali, tunc expressè uidentur sublata, etiam si sint peremptoriæ, si constat de uoluntate principis. nu. 4. Id enim statutis & renuntiationibus. nu. 8.*
5 *Princeps non debet tollere exceptionem peremptoriam sine causa: aliàs malè ageret, & peccaret.*
6 *Princeps ex causa tollere potest exceptionem peremptoriam, quo ad forum contenciosum, & in dubio cum causa credendum est substulisse. & nu. 7.*
9 *Rescriptum certas exceptiones tollens in specie addita clausula generali, non solum expressas, sed omnes alias expressis similes uidetur tollere. quod procedit in renuntiationibus, & statutis, & communiter tenetur * & nu. 10. & 11.*
12 *Rescriptum in genere exceptiones tollens non conclusis aliquibus, si factum est tale, & adeò notum quòd nulla cadit excusatio, omnes tollere uidetur. Aliàs in dubio friuolas tantum. nu. 13. Idem eas quæ sunt modici præiudicij, ut moratoriæ & dilatoriæ. nu. 14. Secus autem si non sint leuis præiudicij. nu. 15. quod procedit & in statutis. nu. 16.*
16 *Statutum dictans quòd procedatur ad executionem instrumenti nulla obstante exceptione, non excludit rationabiles.*
17 *Renuntiatio omnium exceptionum competentium & competiturarum an ualeat remissiuè.*
18 *Rescriptum seu statutum generaliter tollens exceptiones, quibusdam conclusis, puta nisi talem & talem, omnes alias etiam rationabiles tollere uidetur. et nu. 19. et communiter tenetur. **
20 *Rescriptum seu statutum tollens omnes exceptiones, nisi tales et tales, non uidetur tollere eas, quæ ueniunt ex alio capite statuti. Nec eam per quam diceretur instrumentum, non esse instrumentum, uel eam per quam includeretur defectus iurisdictionis, quod communiter tenetur, nu. 21. et 22. **
23 *Exceptionibus omnibus sublatis per rescriptum seu statutum, officium tamen iudicis implorari potest, nisi per rescriptum seu statutum etiam defensio tollatur. et nume. 24.*



XCEPTIONES si in rescripto tollantur, quæ exclusæ videãtur, & quãdo excipi possit? Gl. in c. ex parte tua. de offi. iud. deleg. & ibi scribẽtes plenè examinãt hũc articulũ. Bar. in l. j. §. j. ff. quod vi aut clã. & in l. sed & si quis. §. quęsitũ. ff. si quis cau. Cyn. & Bal. in l. ita pudor. C. de adul. Pro quorũ declaratione prout recolligi potest ex dictis ipsorum, aliqua addendo dicẽdũ est.

1 Aut in rescripto † nõ tollitur aliqua exceptio, & tunc clarum est quòd admitti debent exceptiones rationabiles, vt est casus in d. c. ex parte tua. Quod & pariformiter locum habet in statuto,
2 quod † à iure cõi recipit interpretationẽ. C. de noual. l. si serui. & c. cum dilectus. de consuetudi. Aut in ipso rescripto tolluntur exceptiones, &
3 tũc, aut in specie, aut in genere. Primò casu, † quãdo in specie, & tũc si tollantur in specie certę exceptiones non addita aliqua clausula generali, & illæ solę expressè videntur sublatæ, vt vult Glo. in
4 d. c. ex parte tua. in fi. Quod procedit † etiã si sint peremptorię, dummodo constet de voluntate ipsius principis, prout voluit prędicta Glo. Nam li-
5 cet † princeps non debeat tollere exceptionem peremptoriam sine causa, & si aliud faciat peccet, & malè faciat, prout not. in c. non est. de voto & voti redempt. & per Glos. & per Inno. in c. cum
6 inter. de renuntia. Tamen † ex causa potest quo ad forum contentiosum, prout not. de constitu. c.
7 quę in ecclesiarum. & ibi per Inno. & ita † in dubio pręsumitur factum videlicet, quòd cum causa, prout not. per Cyn. in l. rescripta. C. de preci. Impe. offe. Ad hoc quod ipse notat in l. fi. C. si cõ-
8 tra ius vel vtili. publi. Quod † & similiter locum habet in statutis, & renuntiationibus, vt si certę exceptiones tollantur, illę erunt sublatę, nec opponi poterunt, prout patet ex notatis per Bart. in l. j. §. i. ff. quod vi aut clam. & ff. si quis caution. l. sed & si quis. §. quęsitum.
9 Si verò † certæ exceptiones tollantur in specie subiuncta clausula generali, & tunc non solum expressè videntur sublatæ vt supra, sed etiam omnes alię, vt voluit in d. c. ex parte. Hostien. & post eum Ioann. And. per id quod habetur in c. qui ad agendum. de procura. lib. vj. Quod verum intelli-
10 ge † si sint similes expressis, vt not. ibi, & in d. §. quæsitum. secundum D. Nicolaum in d. c. ex par-
* te. & communiter tenetur * Quod & † locum ha
11 bet similiter in renuntiationibus & statutis, prout not. in d. §. quęsitum. & in d. §. i. Circa quę vide notata in c. sedes. de rescrip. vbi ponitur de ista clausula generali, de qua in Cle. nõ pôt. de procu.
Secundò verò casu, quando exceptiones in ge-
12 nere tolluntur, & tunc, † aut tolluntur in genere non conclusis aliquibus, vt quia in rescripto dicitur non obstante aliqua exceptione, & tunc si factum est tale, & adeò notum quòd nulla cadit excusatio, & procedetur tunc nulla exceptione admissa per id quod tangit Glo. fi. in d. c. ex parte.
13 Si verò factum non sit tale, & tunc, aut † sunt exceptiones friuolę & in dubio tales vidẽtur sublatę, vt Glo. prędicta videtur sentire, quod & sequitur ibi D. Florianus.
14 Aut sunt rationabiles, & tunc, † aut sunt moratorię seu modici pręiudicii, vt exceptiones dilatorię, & illę similiter videntur sublatę, vt voluit Goffredus in eo. c. ex parte, & Ioán. And. per id qđ habet̃ in l. quoties. C. de preci. Impe. offer.
15 Aut non sunt † leuis preiudicij, vt peremptorię, & tales nõ videntur sublatę, vt voluit Gulielmus Naso in eo. c. ex parte. & Host. & Ioã. And. per notata in d. l. quoties. Ad hoc l. ob æs. C. de pręd. minot. & quod notatur in simili de clausula appellatione remota. in cap. pastoralis. de ap-
16 pellatione. & ff. quis & à quo. l. i. Quod † & similiter locũ habet in statuto si simpliciter ipsas exceptiones

ptiones tollat, vt quia dicat quod procedatur ad executionem instrumenti nulla exceptione obstante, cum & tūc exceptiones rationabiles erūt admittendæ, prout uoluit Bald. in l. ita pudor. C. de adulter. post Cyn. Quod & uidetur etiam sentire Bar. in d. §. i. Quod uerum est, si sunt præiudicials seu non leuis præiudicij, ut supra. Quod
17 † an hēat locū in renuntiationibus, puta si renuntiet oībus exceptionibus cōpetentibus & cōpetituris & an ualeat talis renuntiatio, recurrēdū est ad notata in Speculo. in tit. de renunt. §. j. versic. pone. & uersiculo. quid si aliquis. & de arbitro. §. ulti. uersicu. quid si compromissum. & ibi per Ioannē And. in additionibus de hoc. de quo plenius per Barto. in d. §. quæ si tunc. & per D. Florianum in d. c. ex parte.
18 Aut † ipsæ exceptiones generaliter tolluntur cōclusis quibusdam, puta si mādet princeps procedi non admissa aliqua exceptione nisi tali & tali, & tūc ultra specificatas nulla exceptio erit admittenda, etiam si sit rationabilis. Ad hoc quod notatur per Bartol. in d. §. j. & per Cyn. & per Bal.
19 in d. l. ita pudor. ubi dicunt † idem esse in statutis disponentibus quod contra instrumentum non admittatur aliqua exceptio nisi talis, cum & tunc omnes aliæ uideantur reiectę, etiam si sint rationabiles, prout plenius notatur per eos. & per Bar. in dicto. §. i. ubi idem tenet. Ad hoc quod notatur. de restit. spoliat. in c. item cum quis. & cōmuniter tenetur. ✠

Quod & licet sit regulariter uerum, tamē fallit.
20 Et primò, † quando talis exceptio proueniret ex alio capite statuti, cū talis possit opponi, prout uoluit in d. §. i. Cyn. & Bald. in d. l. ita pudor. per dictam legem.
21 Secundò fallit, † quādo opponeretur, talis exceptio p quā diceretur quòd tale instrumētū nō sit instrm, cum talis similiter possit opponi ex quo euacuat qualitatē instrumēti, prout uoluit Bart. in d. §. i. & D. Nicolaus in d. c. ex parte. Ad hoc quod notatur per Glo. & Bal. in l. diuus. ff. de testam. milit. & D. Antonium & Imolam in c. cum quis de restitut. spoliat. & per Ioannem Andr. in additionibus Specul. in tit. de sententia. §. ut autem post principium & per Glo. in Clem. prima. de sequest. poss. & fruc. ubi Glo. notabiliter uult.
22 quòd † quantumcunque exceptio nullitatis tollatur, tamen non censetur sublata exceptio nullitatis proueniens ex defectu nullitatis, et sic iurisdictionis. Ad hoc quod habetur in l. i. C. de condi. indeb. per Bal. & communiter tenetur. ✠
23 Tertiò fallit, † qñ imploraretur officiū iudicis, cū implorari possit nō obstāte tali statuto: argu.
24 l. planè. ff. de petit. hæred. & hoc † nisi statutū ultra disponat q; nulla exceptio uel defensio admittatur: cum & tunc cū tollatur defensio non potest implorari officium iudicis, sed tunc recurrendū erit ad remedium, ut uidelicet soluat, & repetat, prout uoluit Bar. in d. §. i. & Bal. in d. l. i. & Imola, D. Nico. in d. c. ex parte ubi plenè per eos.

CONCLVSIONIS LII.

ARGVMENTVM.

Gratiarum seu literarum data pluralitate in eadem ecclesia pro diuersis, quæ aliis præualeant.

SVMMARIVM.

1 *Gratiarum seu literarum beneficialiū data pluralitate in eadem ecclesia, & ipsæ in data sint pares, præferenda esset illa quam constaret prius lectam & admissam coram Papa. Si hoc non constaret attēdenda esset anterior præsentata. num. 2. & si in præsentatione concurrant locus est gratificationi. nume. 3.*
4 *Gratiarum seu literarum beneficialium data pluralitate in eadem ecclesia, & illæ in data sint dispares, & ambæ ad idem beneficium referuntur, præfertur illa in qua est clausula conualidatiua.*
5 *Gratiarum data pluralitate non ad idem beneficium, sed de præbenda proximè uacatura in aliqua ecclesia, ambæ gratiæ ualent. Et hoc uerum, si scriptum est pro uno. nu. 6. secus si pro pluribus. nu. 7. Nisi dictum esset non obstante quod pro aliis etc. tunc si pro duobus scriptum foret pariter ualeret. nu. 8. Secus si pro pluribus, num. 9. Nisi dictum sit, non obstante quòd pro altis quibuscumque sint scripserimus. nu. 10.*
11 *Gratiarum plurium dato concursu in eadem ecclesia super beneficio uacaturo de proximo, illa præfertur in qua est clausula conualidatiua & prælatiua & nu. 12. & primus excluditur. nu. 13. Quod uerum est quo ad prælationem, nu. 15.*
14 *Clausula, nullum tamen uolumus expectanti aliud beneficium in expectatione præiudicium fieri. cuius effectus.*
16 *Gratiarum data pluralitate si in secunda adest clausula inualidatiua ea firmatur contra uitium surreptionis, non tamen tollit uitium grauaminis.*
17 *Defectus conditionis, ipso iure non uitiat gratiam.*
18 *Clausula, si pro aliis non scripserimus, & scriptum sit pro uno, illa pluralitas resoluitur in singularitatē, propter odium uacaturarum.*
19 *Gratiarum plurium dato concursu in eadem ecclesia, si primus loco beneficij consecutus fuit pensionem, excluditur secundus. Nisi capitulum fecerit hoc in fraudem. nu. 20. Quid autem si apponatur clausula inualidatiua ex præcedētia prima gratia. n. 21.*
22 *Gratiarum plurium in eadem ecclesia nulla apposita clausula, si expressè uel quoad mentem ambæ referuntur ad idem beneficium, prima ualet, secunda non, propter surreptionem, si non ad idem mentaliter, tunc si prima pendet, secunda non ualet & cōmuniter tenetur. nu. 23. ✠ Si uerò prima sit executioni mandata secunda non tenet, & cōiter tenetur, ✠ etiā si secūda emanet pprio motu. nu. 24.*
25 *Motus proprius licet tollat uitium surreptionis, non tamen tollit defectum intentionis.*

Gratia

16 *Gratia secunda in qua non est aliqua clausula est ipso iure nulla. Nisi esset prius præsentata quam prima gratia. nume. 27. sed contrarium uerius, si primus prosequatur primam. nume. 29. melius est tamen tenere quòd secunda mero iure ualeat, elidatur tamen ut exceptionis grauaminis competentis ecclesia grauata. nu. 31.*

Intellectus ad c. tibi qui. de rescrip. nu. 28. 30. et 32.



VANDO plures gratiæ seu literæ emanant in eadem ecclesia pro diuersis quæ valeant, plenè discutitur per Glos. in c. mandatum. de rescrip. & ibi Hostic. Ioan. And. Ioannes Calderi. Do. Florianus & Imol. D. Anto. & alij. quorum dicta recolligendo pro declaratione prædictorum, & huius conclusionis dicendum est, quòd aut
1 † tales gratiæ seu literæ beneficiales sunt pares in data, & dicendum est si per testes vel partis confessionem constare posset, quæ petitio prius lecta & admissa esset per Papam, & illam tanquam anteriorem præferendam, secundum Glos. in c. penultimo. de rescrip. lib. vi. in verbo si nō appareat.
2 si verò † concurrerent in data, attendenda esset
3 anterior præsentata, & † si in præsentatione pariter concurrerent, locus esset gratificationi, per notata per Glos. in eodem c. penultimo. in verbo concurrant.
4 Aut sunt † dispares in data, & tunc considerandi sunt quatuor casus, quorum primus est, quando in secunda gratia est apposita clausula conualidatiua, vt est clausula non obstante, quòd pro alio scripserimus. & tunc si ambæ gratiæ referuntur ad idem beneficium, vt super eodem archidiaconatu, & tunc valet secunda gratia per quam prima censetur reuocata. Ad hoc quod not. per Ioā. And. in c. si beneficia. de præben. lib. vi.
5 Si verò † non referantur ad idem beneficium, vt si ambæ gratiæ cantent de præbenda proximè vacatura, & tunc quidquid dixerit in d. c. mandatum. D. Antonius dicendum est, quòd hæc clausula validat secundam gratiam respectu grauaminis, unde per dictam clausulam ambæ gratiæ ualebunt, cum secunda gratia per quam mandatum est prouideri de præbenda proximè uacatura, intelligatur de præbenda proximè uacatura alteri non debita. ut in c. si. de consue. in vi. Ad hoc quod notatur in d. c. penul. secundum Imolam in eodem c. mandatum. unde hæc clausula iuuabit &
6 proderit. Quod uerum est, † quādo scriptum est
7 pro uno. Aliàs † si esset scriptum pro pluribus, &
8 tunc talis clausula non iuuaret, nisi † esset prolata in plurali. puta, non obstante quòd pro aliis, cum tūc iuuet talis clausula, & hoc si sit scriptum
9 pro duobus. Aliàs † si pro pluribus, & tunc secus
10 esset argumento regulæ plures. in vi. & hoc † nisi dictum esset, non obstante quòd pro aliis, quicunque sint scripserimus, cum tunc iuuaret talis clausula, etiam si foret scriptum pro tribus uel quatuor, secundum Host. Ioann. And. D. Antonium
11 & Imolam in eodem c. mandatum. Secus † autem quando in secunda gratia ponitur clausula conualidatiua, & prælatiua, puta, nō obstante quòd pro alijs scripserimus cui volumus te anteferri. Quo
12 casu † hæc clausula duo operatur. Primò enim validat secundam gratiam. Secundò facit illam
13 præferri primæ. Sed † an hoc casu primum excludat, tangit Ioan. And. in d. c. penul. vbi videtur tenere quòd sic. pro quo facit stylus curiæ, per quē subnectitur clausula illa nullū tamē volumus expectanti aliud beneficium, in expectatione præiu
14 dicium fieri. Sed certè † hæc reseruatio fit potius
15 ad cantelā, cū prima † gratia de se sit valida, nec inualidetur per illā clausulā non obstante, vt supra dictū est, vnde debebit vterque prouideri, licet primò debeat prouideri primo impetranti, cum dicta clausula inducat prælationem. Ad hoc quod not. in d. c. pennl. & in c. tibi qui. de rescrip. lib. vj. & in c. penul. de præben. eo. lib. vj.
16 Tertius casus est; quādo † in secunda gratia ponitur clausula inualidatiua, vt est illa, si pro alio nō scripserimus, quo casu licet talis clausula operetur vt firmet gratiam contra vitium surreptionis, quasi per hoc satis videatur facta mentio de prima, non tamen tollitur vitiū grauaminis, propter quod concludit Ioā. And. in d. c. penul. quòd hæc secūda gratia non redditur inualida, nisi opponatur. qđ nō placet D. Ant. cum hoc casu ipsa gratia deficiat propter defectum conditionis. De
17 fectus † enim conditionis ipso iure non vitiat ipsam gratiam. ff. de verb. signi. l. cedere diem. cum ipsa conditio exprimatur aliter quàm insit, vt plenius per ipsum D. Anto. in d. c. mandatum. qui et dicit quòd inualidatur secunda gratia, si in ea di-
18 catur, † si pro alia non scripserimus, & reperiatur scriptum pro vno, cum illa pluralitas resoluatur in singularitatem propter odium vacaturarū. Ad hoc quod not. de priuileg. c. vt priuilegia. &
19 de preben. c. quanuis. lib. vj. Imò plus, quia † si primus fuit consecutus pensionem loco beneficij, ex cluditur secundus, secundum Compostella. in
20 eod. c. mandatum. & hoc † nisi capitulum fecerit hoc in fraudem. modicū fortè dando primo, qui volebat dimittere clericatum, cū tunc talis titulus habeatur pro non titulo. ff. de peti. hære. l. nec vllam. §. quod si quis. secundū Vincentiū & Ioann. And. in d. c. proximo. et hoc quando apparet clausula inualidatiua ex sola gratia præcedenti.
21 Si verò opponatur † clausula inualidatiua ex præcedentia primæ gratiæ, vt si dicatur, si pro alio non scripserimus qui gratiam huiusmodi prosequatur, & tunc locum habet dispositio d. c. mandatum. in quo dicitur quòd valet secunda gratia, si- ue prima præcedat, siue sit executa, vt ibi patet.
22 Quartus casus est: quando † plures gratiæ emanāt in eadē ecclesia nulla apposita clausula, et tūc, aut ambæ gratiæ referuntur ad idē beneficiū expressè vel quo ad mētē, & tunc secūda gratia nō ualet propter surreptionem. c. ad audientiā. eod. tit. de rescrip.

rescrip.& c.ex partc.el j.dc offi.deleg.
23 Aut non referuntur † ad idem beneficiũ mentaliter,puta si mandetur utrique prouideri de præ
ben da proaimo uacatura,& tunc aut secunda gra
tia cmanat prima pendente,& non ualet, propter
ipsam pendentiã, & propter grauamen,& in hoc
* cõmuniter concordant Doctores. *
24 Aut ea † eaecutioni mandata,emanat secunda,
& tunc licet sint opiniones,tamen cõmunis opi-
* nio est * quòd nõ ualeat secunda, Quod uidetur
procedere, ẽt si secunda emanat proprio motu,
25 quia licet † propriua motus tollat surreptionem
non tamen tollit defectum intentionis, qui uidet
esse in dicto casu,ut notatur in c.si motu proprio.
de prę b.lib. vj.& hoc tenet Ioan.Cald.& D.Ant.
in d.c.mãdatum.pro quo facit quod notatur in c.
si postquã.de præb.lib.vj.secundũ Imo.in eod.c.
mandatum.de quibua in Clem. si Rnmanus.eod.
26 titu. Sed † an hæc secunda gratia in qua non est
aliqua clausula sit ipso iure nulla, uel annulletur
ope caceptionis,tangit Ioan.And.in d. c. pen.&
Ioan.Cald.& Anto.in d.c.mandatum . qui uidẽ-
27 tur tenere quòd sit ipso iure nulla,& hoc nisi † secunda gratia sit impetrata prius quã prima sit præ
sentata,cum tunc naleat,sed obstet exceptio , &
28 ita procedat † dictũ c.tibi qui.secundum eos, de
29 quo in d.c.pen.de rescrip.Sed imò † siue sit præ
sentata prima,siue non,cum in secunda gratia tacitè subintelligat clausula, si pro alio nõ scripseri
mus,qui huiusmodi gratiam prosequatur,ut uult
prędicta Glo.in d.c.mandatum . ualebit secunda
gratia , sed cõditionaliter. Vnde si primus prosequatur primã,ipso iure non ualebit secunda propter defectum conditionia,sed si non prosequatur,& tunc secunda sortietur effectum,& isto mo
30 do intelligi potest dictum † c.tibi qui.secundum
Imo.in eo.c.mãdatũ. Sed imò & dictũ c. loquit
ẽt & qñ primus prosequitur,cũ ẽt tũc pferatur secũdus,si primus fuerit negligens,ut ibi patet, &
ideò fortè dici põt,prout dicit in eo.c.mãdatum.
31 D.Nic.q † secũda gratia mero iure ualet, elidi-
tur tñ ui exceptionis grauaminis cõpetẽtis eccle-
32 siæ grauatę,ut probatur in d.† c.tibi q.nõ cauil-
lãdo literã,& indistinctè intelligẽdo prout loqui
tur;nã ibi illa gratia recõualescit propter negligẽtiã,q nõ recõualesceret si fuisset nulla,ut in regula nõ firmat lib. vj. secũdum D.Ant.ubi supra.

CONCLVSIONIS et Regulæ LIII.

ARGVMENTVM.

Litcris apostolicis eatra suam diœcesim ultra duas dietas quando quis trahi posit.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Iudices inferiores à principe intra territorium eis commissum iurisdictionẽ audiendo uel alijs cõmittendo exercere possunt. Et non extra etiam si per uiã appellationis causæ ad eos deferant. nu. 2.*

3 *Papa potest quem extra suam diœcesim ad iudicium trahere,imò extra suam prouinciam,etiam à quilibet parte mundi remotissima.*

4 *Orbis totus est territorium Papæ.*

5 *Papa est ordinarius in toto orbe & ad eum ex toto orbe tanquam ad ordinarium recurritur.*

6 *Papa arbitriũ est locorũ & temporum ac negotiorũ.*

7 *Iudices commissarij siue legati siue delegati sedis apostolicæ, quem extra suam diœcesim per duas imò unam dietam trahere ad iudicium non possunt.*

8 *Rescriptum in quo impetratur quem trahi posse ad iudicium per unã uel duas dietas à sua diœcesi nõ ualet.nume. 9. Imò extra locum per unam dietam in quo deputatus est iudex.nu. 10. Etiam per unum miliare.nu.11. Ac etiã si iudex deputatus exeundo suum territorium appropinquaret se ad locũ remotum per unam dietam.nu.12.*

Rescripto de consensu partium rectè dantur iudices ultra unam uel duas dietas. Quod & communiter tenetur.nu.13. * *& 19.*

14 *Rescripto apposita clausula non obstante constitutione de una & constitutione de duabus,per pontificẽ dari possunt iudices ultra duas dietas,imò apposita etiam clausula derogatoria per æquipollentia uerba.nume.22.& 23.*

15 *Rescripto apposita clausula derogatoria,uel per æquipollentia uerba,an etiam ultra quatuor dietas, quis ad iudicium extra suam diœcesim trahi possit, & quòd sic.Contrarium uerius,& communiter tenetur.* * *nu.16. Quod uerum est,si causa committatur in loco ignoto.nu.17.secus si in loco insigni & noto, & pariter notus est locus unde quis trahitur.nu.18.& 19.*

20 *Papa sciens locorum distantiam an si concedat rescriptũ in quo quis trahitur ultra duas dietas extra suã diœcesim,uideatur dictas cõstitutiones conciliares tollere. sed contrarium uerius.nu.21.*

23 *Derogatio ubi requiritur ob præsumptam ignorantiam,non est necessaria ubi constat de scientia: secus quando derogatio alia de causa requireretur.*

24 *Rescriptum non apposita clausula derogatoria, quo traheretur quis ad iudiciũ in curia,distanti a sua diœcesi ultra duas dietas ualet,& tenet.nisi talis speciali priuilegio esset priuilegiatus.nu.25*

26 *Rescriptum non apposita clausula derogatoria constitutionibus de una uel duabus dictis,quo datus esset inquisitor ualet & tenet, etiam si in illius uim quis ultra duas dietas extra suam diœcesim traheretur. Nisi inquisitio committeretur certo loco,et tunc secus si culpa inquirendi extra locum inquiratur.nu.27.*

28 *Appellans potest rescriptum impetrare quo ultra duas dictas appellatus traheretur ultra suã diœcesim. Idem si actor reconueniretur.num.29. Etiã si ipse actor uellet desistere oblato libello.nu.30.*

31 *Executores gratiarum à sede apostolica deputati in commissis insinuare seu notificare possunt existentibus ultra duas dictas,etiã quòd in literis nõ esset.*

deroga-

derogatum constitationibus de una acl de duabus
dietis.nisi apposita fit clausula aocatis uocādis.nu.
32.Item aisi tales executores aßumerent uiā iudi
cialem.nu.33.



N, et quando quis literis Apo
stolicis trahi posit extra suam
dicecesim ultrra duas dietas, &
usq; ad quem locū, cōsiderandi
sunt tres casus. Nā qn̄q; & pri-
1 mo quæritur† de ordinariis infe
rioribus a Papa, & tunc dicēdū est ipsos posse eo
rū iurisdōnē exercere audiendo, aliis cōmittēdo
uniuersaliter more maiorū, id est, non extra terri
toriū sibi cōmissum. l. more maiorum. cū l. sequē.
ff. de iurisd. om. iud. canonc. i. ix. q. ij. c. ut litigan
tes. & c. cū episcopus. & utrobiq; notata, de offic.
2 ordi. lib. vj. Quod ꝓcedit† ēt si per viā appellatio
nis iure suo ad ipsos, puta metropolitanos, causę
deferanē, licet tūc audire vel cōmitti posint in ci
uitate uel diœcesi & locis in q̄bus appellatū esti
tir. nisi cōsuetudo aliud suadeat. d. c. vt litigātes.
3 Qn̄q; & secundò quæritur de ipso Papa† & di-
cendū est ipsum posse trahere quē ne dum extra
diœcesim, uerū extra prouinciā, imò per suā cita
tionē, ne dum ultra duas dietas, sed à qualibet re
motisima parte mundi. Clem. j. de iudic. Totus
4 enim† orbis est territoriū Papę. c. omni. de maio.
& obe. & c. solitæ. eo. tit. ix. quæst. iij. cuncta per
mundū. & c. per principalem. xxij. dist. omnis. se
cundum Io. And. & Zenzellinū in d. Clem. j. Nā
5 † ad Papa tāquā ordinarium ꝑ vniuersum orbem
recurritur, secundū Io. And. in Glo. in verb. Apo
stolica in c. statuimus. de offi. dele. lib. vj. Locorū
6 † enim & tēporum ac negotiorū eius est arbitriū.
c. cum sit Romana. de app. c. cupientes. de elect.
7 Quādoq; & tertiò quęrit† de cōmissariis Papę,
& dicēdum est ipsos trahere nō posse reos ultra
duas dietas, imò ultra unā extra suā diœcesim, si
ue ipsi sint delegati, seu legati sedis Apostolicæ,
8 rescripta † aliterque impetrata nullā tribuere iu
risdōnē. c. nonnulli. extra de rescrip. c. statutum.
§. cū uerò. & §. cū aūt. eo. tit. lib. vj. cum & literis
9 Apostolicis† uel legatorum ipsius papæ citari ne
queat quis extra suam diœcesim per vnā dietam
hodie, olim ꝑ duas à fine suæ diœcesis cōpurādas
10 dictis iuribus, imò extra† locum per vnam dietā
in quo deputatus est iudex. eo. c. statutum. uersi.
in nullo. et ibi Archidia. & Ioan. Andreę.
Quod uerum est regulariter, & ampliatē pro-
11 cedere, † ēt si modicū ultra dietā locus ad quem
traheretur, quis remotus esset, puta per vnū milia
re. Nam, nec conueniri tunc posset. secundū Io.
And. in d. §. cum autem. in Glossa. in verbo remo
tus. per l. iij. ff. de uerb. signi.
12 Ampliatur & secundò, † etiam si iudex exeun-
do territoriū seu diœcesim, uel locum in quo de
putatus est, ueniret & appropinquaret ad locū re
motū infra duas dietas uel unā, nā & si olim lice
bat, hodie secus per d. c. statutū. secundum Ioan.
And. ibi in Gl. in uerbo deputatus. Secus autē si
nō exeūdo locū cōmissionis appropinquaret se,
ita quòd tunc non esset ultra unam dietam, secun
dum D. Nicolaum in d. c. nonnulli.
13 Fallit dicta regula & primò† quando cōi cōsen
su actoris & rei literis impetratis expresè & sciē
ter ad remotos iudices vltra vnam uel duas dietas
& sic eorū facto & uoluntate traherentur. tunc
enim nō habet locū dicta cōstitutio. c. nonnulli.
& c. statutū. secūdū Inno. & D. Nico. in eo. c. nō
nulli. & Io. And. in Gl. in verbo, nō cōmitrat in
d. c. statutum. in §. cum uerò. ubi & Archidia. &
* vtrobiq; cōiter Doct. qđ & ī practica obseruat. *
14 Secundò fallit, qn̄† dictis constitutioni de una,
& constitutioni de duabus dictis conciliari-
bus. de quibus supra, expresè per Pontificem de
rogatū esset, apposita clausula nō obstāte, vel per
æquipollētia uerba, secundū Io. And. in d. c. non-
nulli. & ibi D. Nico. quidquid in contrarium ui-
deatur uelle ibi Glo. scilicet necessarium fore q̄
in rescripto fiat specialis mentio & derogatio ad
d. c. nonnulli. & d. c. statutum. cum ut dicit Ioā.
And. curia contrarium seruet communiter, quòd
& pasim hodie uidemus.
15 Vnde sublatis† dictis cō stōnibus per clausulā
derogatoriā uel æquipollētia uerba, uidet ne dū
vltra duas tres, sed & quatuor dietas indifferēter
rescripta impetrari posse, & quē ad iudiciū trahi
extra suā diœcesim ad remotisimas partes secū
dū D. Anto. in eo. c. nōnulli. cuius opinionē ve
16 riorē in iure tenet ibi Imo. cuius† cōtrariū ibi te
nuit Francis. Vercellen. argu. c. sedes. de rescrip.
iuncto c. ij. eodem tit. lib. vj. cum quo ibidem re-
sidet Ioā. And. cuius opinio in practica seruatur
* & cōiter tenetur. * ut ibi per Petr. de Anchar. &
Imol. scilicet non esse uerisimile quòd Ponti-
fex per generalia uerba uoluerit posse quē extra
suam diœcesim trahi ad remotisimas partes: ar-
gu. c. cum in multis. de rescrip. lib. vj. Nam subla-
tis dictis cōstitutionibus earum ratio remanet &
ꝓsumptia Pōtificis intētio ne vltra quatuor, et sic
ad remotisima, & illud qđ per curiales solet in
cōmisionibus addi. dummodo nō ultra tres, est
ad cautelam, & ad faciliorem impetrationē. Vel
ex eo: quia aliàs sublatis dictis constitutionibus
per dictam clausulam derogatoriam poterat us-
que ad quatuor inclusiuè, & per dicta uerba impe
trator declarat nolle quē ad iudicium uocare ul-
tra tres dietas, licet si id nō exprimeretur posset
usq; ad quatuor inclusiuè, sed cessante impetra-
17 toris declaratione. Quod dictū est, uerū est † cū
princeps cōmittit in loco ignoto: & sic procedat
18 opinio Vercellēsis & Io. And. Secus aūt † si in lo-
co satis insigni & noto, licet remotisimo causa
delegaret, & tūc ꝓcedat opinio D. Ant. secundū
D. Nico. in eo. c. nonnulli. Quod uerū est, quādo
19 † ne dū locus vbi causa cōmittit est ualde insignis
& notus, uerum ēt locus unde reus ultra quatuor
dietas à finibus suæ diœcesis ad iudiciū eēt trahē
dus, puta si Papa delegaret cām quā Titius hēt &

K habere

habere intēdit cū Seio Neapolitano Venetiis vel
Mediolani, aliàs si alterum deficeret, secus uide-
retur dicendū ratione prædicta, & seruanda esset
in practica opinio Io.And.cū qua cōiter transeūt
Doctores. * Et hoc motiuū ante D.Anto.sentit
Goffred.in d.c.nō nulli.& ante D. Nicol. sentijt
dictā concordiā, dū uoluit q si Papa sciat locorū
distantiā, & cōcedat rescriptū, credere tolli dictā
cōstitutionē, ēt de ea nō facta mētione. dixit aūt
locorū & nō loci, sic enim id procedere intelligit
Goffred. quo ad derogationem, quanto fortius
postquā constitutioni iam est derogatū, ne ultra
quatuor, & sic remotissima qs trahatur. quę nota
cum sæpe accidant super hijs controuersijs.

Tertiò fallit secundū Goffred.in eo.c. nō nulli.
20 qñ† Papa sciēs locorū distātiā cōcedit rescriptū,
ut ad aliud propositū superius dictū est, cū tunc
credat illā constitutionē tolli ēt de ea non facta
21 mentione. Sed certè† ibi Vincētius cōtrarium te
nuit. Quod Ioā. And. credit esse uerum, nisi Papa
in rescripto exprimat scientiā distantiæ, cùm tūc
satis sufficiat, licet de constitutione nō faciat mē
tionem. Adhoc c.si motu proprio.de præbē. lib.
vj. pro quo facit qđ notatur per Glo.in d.c.j. de
constit.& per ipsum Io.And.in c.vnico de excess-
sib. prælat.lib.vj.vbi plenè de hoc tractat. Sed D.
22 Anto.†in d.c.nonnulli.simpliciter tenet opinio
nem Vincentij, uidelicet quòd nō sufficiat rescri
bere ex certa scientia coutra illā cōstitutionem,
etiam si de illa scientia appareat ex tenore rescri-
pti, ex eo, quià cum illa constitutio det formā par
ticularibus rescriptis, ut nō ualeant, nisi in eis fiat
expressa mentio de ipsa constitutione, uidetur q
non sufficiat ipsa certa scientia. Adhoc qđ nota-
tur.in d.c.vnico per Ioā.And.vbi hoc etiā sentit.
23 Sed hoc† procedit; quādo expressa mētio clausu
lę specialis requireretur, alia de causa, quàm pro
pter præsumptā ignorantiam, aliàs si requiratur
ppter pręsumptā ignorātiā, ut requiritur in d.c.
non nulli.vt ibi vult Glo.& tūc sufficit rescribe-
re ex certa sciētia, dūmodo de ipsa scientia appa-
reat ex tenore rescripti, prout ibi vult Ioan.And.
cū quo ibi residet Imol. Adhoc qđ nota.per Glo.
in Clemen.ii.de rescrip.& in d.c.statutū.in Glo.
sed pone.eo.tit.lib.vj.& in c.ad hæc.extra eo.tit.
per quæ uidetur posse concludi q reus trahitur
ultra duas dietas, nō solū quando in rescripto fie
ret expressa mētio de ipsa constitutione, sed etiā
si de ipsa nō fiat mentio, dūmodo appareat de cer
ta scientia Papæ ex tenore rescripti. Quod proce
dit esto quod dicta constitutio sit conciliaris.
24 Quartò fallit: † quando quis iudicium trahere
tur ad curiam, ēt si curia distaret à confinibus suę
diœcesis ultra unam uel duas dietas, cū quo ad cu
riam non habeat locū dispositio dictarū constitu
tionū, & rescripta desuper impetrata, etiam de di
ctis constitutionibus non facta mentione, ualeāt
& ita tenet curia secundum Compostellanum in
ead.c.non nulli. cum quo ibi residet Ioan. And.
& de facto seruatur ea ratione de qua supra in se-
cundo membro. Istud sublimitatur non proce-
25 dere. † quando literæ impetrarentur contra pri
uilegiatum speciali priuilegio, quod si Papa sci-
uisset illud fortè seruasset, secundum eundem Cō
postellanum & Ioan.And.ubi supra.
26 Quintò fallit † in inquisitoribus datis per lite-
ras Apostolicas, cum tales possint ultra duas die-
tas trahere, cum in eis cesset ratio dictæ constitu
tionis, ut uult Guighel. Naso in eo.c.nōnulli.&
Aegidius.qui ad hoc allegat c. ad petitionem.de
accusat.& quod ibi notatur.
27 Et istud sublimitatur non procedere:† quando
committeretur inquisitio in certo loco ficta, nisi
culpa eius q habet inquiri extra locū exeatur, vt
in cap.statuimus.el ij. de offi.deleg.lib.vj. ubi de
his, secundum Ioan.And.in eod.c. nonnulli.
28 Sextò fallit† in causa appellationis, cū ipse reus
originarius appellās impetrare possit iudices vl-
tra duas dietas, à confinibus diœcesis ipsius rei
appellantis. Habet enim locum dicta cōstitutio
quando impetratur contra reum originariū, secū
dum Ioan.And.in d.c.nonnulli. potest tamē ip-
se appellans impetrare in diœcesi ipsius appellati
si uult, quantumcunque distet à finibus diœcesis
ipsius appellantis, cū ipse appellatus de hoc con
queri nō possit, scđm D.Nicol. in eo. supracita-
to.c.qui ad hoc adducit qđ notat.in d.c. statutū.
§.cum autem.& §.cum uerò.de rescrip. lib.vj.
29 Septimò fallit: † quādo ipse actor reconuenire-
tur: cum tunc trahi possit ultra duas dietas à fini-
bus diœcesis suæ, dummodo trahatur infra duas
dietas à finibus diœcesis ipsius rei.iij.quæst. viii.
30 in agendo. Quod † procedit etiā si ipse actor ue-
lit desistere oblato libello, cum non possit. C.
quomòd. & quand. iud. auth. qui semel. Vel
postquam literę sunt præsentatæ, cum fiut effe-
ctæ cōmunes. prout notatur de restit. spol. cap. ex
conquæstione. secundum Imol. & Do. Nicol. in
d.cap. nonnulli.de rescrip.
31 Octauò fallit † in executoribus gratiarum à se-
de apostolica deputatorum, quorum nō est cita-
re, sed insinuare, siue notificare quod eis cōmis-
sum est, c.quia cūctis.§.ex parte.& c. si capitulo.
de concess.præb.lib.vi.& c.tibi.§.j. de rescri.eo.
lib. secundum Glo.& Arch.in d.c.statutum.§. in
nullo.& Dominos de Rota decisio. ccclxxx. quæ
incipit. Item in forma.
32 Quod sublimitatur non procedere: † quando in
rescripto foret apposita clausula uocatis uocan-
dis, secundum Innoc.& Hostien.in c.fin.de præ-
sumpt.cum tunc tales fungantur vice iudicum, cū
quibus residet Imol.in d.c.nonnulli.
33 Sublimitatur & secundò† non procedere: quan-
do tales gratiarū executores assumerent uiā iudi
cialem, prout possunt, cum tunc ad instar iudicū
iudicentur, secundum Innocen.& Hostien. in d.
cap.fina.de præsump.& Ioannem And.in Gloss.
magna in Clemen. una de offic. deleg. cum qui-
bus residet Imol.in d.c.nonnulli.

TRA-

TRACTATVS SVB REGVLIS ET FALLENTIIS REDACTVS.

in materia prorogationis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Prorogationis materia communis secularibus, & ecclesiasticis iudiciis.nu. 27*
2 *Prorogatio quid sit.& nu. 11.*
3 *Prorogatio quotuplex.& nu.12.*
4 *Prorogare quæ personæ possint.& nu.13.*
5 *Prorogari quæ potestas possit.& nu.27.*
6 *Prorogatio in quibus fieri possit. & nu 41.*
7 *Quæ requirantur ad prorogationem inducendam.*
8 *Prorogatio per quem actum fiat.& nu.80.& 87.*
9 *Prorogationem impedire quis possit. & nu. 88.89. cum sequentibus.*
10 *Prorogationis effectus qui & nume.101.102.103. & 105.cum sequentibus.*
Iurisdictio prorogata censetur eadem, & eiusdẽ qualitatis cum prima.
14 *Hominum genus quotuplex.*
15 *Clerici iurisdictionẽ iudicis secularis ẽt cũ consensu episcopi progare non possunt, nec eis se subigere.*
16 *Clerici iurisdictionem iudicis ecclesiastici nec prorogare possunt, nisi cum consensu Papæ uel proprii episcopi. imò nec episcopus prorogare potest iurisdictionem iudicis ecclesiastici sine cõsensu Papæ uel sui metropolitani.eod.nu.*
17 *Clerici iurisdictionem iudicis ecclesiastici tacitẽ etiã sine licentia proprii episcopi prorogare possunt,& quo modo.*
18 *Laici prorogare possunt iurisdictionem ulterius iudicis non sui sine licentia sui superioris, etiam si ipsi sint de temporali ditione ecclesiastica.*
19 *Feudatarius in causa feudi non sui iudicis iurisdictionem prorogare nõ potest sine cõsensu domini.*
20 *Laicus in foro pœnitentiali, & etiam cum consensu sui rectoris, alterius non sui iurisdictionem prorogare non potest.*
21 *Forum quis sortitur in loco delicti.intelligas quo ad pœnam fori contentiosi,non pœnitentialis.*
22 *Prorogari potest iurisdictio etiam quo ad forũ pœnitentiale translatione domicilii.*
23 *Laicus iurisdictionem non sui iudicis in spiritualibus prorogare non potest.*
Intellectus ad c.ii.& iii.de paroch.
24 *Prorogatio etiam in spiritualibus fieri permittitur in habentes aliàs ipsam iurisdictionem.*
25 *Cruce signati uel pœnitẽtes sine cõsensu proprii iudicis ecclesiastici aliorũ iudicũ iurisdictionẽ nõ progãt.*
26 *Pupillus,furiosus & alii inhabiles iurisdictionẽ non possunt prorogare.*
27 *Prorogari seu extendi potest iurisdictio fori pœnitẽtialis siue fori iudicialis, ordinaria siue delegata, ciuilis siue criminalis.*
28 *Prorogari potest nedum iurisdictio contentiosa, uerum uoluntaria.& nu.29.31.& 34.*
29 *Emancipari & manumitti quis potest ex prorogatione coram non suo iudice.*
30 *Intellectus ad l.apud ff.de manumis. uindi.*
31 *Iurisdictio contentiosa prorogari potest fortius et uoluntaria scilicet in habente aliàs similẽ.& nu.39.*
32 *Prorogatio in reseruatis principi fieri non potest.*
33 *Prorogari nõ põt in parẽ absque cõsensu superioris.*
35 *Prorogari potest non solu iurisdictio habẽtis merum uel mixtũ imperium. sed etiam habẽtis iurisdictionem uoluntariam.puta iudicis cartularii.nu. 36.*
37 *Tabellionis potestas licet possit prorogari intelligitur ut non procedat de uno officio ad aliud.nu.38. limitatur.nu. 39.*
40 *Prorogari potest non solum iurisdictio, sed etiam potestas habentis notionem,ut est arbiter.*
41 *Prorogari potest iurisdictio de tempore ad tempus. quod procedit in delegatu regulariter, & tamen fallit.nu.42.43.& 44.*
45 *Prorogatio in iurisdictione ordinaria de tempore ad tempus an fieri possit per subditos,quid per extraneos,& tunc an prorogatio erit perpetua seu temporalis.nu.46.47.& 48.*
46 *Prorogatio facta ad tempus non durat post tempus.*
49 *Prorogatur iurisdictio de re & ad rem,quod quomodo procedat,declaratur.nu.50.*
51 *Prorogari potest iurisdictio iudicis in ciuilibus uel in criminalibus ad similes cãs,et nõ aliter.et nu.52.*
53 *Prorogare & de nouo dare iurisdictionem differũt.*
54 *Prorogatio nõ licita de casu ad casum. sed in contrarium est communis opinio ✠ nu.55.*
55 *Iudex sub conditione datus,ante conditionem nec habitu nec actu ullam habere dicitur iurisdictionem.*
Intellectus ad c.1.de appellat.lib.vi.
56 *Prorogari potest iurisdictio de persona ad personã, secus in iurisdictione delegata.& nu.57.*
58 *Iurisdictio delegata ad uniuersitatem causarum data circa uniuersitatem causarum prorogabilis est de persona ad personam: sed in contrarium est ✠ communis opinio.& nu.59.*
59 *Intellectus ad c.P.& G. de officio deleg.*
60 *Iurisdictio delegata prorogatur de psona ad personã ad quã tangeret illa causa,licet non sit expressa.*
61 *Iurisdictionis prorogatio fieri potest de loco ad locum, & quomodo in delegata, quid in ordinaria. & nume.62.*
63 *Prorogatio ut fieri possit quæ requirantur.*
Prorogatio ut fieri possit primum requiritur quòd ille de cuius iurisdictione progãdu tractatur, habeat iurisdictionẽ et exercitiũ.et nu.63. Quid aũt si iurisdictio superueniat.nu.64.ponderatũ an ex causa

de præterito, uel ex causa noua. et nu. 65. & 66.

67 *Iurisdictio ut prorogari possit, requiritur quòd sit prorogabilis.*

68 *Iurisdictio ut prorogetur, requiritur consensus illius iudicis cuius iurisdictio est proroganda, & an sufficiat tacitus. & nu. 69.*

70 *In iurisdictione proroganda de loco ad locũ, requiritur cõsensus iudicis illius loci in quo progãda est.*

71 *Iurisdictio per clericũ seu uasallũ ut prorogari possit, requiritur consensus proprii superioris et domini.*

72 *Prorogatio iurisdictionis ut fiat, requiritur consensus ambarum partiũ. an autem eodem instanti uel diuersis temporibus, & an sufficiat consensus tacitus. nume. 73.*

74 *Consensus partium in proroganda iurisdictione debet esse liber & non coactus. Item uerus & non erroneus. Quod procedit etiam si altera erret. nu. 75.*

76 *Prorogari ut possint partes iurisdictionem, in eis requiritur habilitas personarum.*

77 *Prorogari ut possit iurisdictio, requiritur quòd qualitas causæ non repugnet.*

78 *Prorogatio fieri poterit in criminalibus, etiã in causis meri & mixti imperij, dummodo in habentem similem iurisdictionem. Quod uerum est tantum quo ad præiudicium prorogantis. nu. 79.*

81 *Prorogare & pacisci de prorogando diuersa sunt. & nume. 82.*

83 *Prorogatio an per actus extraiudiciales fieri possit, & in quibus. nu. 84.*

85 *Prorogata iurisdictio an sit reuocabilis per partiũ uel alterius pœnitentiam. nu. 86.*

89 *Prorogationem iurisdictionis an iudex prorogantiũ impedire possit, dicitur regulariter quòd nõ. quod fallit in clericis prorogationibus. n. 90. Itẽ in feudatario nu. 91. item in reseruatis principi. nu. 92. Item quando iudex prorogantium haberet consequi sportulas, quod tamen reprobatur. num. 93.*

94 *Prorogationẽ iurisdonis an iudex prorogantiũ impedire possit ante litis cõtestationẽ, & quid in ciuilibus, quid autem in criminalibus. num. 95. 96. 97. 98. 99. & 100.*

102 *Iurisdictio prorogata assumit naturam principalis iurisdictionis quæ prorogatur.*

103 *Iurisdictione prorogata, cùm appellatur appellandum erit, si erat ordinarius ad ipsius superiorem, si delegatus ad delegantem. nu. 104.*


Intellectus ad l. episcopale. C. de episcop. aud.

105 *Iurisdictione principali extincta, an extincta sit et prorogata? Quid in iudice temporaneo? Quid in perpetuo? Quid si respectu dignitatis? quid autem si respectu personæ? nu. 106. 107. 108. & 109.*

107 *Actus agentium non operantur ultra eorum intentionem.*

110 *Iurisdictio progata intelligitur non solum quo ad potestatem cognoscendi, sed etiam quo ad potestatem sententiandi.*

111 *Prorogata iurisdictione an intelligatur et quo ad potestatem exequendi. Quid in ordinario? quid in delegato principis? quid in delegato inferioris? nume. 112. 113. 114. & 115.*



1 ROROGATIONIS notabilis materia † communis est: ne dum ad ciuilia secularia iudicia, uerum præcipuè ad criminalia. Item ad ecclesiastica, ne dum forum contentiosum respicientia, uerum & pœnitẽtiale, sparsim dere Doctores tractarunt, & plenius per Host. Ioan. And. Anto. Florianum, Imol. & D. Nicol. in c. P. & G. de offi. deleg. per Legistas & præcipuè Bal. in l. si qui ex consensu. C. de episco. audien. ideircò pro eius declaratione, ex eorum dictis recolligendo, & ea iungendo, & aliqua addendo, eam in nouem membris consideranda propono, quorum singula discutientur, & earum aliqua ad regulas reducentur, eæque utiliter limitabuntur.
2 Quorum primum est † quid sit prorogatio. Secũ
3 dum † quotuplex sit prorogatio. Tertium † quę per
4 sonę prærogare possint. Quartum † quæ potestas
5 prorogari possit. Quintum, † in quibus prorogari
6 possit. Sextum † quę requirantur ad prorogationẽ
7 inducendam. Septimum † per quem actũ fiat pro-
8 rogatio. Octauum † quis possit impedire prærogare
9 gationem. Nonũ † quis sit effectus ipsius pro-
10 rogationis.

11 Circa primum dicendũ est quòd † prorogatio est iurisdictionis seu potestatis extensio. Vnde quo ad propositum prorogare, est idem quod extendere, uel protrahere: secundum Imol. in c. de causis. de offi. deleg. & tunc est, quod iurisdõ † prorogata censetur eadem: & eiusdem qualitatis cum prima: ut patet ex notatis in Glo. in d. c. P. & G.

12 Circa secundũ † dicendũ est quòd prorogatio duplex est. Quędam iuris, et ista habet locum in casibus in iure expressis de quibus in d. allegata Glo. per scribentes. Quædam hominis, ut est illa quæ fit de partium cõsensu, de qua principaliter tractatur in d. c. P. & G. quę quando locum habeat, infra patebit.

13 Circa tertium † quæ personæ prorogare possint, dicendum est, quòd cum sint duo genera ho
14 minum, scilicet clericorum † et laicorum, ut habetur xij. quæst. j. duo sunt. Aut loquimur de ipsis clericis, & tunc, aut ipsi prorogare uolunt iu
15 risdictionem † iudicis secularis, & non possunt, etiam cum consensu episcopi ipsorum. c. si diligenti. de foro compe. ubi de hoc. Imò & nõ possunt se subiicere iudicio seculari quantuncunque religiosi. c. ecclesia. de constit. ubi de hoc.

16 Aut uolunt † prorogare iurisdictionem iudicis ecclesiastici, et non possunt sine consensu Papæ, uel proprij episcopi. c. significasti. de foro competen. siue prorogare uelint quo ad personam, siue quo ad beneficium, secundum Hostiens. in d. c. P. & G. Imò † & episcopus non potest prorogare iurisdictionem iudicis ecclesiastici sine consensu Papæ, uel sui metropolitani, prout notatur, de offic. ordin. cap. ad reprimendum. secundum D. Nicolaum. in d. c. P. & G. et hoc in prorogatione expressa regulariter procedit.

Fallit

17 Fallit† in tacita, cum clericus tacitè prorogare
possit iurisdictionem alterius iudicis sine cõsen-
su episcopi. puta per actum cõtrariũ clericatui,
uel per inobedientiam: secundum quod notatur
c. j. de apostat. & c. fi. de uit. & honest. cle. & c. iij.
de cleric. coniug. Vel contrahendo, seu delinquẽ
do in aliena diœcesi, prout nota. in c. postulasti.
& in c. dilecti. de foro compet.
18 Aut loquimur in † laicis, & dic quòd ipsi regula
riter ꝓrogare possunt iurisdictionem alterius iu
dicis non sui, ẽt si sit ecclesiasticus, & etiã sine cõ
sensu superioris eorum. Ad hoc l. j. & ij. ff. de iu-
dic. & l. episcopale. C. de epi. aud. & quod ibi no-
tatur. Quod ampliatur habere locũ etiam in lai-
co, qui est de temporali iurisdictione ecclesię, cũ
& talis prorogare possit iurisdictionẽ alterius
iudicis non sui, ẽt sine consensu sui superioris,
cũ hoc non reperiatur iure cautum, secundũ D.
Anto. in d. c. P. & G. Sed licet regulariter laicus
prorogare possit iurisdictionem iudicis non sui,
sine licentia sui superioris. Tamen fallit &c.
19 Primò† in feudatario, qui in causa feudi nõ po
test prorogare iurisdictionẽ sine licentia Dñi: vt
notatur in c. verum. & in c. transmissa. de for. cõ
pet. & in c. cæterũ. de iudi. & ut supra dictũ fuit.
20 Secundò fallit† in foro pœnitentiali, in quo ẽt
laicus non potest prorogare iurisdictionem sine
consensu sui rectoris parochialis. c. omnis. de pœ
nit. & remis. non solũ expressè ut ibi, sed etiã ta-
citè, puta delinquendo in aliena parochia. Nam
21 licet in † loco delicti sortiatur quis forũ, quo ad
pœnam fori contentiosi. c. fi. de foro compe. Ta-
men non sortitur ibi forum quo ad pœnam fori
pœnitentialis, vt uoluit Glo. notabilis. xvi. q. j. c.
22 j. sed licet & hoc uerum sit regulariter, † tamẽ fal
lit, trãslato domicilio de una parochia ad aliam,
ẽt sine licẽtia proprii sacerdotis: vt habetur in c.
fi. de paro. & in c. cum quis. de sepult. in vj.
23 Tertiò fallit† in spiritualibus, in quibus etiam
laicus non potest prorogare iurisdictionẽ sine cõ
sensu sui superioris: ut uoluit in d. c. P. & G. Io.
And. post Host. per notata. in c. ij. & iij. de paro.
sed D. Anto. ibidem tenet contrarium in ipso lai
co, & hoc nisi esset fortè potestas excõicandi,
sed etiam nec & in illa poterit fieri, sine consen-
su sui superioris. Ad quod facit tex. in d. cap. P. &
G. & quia nõ reperitur hoc iure cautũ in ipsis spi
ritualibus, nisi in foro pœnitẽtiali, de quo supra.
Nec obstat dictum c. ij. & iij. quia illud quod
dicitur ibi procedit, nisi interueniat ꝓrogatio.
per ea quæ habentur in d. c. P. & G. Ad hoc etiã
bene facit quod notauit Inn. in c. de causis. co. ti.
de offi. delega. ubi simpliciter dicit quòd in spi-
24 ritualibus† potest fieri prorogatio, dũmodo fiat
in habentibus aliàs ipsam iurisdictionem: & cũ
hoc dicto transit in d. c. P. & G. D. Floria. & hęc
opinio uerior uidetur de iure, licet opinio Host.
& Ioan. And. sit tutior.
25 Quartò fallit† in laicis cruce signatis, uel pœ
nitentibus, qui non possunt peregrinari sine li-
teris proprij episcopi. de consecra. d. v. nõ opor-
tet. secundum Imo. in d. c. P. & G. secundũ quem
26 prædicta procedunt† in personis habilibus ad ꝓ
rogandum, cum personę inhabiles, ut pupillus,
vel furiosus prorogare non possint, cũ nõ hẽant
consensum, qui requiritur. ff. de iuris. om. iud. l. si
per errorẽ. & hæc sit quinta limitatio generalis.
27 Circa quartũ principale mẽbrũ, uidelicet, † quę
iurisdictio uel potestas ꝓrogari possit, & in hoc
dicendum est, ꝙ quælibet iurisdictio seu ptãs re
gulariter prorogari põt, et extendi, siue sit fori pę
nitentialis: vt d. c. omnis. siue fori iudicialis: ut d.
c. P. & G. & siue sit ordinaria: ut ff. de iudi. l. j. siue
sit delegata: ut c. de causis. de offi. deleg. & siue sit
iurisdictio ciuilis, vt d. c. P. & G. & d. c. de causis.
siue criminalis: ut uoluit Inn. in d. c. de causis. Ad
hoc l. j. ubi de crim. iuncta Gl. ubi de hoc. de quo
plenius in l. j. ff. de iudic. Et siue sit in iudicio cõ
tentioso: vt d. l. j. & ij. ff. de indi. siue uoluntaria.
28 † Nam & uoluntaria iurisdictio potest proroga
ri, ut uidetur uelle Goffred. in d. c. P. & G. secun-
dum D. Anto. ibi. qui hoc idem uidetur tenere,
dummodo fiat in habẽtem similem potestatem.
Ad hoc l. j. iuncta Glo. C. de emanc. liber. & istud
tenuit expressè Bal. in l. repetita. C. de epis. & cle
29 ri. per quod patet, quòd poterit quis† emancipa-
ri vel manumitti corã nõ suo iudice ex iurisdõne
prorogata, dũmodo habeat aliàs iurisdictionẽ
in similibus. In cõtrarium tamen facit Glos. in l.
est receptum. ff. de iurisd. om. iudi. pro qua vide
tur casus in l. apud. ff. de manumis. test. uind. Sed
30 hæc non † obstat quia dum ibi dr̃, quòd apud pa
rem nõ põt quis manumitti, intelligi debet ex ui
propriæ iurisdictionis, sed bene poterit ex ui ꝓ
rogationis, ꝑ id qđ habetur. ĩ d. l. j. et in d. l. est re
ceptum. Nec obst. Glo. dictæ l. est receptũ. quia
prout dicit Ang. ibi. illa Glo. reprobatur à Ray-
31 nerio. Nam si contentiosa† potest prorogari, for-
tius & uolũtaria. Ad hoc l. emãcipari. ff. de adop.
l. etiam. §. fi. ff. de manu. u. uind. secundum Imol.
in d. c. P. & G. qui dicit hoc procedere regulari-
32 ter, † sed limitandũ esse in reseruatis principi, in
quibus non potest fieri prorogatio in inferiorẽ
& non habeat cognitionem similium causarum.
Ad hoc quod notatur in l. j. C. de iurisdictione
omnium iudicum.
33 Quod ampliatur, idem† nec in parem absque con
sensu ipsius superioris, per notata in c. per vene-
rabilem. §. in rationibus. qui filij sint legit. secun-
dum D. Ant. in d. c. P. et G. quem ibi refert Imo.
qui ex hiis uidetur uelle post ipsum Anto. quòd
34 † ipsa iurisdictio uoluntaria prorogari possit in
habente aliàs similem potestatem, dũmodo non
35 fiat in reseruatis principi. Imò † & proroga-
ri poterit non solum iurisdictio habentis cer-
tum tribunal seu territorium, ut potestas. ut di-
cta l. prima. sed etiam iurisdictio non præsiden-
tis administrationi, sed habentis habitum iurisdi
36 ctionis, ut est iurisdictio iudicis† cartularij seu ta
bellionis: vt uoluit Gl. in d. l. j. ubi plenius de his,

de quibus per Bal.in l.repetita.C.de epi.& cleri.
37 Sed licet posit†potestas ipsius tabellionis pro-
rogari de uno officio ad aliud, ut uoluit.Guiliel.
38 in d.l.repetita.per l.j.C.de sportul.tamē†si unus
notarius seu tabellio sit deputatus ad unū officiū,
puta ad scribendū acta,non poterit alius tabellio
in eo officio se intromittere ēt de consensu par-
tiū,ut uoluit Bar.in d.l.repetita,& ēt Bal.ibi. per
l.quicunque.C.de exacto tributo.lib.xij. & etiā
ipse Bal.ī l.testamēta.C.de testamē.per l. in fran
39 dē.§.quoties.ff. de iure fisc.Quod uerū est†tñ li-
mitandū,nisi fiat ex causa,& de auctoritate iudi-
cis,ut qa fortè impeditus esset notarius actorū:ar
gumento eorū quę habentur in l.unica.ff.de offi.
cons.secundum Imol.in d.c.P.& G. ut latius per
ipsum Bal.in dictis iuribus.de quibus in c. cū P.
40 de fide instru.Imò†& nō solum iurisdictio,ut su
pra,sed ēt potestas arbitri,q nō habet iurisdictio.
nē,sed notionē.ff.de re iudi.l.ait ptor.pōt proro
gari,cum dependeat ex consensu partiū:vt volui t
* Glos.& Imol.in d.c.P.& G.& cōiter tenetur. *
41 Circa quintū principale uidelicet,† in qbus fie
ri posit ꝓrogatio,dicendū est qđ pōt fieri ꝓro-
42 gatio†iurisdictionis de tpe ad tēpus.c. de causis.
de offic.deleg.& ut uoluit Glo.in d.c.P.& G. qđ
ꝓcedit in iurisdictione delegata:ut d.c.de causis.
43 qđ restringendū†est,nisi ꝓhibita esset p delegan
tē.l.j.§.sed & iudex.ff.de iudic. Itē & limitandū,
44 nisi†fieret in alia forma quàm prima, cum tunc
non teneat prorogatio:per notata in c.hij qui.de
præbend.in vj.vt voluit Bald.in d.l.si qui ex con
sensu,& D.Nicol.in d. c,P. & G.
45 In ordinaria uerò†dicēdū est ut dicit Io. And.
post Host.in eo.c.cū P. & G. ꝙ quo ad subditos
ipsius ordinarii,non habet locū prorogatio:quia
ipsa est perpetua,sed quo ad extraneos bene pro
rogari pōt ad tempus, cū posint ad tēpus proro
gare,& se subijcere eius iurisdictioni.c. nouit.de
offic.legati ubi de hoc. Sed certè & tūc mero iu-
46 re†ex quo iurisdictio est perpetua,& illius respe-
ctu fit prorogatio,durabit ēt post tēpus proroga-
tio,sed poterit obijci exceptio per cōuentionem
partiū,nisi ad aliud tēpus prorogetur:argu.l.obli
gationū fere.§.placet.ff.de actio.& oblig.secūdū
Imol.in d.c.P.& G.cuius dictū fortè non est ue-
rū. Nā†ex quo ad tēpus est facta prorogatio,non
durat post tēpus:argumē.d.c.de causis. & hoc in
iurisdictione ordinaria perpetua: vt est illa quę
competit ordinario ecclesiastico:vt notatur viii.
quæst.j. pastoralis.
47 Si uerò† iurisdictio ordinaria cōcedatur tēpora
liter,prout cōceditur ordinario seculari:ut habe-
tur in l.fi.ff.de pœn.& tūc de tēpore ad tēpus pōt
fieri ꝓrogatio:ut uoluit D.Anto.in d.c.P. & G.
48 & ibid.Gaspar de Calderi. Sed certè†ipsius ordi
narij temporalis iurisdictionē subditi prorogare
non possunt in tempus suę iurisdictionis finitæ:
quia per hoc posset euacuari iurisdictio successo
ris.Imò & nec extranei possunt ꝓrogare in dictū
tēpus,si aliàs nō remaneret potestas iudicādi. ar-
gumen.l.priuatorum.C.de iurisd.om.iud. secūdum
Imol.in d.c.P.& G.qui ad hoc adducit quod no
tatur in Speculo de compet.iud.adi.§.j.uer.quid
si duo.& hoc idem D. Nicol.in eod.c.P.et G. et
Bald.in d.l.si qui ex consensu.
49 Secūdò†pōt prorogari iurisdictio de re ad rē seu
de causa ad causam siue sit ordinaria siue delega-
ta:ut c.cū olim.de offic. deleg. & ff.de iudic.l. de
qua re.et ut uoluit Glo.supra allega. Quod pro-
* cedit ut cōiter tenetur *,qñ talis iurisdictio pro-
rogaretur ad rem seu causam similem, cū ad dissi
50 milē prorogari nō posit. Vnde si esset† iudex de
putatus in causis ciuilibus posset in cū prorogari
iurisdictio de causis ciuilibus,et nō de criminali-
bus,et econtra,si esset deputatus in causis crimina
libus,posset in eū prorogari de causis criminali-
bus,et nō de ciuilibus.et hoc uoluit Inno.in d.c.
51 de causis. ubi dixit ꝙ†in causis criminalibus pōt
fieri prorogatio,dūmodo fiat in illū qui habet iu
risdictionem similiū causarū. et hoc uoluit in d.
c.P. et G. Ioā. And. Ad hoc quod nota.per Cyn.
in l.j.C.de iurisd.om.iudic.et in l.testamenta.C.
52 de testam. ubi dixit ꝙ si unus † iudex deputatus
sit ad causas mercātiæ,nō poterit eius iurisdictio
prorogari ad aliàs causas: quia tunc non esset pro
53 rogare, sed potius† de nouo dare. Quod est no-
tandū secūdum Imol.qui hoc tenet.Quod et tenet in
eod.c. P.et G; D. Nicol. licet aliud uoluerit D.
Florianus,et non bene secundum eos.
54 Tertiò potest fieri†ꝓrogatio,de casu ad casum;
ut si iurisdictio sit data in certo casu,seu sub cer-
tā conditione,cū tūc posit iurisdictio prorogari
ante euentū illius cōditionis, ita ꝙ poterit de il-
la causa cognoscere:ut tenuit Inno.in c.pruden-
tiā.de offi.dele. Ad hoc.c.j.de appel.in vj.Sed cer
55 tè in hoc†cōiter * tenetur contrariū , cum ante
* euentū conditionis iudex nullam habeat iurisdi-
ctionem,nec habitū iurisdictionis nec exercitiū.
Ad hoc l.cedere diē.ff.de uerb.sig. secūdum Imol.in
d.c,P, et G, secūdum quē nō obstat † dictum c.
j: cum ibi non sit prorogatio propriè, sed exce-
ptionis omisio , ut plenius ibi per eum, de hoc,
de quo in d. c.j.
56 Quartò†prorogari potest iurisdictio de perso-
na ad personam. Quod procedit in ordinaria: vt
57 est text.in l.j.et ij.ff. de iudic. Cum†in delega-
ta secus sit, ut patet ex textu in d. cap. P. et G.
et in Gloss.
Quod et licet regulariter sit uerum,ut ipsa de-
legata prorogari non posit de persona ad per-
58 sonam. Tamen fallit : † quando iurisdictio de-
legata data esset circa uniuersitatem causarum:
vt uoluit Glos. in dicta l.j. pro qua facit: quia ta
lis censetur quodāmodo ordinaria. Adhoc quod
notatur infra in cap. cum causam. de appellat.
59 Contra quod tamen † facit textus in dicto cap.
P.& G. indistinctè loquens, quod ec fortè uerius
est,quòd indistinctè ipsa iurisdictio delegata pro
rogari non posit ad alias personas,ut communi-
* ter tenetur * secundum D.Nicol.ibi.

Secundò

60 Secundò fallit, † quando prorogaretur ad perso
nas ad quas contingeret seu tangeret illa causa, li
cet non sint expressæ in rescripto: vt quia agitur
de iure prælationis in aliqua re, cum tunc ad illas
fieri posit prorogatio: vt uolnit Bal. In d. l. si qui
ex consensu: argumento l. si suspecta. ff. de inoffi.
testa. & l. à sententià. ff. de appel. Cuius limitatio
pulchra & uera est. pro qua facit quod notatur
in cap. ij. de ordi. cogni. secundum Do. Nico-
laum in eod. c. P. & G.
61 Quintò potest fieri † prorogatio de loco ad lo
cum, quod sine dubio procedit in delegata iuris-
dictione, dummodo partes expressè consentiant,
ut est tex. in c. statutum. §. in nullo. de rescr. in vj.
ubi plenius. de hoc. Quod tamen fallit: quando ta
lis iurisdictio concessa foret ex priuilegio cum li
mitatione, cum tunc ultra limites ipsius priuile-
gij non posset, secundum Host. Ioan. And. Imol.
& D. Nicolaum in c. excōicatis. de offi. lega.
62 In ordinaria † uerò dicendum est quòd, aut
prorogatio fit de loco in quo ordinarius solitus
erat retinere tribunal ad alium locum existētem
intra suam iurisdictionem, & fieri potest: argumē
to. ff. de arbi. l. si cum dies. §. arbiter. & l. si ut pro-
ponis. C. quomodo, & quando iudex. Si uerò fiat
prorogatio ad locum alterius iurisdictionis seu
territorij, ut uidelicet ille ordinarius posit ibi
cognoscere, & fieri non poterit, cum ibi censea-
tur persona priuata. Ad hoc l. iij. ff. de offi. præsid.
& hoc uoluit Iacob. Butrigar. in l. j. C. de iurisd.
om. iud. & Bar. in l. j. ff. de iudi. quod communiter
* tenetur * per c. excommunicatis. de offi. lega. &
ibi D. Nicolaus. quod sine dubio procedit: quan-
do iudex illius territorij prohiberet: ut uoluit
Bal. in d. l. si qui ex consensu. Si uerò non prohi-
beret, & idem ut uoluit Bal. ibj. quod locum ha-
bet: quando iudex illius loci seu territorij ignora
ret: aliàs si sciret & non contradiceret, & tunc ui-
detur consentire: argumēto l. sæpe. ff. de iud. un-
de tunc tenet prorogatio: ut uoluit Cyn. in d. l. si
qui ex consensu. Potest enim iurisdictio proroga
ri ad locum non suæ iurisdictionis per l. quæro.
ff. de solu. dummodo interueniat consensus iudi-
cis illius territorij: ut uoluit Glo. notabilis. in c.
ut litigantes. in titu. de offi. ord. in vj. & not. in c.
nouit. de offi. lega. & viij. q. vij. episcopum. & ita
possunt hæc dicta ad concordiam reduci, ut uide-
tur uelle D. Anto. & D. Florianus, & clarius Imo-
la in d. c. P. & G. & D. Nicolaus in c. excommuni
catis. in fine de offi. legat.
63 Circa sextum uidelicet: † quæ requirantur ad
hoc ut prorogatio fieri posit? & in hoc dicen-
dum est, quòd primò requiritur quòd ille de cu-
ius iurisdictione proroganda tractatur, habeat iu
risdictionem & exercitium. Ad hoc l. priuatorū.
C. de iuris. om. iud. secundum D. Anto. & Nicol.
ubi supra. Sed imò & sufficit quòd habeat habitū,
per id quod not. per Glo. in l. j. ff. de iudi. de iudi
ce cartulario, de quo supra. Nec est necesse quòd
tempore prorogationis ipse iudex habeat iuris-
dictionem seu habitum ipsius, cum sufficiat quòd
64 pendente lite superueniat. Vnde si † iudex cuius
iurisdōnem partes prorogāt à principio nullā ha
beat iurisdōnē sed pēdente lite superueniat, suf-
ficiet quo ad ualidandum acta ui prorogationis:
ut tenuit Guido de Suza. in d. l. si qui. ut refert in
d. c. P. & G. Antonius idem tenens. Quod uerum
65 est: † quando iurisdictio superuenit ex causa de
præterito. Ad hoc l. obseruare. §. si. ff. de offi. pro-
66 conf. Secus si ex † causa noua: ut patet ex notatis
in l. j. C. qui pro sua iurisdi. & l. momenta orat. C.
qui legit. perso. secundum Imol. ubi supra.
67 Secundò requiritur † quòd ipsa iurisdictio sit
prorogabilis, cum aliàs aliud sit, ut supra patet.
68 Tertiò requiritur † consensus iudicis cuius iu-
risdictio prorogatur, quod uerum est in proroga
tione de tempore ad tempus, cum aliàs aliud sit
ut patet ex notatis in Glo. fi. in d. c. P. & G. de of-
fic. deleg. imò & si aliquo casu non requiratur cō
sensus ipsius iudicis quo ad ualorem prorogatio-
nis & processus, tamen quo ad hoc ut cōpelli pos-
sit ad iudicandum, requiritur eius consensus: ar-
gumento l. iii. & §. tam etsi. ff. de arbit. secundum
Antonium in d. c. P. & G. qui ita resider. Sed imò
69 quo ad hoc † sufficiet eius consensus tacitus, ut
est si sciat partes litigare coram eo animo proro-
gandi, & non contradicat: argumento c. penul. de
re iudi. secundum Imol. ubi supra.
70 Quartò requiritur † consensus iudicis ad cuius
territorium fit prorogatio: quando fit proroga-
tio de loco ad locum ut supra.
71 Quintò requiritur † consensus proprij iudicis
quandoque, ut est quando clericus uel uasallus
prorogat: ut supra patet. Imò & quando agitur de
prorogāda una iurisdictione unius speciei ad aliā
speciem totaliter diuersam. per c. per uenerabilē.
§. rōnibus. cui filii sint legi. secundū Anto. in eo.
c. P. & G. Sed certè hoc ibi non probatur cum ibi
loquatur in reseruatis principi, nec uidetur uerū,
per eà quæ dicta sunt supra secundum Imol.
72 Sextò requiritur † consensus ambarum partiū
saltem diuersis temporibus, cum non sit necesse
quòd eodem tempore interueniat, secundum Ioā
nem And. in d. c. P. & G. qui ad hoc adducit quod
notatur in c. cum olim. de offi. deleg. Ad hoc etiā
quod notatur in Specu. de arbi. §. item nunquam.
73 uersi. excipitur. Nec requiritur quòd sit † con-
sensus expressus cū sufficiat tacitus, ut patet in d.
c. cū olim. esto quòd Inno. in c. ii. de restitu. spo.
aliud uoluerit, & nō bene, secūdū Imol. ubi supra.
Quod tamen intelligendum est & limitādum,
74 & primò quando partium † consensus non esset
liber sed coactus, cum tunc non induceret proro-
gationem: l. ii. circa prin. ff. de iudi.
75 Secundò limitatur † non procedere si partium
consensus esset erroneus & non uerus, error
enim non inducit prorogationem. ff. de iurisdi.
omn. iudi. l. si per errorem, etiam si sit error iuris
per notata in dicto c. P. & G. & per Imolam in
c. ad petitionem, de accusatio. Imò & si una pars
tantum

tantum erret non ualebit prorogatio,& per con-
sequens nec processus etiam quo ad scientem: ut
uoluit Glos.in d.c.P.& G.si bene ponderetur se-
cundum Imolam ibi.
76 Septimò requiritur ultra prædicta † habilitas p-
sonarum,cum pupillus,furiosus,& seruus proro-
gare non possint : ut uoluit Imola ubi supra, de
quo & superius dictum fuit.
77 Octauò requiritur † quòd qualitas causæ non
repugnet. Nam secundum aliquos in causa crimi-
nali non potest fieri prorogatio , & similiter in
causa spirituali, sed hoc non est uerum quòd in
spiritualibus non possit fieri prorogatio,cum nõ
reperiatur hoc iure prohibitũ. Imò uidetur text.
in d.c.P.& G.dummodo fiat in habentem similẽ
iurisdictionem,secundum Imolam ibidem : & ut
78 supra plenius dictum fuit. Similiter in † crimina-
libus poterit fieri prorogatio , etiam si sint meri
& mixti imperij , dummodo fiat in eum qui ha-
beat similem iurisdictionem. Ad hoc l.i.C.ubi de
crim.& l.i.C.de jurisd.om.iud.& hoc uoluit In-
✻ nocen.in d.c.de causis.& communiter tenetur ✻
Quod restringendum est procedere quoad præiu-
79 dicium prorogantis, cum ad præiudicium † Rei-
publicæ,uel proprij iudicis fieri non possit pro-
rogatio : ut uoluit Guil.in d.l.i.& Bald.in d.l.si
quis ex consensu , secundum D.Nicolaum.in d.c.
P.& G.qui hoc idem tenet.sed Bald. ibi hoc non
tenet sed Joannes And.in add.ad Spec. de comp.
iudi.adi.§.i.uers.sed nunquid secũdũ Imol.in eo.
c.P.& G.qui hoc idem uidetur tenere.
80 Circa septimum membrum principale † uide-
licet per quem actum inducatur prorogatio , di-
cendum est quòd, quandoque partes paciscuntur
de respondendo coram iudice,non suo & tunc ex
hoc non inducitur prorogatio.ff.de iurisd. omn.
iud.l.si conuenerit. Idẽ si paciscantur de proroga-
do. Ad hoc,quod notatur in l.bonæfidei. ff.de eo
quod cert.loc.& c.pen.de elec.lib.vi. Aliud enim
81 † est prorogare,& aliud pacisci de prorogando
uel respondendo, cum sint diuersa,prout uoluit
82 Antonius in d.c.P.& G.Quod uerum † nisi qua-
tenus ageretur ad interesse , uel pœnam ex stipu-
latione,uel pacto super hoc interposito,prout agi
potest de iure canonico,cum tunc quod ad hoc
uideatur prorogata iurisdictio illius iudicis corã
quo promittunt respondere,uel eius iurisdictio-
nem prorogare. Ad hoc l.contraxisse. ff. de verb.
oblig.ut uoluit Gui.de Cuneo,& Rayner.in l.i.&
ij.ff.de iudic.secundum Imolam ubi supra. Quã-
83 doque ipsæ partes † prorogant iurisdictionem, &
tunc si hoc faciunt extra iudiciũ,& tunc non in-
ducitur prorogatio,secundum Antonium in eo.
84 c. P.& G. Quod uerũ est quando † in proroga-
tione requiritur consensus iudicis,quod quandò
sit,supra patet : aliàs si non requiritur,& tunc in-
ducitur prorogatio, & ita procedat opinio Iaco.
Butrig.qui hoc tenuit in l.i.C. de iurisd.om.iud.
secundum Imolam ubi supra.Si uerò hoc faciant
præsente iudice subiiciendo se eius iurisdictioni,
& tunc inducitur prorogatio,ff. de iurisd. omn.
iud.l.est receptum.& hoc uoluit Guil. de Cuneo
in l.i.ff. de iudic. secundum ipsum Imolam ubi
85 supra. Sed licet in dictis casibus inducat † pro-
rogatio,tamẽ inducitur reuocabiliter . cum pœ-
nitere & reuocare possint usque ad litis conte-
86 stationem. Nam † et exceptio declinatoria cõtra
iudicem opponi potest usq; ad litis contestatio-
nem,& hoc uoluit Ioannes And.in c.inter mona-
sterium.de re iudic.& in addit.Specul. in titu. de
comp.iud.adi.§.j.uers.sed quid erit & ita proce-
dat Glo.in d.l.i.secundum ipsum Imolam.
87 Quandoque † partes nihil cõueniunt, sed sim-
pliciter litigant coram non suo iudice , & tunc
dicendum est,quod per actum litis contestatio-
nis inducitur prorogatio.l.non uidetur. ff. de iu-
dic.& hoc etiam si talis sit actus per quem uidea-
tur in ipsum iudicem consentire : ut quando op-
ponatur aliqua exceptio dilatoria : nam tunc in-
ducitur prorogatio.ff.de iudic.l.sed & si suscepe-
rit.& de excep.l.fin.sed reuocabiliter quo usque
fiat litis contestatio prout uoluit Ioannes Andr.
in dictis addit.& ut notatur in d.c.inter monaste-
rium. de quo plenius in d.c. inter monasteriũ.&
per Imo.in d.c.P.& G.
88 Circa octauum membrum principale † quod
est quis possit impedire prorogationem, dicen-
dum est,quod aut queritur de impedienda proro-
gatione iudicis delegati , & eam impedire potest
delegãs.ff.de iudic.l.ii.§.sed & iudex , & hoc si sit
delegatus principis,ut ibi patet , secus si sit datus
ab inferiore, ut uidetur uelle in d.c. P.& G.An-
tonius.Sed Glo.in hoc tenuit contrarium in d.§.
sed & iudex,& illud uerius est , cum delegans li-
mitare possit potestatẽ delegati. Ad hoc quod ha
bet.in c.uenerabilis.de off.dele.& in c.cũ dilecta.
de rescrip.secundum Imolam in d.c.P.& G. Aut
quæritur de impedienda prorogatione iurisdi-
ctionis iudicis ordinarij,& tũc iudex loci ad quẽ
fit prorogatio,eã quandoque impedire potest:quã
fit prorogatio. de loco ad locum,ut supra dictum
89 est. Tunc uel quando aliàs fit prorogatio † regu-
lariter eã impedire non põt iudex ipsorũ proro-
gãtiũ, cum regulariter eius uel eorum consensus
non requiratur.ut notatur in d.l. i.& ij.& ut su-
pra dictum fuit. Quod tamen fallit et.
90 Primò † in clericis qui non possunt ea proro-
gare sine consensu proprij episcopi c.significasti.
de foro competen.
91 Secundò fallit † in feudatarijs seu uasallis qui
similiter eam prorogare non possunt sine consen
su domini.per notata in c.cæterum.de iudic.& in
l.Imperialem. §. penulti.de prohibit.feudo.alie-
nat.per Frideri.
92 Tertiò fallit : † quando agitur de prorogatio-
ne iurisdictionis circa reseruata principi,cum nõ
possit fieri sine eius consensu , et eam prohibere
potest per notata in cap. per uenerabilem qui
fil.sint legitim.
93 Quartò fallit : † quando iudex prorogantium

haberet

haberet commodum sportularum, ut tenuerunt quidam. Sed Cynus in hoc tenuit contrarium in d.l.si quis ea consensu, cum tunc cesset labor propter quem dantur sportulæ, & hoc tenuit Imola post Antonium in d.c.P. & G.

94 Quintò fallit: † quando iudex prorogantium eam prohiberet anteaquàm fieret, cũ post factam prorogationem, impedire non possit: ut tenuit Guido de Suza. secundum quod refert Ioan. And. in additio. Specula. in titu. de comp. iud. adi. §. j. versi. sed quid in delegato. Sed certè Cyn. in d. l. si qui ex consensu. & D. Anto. in d.c.P.& G. uidentur remanere in hac conclusione, quòd regulariter eam impedire non possit in ciuilibus, cum sit beneficium à iure concessum. Ad hoc Regula de-

95 cet. in vj. Sed in † criminalibus, cum in eis iudex loci delicti possit repetere delinquentem, ut sibi trausmittatur, ad hoc ut puniatur, poterit impedire ipse iudex ipsam prorogationem, ut uoluit Guiliel. de Cuneo in d. l. ij. secundum quod refert & plenius dicitur per Anto. & Imol. in d. c. P. &

96 G. qui Imola † in ipsis criminalibus concludit, quod si sit casus in quo non possit iudex ex officio procedere, nec appareat accusator coram iudice loci delicti, & tunc procedet prorogatio, si fiat coram alio iudice, nec iudex loci delicti poterit eã prohibere, cum sua non intersit, nec poterit ipsum requirere, ut sibi fiat remissio, unde poterit tunc procedi coram ipso iudice in quem facta est pro

97 rogatio, & tenebit processus, saluo † nisi appareat quòd in fraudem sit facta prorogatio, ut absoluatur qui condemnandus erat, cum tunc non ualeat talis processus, si posteà accusetur coram iudice loci delicti. per ea quæ habentur in l. si cui. §. j. ff. de accusatio. & ff. de collus. deteg. l. si non iusto.

98 Si uerò † sit casus in quo ex officio potest procedere, & tunc si non fuit in negligentia, & non poterit præueniri per l. ij. §. fi. & per l. si maritus. ff. de adul. Vnde poterit tunc prohibere prorogationem, & repetere delinquentem, ut remittatur, & ita procedit dictũ Guilielm. Ad hoc quod notat Ioan. And. in d. §. j. versi. sed numquid. Si au-

99 tem † fuisset in negligentia, & tunc non poterit repetere delinquẽtem, nec prohibere ipsam prorogationem per d. l. ij. & d. l. si maritus. & hoc

100 † nisi appareat quòd in fraudem sit facta, ut supra patet, secundum ipsum Imol.

101 Circa nonum & ultimum membrum † uidelicet de effectu ipsius prorogationis, dicendum est, quòd ea ipsa prorogatione causatur primò iste effectus, uidelicet quòd ipsa iurisdictio prorogata assumit naturam principalis iurisdictionis quæ prorogatur, & eadem cum ipsa censetur esse, ut uult Glo. in d. c. P. & G. Ex quo infertur primò

102 † quòd si à prima iurisdictione poterat appellari, poterit etiam appellari ab ipsa prorogata. & si à prima non poterat appellari, & non poterit appellari et ab ipsa prorogata, secundũ Glo. in d. c. P. & G. ibi, per cõsensum partiũ. & Cyn. in d. l. si qui ex cõsensu. & Guigliel. in d. uersi. sed qualẽ.

Quod tamen fallit in casu l. episcopale. C. de epi. aud. cõiuncta auct. si quis litigãtiũ. eo. ti. ibi enim est speciale. Vel põt dici, quòd d. l. episcopale. sit correcta per d. l. si quis litigãtiũ. ut tangit Glo. ibi & Cyn. qui hoc uidetur ibi tenere. & Imola in d. c. P. & G. de quo per Bal. in d. auct. si quis litigãtiũ. ubi vr in eãdẽ sniam cõcurrere. Infertur &

103 secũdò † q ab ipsa prorogata appellãdũ erit ad illũ ad quẽ appellãdũ erat à prima. unde si iuris-

104 dictio delegata fuit prorogata, appellandũ erit ad delegãtẽ, cũ prorogata cẽseat delegata. si uerò sit ordinaria, & tũc appellãdũ erit ad superiorẽ ipsius ordinarij, per id quod habetur. ff. de appel. l. Imperatores. & c. dilecti. ultimo. de appel. & ita procedat quod not. per Guiliel. in Specul. de cõpe. iud. adi. §. j. uersi. & ad quem ubi de hoc.

Quid aũt si in iudice cuius iurisdictio prorogatur, inerat ordinaria & delegata? dicẽdũ est quòd ubi in eadẽ persona concurrũt duæ potestates, & tũc in actu qui fit corã eo attenditur illa potestas quæ fuit electa, adeò quòd si ex illa actus nõ ualeat, nõ iuuabitur ex alia, quod & tenet Host. in c. cũ ex officii. de præs. pro quo uidetur tex. in d. c. P. & G. cũ Glo. & in c. ex literis. iũcta Glo. si. eo. titu. de offi. deleg. quod est contra id quod tenuit Imola in d. c. cũ ex officij. ubi tenuit cõtrariũ, & non bene, ut patet per prædicta. de quo plenius in d. c. ex literis. & in d. c. cum ex officii. Infertur. &

105 tertiò, quod si † iurisdictio iudicis delegati sit prorogata ad aliam rem uel causam nõ contentã in rescripto, & ab ipso delegato reuocetur iurisdictio, nõ poterit posteà de ipsa causa prorogata cognoscere, cum extincta sit ipsa iurisdictio prorogata extincta principali iurisdictione, & ita tenuit Iacob. de Aren. in d. l. si qui ex cõsensu. & ita uidetur finaliter uelle Antonius in d. c. P. & G. licet aliud uoluerit Petrus, ut refert Cyn. in d. l. si qui. Quod procedit etiam si fuerit remotus ipse iudex post litem contesta. ut uidetur uelle Antonius ubi supra, licet aliud uoluerit Specu. in titu. de comp. iud. adi. §. i. uersi. sed quid. Ad hoc l. iudicium soluitur. ff. de iudi. ut plenius per ipsum

106 Antonium, qui dicit † idem esse in legato cuius iurisdictio prorogata est, ut si pendente causa reuocetur ipse legatus sit extincta ipsa prorogatio, esto quòd aliud uoluerit Host. in c. nouit. de offi. legat. ubi de hoc. & hoc quando ipse delegatus uel legatus ultra delegationem uel legationem non habeat aliam dignitatem uel iurisdictionem: ut quia fortè erat simplex canonicus, cuius tunc extincta sit ipsa iurisdictio prorogata extincta prima super qua est fundata, unde nõ poterit cogno

107 scere ipse nec delegatus, cum † actus agentium nõ operẽtur ultra eorũ intẽtionẽ. ff. si cer. pe. l. nõ oĩs. Si uerò ipse delegatus uel legatus ultra delegationẽ uel legationẽ habebat aliã dignitatẽ seu iurisdõnẽ, & tũc nõ extinguitur ipsa prorogatio, nõ solũ si prorogatio sit facta respectu ipsius dignitatis, sed et si sit facta respectu psonæ, cũ & tũc ipse poterit cognoscere, ex quo post reuocationẽ repe

ritur

rituc aliàs habere iurisdõnē. Ad hoc quod in simi
li dicituc in Spec. in tit. de cõpe. iud. adi. § i. uer
sic. q d si duo. scđm Imo. in d. c. P. & G. cuius dictū
ꝓcedetet: qñ illa alia iurisdictin fuisset proro-
gata: aliàs si fuisset prorogata illa delegata, uel iu-
risdictio ipsius legati, & tunc cum ipsa pcoroga-
tio sit accessotia extinguetur, extincta prima iu-
risdictione, ut supra. Ad hoc regula accessorium.
108 in vj. & hoc in † illis qui non habēt successorē,
prout est legatus uel delegatus, aliàs si ille cuius
iurisdictio est pcorogata, ut episcopus: uel pote-
stas, & tūc quamuncunq; extinguatur iurisdictio
in persona illius, cuius iurisdictio est ptorogata;
ut quia decedat uel sit remotus ex causa ipsum in
habilitante, & tunc non extinguetur ipsa proro-
gatio, sed transit ad successorem, adeò ꝙ succes-
soc de ea cognoscet. ut uoluit Host. in d. c. nonit.
109 de iud. & clarius Imo. in d. c. P. & G. Quod † ꝓ-
cedit: qñ talis ptorogatio facta esset de tali iuris-
dictione: uel eius respectu: aliàs si respectu. per-
sonę, & tunc extinguetuc pec notata. in c. qui Ab.
de offic. delega.
110 Inducituc et quartò † ex ipsa prorogatione
alius effectus, uidelicet: quia prorogata iurisdi-
ctione alicuius iudicis, uidetur prorogata nõ so-
lū quoad potestatē cognoscēdi, sed ēt quoad po-
testatē sentētiandi. ff. de iud. l. de qua re. & c. cum
ecclesia. de caus. pos. & ꝓpciet. Sed an itelligatuc
111 prorogatum quo † ad potestatem exequendi?
fuerunt opiniones, de quibus per D. Antoniū in
d. c. P. & G. & ibidē p Imolā. q eas cõcordādo di-
cūt ꝙ aut ille in quē est facta ꝓrogatio nõ habe-
bat aliàs potestatē aliquā sentētiā exequendi, &
nõ poterit exeq. sententiā latā, sed ordinacius, &
ita ꝓcedete poterit opinio Iaco. Butrig. qui hoc
tenuit in l. episcopale. C. de episcop. aud. pec di-
ctā. l. Ad hoc qđ notatuc p Bar. i l. à Dino Pio. cic-
112 ca princ. ff. de re iud. Aut habebat † aliàs pote-
statē exequendi, & tunc, aut ille cuius iurisdictio
ecat prorogata, erat ordinarius, & tūc si res in qua
debebat fieri executio erat in territorio ipsius or-
dinarij, & poterit ipse ordinarius exeq., & ita ꝓ-
cedat opinio Speculatoris, qui hoc tenuit in d. §. j.
uersicu. sed quis exequatur.
113 Si uerò † non erat in eius territorio, & tūc non
exeqtur ipse sed poterit scribere iudici territorij
in quo est, ut exequatur. q. ad eius literas exequi
debebit. & ita procedat opinio Ioannis And. qui
114 hoc tenuit ibi ī dictis additionibus. Si uerò † erat
delegatus, et tūc, aut erat delegatus principis uel
Papę, et tunc exequi ipse poterit. Ad hoc. c. signi-
ficasti. et c. quærenti. de offic. deleg. Tutius est ta-
men quòd ordinarius loci in quo sita est exequa-
tur. Ad hoc quod notatur. in c. postulasti. de foro
115 compet. Aut ecat † delegatus inferioris, et ipse
non exequetuc, cum non habeat potestatem exe-
quendi: ut notatuc in c. cum ab ecclesiarum. de
offic. ordinat. sed exequetuc tunc delegans: ut uo-
luit Speculat. in d. uersic. sed quis exequetur, se-
cundum Imo. in d. c. P. et G.

CONCLVSIO ET QVAESTIO
dependens à prædictis et ad prædictorum intelligentiam
faciens.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Disiunctæ materia difficilius percipiuntur, cum una ad alteram aperiat intelligentiam.*

2 *Obligari ne quis possit ad pœnā excommunicationis.*

3 *Obligari an quis possit ut in eum feratur sententia excommunicationis, si aliquid non adimpleuerit & nume. 5.*

4 *Obligans ut in se feratur sententia excommunicationis, & ulterius consensit quòd tunc iudex excommunicet, si quid non fecerit an ualide obligetur?*

6 *Excommunicatio non est inferenda propter culpam, sed propter contumaciam. nume. 25. quid autem in suspensione. ibidem.*

7 *Obligari an possit quis ut possit excommunicari sine solemnitate.*

8 *Obligando se quis nisi quid fecerit, ut possit excōmunicari, an iudex non præuia monitione possit excommunicare.*

9 *Obligans ut excommunicari possit, si non fecerit aliquid non simpliciter, sed hoc addito, nisi infra certum terminum, an ualidè se obliget.*

10 *Obligans ut excōmunicari possit, si nõ fecerit aliquid infra terminum, non simpliciter sed addito, etiam si non possit infra terminum illud facere, quid iuris.*

11 *Obligatus expreßè ut excommunicetur, si non soluerit infra terminum, si infra terminum soluere potecat, licet non poßit termino instante, quid iuris.*

12 *Obligans ut sententia excommunicationis in eum feratur, si quid infra certum terminum non fecerit, & ulterius consensit, quòd iudex ex tunc excommunicet. quid iuris. & nu. 13. 15. 16. & 17.*


14 *Excommunicationis sententia an in incertam personam feratur. & nu. 22.*

17 *Iudicis mens ponderanda: quando quis nisi infra certum terminum quid non fecerit, posset excommunicari, uel consenserit quòd ex tunc excommunicetuc. & nu. 18. & 19.*

20 *Excommunicandus si non ueniat infra certum diem, intelligendum ita demũ nisi fuerit impeditus. Contrarium uidetur uerius. Sed tunc sine difficultate absoluendus. nu. 21.*

23 *Verba generalia ciuili modo intelligenda.*

24 *Excommunicatio, interdictum, et suspensio æquiperantur.*

1 
VONIAM † disiunctæ materiæ difficilius percipiuntur, cū earum una ad alteram præbeat intelligentiam, iccirco placuit hic annectere infrascriptas q̄stiones, et distinctiones, quarū prima erit. An, et quando, quis possit se obligare ad

re ad

re ad pœnam excommunicationis. Secunda, an potestat excommunicandi posa t prorogari? circa primam, Inno. Host. Ioan. And. Anto. Floria. Imola, & Nicolaus, in d.c.P.& G. de offi. delega. multa dixerunt, ego autem eorum dicta recolligendo, & ea iungendo, aliqua addendo sic soleo distinguere. uidelicet, si quæratur an possit quis
2 se obligare † ad pœnam excõmunicationis, quòd aut quis se obligat coram iudice incompetenti, cuius iurisdictio non est prorogabilis, & tũc non ualet, ut patet in d.c.P.& G. in tex.& in Gl.j. in fi.

Aut obligat se quis ad dictã pœnam coram iudice competenti, uel coram iudice cuius iurisdictio est prorogabilis.& tũc, aut obligat se quia ut in eum feratur sentẽtia excommunicationis alio non interueniente, & sic sine causa, & nõ potest, nec ualet talis obligatio, cum hoc sit contra canones disponentes, quòd sententia excommunicationis non feratur sine causa, & monitione non præmissa, secundum Innoc. & Florian. & clarius Hostien. in d.c.P.& G. qui dicit quòd non potest quia se obligare quòd ad instantiam aduersarij nulla præmissa monitione quis excommunicetur, & sic non potest renuntiare beneficio. c. sacro de senten. excom. per c. si diligenti. de foro compe.& hoc etiam uidetur ubi supra tenere Floria-
3 nus & Imola. Aut quis se obligat † ut in eum feratur sententia excommunicationis ex causa, puta, si non soluerit infra certum terminum, uel aliud simile non fecerit, & tunc consideranda sunt duo membra principalia.

Nam quandoque & primò quis se obligat ut sententia excommunicationis feratur in eum ex causa, ut si non soluerit, uel aliud non fecerit in-
4 fra terminum. Quandoque & secundò † quis se obligat ut sententia excommunicationis feratur in eum, & ulterius consentit quòd tunc iudex excommunicet ipsum, & in se ferat sententiam excommunicationis, si non soluet, uel aliud fecerit infra terminum.

Circa primum consideranda sunt quatuor ca-
5 sus, quorum primus est: † quãdo quis simpliciter obligat se ut excõmunicationis sententia in eum feratur, si non soluerit, uel aliud fecerit infra certum terminum, & tunc poterit se sic obligare, & tenebit ipsa obligatio: ut innuitur in dicto c. P.& G. in textu & in Glos. Non statim propter hoc tamen elapso termino ad instantiam aduersarij debebit statim excommunicari, cum possibile sit, quòd non poterit tunc soluere, unde excommunicari nõ debet. Ad hoc c. Odoardus, de solu. secundum Innocen. ubi supra, qui dicit hoc procedere etiam si intra terminum fuit potens, sed ex culpa sua desiit esse; ut dicto c. Odoardus. quòd licet propter culpam teneatur actione ex cõtractu ff. cõmod. l. si ut certo. §. sed interdum. non tamen poterit propter hoc excõicari, cum excommuni-
6 catio † nõ debeat fieri propter culpã, sed propter contumaciam subsistentẽ secundum tẽpus sententiæ ferendæ: ut not. in d.c. sacro. Vnde intelligitur hæc conuentio, q̃ possit excõicari, scilicet seruata forma canonica, non autem ex hoc solo; quòd lapsus sit terminus solutione nõ facta, & hoc etiam
7 uoluit in d.c.P.& G. Ioan. And. Non † enim potest quis se obligare ut excommunicari possit sine solennitate dicti c. sacro. Vnde ergo elapso termino, si solutio nõ sit facta, ipse iudex debebit inuestigare an excõicandus, sit potens ad soluendũ uel non, & si non sit potens, non debebit ipsum excõicare. ut d. c. Odoardus. Si tamen præmissa monitione ipsum excõicet, tenebit excommunicatio, sed erit sine difficultate absoluendus, hoc constito quòd soluere non potuerit, per notata in d.c. Odoardus. & hoc uoluit Florianus in d. c. P.
8 & G. de offi. deleg. Si uerò † sit potens: & tunc debet eum monere ut soluat secundum formam d.c. sacro. & si non soluerit, poterit excõicari, quod & tutius est. videlicet: ut iudex non procedat ad excommunicationem uigore talis obligationis non præcedente monitione, cum non possint partes renuntiare solennitati. d.c. sacro. nec astringere iudicem ad excõicandum prætermissa solennitate canonica. cito quòd D. Anto.& Florianus in d.c. P.& G. uidentur uelle quòd si reperiatur potens ad soluendum in termino possit excõicari sine monitione, secũdum Imol. ibidem. qui tamen dicit quòd si excõicet non præcedente monitione tenebit excõicatio, sed erit sine difficultate absoluendus, ex quo excommunicatus fuit non seruata forma. d.c. sacro. ut ibi notatur.

9 Secundus casus: quando † quis se obligat ut excommunicari possit si non soluerit uel fecerit aliquid infra certum terminum, non simpliciter, sed hoc expresso, quòd excõicari possit si non soluerit infra terminum: quãdo soluere potuerit infra terminum, & instante termino, uel saltem instante termino, & tunc ualebit hæc conuentio, ex quo adest iusta causa excõicationis. Ad hoc l. j. ff. de iudi.& xj. q. iij. nemo. secundum Anto. ubi supra. qui uidetur innuere quòd tunc possit excõicari sine monitione & citatione, & hoc etiam uidetur uelle in eod. c. P.& G. D. Florianus. sed circa hoc dicẽdũ est ut supra dictũ fuit scd'm Imol.

10 Tertius casus † est: quando quis se obligat expressè ut excõicetur si nõ soluerit infra terminũ, etiam si nõ possit soluere infra terminum, & instante termino, & tunc non ualet hæc conuentio seu obligatio: quia tunc uidetur uelle se astringere ut excommunicetur absque culpa & causa, quod esse non debet, cum solum contra contumaces sententia excommunicationis sit ferenda: ut dicto cap. sacro. & dicto cap. nemo, uidetur enim hæc conuentio turpis & sic non seruanda. ff. de pact. l. si unus. §. pacta. Nam poterit contingere, quòd non erit soluendo absque sua culpa: ut d. cap. Odoardus. secundum ipsum D. Anto. ubi supra. ubi etiam idem uidetur sentire Imola.

11 Quartus casus est: † quãdo quis se obligat expressè ut excõicetur si nõ soluerit infra terminũ, si soluere potuerit infra terminum, licet nõ possit

termino

terminun instante, & tunc idem est dicendũ, quod fuit in præcedenti, ut uidelicet non ualeat hæc conuentio: qnia licet ante fuerit in culpa, ex quo soluere potuit & non soluit, tamen in sententia excõicationis considerari debet tẽpus sententiæ ferendę & sufficit, quòd tunc temporis non sit in culpa. ut d.c. sacro. & d.c. Odoardus. secundũ Antonium & Imolam ubi supra.

12 Circa secundum uerò mẽbrum: quando † qs se obligat ut sententia excommunicationis in eũ feratur, si infra terminum certum nõ soluerit uel fecerit, & consentit quòd iudex ex tunc excommunicet, & ita iudex ipsum excommunicat, si nõ soluerit uel fecerit infra terminum, & tunc licet sententia excõmunicationis ita fieri non debeat, uidelicet: sub conditione & pro futuris culpis. ut in c. Romana. §. caueant. de senten. excomm. in vi. tamen lata tenet non interueniente alia monitione: ut notatur. ij. q. vj. uiduam. & in d §. caueãt. nec poterit ab ea appellari, ex quo ita fuit lata de consensu partium, esto quòd aliàs ab ea appellari posset. c. requisiuisti. de appell.

Circa quod tamen aduertendum est, an liget 13 † ipsum excommunicatum, & quando, dubiũ est, super quo dicẽdum est quòd aut ipse excommunicatus potuerit soluere infra terminum, uel saltem ipso termino instante, & tunc ipsa sententia sine dubio ipsum ligabit: ut dicunt in d.c. P. & G. 14 Innoc. Antonius & Florianus. Quod † procedet non solùm quando ferretur contra personã certam, ut in casu prædicto, sed etiam quando contra personam incertam, ut ipsi uidentur uelle, ubi su-15 pra & infra plenius patebit. Aut ipse † excommunicatus non potuit soluere instante termino, & tunc, si non potuit soluere infra terminum, & ipso termino instante & non erit nulla, sed ipsum ligabit, cum in ea non sit expressus error, ut uidea tur lata pro cõtumacia uera uel præsumpta, quod uidetur esse eo ipso quòd non soluit in termino, quod uidetur sufficere, ut ualeat sententia: ut est textus in c. venerabilibus. §. idem est. de sent. excommu. in vj. unde erit iste excommunicatus, sed absoluendus erit sine difficultate, ex quo non fuit soluendo termino instante: ut d.c. Odoardus. secundum Florianum & Imolam ubi supra. Si uerò 16 infra † terminum fuit soluendo, sed instante termino non, & tunc, aut culpa sua desijt esse soluendo, & ipsi sententia ipsum ligabit: argumento. c. ij. de rap. Sed licet liget tamen tunc poterit etiam sine difficultate absolui, ex quo impotẽs est ad sol uendũ, & de hoc constat, ut sentit in d.c. P. & G. Innoc. & Florianus. Ad hoc d.c. Odoardus. Aut desiit esse soluendo infra terminum absque culpa sua, & tunc an ipsa sententia liget. Innocent. in d.c. P. & G. refert duas opiniones, quarum secun-17 da & ultima est † quòd hæc sententia tunc ipsum liget. & in hac ipse residet, dicens quòd hæc sententia non continet in se errorem, licet uideatur quodammodo cadere in errorem uel ea ea errorem, unde tenet ex quo in ea non exprimitur error. Ad hoc. ii. q. vi. si sententia, & quod notatur in c. i. de re iudic. et istam ultimam opinionẽ sequitur ibidem Ioannes And. et Florianus. quæ secundum D. Antonium procedit, quando constat de mẽte ipsius iudicis. quòd omni casu noluit ipsum ligare, cum tunc talis ligatus sit quo ad ecclesiam, licet non quo ad Deum, si non potuit soluere, nec fuit in culpa. Sed certè si constet de tali mente iudicis. & tunc sententia contineret in tollerabilem errorem: unde non ualeret secundum D. Nicol. in eod. c. P. et G. Ad hoc quod dictum fuit supra, et quod notatur in c. cũ contingat. eo. 18 titu. de offic. deleg. Si uerò † constet quòd non noluit ligare, nisi tunc quando posset soluere, et tunc non erit ligatus quoad ecclesiam, nec quo ad Deum ex quo non potuit soluere absque sua culpa, secundum ipsum D. Antonium ubi supra. Ad hoc quod notatur in c. j. de re iudic. In dubio 19 uerò † si non apparet de mente ipsius iudicis, et tunc quo ad Deum non erit ligatus ex quo non potuit soluere, nec fuit in culpa, sed quoad ecclesiam, licet tutius sit quòd reputet se ligatum: argumento. de spõsalib. c. iuuenis. tamen non erit ligatus cum in dubio uideatur ꝙ ipse iudex uoluerit excommunicare si non soluerit infra terminum cum posset, secundum Antonium ubi supra, qui ad hoc adducit Speculat. in titulo. j. §. iam de 20 citatione. uersic. sed non ueniens. † ubi dicit ꝙ si excommunicetur aliquis non ueniens infra certum diem intelligetur ita demum excommunicatus si non fuerit impeditus. Ad hoc quod habetur in c. querelam. de procurat. secundum D. Antonium qui in hoc residet. et hanc opinionẽ tenet Glo. iiij. q. v. c. i. ibi tamen Glo. finaliter tenet cõtrarium, & similiter contrarium tenuit Glo. c. ii. de testib. cogend. dicens quòd excommunicatus si non uenerit infra certum terminum, ipso non ueniente erit excõmunicatus licet fuerit impeditus. Ad hoc etiam textus expressus in c. uenerabilibus. §. idem est. de sent. e. comm. in vj. & ita uidetur in casu prædicto, quòd si non soluerit in termino, licet fuerit impeditus, nihilominus sit excommunicatus. uidetur enim tunc iudex se referre ad contumaciam ueram uel præsumptam: ut d. §. idem est. Ad hoc etiam quod notatur. ff. de restitut. in integ. l. finali. & c. cum Bertholdus. de re iudic. & sic uidetur quòd opinio D. Antonij 21 non sit uera secundum Imolam, sed licet sit † excommunicatus tunc erit sine difficultate absoluendus cnnstito de impedimento, ut uoluit Innocẽtius & communiter tenetur. ✻ Ad hoc quod notatur in d.c. ii. & d.c. Odoardus. & hoc quãdo talis sententia excommunicationis fertur contra certam personam, ut supra: aliàs si sententia excommunicationis feratur contra personã incer-22 tã, puta si ipsa sententia † feratur contra non soluentes collectam uel censum infra certum tẽpus, & tunc hęc sententia non ligabit nisi nolẽtes sol-23 uere, non autem impotentes. Quia † uerba generalia ciuili modo intelligi debent: argumento l. si

tantum.

tantum.ff.de seruit.& in c.el cui.de præbē. in vj. secundum ipsum Ant.qui dixit Federicum de Senis ita tenere in cons.cxij. quod & videtur etiam tenere in d.c. P.& G. D.Nicola. Sed certè istud consil.non reperitur. nec tale dictum uidetur in se uerum,per ea quæ supra dicta sunt:quia in dubio iudex uidetur habere respectum ad contumaciam uerum uel præsumptam:ut d.§. idem est. Quod et locum habet:quando fertur ipsa sententia generalis,secundum Imo.ubi supra,qui etiam dicit,quod & in dicto casu poterit peti absolutio & erit absoluendus sine difficultate, constito de impedimento,ut plenius ibi per eum. qui etiam dicit prædicta locum habere non solum in excōicatione de qua supra: sed etiam in interdicto uel
24 † suspensione, cum hæc ttia æquiparentur. cap. ad hoc quoniam. de appel. de uerb.signi. cap.si quærenti. Vnde suspensio & interdictum non potest uenire in pactum & obligationem nisi sicut & ipsa excommunicatio.de qua supra. Ad hoc c. contingit.de sent.excom. Quod procedit in su-
25 spensione† quando fertur pro contumacia,prout excommunicatio,quæ nunquam fereda est ab homine sine contumacia:ut patet ex notatis in c. sacro.de senten.excomm.lib.vj.licet aliàs feratur suspensio pro culpa seu eius pœna,ut & ferri potest,secundum quòd uoluit Inno.in c.j.de excess. prælat. ubi vult secundum D.Floria,in d.P.& G. quòd suspensio potest ferri pro culpa, etiam sine contumacia,et etiam sine monitione, quod & videtur etiam sentire in interdicto, & tunc in istis non fieret absolutio sine difficultate, sicut fit in excommunicatione ut supra, secundum Florianum & Imo.in d.c.P.& G.

QVAESTIO AN POTESTAS excommunicandi possit prorogari.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Intellectus ad c.P.et G.de offi.delega. et nu.4.*
2 *Prorogatio potestatis excommunicandi in non habētem aliàs potestatem excōicandi fieri non potest.*
4 *Prorogatio potestatis excōicandi in habentem aliàs eandem potestatem ordinariam fieri potest.*
5 *Prorogatio potestatis excommunicādi in habentem aliàs eandem ex delegatione, fieri non potest.*
6 *Prorogari potest potestas cognoscendi an excommunicatio sit iusta, & an excommunicatus sit puniendus.*



INNOCENTIVS in c. de causis.de offi.dele. diuersas pōnit opiniones an potestas excommunicandi sit prorogabilis. tandem ipse & cum eo Ioā nes Andreæ in cap.P.& G. eodem titulo, videtur inclinare quòd non possit prorogari,cum huiusmodi potestas dependeat à potestate clauium,quæ fuit opinio Abbatis.Hostiens.uerò fuit in contraria opinione in eo.c. P. & G. et pro eo uidebatur tex. ibi.D.Anton. volens reducere ad concordiam ibi dicit Innocentij et sequacium opinionem ueram, cùm tractatur de ptorogāda huiusmodi potestate principaliter:secus si accessoriè,cum accessoriè bene prorogari posit, prorogata iurisdictione princi-
1 pali, et ita intelligi debere textum † in d.c. P. et G. et dictum Hostiens. Sed certè contra ipsum D. Antonium, expresse facit dictus textus quem ipse restringere conatur. in quo apparet quòd potestas excommunicandi fuit non accessoriè, sed principaliter et expressè prorogata: et non tenuit ipsa prorogatio: quia fuit prorogata iurisdictio delegata:secus si fuisset prorogata iurisdictio ordinaria:ut vult ibi Glo. quinimò ibi secūdum D.Nicolaum uidetur textus expressus à contrario sensu. circa quæ dicēdū est recolligēdo dicta ipsorum et Floriani ac Imolę ibidē,et ip-
2 sorum opiniones concordando, quod aut † fit prorogātio de potestate excommunicandi in non habentem aliàs potestatem excōmunicandi, et fieri non poterit,et ita procedat dictum Inno. et Ioā. Andr. Ad hoc quod notatur de transl.prælat. c.j. et per ipsum Inno.in c.olim.el iij.de restit. spolia.et quod in simili notatur per Glo. finalem in in l.j.ff. de iudic. secundum Florian. et Imolam.
3 Aut fit†prorogatio in habētem aliàs potestatem excōmunicandi,et tunc si habeat ex potestate ordinaria, et poterit fieri ipsa prorogatio, ut vult
4 Glo.in d.c. P. et G. per tex.† ibi. ubi hoc probatur à contrario sensu.et ita procedere poterit opinio Hostien. et aliorum qui hoc tenuerunt. Aut
5 † habet potestatem ex delegata, et fieri non poterit ipsa progatio,ut colligitur ex d.c.P.et G.& Glos.secundum Imolam.Circa quæ aduertendū est:quia prædicta pcedūt in potestate excōicandi. Si uerò quæratur † de potestate cognoscendi,
6 an excommunicatio sit iusta vel nou,et an excommunicatus sit puniendus uel non, et talis potestas prorogari poterit,ut uoluit Innoc.in d.c. de causis.de off.delega. et Ioan.And. in eodem cap. P.et G.eodem titu.

CONCLVSIONIS et Regulæ LIIII.

ARGVMENTVM.

Non suo nomine gestum, ratum haberi non potest, si suo sit nomine gestum ratum haberi potest, & ratihabitio retrotrahitur mandatoque compatatur.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Ratum quis habere non potest, quod suo nomine non est gestum.nu.1.3.*
2 *Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.*

3 *Ratihabitio æquipollet mãdato, & retrotrahitur, nõ tamen secundum ueritatem.*

4 *Ratificari non potest quod non potest mandari.*

5 *Statutum loquens de uero hominis actu, non comprehendit actum ratificantis.*

6 *Intellectus ad l. si pupilli. §. sed si ego. ff. de nego. gest. secundum communem opinionem.* ✠

7 *Ratum haberi posse quod suo nomine gestum est nume. 15. procedit in iudiciis, ne dum uerbo uerũ & facto, secũdum cõem opinionem.* ✠ *Item in cõtractibus secundũ cõem opinionem* ✠ *nu. 8. ac etiam in quasi contractibus, & distractibus. nu. 9. Idem in ultimis uoluntatibus nu. 10.*

11 *Ratihabitio an procedat in delictis, & quod non nu. 13. Sed in contrarium est cõmunis opinio nu. 14.* ✠ *& quæ sit ratio nu. 16.*

12 *Mandans non tenetur de mandato quoties principalis erat aliàs facturus.*

17 *Pater ratum habere potest filij contractum etiã non suo nomine gestum.*

18 *Filius iuris fictione patris personam repræsentat.*

19 *Pater ratũ habere non potest contractum uel quasi ab alio celebratum nomine filij. nisi tertius ille nomine filii ut filij contraxisset. nu. 20.*

21 *Pater non ut pater sed ut alius, uel ut pater, & alius non potest contractum filij suo nomine non gestũ, ratum habere. Idem dicendum quòd ratihabitio non ualeret si dubitaretur qualiter ratũ habuisset, secundum communem opinionem* ✠ *nu. 22.*

23 *Dominus serui contractũ nomine ipsius domini nõ gestum ratum habere potest secundum communẽ opinionẽ* ✠ *nu. 24. secus contractum factum ab alio nomine serui. nu. 25. nisi tertius contraxerit nomine serui uti serui. nu. 27.*

26 *Intellectus ad l. si seruus. ff. de precar.*

28 *Dominus, non ut dominus, ratum habere non potest contractum sui serui.*

29 *Pater in his quæ realiter ad ipsius præiudicium fiũt per filium sine eius consensu, rata haberi potest secus si uocaliter eod. nu.*

Consensu superueniente ius comprobat quod per dissensum reprobat.

30 *Papa & quilibet princeps supremus sententiã nõ suo nomine latam ratam habere põt, & confirmare, quod uerum est si de plenitudine potestatis hoc faciat. num. 33. secundum communem opinionem.* ✠ *Secus inferior à principe nu. 32.*

31 *Princeps mutat substantialia rei.*

34 *Ratus haberi põt actus nullus nõ ratione formæ sed ratione contẽptus & hoc quo ad faciẽdũ actũ suũ nu. 35. secus si nullus esset rõne forma n. 37. et 38*

36 *Actus impossibile est quod noster fiat, nisi motus gestoris concurrat cum intentione nostra.*

39 *Sententia lata per duos ex tribus delegatis, per tertium absensem ratificari non potest.*

40 *Sententia nulla defectu citationis, à non citato ratificari potest, sed contrarium uerius, secundum communem opinionem.* ✠ *nu. 41.*

42 *Sententia nulla in iudicijs summarijs ratificari potest, idem in criminalibus. nu. 43*

44 *Hæres fingitur eadem persona cum defuncto.*

45 *Hæres in factis seu iuribus quæ iure successorio etiã non agnita hæreditate ad hæredem transeunt, ipse ratum habere potest, secus in aliis. nu. 46.*

47 *Successor prælati gestũ per pdecessorẽ nomine ecclesiæ ratum habere potest, & hoc in successore prælaturæ in ecclesia nu. 53. secus in canonicatu. nu. 54. secundum communem opinionem.* ✠

49 *Successor in prælatura & si non appareat expressè q prædecessor nomine ecclesiæ contraxerit, tamen cũ præsumatur, contractũ illũ ratũ habere potest, nisi prædecessor ut singularis persona contraxisset. scdm cõem opinionem nu. 50. Idẽ si id expressum nõ sit sed cõtraria psumptione appareat num. 51. nisi ipsi prælato ecclesiæ succederet nu. 52.*

55 *Ratihabitio cessat in adulteriis, & similibus delictis personæ cohærentibus, sed contra nu. 56. cũ in quacunque re in qua quis potest sibi præiudicare per factũ suum, in eadem põt præiudicare sibi per ratihabitionem, nu. 57. dic primum regulare, sed limitandum quando adulterium uel simile delictum principaliter fieret ad dehonestandum & uituperium nu. 58. & 59.*

60 *Infans, furiosus etiam habens lucida interualla delictũ tempore eorum infantiæ uel furoris ipsorũ nomine cõmissum, effectus maior, uel sanæ mẽtis ratũ habere non potest, secundum cõem opinionem* ✠

61 *Ratum habens quod à principio non potuit impedire, eius ratihabitio non retrotrahitur, nec mandato comparatur.*

62 *Ratihabitio in delictis mandato comparatur, non autem quo ad infamiam.*

63 *Ratihabitio cessat interueniente mutatione.*

64 *Ratihabitio cessat si in substantialibus deficit consensus, secus si in accidentalibus. nu. 65.*

66 *Intellectus ad l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hæred.*

67 *Ratihabitio non retrotrahitur si ex retrotractione sequeretur absurditas.*

68 *Ratihabitio cessat: quando ratum habenti imputari posset culpa tacitæ repudiationis, & hoc si tractatur de utilitate ratificantis, secus si de eius præiudicio. nu. 69.*

70 *Ratihabitio cessat in casibus, in quibus requiritur speciale mandatum.*

71 *Falsi nuntii factum non habet formale initium, falsus enim procurator neminem repræsentat, & nihil agit. nu. 72.*

73 *Citatio in causa matrimoniali in qua requiritur speciale mandatum, uel simili, facta per procuratorem generalem, reo inuito ratificari potest, sed contrarium uerius. Idem si citatio facta foret ad instantiam coniunctæ personæ pro coniuncta. nume. 74.*

75 *Ratificari non potest factũ p gestorem in quẽ actus ille cadere non potest, secus si illius persona non esset prorsus nulla sed annullanda. nu. 76.*

77 *Ratihabitio cessat in actibus in quibus est electa industria personæ. Idem si conscientiæ alicuius commissum est. nu. 78.*

79 *Ratihabitio cessat quando ante ratihabitionem est iur quaesitum tertio.*

80 *Stante statuto quòd de quolibet contractu soluatur gabella infra mensem à die celebrati contractus, quid si interim mutatur gabellarius cui tunc debeatur, et uidetur quòd primo, sed uerius est quòd secundo.*

81 *Ratificatio cessat in actibus qui non possunt pendere.*

82 *Ratihabitio iungit tempus tempori, & principium suo fini.*

83 *Ratihabitio non operatur: quando in actu requiritur licentia, consilium, uel iussus.*

84 *Ratihabitio non operatur, ubi adest funditus defectus iurisdictionis.*

85 *Ratihabitio non inueniens principium confirmabile non potest operari.*

86 *Ratihabitio aequiparatur mandato priuato, sed non mandato quod est publici iuris.*

87 *Ratihabitio non operatur quo ad retrotractionē pro ut ex tunc: quando fuisset solum defectus executionis, cum in habitu adesset iurisdictio secundum communem opinionem* ✲



EGULA ratum, dicit, Ratum
1 † quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum. Subsequitur alia eod. titul. de regul. iur. libro vj. quae dicit. Ra-
2 tihabitionem † retrotrahi, & mandato comparari, ubi Dynus cum quo caeteri
✲ transeunt ✲ coniungēdo dicit. Licet quod meo nomine gestum non est ratum habere non possim, tamen si quod meo nomine gestū est ratum habeā, ratihabitio retrotrahitur, & perinde obligor ac si mandassem. Vnde secunda regula depēdet à prima & eius subsistentia. Nam si id de quo quaeritur ratum haberi non posset, frustra quaereretur an ratihabitio retrotrahatur, & mandato cōparatetur. Vnde pro faciliori huius confusae materiae explicatione super utraque procedendo ex multis Doctorū distinctionibus dicta recolli-
3 gendo, concludi potest, ratihabitionem † aequipollere mandato, & retrotrahi: non tamen secundū rei ueritatem, cum nō sint idem, sed species oppo
4 sitę, sicut fictio & ueritas. † unde nō poterit ratificari quod non potuit mandari, ex quo notādum
5 est † quòd statutum loquēs de uero hominis actu, nō cōprehēdit actum ratificantis l. quid ergo. ff. de infamib. secundum Bald. in d. c. ratum. Prima regula exemplificatur per c. cum quis. de senten.
6 excōmunic. lib. vj. & † in l. si pupilli. §. sed si ego. ff. de negot. gest. ubi si liber homo gessit negotia filii uel serui peculiare tamen, & ipsius contemplatione, sequens ratihabitio patris uel domini nihil operatur, quia per ratihabitionem non tenetur ultra id ad quod prius tenebatur, scilicet ad quantitatē peculii: ut in d. §. ibi. nam & fœnum. sed m Glo. in d. c. ratum. cum qua cōiter trāseunt
✲ scribētes ✲ & hoc quia eorum nomine gestū non fuerat. Secunda regula sumpta est ex l. hoc iure. §. deiecit. & ex l. semper qui non prohibet. versi. sed si quis. ff. de reg. iur.
7 Praedicta † procedūt in iudiciis: ut ij. q. vj. canone nō solēt. & de iureiurā. c. si. nedū uerbo, ut l. licet. ff. de iudic. verū et facto. l. iii. §. falsus. ff. rē rat. hab. is enim qui processit, nec ille qui mandare potuit approbat processum: ut. C. de iur. fisc. l. ij. lib. x. & l. nō solū. §. necessitatē. ff. de bon. quę lib. Adhoc notata per Inno. in c. prudētiā. de offi. deleg. in Glo. q incipit. sed quid si iudex. & in l. licet. C. de iud. secundum Dyn. in dicta regula ratihabitionē, &
✲ ibi p Card. Io. And. Zenzellin. & cōiter tenet. ✲
8 Procedunt etiam † in cōtractibus, per dictam l. si pupilli. §. sed si ego. ff. de negot. gest. & l. fina. C. ad Macedon. & l. si fundum. §. j. ff. de pignor. & in c. quod nobis. de clandest. despons. & l. communis seruus. §. procurator. ff. de acquir. possess. secundum Dyn. ubi supra & Card. Ioan. And. &
✲ Zenzellinum quod & communiter tenetur. ✲
9 Procedunt etiam † in quasi contractibus: ut ff. de negot. gest. l. Pomponius. la j. ac etiam in delictis. l. nero procuratori. in fin. ff. de solut.
10 Procedunt etiam † in ultimis uolūtatibus. l. antepenulti. C. de donat. inter uir. & uxor.
11 Sed an procedant † in delictis, est magis dubium, secundum Bald. in l. obseruare. §. fina. ff. de offic. procon. ubi fortiter arguit. Nam uidemus
12 † quòd mandans non tenetur de mandato, quoties principalis erat aliàs facturus: ut notat Iacob. Butriga. in l. i. §. i. ff. de eo per quem fact. est. & est ratio: quia tunc mandatum nec opem nec
13 causam dedit delicto, & ita † deberet esse in ratihabitione; quia delictum dat causam ratihabitioni, non autem ratihabitio delicto. ergo ratificans non puniendus. praetereà ex ratihabitione uel non, non augetur nec minuitur effectus rei: ergo non debet teneri: quia ipse non est causa delicti. Item ista ratihabitio nil potest portare in actu iam exercito & effectum sortito plenarium, ergo nec consensus debet aliquid operari, cum nihil ab eo dependeat. Item istud uidetur potius delictum mentale quàm actuale, & si aliqua pœna deberet imponi, deberet esse le-
14 uior ordinaria, & ista est ipsa ueritas, † licet sit
✲ communis opinio in contrarium ✲ secundum Bald. quam ubi supra tenet Dynus, Card. Zenzellinus & Ioannes And. in Gloss. & in nouella & in Gloss. in cap. quam sit. de elect. lib. vi. in verbo petere. Idem Gloss. in dicto. §. deiecit. Idem Gloss. in cap. fina. de iureiuran. lib. vi. nedum expressa uerum, & tacita, in quibus delictis qd meo nomine nō est gestum, ratū habere non
15 possum: ut i regula, secus † si meo nomine est gestū, tūc ratū habere possū, & ratihabitio retrotrahit & mādato cōparatur, ut est casus in c. cū quis. de sentē. excōmu. lib. vi. & ff. de vi & vi armat. l. j. §. sed & si cū quis. & §. quoties. & in d. §. deiecit.
16 & potest esse ratio secundum Bald. quia causa † duplex esse potest, una mentalis, ut est ista, ex eo: qa facit intuitu alterius, alia actualis, & licet

ista non sit in casu isto, tamen quia causa finalis
est prius in mente & ultima in opere, attẽdimus
mẽtem. Vnde potest dici quòd ratificatio sit cau
sa scilicet concepta in mente facientis, licet in fa
cti ordine sit posterior.

Conclusio dictarum regularum de qua supra
habet multa iura in contrarium, pro quorum so
lutione omissis distinctionibus procedã per fal
lentias, & licet aliquæ ipsarum in effectu sint eæ-
dẽ & sæpius repetantꝰ, utile erit id facere pro ma-
iori declaratiõe tã intricatæ materię. fallit ergo.
17 Et primò † in patre qui ratũ habere potest filij
cõtractum etiam nõ suo nomine factum, & per
talem ratihabitionem obligatur insolidum, ad
quod si non ratum habuisset non tenebatur, sed
tantũ de peculio. vt ff. quod cum eo qui in alien.
est põt. l. j. §. si ratũ. & ff. de in rem uers. l. si res. §.
18 placet. & potest esse ratio: quia † iuris fictione fi-
lius repręsentat patris personã: ut instit. de inuti.
stipul. §. post mortẽ. & C. de impub. & aliis subst.
l. fi. secundum Dyn. Car. & Zenzellinum in d. c. ra
tihabitionem. unde patet specialitas, per patrem
ratum haberi posse quo suo nomine non est ge-
stum, & ratihabitio retrotrahitur. & mandato
comparatur: quia iuris præsumptione quod facit
filius uidetur nomine patris facere.
19 Quod tamen sublimitãdum est, et primò † non
procedere si pater ratum haberet contractum uel
quasi ab alio celebratum nomine filij, cum illum
ratũ habere nõ possit, adeò quòd ratihabitio re-
trotrahatur & mãdato cõparetꝰ: ut d. l. si pupilli.
§. sed si ego. secundum Dyn. Cardi. & Zenzellinũ
in d. regula ratum. & est ratio, quia isto casu dici
non põt filium repræsentare patrẽ secundũ Zen-
20 zellinũ, secundũ quẽ & istud sublimitãdũ † quã-
do ille tertius noĩe filii ut filij cõtraxisset, tũc ex
identitate rationis idem uidetur dicendum quod
& quando ipse filius contrahit quod nota.
21 Sublimitatur & secundò † non procedere cum
pater ratũ habet, non ut pater, sed ut alius, uel ut
pater & alius, tunc enim ratihabitio nihil opera
tur. l. ij. §. fi. ff. quod cũ eo qui in alien. potest. Idẽ
22 † si dubitaret qualiter ratũ habuerit, tunc pariter
ratihabitio nihil operaretꝰ. l. si seruus. ff. de preca.
& d. l. sed si ego. Differt enim cũ pater facit q d ut
pr̃, uel ut pr̃ & tanq̃ alius. ut ff. de opt. leg. l. si pr̃.
§. qui duos. secundum Dyn. Card. & Zenzellinũ
in d. c. ratum. cum quibus cæteri transeunt.
23 Secundò fallit † in domino, qui habere põt ratũ
cõtractũ celebratũ à seruo etiã nõ nomine ipsius
domini factũ, & specialiter isto casu, sicut dictũ
est in patre ratihabitio retrotrahitur, & mandato
comparatur, & facit eum obligari insolidũ. d. l. j.
ff. quod cũ eo. & d. l. si res. §. quod seruus. & sequẽ
ti, si enim ratũ nõ haberet, teneretur tantũ de pe-
24 culio, & nõ insolidũ, & est ratio: † quia seruus re
præsentat personã dñi: ut ff. de option. legat. l. si
Pãphilus. & ff. de aqua plu. arcen. l. si seruus. ideò
quadam iuris fictione seruus nomine domini vr
cõtraxisse, non mirum si ille ratum habẽdo facit
negotium suũ, secundum Dy. Cardi. & Zenzelli.
vbi supra. quod & cõiter tenetur. Illud pari mo
do sublimitatur ut dictũ est in patre, secundũ prę
25 dictos: quando † dominus ratum haberet cõtra-
ctum factum ab alio nomine serui: ut d. l. si pupil
li. §. sed si ego, tunc per istã ratihabitionẽ nõ obli
garetur insolidum, sed de peculio tantum, & ita
26 intelligenda est. † l. si seruus. ff. de precar. ubi nõ
exprimitur quòd dominus habuerit ratum. licet
Glo. ibi diuinando suppleat, tunc enim dici non
potest seruum domini personam repræsentare
secundum prædictos.
27 Quod pariter sublimitatur. † nisi tertius qui ser
ui nominę contraxit, contraxerit nomine illius
uti serui, tunc enim uidetur habitum fuisse respe
ctũ ad dñm, & ideò dominus ac si seruus contra-
xisset, illum suo nomine expresse non celebratũ
ratũ habere potest, & ratihabitio retrotrahitur,
& mandato comparatur, & sic insolidum tenere-
tur, per ea quæ dicta sunt supra. & sentit Zenzel-
linus in dicto cap. ratum.
28 Quod restringitur † non procedere, cùm do-
minus non ut dominus, sed ut quilibet alius ra-
tũ haberet, ꝑ ea quę in simili dicta sunt in patre.
29 Tertiò fallit † in his quæ realiter ad patris præ
judiciũ fiunt per filiũ sine patris consensu seu mã
dato, tunc enim pater ratũ habere põt cõtractum
in sui præiudicium per filium factum. & ratiha-
bitio retrotraheretur, & mãdato cõpararetur. l. fi.
C. ad Maced. Secus † si uocaliter secundum Dyn.
& Ioã. And. in d. c. ratum. & est † ratio: quia quod
ius per dissensum reprobat, per cõsensum super-
uenientem comprobat. Vnde pater ratum habe-
re potest contractum mutui in sui præiudicium
per filium celebrati. Nam licet quis ratum habe
re non possit quod suo nomine non est gestum.
vt in d. regula. Ratum. cum in negotiis quæ no-
stra facit ratihabitio impossibile sit quòd nostra
fiãt, secũdũ Bal. in eo. c. ratũ. nisi motus ipsius ge
storia concurrat cum nostra intentione quo ad fa
ciendum negotium nostrum, sed bene quo ad fa
ciẽdum factum gestoris, ualet ratihabitio nostra,
non tanquam ratihabitio in propria ipsius natu-
ra, sed tanquam cõsensus. & nõ trahitur retro, ut
l. si fundus. §. j. ff. de pigno. secundum Bald.
30 Quartò fallit † in Papa seu principe supremo tẽ
porali qui sententiã non suo nomine latam, & sic
prorsus nullã, ratã habere põt & cõfirmare, & ra-
tihabitio retrotrahitur, & mãdato cõparatur; ut
ij. q. j. in primis. & iij. q. vj. hęc quippe. Princeps
31 † enim mutat substãtialia rei. C. de rei vxo. act.
32 in principio. secus † est in inferiori qui per alium
33 latã sententiam ratam habere nõ põt, & hoc † quã
do princeps de plenitudine potestatis faceret. se-
cundum Inno. & D. Nicol. in c. prudentiam. de.
offi. deleg. quod & communiter tenetur.
34 Quintò fallit † qñ actus nõ est prorsus nullus ra
tione formæ, sed rõne cõtẽptus, tũc qd meo noĩe
non est gestũ ratum habere possum, cũ postea sit
adhibitus cõsensus: ut ff. de seruit. rust. præd. l. per
fundum.

fundum. & c. quod sicut. §. si autē. de elec. & hoc
35 † non quo ad faciendū actum nostrū, cum † (ut
36 supra dictū est) impossibile sit quòd nostra fiāt,
nisi motus ipsius gestoris cū nostra intētione cō
currat, secundū Bal. sed bene quo ad faciendū fa-
ctum gestoris in hoc ualet ratihabitio nostra, nō
tanquā ratihabitio, sed tanquā consensus. Secus
37 † si ratione formæ actus nullus foret. c. quia pro-
pter. §. j. de elec. tunc enim ratihabitio nihil ope-
raretur: ut in c. audiris. eo. ti. Secundum Io. And.
in d. c. ratum. & Bal. in d. l. obseruare. §. fina. ff. de
offi. procons. & hoc potissimè in electionibus: ut
38 notatur in c. dudum. eod. titu. Et quando † actus
non ualet ex alio defectu quàm ex defectu cōsen
sus: ut in c. cum consuetudines. de consue. et l. iij.
§. falsus. ff. rem ratam hab. & l. si quis mihi bona.
§. iussum. ff. de acqui. hęre. & in c. prudentiam. de
offic. deleg. ubi bona Glo. & Inno.
39 Nā † sententia lata per duos ex tribus delega-
tis per tertiū absentem non potest ratificari, cum
ab initio nulla fuerit; nam licet quilibet eorū ha-
beat iurisdictionem insolidum, cam per senō po
test exercere; quia loco unius intelliguntur. Vn-
de quod unus sine alio agit nullū est nec pōt ua-
lidari per ratificationem, indiuisibiliter erat iu-
risdictio penes quemlibet eorum. Ad hoc quod
not. ff Doctores in l. stipulationes nō diuidūtur,
ff. de uer. obli. & hoc: qa in hiis spectatur initiū,
facit deficere extremum ad quod ut infra dice-
tur: quod nota quia per hęc possunt euitari mul-
ta contraria.
Sublimitatur quod dictū est de sententia nul-
40 la quòd non posse ratificari, † non procedere in
sententia lata pro non citato, quæ licet nulla sit,
tamen ratificari potest ab eo secundum Glo. in l.
properandum. §. sin autem. in uerbo cōtradictio-
41 nem. C. de iudic. Sed certè † contrarium uidetur
uerius secundum Glo. in l. quæsitum. ff. de re iu-
dic. & ibi Bar. & Glos. in l. furioso. ff. eod. titu. &
ibi etiam Bart. Item Glo. in l. ea quæ. & ibi Bar.
C. quomodo & quan. iud. & istud cōmuniter te-
* netur. * Quod uerum est. & regulariter pcedit,
42 tamen fallit & primò † in iudiciis summariis, in
quibus sine figura iudicij procederetur, secundū
Barto. in Glossa sua in extrauaganti ad reprimen
dum in uerbo figura. circa finem
43 Secundò fallit † in criminalibus, secundū Bal.
in d. l. obseruare. §. fina. ff. de offic. procons. & in
l. accusatoribus. C. de accusat. & Angel. in di-
cto §. si autem.
44 Sextò fallit † in hærede, qui fingitur à iure ea-
dem persona cum defuncto. l. hæres. ff. de usuca.
& in auctcn. de iureiur. à morient. præst. in prin
45 cipio. Unde † in factis seu iuribus quæ iure suc-
cessorio etiam non agnita ad hæredē transeunt,
ipse ratum habere potest. l. si indebitū. §. si procu
46 † rator. ff. rem rat. haber. Secus † in his, quæ per
defunctum non agnita sunt, nec ad hæredē trās-
mittuntur. nam in his ratum habere non potest.
l. iij. §. acquirere. in fine. ff. de bonor. possess. & l. si
is cui. & l. bonorum. ff. rem ratam habe. Secundū
Zenzellinum & Dominicum in d. c. ratum. nam
secundum Bald. ibi, non dicitur hæres in quibus
ad eum iure successorio non transeunt: ut ff. de
precar. l. quæsitum. §. fina. ff. ad exhiben. l. tigni.
§. finali. ff. si certum petatur. l. placet. versiculo
quid si stipulatus.
47 Septimò fallit † in successore prælati: quid qđ
gestum est nomine prædecessoris contemplatio-
ne ecclesiæ ratum habere potest, suaque ratiha-
bitio retrotrahitur mandatoque comparatur.
48 Ecclesia † enim semper durat, & nunquàm mo-
ritur, & ideò quod eius contemplatione factum
est, successor ratum habere potest. canone liber-
ti. el ij. xij. q. ij. & ff. de annuis lega. l. annua. §. ulti.
& l. filio. ff. de condi. & demonstra. facit quod no
49 tatur. C. de epis. & cler. aucten. licentia. Idem † si
non apparet expressè quòd contemplatione ec-
clesiæ: nam in dubio pręsumitur quòd eius con
templatione, & solum insertum prælati ministe-
rium, ut in auct. de ecclesiast. tit. §. interdicimus.
50 Secus autem † si tanquam singularis persona præ-
decessor fecisset, tunc locum haberet regula, nā
ratum nō posset habere, secundum Dy. Io. And.
Zenzellinum & Bal. in d. c. ratum. et Bar. in l. bo-
norum. circa finem. ff. rem rat. haber. et commu-
* niter tenetur. * Quod procedit ne dū si ut singu-
51 laris persona hoc facere expresserit, uerum † si
ad ostendi posset aliās in contrarium præsumptio-
ne: uc puta si fecisset cantare instrumentum in per
sona sui amici uel coniuncti, secundum Bal. ubi
52 supra, et hoc † uerum, nisi ipsi prelato succederet
ecclesia, tunc enim idē quod in hærede dicendum
est, secundum Dy. et Io. And. ubi supra. et sentit
53 et Bar. in d. l. bonorū. et aduerte † hæc procedere
in successore prælaturæ in ecclesia non in canoni
54 catu, cum † in iuribus canonici succedat eccle-
sia, et eius capitulum, licet alius in præbenda, se-
cundū Inno. in c. quod sicut. de ele. in Glo. super
uerbo. propter bonum, quem sequitur ibi D. Ni
* colaus et cōmuniter scribētes. * et Bar. in d. l. bo-
nor. in fi. et Bal. in l. generaliter. C. de reuo. don.
55 Octauò fallit † in adulterio et similibus delictis
personæ cohærentibus, et quę p alium explicari
non possunt nomine alterius. Ad hoc l. uoa. §. ne
autem. C. de cadue. tollend. Dyn. in dicto c. ratū.
et ibi Ioan. And. in nouella. In his enim ratihabi
tio nil operatur. Idem Glo. in dicto c. ratihabi-
tionē. Glos. in d. §. decessit. Glos. in d. §. quoties.
Gl. in c. sciant cuncti. de elect. lib. vj. D. Nico. in
c. mulieres. de sent. excommuni.
Sed certè hoc nō uidetur sine dubio proce-
56 dere, † cum contrariū teneat Iacob. de Arena, et
Pet. quos sequitur Cy. in d. l. fi. C. ad Maced. & ea
57 ratione: quia † in quacunq; re pōt quis sibi pręiu-
dicare per factū suum, in eadē potest sibi præiudi
care p ratihabitionē, nā tantum intelligitur illud
factum per alium, quādo habet alius uoluntatem
suā. & licet actus adulterij nō posit p aliū expli-
cari, potest tamē in hoc uoluntas explicari ut ille

per adulteriū debonoretur & uituperetur, cuina est maleuolus. Nam idē in homicidio cuius actus nō pōt per aliū explicari, sed per actū cōsequitur quis voluntatē suam, in qua sicut per mandatum poterat sibi præiudicare, ita & per ratihabitionē. Vtraque opinio est uera, & concordari possunt.
58 Nam †regulariter in adulterio, & similibus delictis ratihabitio nō habet locum, illa ratione: quia personæ cohęrent, & p aliū, ut talia explicari nō possunt, & ita pcedat Dyni opinio & Glos. & se-
59 quacium. Hoc tamen fallit: † quādo nō causa luxuriæ adulteriū principaliter fieret nomine alterius, sed potius ad dehonestandum, & vituperādum maritum vel coniunctū illius mulieris cum qua adulterium committitur, tūc enim bene ratū haberi posset, & ratihabitio retrotraheretur, & mandato compararetur per prædicta. Hanc autē distinctionē esse uerā demonstraui in conclusione. Quibus modis quis in delictis per alium com missis particeps esse posit. circa fin. vbi uide.
60 Nonò fallit † in infante, & in furioso habente interlucida interualla, & similibus in quibus non cadit delictum, nam si eorum nomine delictū cōmitratur tempore infantiæ uel furoris per cosdē illud ratū haberi nō poterit, postquā effectus fuerit infans maior, & furiosus redierit ad mentis sanitatē. Adhoc enim ut ratihabitio posit operari ut superius dictū est, requiruntur extrema habilia, id est, tēporis, quo actus gestus est, & tēporia ratihabitionis, prout determinauit Ricardus Malumbræ in quadā sua disputatione, de qua per Io. Andreæ in c. fine culpa. de reg. iur. lib. vi. in Mercurialibus, & plenius per Bart. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. in materia fictionis translatione. & per eundē in l. bonorū. ff. rem ratam habe ri. de quo est casus in c. j. de conuers. infidel. & in c. super hoc. de eo qui dux. vxor. in matr. quā &c. in eorū ratione, & vtrobique Glo. Idem Glos. in canone. si quis uiuente. xxxj. q. j. secundum Ioā. And. & D. Nicol. in d. c. j. vbi cōiter scribentes concludunt post mortem mariti in ipsius mortē nō potuisse machinari, meritò nec quo ad machinationem ratum haberi: quia deficit extremū ad quod. Quod nota pro decisione multorum casum similium.
61 Decimò fallit: † quando qui ratum habet, nō potuisset à principio cōtradicere, uel actū impedire, túc si posteà ratū habeat, eius ratihabitio nō retro trahitur nec mādato cōparatur. l. quid ergo. §. j. in primo respō so. ff. de hijs, q nota. ifam. cū ibi not.
62 Vndecimò fallit † quo ad infamiā incurrendā. Nā licet i delictis ratihabitio mādato cōparetur, nō pptereà cōdemnatus ex ratihabitione est infamis. d. l. quid ergo. in princi. secundum Bal. in d. l. obseruare. §. fina. in quinta quęstio. seu parte. ff. de offic. procon.
63 Duodecimò fallit: † quādo res nō est integra, vt est quādo interuenit aliqua mutatio secūdū Bart. in l. si uxor. §. si quis vxorē. ff. de adult. & eundem Bar. & Bal. in l. j. C. qui admit. & Bart. in d. l. is qui pro emptore. ff. de vsucap. & Lapū in dicta regula ratihabitionē. lib. vj. adducit notata per Specul. in tit. de oblig. & solut. §. j. ver. item pone obligasti. & in ver. sed quid si primo. ea ratione de qua supra in nona fallentia: quia talis ratihabitio impeditur propter medium inhabile interueniēs. Nā non existentibus rebus integris ob superuenientem mutationem ratihabitio nihil operatur.
64 Decimo tertiò fallit: † quando in actu deficeret cōsensus in substātialibus, vt est quādo requiritur
65 pro forma actus, secus † aūc si in accidentalibus. primo enim casu ratihabitio nō retrotrahitur, nec
66 mandato cōparatur, & sic procedat. † l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hære. cū enim lex disponit q auctoritas interueniat in facto, & uc pro forma, non sufficit quòd interueniat post factum: ut notat. per Inno. in c. dudum. de elec. eccl. non alien. lib. vj. secus ubi deficeret actus propter defectum consensus in accidentalibus vt d. l. fin. in princi. C. ad Macedon. & ibi per Cynum. Adhoc l. obligare. §. tutor. ff. de auctor. tuto. & d. l. quid ergo. ff. de infamib.
67 Decimo quartò fallit: † quando ex retrotractione sequeretur absurditas, secundum Ioannem Monachum in dicta regula ratihabitionem. ratio ponitur in dicta l. si fundum. §. j. ff. de pignor. ibi. quia uoluisse uidetur, quòd retro ualuerit in eius præiudicium. facit quod notat Innocen. in c. prudentiam. in Glo. sed quid si iudex nisi absurditas &c.
68 Decimoquintò fallit: † quando ratum habenti imputari posset culpa tacitæ repudiationis: vt est quando quis patitur labi tempus interpositæ eius nomine, appellationis, uel post tempus ratam habere uult bonorum possessionem sibi delatam, & suo nomine ab alio petitam. dicta l. bonorum. ff. rem rat. haber. tunc enim ratihabitio non retrotrahitur, nec mandato comparatur, & ratio est: quia patiendo labi tempus infra quod competebat ius appellandi uel prosequendi uel aliud, uidetur tacitè illi renuntiasse argumento. l. i. §. ita tamen. ff. si ita tab. testam. & in auth. de hiis qui ingr. ad app. §. si uerò. unde frustra. ad id conatur per ratihabitionem redire, secundū Dyn. in d. c. ratihabitionem & Ioā. And. in Glo. in c. quam sit. de elect. lib. vi. in uerbo petere. circa fin.
69 Quod uerum † cum tractatur de utilitate ratificantis, secus si de eius præiudicio, tunc enim etiā post terminum seu lapsum tempus ratificari posset, secundum Dominos de Rota cōclusione xlii. aliàs. xliii. quæ incipit. Item habens. & per Archidiaco. in c. ut circa. de elect. lib. vj.
70 Decimo sextò fallit: † in casibus in quibus requiritur speciale mandatū: ut in casu. c. nōnulli. de re scrip. & in c. ex parte decani. eo. tit. ubi non ualet rescriptū impetratū sine mādato, licet ille cuius nomine est impetratū ratū habeat. Adhoc notata in c. quoniam abbas. de offic. deleg. & in c. ut circa. de electio. lib. vi. secundum Ioannem. And. in Glos.

in Glo. in dicto c. ratihabitionem. & ibi per Zen-
zellinum, & est ratio secundum eos, & Bal. in di-
cta l. obseruare. §. fina. in quinta parte sui tracta-
tus; quia ius creatum tertio contra quē per falsum
procuratorem inpetratum fuit, impedit ne ratiha
bitio subsecuta aliquid operetur. Nam idem ope
ratur exceptio quæ acquiritur appellatn, quæ nō
tollitur pœnitentia appellantis, qui commisit cō-
tra illam constitutionem. Ad idem quod notat
71 Bal. in d. l. obseruare. §. fin. quia † factū falsi nuntij
non habet formale initium seu principium. ut C.
si quis alteri uel sibi. l. multū. & qnia peccat actus
in forma & in materia, in actu & in potentia, fal-
72 sus † enim procurator neminem repręsentat, &
nihil agit secundum eum. ex quibus Lapus in eod.
c. ratihabitionis. in suis additionibus notanter di-
73 cit; vidi dubitari an † citatio facta in causa matri
moniali, uel alia, in qua requiritur speciale man-
datum ad instantiam procuratoris habentis ge-
nerale mandatum, quæ impugnatur à reo citato,
possit ipso reo inuito à domiuo procuratoris ra-
ta haberi, ita quòd ratihabitio retro trahatur, &
ualeat ex tunc, & dicit uisum esse quibusdam Iu-
ristis quòd sic, per dictam regulam c. ratihabitio
nem. & per d. l. licet. aliis uisum est quod non, &
melius. Non obstat regula: quia loquitur in
præiudicinm ratum habentis, & quādo talis pro-
curator fuit à reo scienter admissus, & cum eo
actum & sic uisus est sentire Iacob. de Arena in l.
si tamen. §. vult. in Glo. vt procurator. ff. iudi. sol.
74 Et idem † iuris esse vbi ad instantiam coniunctæ
personæ fuisset facta citatio in causa in qua non
admittitur aliquis sine speciali mandato: ut in cau
sa matrimoniali, eadem ratione: vt notat Guiliel.
in Speculo in titulo de procuratore. §. j. & de con
iuncta persona. uersiculo quid ergo. Lapus.
75 Decimo septimò fallit: † quando actus factus
esset per eum in quo actus ille cadere non potest;
ut si quis ratificaret impetratione.u beneficij ec-
clesiastici factam suo nomine per hæreticum: ar-
gumento l. j. ff. de postulan. §. qui aduersus. Vel
bānitus egisset in iudicio, cuius persona esset nul-
la, secundum statutum ciuitatis: nam talis debet
esse persona celebrans actum in qua actus possit
cadere suo vel alieno nomine; nam aliàs ratificari
non potest actus factus à persona quæ ab illo cō-
mertio est penitus interdicta & exclusa secundum
Bal. in d. l. obseruare. §. fi. ff. de offi. proconsul.
76 Secus autem † quando persona quæ actum fe-
cisset nō esset prorsus nulla, sed annullanda, exce
ptione vel aliter. tunc anteaquàm annullaretur
actus per eum factus ratificari posset secundum
Iacobum de Arena in l. si quis à filio. ff. de iniust.
testa. & Bal. in d. §. fi. Ad hoc Glos. in c. non firma
tur. de regul. iur. lib. vj. & Glos. in c. nonnulli. de
elect. secundum quam si non obiiceretur actus
per talem personam factus, ualeret.
77 Decimo octauò fallit: † quando est electa in-
dustria personæ, tunc actus per alium gestus ra-
tus haberi non potest ab illo cuius industria ele-
78 cta fuit. Idem † si conscientiæ alicuius quid com
missum foret, ut notatur ex dictis Ioā. And. in d.
c. ratum. in illa quæstione, quod si ex duobus cō-
promissariis vnus absente altero eligat illum, in
quem verisimile erat absentem non consentire,
si præsens fuisset, quòd talis electio etiam per ab-
sentem ratificata non valet, cum industrię perso-
næ commissum sit.
79 Decimo nonò fallit: † quando ante ratihabi-
tionem esset ius tertio quęsitum: vt vult Glo. in c.
prudentiam. de offi. deleg. per quod secundū Bal.
in d. l. obseruari. §. fi. in quinta parte tractatus ra-
80 tihabitionis. soluitur quæstio † quòd si stat statu-
tum, quòd de quolibet contractu seu actu solua-
tur gabella infra mensem à voce celebrati actus
modo cui debeatur solui gabella, an ad quem ga-
bella pertinebat tempore contractus, uel ad quem
pertinebat tempore ratihabitionis, & uidetur q
ad primum: quia ratihabitio retrotrahitur & man
dato comparatur. l. fi. C. ad Macedonia. Cōtrariū
est verius: quia in p̄iudiciū tertij nō retrotrahitur.
81 Vigesimò fallit: † quando esset talis actus qui
non potest pendere, ut ff. cōmu. prædio. l. cum re
ceptum. Nam quę pendere non possunt nec etiam
ratificari possunt. l. fi. ff. co. titu. secundum Bal. in
82 d. §. fi. ubi dicit † quòd ratificatio iungit tempus
tempori, & principiū suo fini, & extremū, idest,
principium debet esse in potentia ad finem, idest,
ad effectum qui prouenit ex ratihabitione, exigit
enim unum principium actuale & alterum poten
tiale, & medium non repugnans, & ideò extincta
rei origine extinguitur eius confirmatio. l. dispen
satorem. in fi. ff. de solutio.
83 Vigesimo primò fallit: † quando requireretur
licentia, consilium uel iussus, tunc ratihabitio li-
centiæ, consilio, uel iussui non ęquipararetur, unde
in his ratihabitio nihil operaretur: ut sentit Glo.
in d. c. ratihabitionem. & not. in c. cum in ueteri.
de electio. & in l. si autem. ff. de aqua pluuia arcē.
84 Vigesimo secundò † fallit in eo in cuius perso-
na non habuit factum formale principium, secun
dum Bal. in d. §. fi. & eundem Bal. in d. c. ratum. ut
est quādo adest funditus defectus iurisdictionis,
ut in d. §. fi. in fin. secundum Cyn. in d. l. fin. tunc
enim si expressum mandatum à principio inter-
uenisset, nihil potuisset operari, & minus ex po-
stea secuta ratihabitio: ut sentit Glo. in reg. rati-
habitionem. & ibi Cardinalis. Forma enim respi-
cit principium, & forma non seruata actus est nul
lus, nec ratificari potest, secundum Bal. in d. c. ra-
85 tum. quia † ratihabitio cùm non inuenit princi-
pium confirmabile, non potest operari. Idē Glo.
in l. licet. ff. de iudi. & not. in l. impar. C. de iure
fisci. lib. x. in fi. Glo. magnæ. Et not. in l. vnica. C.
qui pro sua iurisdi. & in l. j. & ibi per Cyn. C. ubi
de crimi. agi opor. secundum Bar. in d. l. obserua-
re. §. fi. uersi. quęro aliquis. ubi Bal. dicit notanter
86 quòd † ratihabitio æquiparatur mandato priua-
to. Sed non mandato quod est publici iuris. l. te-
stamenti. ff. de testa. facit quod notatur C. ad leg.
Flauiam.

Flauiam. de plagiariis. l. non ualet.
87 Vigesimo tertiò † fallit quo ad retrotractionē, prout ex tūc quādo fuisset solū defectus executionis seu exercitij iurisdōnis, cū in habitu adesset, ut est quando pro consul non introiuit prouinciam, & mandat, uel causam delegat, tunc enim nihil agit, si postquàm est iogressus datiunem illā ratam habeat, cùm ualeat prout ex tunc quando intrauit prouinciam, non autem prout ex tunc qn primò mandauit dum erat extra prouinciam: ut dicto §. fin. in fine, & ibi Bartol. & Bald. quod & communiter tenetur. ✠ secundum Glo. in dicto c. ratihabitionem.

CONCLVSIONIS & Regulæ LV.

ARGVMENTVM.

Sciens & tacens actum geri suo nomine, uidetur illum ratum habere.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Dominus ratificare uidetur quod eius nomine geritur, si scit & non contradicit.*
2 *Dominus uidens causam agitari per falsum procuratorem, non contradicendo sibi præiudicat, secundū communem opinionem.* ✠ *& hoc in iudicialibus tātum nu. 3. Imò in extraiudicialibus etiam nu. 4. sed contra. nu. 6.*
5 *Totum regulandum sicut & pars et è contra ob rationis identitatem.*
7 *Sciens & tacens in onerosis et non appetibilibus nō habetur pro consentiente, & hoc in iudicialibus. nu. nie. 8. secus in extraiudicialibus. num. 9. Sed contra. nume. 10.*
11 *Tractans causam sua nomine, alterius tamen ius in iudicium deducens illo sciente & tacente, an illi præiudicet.*
12 *Tractans causam nomine alieno illo sciente & non contradicente, si in ueritate erat procurator, sed ad illud eius mandatum se non extendebat, ualet quod agit si nō erat, uel fuit, sed tempore quo causam agitat est renocatus, & similiter ualet. nu. 13. Nisi dominus expressè dixerit se nolle ratum habere, uel aliter suam uoluntatem declarauerit. nume. 14.*
15 *Tractans causam nomine alieno si nunquam fuit procurator, etiam sciente & non contradicente domino, illi non præiudicat, nisi causa tenderet ad commodum domini. nu. 16. ut esti si tertius appellaret à sententia contra me lata me præsente & tacente. nume. 17.*
18 *Agitans causam alieno nomine etiam si nunquam mandatum habuerit, si est coniūctus, & dominus sciat & taceat, ei præiudicat, & quæ sit ratio. nume. 19. & 20.*
21 *Agitans causam alieno nomine & dubitatur an habeat mandatum si dominus sciat & non contradicat, uidetur ratum habere.*
22 *Absens & sciens causam suo nomine agitari si non prohibet uidetur consentire. & hoc uerum si agitans interueniat ut procurator ex parte actoris: secus si ex parte rei. nu. 23. & hoc si ut defensor, nam si ut procurator aliter dicendum. nu. 24.*
25 *Agens & sciens per alium quid agitari nomine suo, in quo ipse cogi potest ad consentiendum præsumitur consentire si non contradicit.*
26 *Absens & sciens si non contradicit fauore religionis præsumitur consentire.*
27 *Ecclesia est mater nostra.*
28 *Scientia & patientia, quando tractatur de modico præiudicio facit præsumi consensum.*
29 *Scientia & patientia facit præsumi consensum fauore nuptiarum.*
30 *Taciturnitas & patientia si alius concurrat actus facit præsumi consensum secundum communē opinionem.*
31 *Absens sciens & tacens si contumax est, habetur pro consentiente uel contradicente, sicut eidem magis est præiudicale.*
32 *Patientia & scientia facit præsumi consensum in casu l. finalis. ff. qui & à quib.*
33 *Amicus ualde si causam amici tractet illo absente sciēte & non contradicente, illi præiudicat, sed cōtrarium uerius.*
34 *Procuratoris factum incidens in delictum, dominum non obligat, nisi haberet ratum.*



RATIFICATIONIS Materiam prosequendo, videamus
1 an Dominus † videatur ratificare quod gestum est eius nomine, si cum scit non contradicit, ita quòd sibi præiudicet? de quo habetur per Glos. in c. cum olim. de officio delegati, & ibi per Ioannem Andreę & D. Florianum D. Antonium & Imolam, per Bacto. in l. quæ dotis. ff. sol. matr. & per eundē in l. quo cuim §. rem haberi. aliàs. §. Iulianus. ff. rem ratam haberi, per Innoc. & Glos. in c. ex parte decani. de rescrip. difficultas istius conclusiuiis dependet ab eo, an idem dicendum in extraiudicialibus, quod & in iudicialibus, uel uerius an idē cum talis procurator, est sed fines mandati excedit, uel fuit iam reubcatus, & nihilominus se pro procuratore gerit, seu quando nullum habuit, nec habet man-
2 datum, Innocent. in dicto c. ex parte. uult † quòd uidens causam suo nomine agi per falsum procuratorem si tacet, & nō contradicit, quòd faciat sibi præiudicium, cum credatur ex sua uoluntate agere ex quo non contradicit: l. sæpe. ff. de re iudic. Unde ad hoc ut non teneatur debet protestari cùm sentit. l. ij. C. de filiisfamilias lib. x. secundum ipsum Innocentium indistinctè loquentem cuius dictū pro singulari allegatur per Legistas & Canonistas, secundum Imolam ibi. Sed ipse Innocentius hoc idem uidetur sentire in c. cum in iure. de

re.de offic.deleg. & in c. in nostra. de procurat.
cuius dictum sequitur Archidiaconus in c.qui ad
agendum.de procurat. libr.vj.& Ioannes Andreæ
in d.c.cũ in iure,& Domini de Rota dec.ccccxlv.
aliàs ccccclxij. quę incipit, item fuit dubitatum;
quam opinionem tenet etiam D. Nicolaus in d.
c.cum olim. adducens ad id ibi Gloss. quæ uult
quòd sciens procuratorem excedere fines man-
dati si nõ contradicat,uideatur consentire,quam
in hoc sequitur ibi Hostien.& Ioan.And.D.Flo-
* rianus & Imola, & communiter Doctores * li-
3 cet † in iudicialibus tantum sint opiniones inter
4 D.Floria. & Imol.qui vult etiam procedere † in
extraiudicialibus per l.fi.C. quod cum eo. Vnde
5 D.Nicol.infert,quòd † ea ratio debet esse in to-
to quæ & in parte, & econtrà. l. quæ de tota. ff.
de rei uend.c.pastoralia. §. item cum totum. de
offi.deleg. Vnde sicut uidetur Dominus consen-
tire quando uidet procuratorem excedere man-
datum,ita quando ex toto non habet mandatum,
& è contrà. Ad hoc facit quia etiam in præiudi-
cialibus tacens uidetur consentire. l. cum ostendi
mus.§.fi.uersi.fi.ff.de fideiuss. Vnde quod ab alio
fit suo nomine si scit & tacet, præiudicium para-
tur, secundum Bald.in regula is qui tacet. de reg.
iur.lib.vj. Quod & consulendo secutus est ipse D.
Nicol.in cõsil. qđ incipit tria circa primũ dubiũ.
6 Contrariam † opinionem tenet ipse idem In-
nocen.in c.quamuis,de sent.ex re iud.& in cap.In
Genesi.de elec.quem sequitur Ioan.And.in Glo.
in dicta regula is qui tacet. & Cynus in l. si pecu-
niam.ff.de nego.gestis.& Bar.in l. sæpe. ff. de re
iudi.& D.Antonius in d.c. ex parte. & Imola in
7 d.c. cum olim. per quos concluditur † quòd ubi
agitur de causa onerosa & non appetibili, quòd
sciens & tacens regulariter non habeatur pro cõ-
sentiente:& sic ratum habente, per l. filiusfamil.
§.inuitus.ff.de procura.& per l.procurator.§.j.&
l.quo enim.§.Iulianus.ff.rem ratam habe. D.Flo-
8 rianus in d.c.ex parte.pro concordia dicebat † pri-
mum dictum Innocen.& sequacium procedere
9 in iudicialibus: secus † in extraiudicialibus in
quibus procederet dictum eiusdem, & Cyni &
Bar.& sequacium. pro quo facit secundum Imo-
lam ibi quod notatur in l. fi. C. si tutor uel cura-
tor. Quod tamen ipsi Imolæ non placet in dicto
10 c. cum olim. ubi dicit † idem esse in extraiudi-
cialibus per l.fi.C.quod cum eo. quod uerius ui-
detur. Vnde recolligendo eorum dicta, & aliqua
11 addendo,sic concludi potest, † quòd aut quia tra
ctat cãm suo nomine,& in ea ius alterius in iudi-
cium deducit eo sciente & tacente, & tunc an illi
præiudicet dicendum est prout notatur in d.l. sę-
pe.& in d.c.quamuis.
12 Aut † tractat causam nomine alieno illo scien-
te & non contradicente, & tunc aut tractãs ipsam
causam in ueritate erat procurator, sed eius man-
datum ad illud se non extendebat, & tunc quod
agit ualet, & ipsi domino præiudicat cum præsu-
matur consentire, & ratum habere, ut in dicto
c. cum olim. & ita potest intelligi primum dictũ
Innocentij & sequacium, & Archidiaconi in di-
cto c. qui ad agendum.
13 Aut † tractans dictam causam in veritate non
erat procurator,& tunc aut aliàs fuit, & tempore
quo agitat causam erat reuocatus,& tunc simili-
ter ualet quod agit & domino præiudicat scienti,
& non contradicenti,cum ratum præsumatur ha-
bere, & hoc propter bonum initium & reliquias
præcedentia mandati,ob quæ facilius præsumitur
consensus & ratihabitio. Et propterea non obstat
consideratio Do. Nicolai de toto ad partem, &
econtrà,& ita etiam poterit procedere dictum ip
sius Innocẽtij & sequacium. Ad hoc etiam quod
notatur per Glo. in l.falsus.C. de furtis. & in d.c.
ex parte.& per Innocentium in c.super literis.de
rescriptis. Quod uerum est, & regulariter pro-
cedit, sed fallit.
14 Et primò: † quando dominus expressè dice-
ret se ratum non habere: ut uoluit Archidiaco-
nus in dicto c.qui ad agendum. Ad hoc quod no-
tatur in Clemen.prima.de procur.tractatur enim
de præsumenda tacita ratihabitione, & protesta-
tio uel aliàs huiusmodi declaratio satis demon-
strat de sua contraria uoluntate. Ad hoc l.si debi-
tor.§.j.ff.quib.mod.pignus uel hipote. solui. & l.
sicut.§.non uidetur.ff.eo.titu.
15 Aut † ipse agitans nunquam fuit procurator,
& tunc dicendum est regulariter nullo modo ta-
lem taciturnitatem præiudicare ipsi domino, &
ita procedat dictum ipsius Innocentij in dicto c.
quamuis.& Cyni & Bart.& sequacium. Quod li-
cet uerum sit tamen fallit.
16 Et primò: † quando illa quæ agitat, tendunt
ad commodum domini: nam & tacendo ea uide-
tur rata habere, & ita uno modo poterit intelligi
primum dictum Innocentij, & Glo. in dicta regu
la is qui tacet.& sequacium, & quod notant Do-
mini de Rota in dictis decisionibus inter alia di-
17 centes † quòd si me præsente & tacente quis ap-
pellat à sententia contra me lata talis appella-
tio me defendit. Ad hoc quod notatur in Clemẽ.
j.de procura.& per Bar.in l.ij.C.si ex falsis instru
mentis ubi ita intelligit dictũ Inno. in d. c.ex par
te. & hoc vult D.Anto.in d.c.cum olim.
18 Secundò fallit: † quando persona coniuncta ra
tione sanguinis agitaret causam, cum tunc perso
na illa pro quo agitat si sciat & taceat uideatur cõ
sentire,& ratum habere,adeò quòd sibi præiudi-
cat; ut uoluit Cynus in l.inuitus.& ibi Bar.in se-
cunda lectura.C.de procura.& in dicta l.qui pe-
cuniam.argumẽto l.si seruus.ff.de don.inter uirũ
& uxorem. pro quo facit quod notatur per Glo.
& Barto. in dicta l. quæ dotis. ff. soluto matri-
mon. & tenet Imola in dicto cap. ex parte ubi
de hoc notatur, & Do. Nicolaus in dicto c.nonne.de pręsump.& hoc modo procedat primum di
19 ctũ Inno.& sequacium. Nam & si regulariter † cõ
sanguineus litigans nomine alterius illi nõ pręiu
dicet nisi ratum habeat: l.j. C. quib. res indi.
non

20 non noc.cum † et si ius admittat consanguineũ
pro coniuncto admittat cum debita cautione; ut
l.sed & hæ.ff.de procur.& c.nonnulli.in fin.& d.
c.ex parte decani.de rescrip.non tamen pec hoc
facit illum procuratorem;ut dicit text.in l. iij. ff.
iudic.solu.Sed consanguineus obligat se facturũ
quòd coniunctus pro quo agit ratũ habebit. Ta-
men ratione coniunctionis concurrente scientia
& patientia lex facit pręsumi consensum & rati-
habitionem: arg.d.l.si seruus.secundum Glo.in
l.qui patitur.ff.mandat.& Bar.in d.l.quæ dotis.
& in l.non solum.§.qui alieno.ff.de procur.quod
& communiter tenetur.

21 Tertiò fallit; † quando esset dubium,an illa p-
sona quæ agitat causam habeat mandatum uel nõ,
& tunc si dominus sciat per eum causam agitari &
taceat,præsumitur quòd agens habeat mãdatum,
& ita procedere etiam poterit primum dictũ In-
nocen.& sequacium,secundum D.Antonium &
Imolam in d.c.ex parte decani.Ad hoc quod no-
tatur per Bald. in d.l.falsus.C.de furt.ubi dicitur
domino pręiudicari si cum scit super mandato li
tigari non contradicit.

22 Quartò fallit; † quando absens & sciens nomi-
ne suo causam agitari prohibere posset, cum non
prohibendo uideatur consentire,per notata in l.
Caius.ff.de pignor.act.Tacendo & permittendo
quem se gerere pro suo procuratore, & non re-
mouendo,uel protestando, uel aliter declarando
uidetur consentire, & ille uidetur sua uolunrate
litigare,& ista ratio ponitur in d.l.sæpe.ubi Glo.
& Barto.& D.Nical.in d.c.nonne.& in d.cap.ex
parte.& notatur in d.l.fideiussor.§.pater.ff.de pi-
23 gnor.& in d.c.nonne.Et hoc uerum † si interue-
niat ut procurator ex parte actoris; secus si ex par
te rei,cum interuenire possit ut defensor; secus
24 autem † si ut procurator; ut notatur in d. l.licet.
Ad hoc quod notatur per Ioannem And.in d.c.
cũ in iure.& per ipsum Bal.in l.si tutor.C.in qb.
caus.in inreg.rest.non est necessaria.

25 Quintò fallit; † quando absens & sciens tace-
ret,& essemus in hiis in quibus cogitur consen-
tire,cum tunc scientia cum taciturnitate inducat
præsumptionem consensus.l.ii.§.uoluntatem. ff.
solut.mat.secundum Bartol. in dicta l.quæ dotis.
eod. titu.uersi.quæro quid de sciente. licet áliàx
consensus nõ præsumatur;ut l.in delictis. in prin
cipio.ff.de noxal.

26 Sextò fallit † fauore religionis uel ordinis ut
est casus in c.si seruus sciẽte domino.liiij.dist.ubi
dominus sciens & non contradicens seruo qui in
clero ordinatur habetur pro consentiente, & ex
eo inducitur manumissio,in quo etiam concur-
27 rit illa ratio coniunctionis,de qua supra, cũ † ec-
clesia sit mater nostra.xij.q.ij.qui abstulerit.secũ-
dum D.Nicolaum in d.c.nonne.de præsumpt.

28 Septimò fallit: † quando tractaretur de modi-
co præiudicio,tunc scientia & patientia facit prę-
sumi consensum & ratihabitionem: ut est in alie
natione temporali. c.nonne.de reb.eccl.nõ alie.
Ad hoc notata per Barto. in d.l.quæ dotis.& per
D.Nicolaum in suo consilio quod incipit, ad de-
cisionem huius quæstionis facit textus in l.quam
Tuberonis.§.sunt quidam.ff.de peculio.

29 Octauò fallit † fauore nuptiarũ; ut l.si ut pro-
ponis.C. de nupt.& c.unico de spons.impub.lib.
vj.ubi ex matrimonio per parentes contracto ob-
ligatur filius præsens & tacens,secundum Glos.
in d.c.cum olim.& D.Nicolaum in c.nonne. de
pręsump.& Barto.in d.l.quo enim.§.Iulianus.ff.
rem rat. hab. per textum ubi uidetur casus in l.in
sponsalibus.la prima.ff.de spons.secundum Bar.
in l.inuitus.C.de procur.in ij.lect.

30 Nonò fallit: † quando cum taciturnitate & pa-
tientia iungeretur alius actus,ut d.l.si filius. cum
ibi receperit literas filij,quibus non contradixit,
secundum Imolam in d.c.cum olim.de offic.de-
leg.& per Barto.in d.§.Iulianus.& notatur in d.
c. ex parte. & per Dominos de Rota decisione.
cccxx.aliàs cccxxxiiii.quæ incipit. Item si impe-
trans.de quo latius in subsequenti conclusione,
& communiter tenetur.

31 Decimò fallit: † quando absens & tamen scit,
& est contumax,cum tunc prout esset sibi magis
dammnosum habeatur pro consentiente uel ne-
gante, & sic inducitur ratihabitio à iure, uel cõ-
tradictio: ut l.de ætate.§.qui tacuit. ff. de inter-
rog.ac. Bar.in d.l.quę dotis.& Glo.in l.quandiu.
ff.de acquir.hæred.

32 Vndecimò fallit † in casu l.finalis. ff.qui & à
quib.secundum Bar.in d.l.quo enim.§.Iulianus.
ff.rem rat.habe.

33 Duodecimò fallit: † quando ualde amicus ip-
sam causam tuo nomine agitaret cum in eo idem
sit dicendum, sed certè hoc non reperitur iure
cautum, unde forte non est uerum secundum D.
Anto.& Imo.in d.c.ex parte.

34 Decimotertiò fallit: † quando factum ipsius
procuratoris incideret in delictum; quia tunc nõ
præiudicaret domino nisi expressè ratũ haberet.
ut in c.ult.de iudiciis.lib.vj.

CONCLVSIONIS & Regulæ LVI.

ARGVMENTVM.

Præsentia cum taciturnitate habetur pro contra-
dictione,quin imò pro consensu, utrun-
que uerum regulariter, sed li-
mitandum.

SVMMARIVM.

1 *Præsens & tacens habetur pro contradicente.*
2 *Præsens & tacẽs habetur pro consentiẽte.& nu.40.*
3 *Præsens & tacens habetur pro contradicente, etiam si det uerba generalia adulatoria.*
4 *Spectans ab alio utilitatem caueat ne illum offendat.*
5 *Præsens & tacens concurrente contumacia habetur pro*

pro contradicente seu consentiẽte, quemadmodum erit et magis praeiudiciale.

6 *Consentire habens, uel contradicendi causam non habes, & praesens sit, & taceat, habetur pro consentiente.*

7 *Praesens & tacens legem contemnens, habetur pro consentiente.*

8 *Taciturnitas in conductore & locatore operatur, conductionem & locationem secundum communem opinionem.* ✻

9 *Tacens habetur pro consentiente, ubicunque tacitum pactum seu tacita remissio inducitur à lege.*

10 *Tacens & praesens in facto concupiscibili & meritorio, habetur pro consentiente.*

11 *Praesentia & taciturnitas in iis quae sunt ad fauorem inducunt consensum.*

12 *Vocatus ad actum ut illi consentiat, si praesens sit, & taceat habetur pro consentiente, secus si non uocatus.*

13 *Praesens & tacens ubi agitur de modico praeiudicio habetur pro consentiente.*

14 *Praesens et tacens cum alienatur res sibi obligata, censetur pignus remittere, secus si fieret actus in re mea qui me inuito fieri posset. nume. 15. secundum communem* ✻

16 *Praesens & tacens dolosè pro consentiente habetur, si contradicendo poterat impedire actum.*

17 *Pater praesens & tacens cùm filius decurio creatur, si non contradicat habetur pro consentiente.*

18 *Fideiussor tutoris patiens sirbi apud acta nomen suum, si non contradicat sibi praeiudicat secundum communem opinionem.* ✻

19 *Pater praesens & tacens quando filius pupillis datur tutor, habetur pro consentiente. Sed contra. num. 20. primum uerius. nu. 21. & 22. secundum communem.* ✻

21 *Minoris fauor & reipublicae parificantur. & numero 22.*

23 *Intellectus ad l. Lucius. la i. ff. de admini. tuto.*

24 *Praesens & tacens fauore cultus diuini & religionis habetur pro consentiente.*

25 *Praesentia & taciturnitas concurrente alio actu inducit consensum.*

26 *Intellectus ad c. cum uirum. de regular.*

27 *Intellectus ad Clementinam unic. tit. de procura.*

28 *Intellectus ad l. si filiusfamilias. ff. de tutel.*

29 *Intellectus ad cap. ex ore. de iis quae fiunt à maiori par. capitu.*

30 *Praesentia cum taciturnitate in actibus difformibus si concurrat, praecedens obligatio inducit consensum, secundum communem.* ✻

31 *Praesens & tacens actui qui fit per coniunctum, censetur consentire, secundum cõmunem opinionem.* ✻ *nisi coniunctio haberet in se reuerentiam. nu. 32. Sed contrarium communius.* ✻ *nu. 33. quod quomodo procedat. uide nu. 38.*

34 *Intellectus ad l. i. §. qui onerandae. ff. quarum act. non dat.*

35 *Intellectus ad c. unicum. de sponsal. impub. lib. vi.*

36 *Consensus expressus requiritur in sponsalibus & matrimonio, nisi contrahantur per parentes filiis praesentibus & non contradicentibus, cum tunc tacitus sufficiat, secundum cõmunem opinio.* ✻ *nu. 37.*

39 *Taciturnitas & scientia in admonito iudiciario ordine si est contumax, inducit consensum in iis quae aguntur ubi ille ius habet.*

41 *Praesens & tacens simulans se non audire uel scire habetur pro consentiente. nisi contumax esset, & tractaretur de eius utilitate, cùm tunc haberetur pro negante. nu. 42.*

43 *Praesens & uerbo tacens, sed facto contradicens, non habetur pro consentiente.*

44 *Voluntas per signa sicut per uocem manifestatur.*

45 *Consensus expressus ubi requiritur, ibi tacitus non sufficit.*

46 *Praesentia et taciturnitas in iis quae fieri possunt me contradicente non inducit consensum, secundum communem.* ✻ *nu. 47.*

47 *Culpa caret qui scit sed non potest prohibere.*

48 *Praesentia cum taciturnitate in imponenda seruitute non inducit consensum, secundum commu. opin.* ✻

49 *Denuntiare obligatus si probare non posset, tunc scientia cum taciturnitate non inducit consensum.*

50 *Taciturnitas et scientia in eo qui erubescit loqui, non operatur ut habeatur pro consentiente.*

51 *Sciens et tacens in obligatione personali non habetur pro consentiente.*

52 *Scientia et taciturnitas eius qui scit ius suum ubique durare, non inducit consensum.*

53 *Scientia et taciturnitas in dissolutiones matrimonij, et sponsalium, non habetur pro consensu, secundum communem opinionem.* ✻

54 *Scientia et taciturnitas in iis quae respiciunt praeiudicium tertij, quorum ad nos spectat cura et sollicitudo, non inducit consensum, nisi duraret longo tempore. nu. 55.*

56 *Praesens et tacens in delictis non habetur pro consentiente, alio non constito.*

57 *Scientia et taciturnitas non inducitur in casibus in quibus aliud à iure exprimitur.*

58 *Intellectus ad c. i. xvi. dist.*

59 *Praesens et tacens in facto non concupiscibili, nec meritorio, sed oneroso in quo necessario requiritur cõsensus expressus, non habetur pro consentiente, fallit fauore reipublicae, pupillorum, libertatis et cultus diuini. nume. 60.*

61 *Ignorans sibi ius competere si praesens sit et taceat nõ habendus pro consentiente.*

62 *Intellectus ad l. Titia. §. Lucia. ff. de lega. ij.*



CIENTIA & patiẽtia quid operetur: quando eius nomine aliquid geritur per praesensum procuratorem, uisum est supra in praecedenti conclusione & regula, uideamus modo, praesentia & taciturnitas quid operetur? circa quod: pro clariori totius materiae intelligentia duae sunt ponendae regulae cum suis fallentiis, una tamen ad aliam opposita. Prima erit ergo, † quòd praesens & ta-

& tacens regulariter habetur pro contradicente,
de medio non curamus cum detur inter expres-
sam uolũtatẽ & expresſã cõtradictionem quod-
dã medium.regula,is qui tacet.de reg. iur.lib.vj.
2 Alia & secũda erit regula† quòd pręsens & tacens
regulariter habetur pro consentiente.quæ ponun
tur per Gloss.in dicta regula,is qui tacet.

Prima ergo quæ est quòd habeatur pro con-
3 tradicente,† ampliatur procedere etiam si den-
tur uerba generalia adulatoria; huiusmodi enim
non inducunt obligationem,nec iuris sui renun-
tiationem,textus est in c.cum uenissent.de insti.
Ad hoc quod habet.ff.de cont.emp. in l. ea quæ.
4 Ideò datur cautela† spectanti sibi fieri aliqua uti
litas ab alio,ut caueat ne illum offendat,uel ei ex-
pressè contradicat, ne retrahatur ab executione
propositi.quod & sentit D.Nicolaus in c. nonne.
de præsumpt.

5 Fallit & primò:† quando in præsente & tacente
concurreret contumacia, si negatio & contradi-
ctio esset ei utilis,ne ex contumacia commodum
reportet habebitur pro consentiente. l. non alie-
num.& l.de ętate.§.i.ff.de interrog. act. c. finali.
de iuram.calum.c.si post præstitum. de confess.
libr.vj.& idem Ioannes And.in Glo.& ibi Host.
& Archid.Idem Glos.in d.c.is qui tacet.libro.vj.
Ad hoc textus in canone si forte.lxv.distin. & ibi
Glos. ubi episcopus commonitus à uicinis epi-
scopis si tacet habetur pro consentiente. Ad hoc
quod notat Bar. in l.quæ dotis.ff.solut.matrimo.
& D. Nicolaus in c. nonne. de præsumpt.& hoc
procedit generaliter in casibus in quibus ius in
pœnam statuit tacentem haberi pro confitente,
uel confesso,licet factum sit onerosum,& pręiu-
diciale,secundum Glo.in d.c.is qui tacet.

6 Secundò fallit† in casibus in quibus equis ha-
bet consentire uel contradicendi causam non ha-
bet,tunc si pręsens sit & taceat habebitur pro cõ-
sentiente.l.ii.§.uoluntatem.ff.solut.matrimon.&
ibi Gloss.& Bald.idem Glos.in regula,is qui ta-
cet.& ibi Dynus.

7 Tertiò fallit† in odiũ eius qui legẽ cõtemnit.
l.i.§.pœna.ff.de liber. agnoscen.ubi Glo.& Bart.
ubi maritus præsens uel absens monitus ut mit-
tat custodem uxori prægnanti, si contumax est,
tenetur partum agnoscere,& sic habetur pro cõ-
sentiente,secundum Glos.in d.regula. is q tacet.

8 Quartò fallit† in re conducta & locata respe-
ctiuè.Nam si conductor & locator taceant imple
to tempore, uidentur tacitè consentire, & recõ-
ducere, & locare.l.item quæritur.§.qui impleto.
ff.locati.& ibi Glo.& Bar.& alij.& Glo.in d.c.is
* qui tacet.quod communiter tenetur. *

9 Quintò fallit† ubicunq; tacitum pactum seu
tacita remissio inducitur à lege.l.qui in futurum.
ff.de pact.& ibi Glos.& Ioannes And.in Glos.in
d.c.is qui tacet.

10 Sextò fallit† in facto quod est concupiscibile
& meritorium ac honorabile, cum tunc taciturni
tas habeatur pro consensu; ut notatur per Gloss.
& alios in l.qui patitur.ff.manda. & hac conside-
ratione tolluntur multa contraria: quod & sentit
11 Glo.in d.c.is qui tacet.Nam† præsentia & taci-
turnitas in iis quæ sunt ad fauorem inducit con-
sensum. l.si remunerandi. §.si passus. C.manda.
secundum Innoc. & sequaces in præcedenti con-
clusione. & hoc uult Barto.in quæstione mulier
habens.uersi.quintò probatur.

12 Septimò fallit† in uocato ad aliquem actum
ut illi consentiat.Nam & si præsens sit & taceat,
etiam si sit ei præiudicialis censetur consentire:
secus si ad id non uocatus secundum Innoc.in c.i.
de iis quæ fiunt à maiori parte c. per dictam l.fi-
liusfamilias.§.inuitus.ff.de procur. quem sequi-
tur D.Nicolaus in c. ij. de iis quæ fiunt à prælat.
sine consens.cap.& in c.ij.locat.

13 Octauò fallit† quando tractatur de modico
pręiudicio,tunc præsentia & taciturnitas inducit
consensum regulariter, secundum Bar.in d.l.quæ
dotis.ff.solut.matrimon.& in quæstione mulier
habens magnum. in solutione. & est textus in l.
quam Tuberonis.§.sunt quidam.ff.de pecul.l.Sa-
binus.ff.commun.diuid.l.Labeo.cum sua Glos.ff.
de aqua pluuial. arcend. & l. qui mihi bona.§.si
quis iuxta.ff.de dam.infect. & per D. Nicolaum
in cõsilio quod incipit,satis uidetur mihi.de quo
plenius diximus in conclusione de alienatione
rei ecclesiasticæ.

14 Nonò fallit† in præsente & tacente,quãdo alie
naretur res sibi obligata,cum tunc ex taciturnita-
te inducatur pignoris remissio. et sic consensus
præsumitur l.si hypothecas. C.de remis.pigno.et
hoc fauore fisci,ut ibi per Glo.sed imò et gene-
raliter hoc procedit:arg.l.fideiussor.la ij.§.pater.
ff.de pignor.et ibi bona Glo.et ad idem Glo.in l.
Caius.ff.de pignorat.act.& Glo.in l.sępe.ff.de re
15 iudic.secus autem si alienaretur res mea, † id est,
fieret actus qui in re mea fieri posset me inuito,
tũc enim pręsentia & taciturnitas mea quin imò
et illi actui subscriptio ut testis non præiudica-
ret:argumento.ff.de re iudic.l.sæpe.§.cur autem.
* secundum dictas Glo.communiter approbatas *
et tenet Bartol.in d.l.quæ dotis.et D.Nicolaus in
dicto cap.nonne.

16 Decimò fallit† in præsente et tacente dolosè.
Nam pro consentiente habetur, si contradicen-
do poterat impedire,secundum Barto.in d.l. quæ
dotis.ff.sol.mat.et Bald.in d.regula, is qui tacet.
libro.vi.et D.Nicolaũ in d.c.nonne.de pręsump.
facit l.si fine.C.ad Velleia.

17 Vndecimò fallit† fauore Reipublicę in patre,
quo præsente et tacente filius creatur decurio: nã
si pater non contradicit,uel protestetur, uel alio
modo non consentire declaret, tenetur ad uni-
uersa munera quæ filio iniũgũtur.l.ii.ff.ad muni
cip.et l.honores.circa finem.ff.eodem titulo. se-
cundum Bartol.in l.inuitus.C.de procurat.in se-
cunda lectura.

18 Duodecimò fallit† in fideiussore tutoris qui
patitur nomen suum scribi apud acta.Nam si non
contra-

contradicat tenetur ac si stipulatio intercesserit. l.cum ostendimus.§.fin.ff.de fideiussor. tutor.et ibi Glo.& Bar.& Dyn.in dicta regula,qui tacit. & Dominus Nicolaus in d.c.nonne.de præsum. * quod & communiter tenetur. *

19 Decimotertiò fallit † fauore pupillorum.Nam si pater præsens est & taceat quando eius filius pupillis datur tutor habetur pro cōsentiēte, & insolidum obligatur si non contradicat.l.si filiusfamilias.ff.de tutel.& ibi Glo.Idem Bar.in d.l.quę dotis.ff.solut. matrim. uersic.fallit fauore pupillorum.Idem ibi Imola.Idem sentit ipse Bart. in l.iiij.§.ultimo.de fideiussor.tuto.

20 Sed certè hoc † non trāsit sine dubitatione. Nā Dy.in d.l.si filiusfamiliās.quē sequitur ibi Bart. contrarium tenet,& reprehendunt Glos.ibi dicē tem melius dicere Gl.in d.l.ij.ff. ad municip. quæ tenet non idem in tutela quod & in munere publico authoritate & utilitate,Adducit l. Lucius. la j.ff.de admin.tut.ubi pater consentiens filio, qui ut testamentarius tutor administrat nō obligatur insolidum,sed tantum de peculio, & de in

21 rem uerso.Sed imò † idem dicendum in minore, & ad ipsius fauorem quod & in republica, & ad

22 ipsius fauorem,æquiparantur † enim, ut nota. in l.respublica. C.ex quib.cau.maio.& in l.rempublicam.C.de iure reipub.lib.x j.& vult ipse Bart. in d.l.iiij.§.fi.ff.de fideiuss.tut.Glo.est in l.si procurator.§.fina.ff.de iure fis.quæ communiter te-
* netur, * & si aliud sit in patre patiente filium te

23 stamentarium tutorem administrare, ut in d.§l. Lucius.non mirū cum nō egeat pretoris cōfirmatione sicut datiuus.ut sentit Glo.ibi in prima solutione,in qua residet,sicut sentit in Glo. in d. l. filiusfamiliās. ubi tenet patrem haberi pro consentiente,& obligari:& pro solutione contrarij de dicta l. Lucius. remittit ad solutionem in d. l. Lucius.& sic intelligit de prima.

24 Decimoquartò fallit † fauore cultus diuini & religionis.Nam tunc præsens & tacens pro consentiēte reputatur,& sibi præiudicat,secundū D. Nicolaum in d.c.nonne.de præsumpt.de quo est textus in canone.si seruus sciente domino . liiij. dist.ubi dominus sciens & non contradicens ser uo qui in clero ordinatur habetur pro consentiē te.et ex eo inducitur manumissio . Quod etiam procedit si requiratur consensus expressus.c. cū pro paruulis de consecra.dist.iiij.

25 Decimoquintò fallit: † qñ cum pñtia & taciturnitate interueniret alius actus,tūc eñi taciturnitas induceret consensum tacitum,etiam in obli-

26 gatione personali, puta ut † in c. cum uirum. de

27 regular.impositio ueli.& in † Clemen.una de procuratо.ubi scienter recepit literas in quibus con

28 stituebatur procurator.& in d. † l. si filiusfamiliās.ff.de tutel.ubi pater monet filium ut diligen

29 ter administret.& in † c.ex ore.de ijs quæ fiunt à maio.par.cap.ubi exhibuit reuerentiam aduersario tanquā prælato.& hoc uult Barto.in d.l.quo minus.§. Iulianus.ff.rem rat.haberi.& D.Nicol. in d.c.nonne.de præsump. & plenius dictum est in præcedenti conclusione,in nona fallentia.

30 Decimosextò fallit † in actibus difformibus; qñ cū patientia concurrit obligatio pręcedēs,puta si præcederet cōtractus de cuius natura ad illud quod sit eo pręsente & tacente tenebatur,tūc pręsens & patiens habetur pro consentiente.l.ij.C. de acq.pos.& ibi Glo.Bar. Bal.& Salyc.& cōiter
* scribētes.* Idem Bar.in d.l.quæ dotis.ff.sol.matrim.& in quæstione incipienti. mulier habens, in solutione.uersi.circa secundum.

31 Decimoseptimò fallit † ratione coniunctionis sanguinis.Nam præsens & tacens actui qui p cōiunctum fit,censetur fieri de eius consensu,unde si non contradicit sibi præiudicat,per ea quæ dicta sunt in præcedenti cōclusione in secunda fallentia: & uoluit Bar.in d.l.quę dotis.& idē Bart. in l.inuitus.C.de procur. in ij.lect.& cōiter tene
* tur.* de quo ēt per Bal.in l.si fine.C. ad Velleia.

32 Quod tamen sublimitandum est † non procederet:qñ contunctio haberet in se reuerentiā ; quia tunc faceret præsumi dissensum,secundum Bar. in d.l.quæ dotis.ff.solut.matri.vers.& istud. per textum in l.j.§.quæ onerandæ.ff.quor.rer.act.nō det.ubi Glo.& textum in l.penulti.ff.de fuit. in quibus iuribus probatur quòd uerecundia & reuerentia excludunt consensum.Idem tenet Bart. in quæstione.mulier habens.in prima parte.uersiculo sexto.quem sequitur Do.Antonius in dicto c.nonne.de præsumptio.

Sed certè hęc sublimitatio simpliciter in se nō

33 est uera,† & contrarium cōiter tenetur. * Nam
* licet coniunctio sanguinis habeat in se reuerentiam, tamen non facit præsumi dissensum.c. vnico de sponsalib.impuber.lib.vj.ubi tacens p cōsentiēte habetur etiam in actu in quo requiritur consensus omnino liber ab omni coactione, nec coniunctio ibi,quæ in se habet reuerentiā operatur dissensum:ut ibi per Archidia. & Pet. de Anchara.secundum D. Nicolaum in d.c.nonne.secundum quem nisi per alias circunstātias de dissensu appareat, consensum præsumi. Nam ut dicit Bart.ipse in l. ad inuidiam. in prima & secunda lectura,sola dignitas uel reuerentia nō est causa inducendi actionem quod metus causa, nec ēt minæ solæ,ut per eundem Barto.in l.metum.C. eodem tit.nisi cum uerecundia interueniat alius terror siue metus , uel cum solis minis concurrat

34 qualitas minantis, & sic intelligendam dictā † l. j.§.qui onerandæ.ff.quor.act. non datur.faciunt notata per Innocen. in cap. causam matrimonij. de offic.deleg.

Sed certè licet cōclusio præcedens uera sit,nō

35 tamen allegatum.† c.unicum.de sponsa.impub. lib.vj.facit: ut tenet D.Nico.Nam licet ibi decidatur sponsalia per parentes contracta tenere, & filiorum consensum præsumi,id tamen procedit in parentibus tantum,secundum Inno.in c.j. de matrim.contract.contra interd.eccles. & idē ibi uidetur tenere Bernar.& D.Ant.& Archi.& Bal.

& Petrus de Ancharano in d.cap.vnico lib.vj.&
hanc opinionē tenuit Alanus, Vincentius, Gof-
fredus & Vercellensis in d.c.i.secundum Aegi-
dium Bellameram in eo.c.vnico lib.vj. qui hanc
etiam tenet, licet Hostien.in eo.c.i.& Ioan. And.
in d.c.vnico cum quibus.residere videtur Imola
& Dominicus contrarium uelint, & non bene, cū
in iis in quibus expressus requiritur consensus,
vt est in matrimonio, præsentia & taciturnitas
nō inducat tacitū consensum, nisi in casibus ex-
pressis: vt quando contraheretur per parentes, ut
36 in dicto c.vnico. In sponsalibus enim † & matri-
monii verba & expressus consensus requirūtur.
c.si inter.& c.tuæ.de sponsal. & hoc regulariter:
37 secus† in parentibus & in eis speciale, cum suffi-
ciat taciturnitas præsentium, secundum Bal. dicē
tem quasi natura dictet, & iustitia naturalis uelit
id, cum una uox intelligatur. C.de impub.& alijs
subst.l.fina. Ad contraria respondet Archid. &
✻ Goffred.& hæc communiter tenetur. ✻
Ex quibus sublimitanda est dicta decimasepti-
38 ma fallētia† nō procedere in matrimonio & spō
salibus, nisi quando per parentes ut supra.
39 Decimo octanò fallit. † quādo iudiciario pro-
clamate admoniti forent ius habentes, tūc si con
tumaces uel negligentes fuerint uidentur consen
tire.l.si eo tempore.ff.de remis.pign. & ibi Glos.
plura adducens.
40 Subsequitur alia opposita conclusio quæ est, † ꝙ
præsens & tacens regulariter habetur pro consen
tiente.l.qui tacet.ff.de reg.iur, & ibi Glo.& regu
la, qui tacet.eo.tit.lib.vj.& ibi Glo.
41 Ampliatur† & primò etiam procedere, quando
quis simulat se non audire uel scire secundum
Bal.in l.suus hæres.C.de repud.hæred.
42 Fallit in pluribus casibus, & primò † in cōtuma-
ce quādo consentire sibi foret utile, cum tunc ne
ex contumacia commodū reporter, habeatur pro
negante, vt sic sibi præiudicetur.l.de ætate.§.j.&
l.non alienum.ff.de interrogat.act. Glos.fina. in
c.si post præstitum.ff.de confess.lib.vj. & ibi Ho
stien.& Archid.D. Nicolaus in c.nonne.de præ-
somp.vt & in præcedenti conclusione eadem ra-
tione dictum est in prima fallentia.
43 Secundò fallit † in eo qui uerbo tacet, sed facto
seu signo contradicit. canone. i. lxxiiij. dist. et
ibi Glo.secundum Glo.in dicta regula, is qui ta-
44 cet.per † signa enim sicut per uocem manifesta-
tur uoluntas.xxxij.q.ii. nec solo xx.q.ij.c.j. & ij.
is enim & si pręsens, & tacens sit non habendus
pro consentiente.
45 Tertiò fallit† in iis in quibus requiritur expres-
sus cōsensus, ut in adulto qui cathechizatur.de cō
secrat.dist.iiij.c.cū pro paruulis.scd'm Glo.in d.
regula, is qui tacet.& Glo.in c.i.xxvii.distinct.
46 Quartò fallit† in casibus qui fieri possunt me cō
tradicentē, tunc pręsentia & taciturnitas non in-
ducit consensum, nec præiudicium parat.l. rem.
47 alienam.ff.de contrah.empt. Nam dicit regula, †
culpa caret qui scit sed prohibere nō pōt.ff.de re
gul.iur.l.culpa.quod & vult Glo. in d.c.is qui ta
cet.& Glo.in cap.plerunque.ij.q.vij.& Glo. in l.
Caius.ff.de pignor.act.& Glo.in l.si fideiussor.la
ij.§.pater. ff. de pignor.& Glo.In c.j. xxvii. dist.
✻ & communiter tenetur. ✻
48 Quintò fallit.† in imponēda seruitute.ff.de ser-
uit.urban.præd.l.inuitū.secundū Glo.in d.c.is q
tacet.& Glo.in l.si filiusfamiliàs.ff. de procur. in
uerbo non probatur. Idem Glo.in c.i. xxvij. dist.
tex. est in l.inuitum.ff.de seruit. vrb. præd. com-
✻ muniter approbata. ✻
49 Sextò fallit† in eo, qui lege uel statuto teneretur
denūtiare aliàs haberetur pro cōsentiēte, nā si nō
posset probare, si taceret non haberetur pro con-
sentiente.c.plerumque.& ibi Glo.ii.q.vii.
50 Septimò fallit† in eo q erubesceret loqui.l.pen.
ff. de furt.scd'm Gl.in d.c.plerūque.ij.q.vii.& in
iis. multū potest arbitrium Iudicis, considerata
qualitate personarum, loci, temporis & negotii.
51 Octauò fallit † in obligatione psonali, ut in pro
curatore constituēdo. l. filiusfamiliàs.§.inuitus.
ff.de procur. Ad hoc Gloss. in d.c.is qui tacet. &
Glo.in c.i.xxvii.dist.& per Bar.in l.quæ dotis.ff.
solut.matri.& Do.Nico.in c.nō ne de præsump.
52 Nonò fallit† in eo qui scit ius suum ubique du-
rare, tunc præsentia & taciturnitas nō inducit cō
sensum l.sicut.§.non uidetur.ff.quib.mod. pign.
uel hypothec.solu.secundum Glo.in d.c.plerun-
que.ii. q.vii. Idem sentit Glo.in l.Caius.ff.de pi-
gnor.actione, sed melior est distinctio illa quādo
actus pōt fieri eo inuito, & tūc dissensum psumi,
de quo supra in pcedēti cōclusione in ix.fallētia.
53 Decimò fallit, † quo ad dissolutionē matrimo-
nii & sponsalium, in quibus sicut in contrahēdis
requirit expressus & nō tacitus cōsensus inductus
p pręsentiā & taciturnitatē, ut in præcedēti con-
clusione in decimasettima fallentia plenè est di-
scussum, pari modo in dissoluēdis taciturnitas nō
facit quē cōsentientē: vt est tex. in l.in eo iure.§.
deinde.ff.de ritu.nup.scd'm Gloss.in d.regula, is
✻ qui tacet. communiter approbatam. ✻
54 Vndecimò fallit † in iis q respiciūt pręiudiciū
tertii, quorū ad nos spectat cura, & solicitudo; nā
in his præsentia & taciturnitas nō inducit consen
sum.l.iii.C.de auctor.tut.vbi tex.& Glo. secun-
dum Glo.& Bartol.in d.l.quæ dotis.ff.solut.ma
✻ trimo.cum quo cæteri transeunt. ✻
55 Istud tamen sublimitandum est, † nisi taciturni-
tas longo tempore duraret: quia tunc uidetur con
sentire.l.qui aliena.ff.de acquir.hęred.& l.filius.
C.de peti.hæred.Bart.in l.gerit. in fi.ff.eo.tit.de
acquir. hæred. Quod procedit licet fiat actus, qui
contradicendo posset impediri l. sicuti. ff.de ar-
bit.& l.tūc autem.ff.de re iudic. & hoc ultimum
uidetur uelle Dyn.& Ioann. And. in dicta regu-
la, qui tacet.& is qui tacet. Adhoc quod notatur
in c.penult.de iureiur.lib. vi.
56 Duodecimò fallit† in furto & in delictis in qui-
bus præsens & tacēs alio non constito non habe-
tur pro cōsentiente.l.qui uas.§.uetare.ff. de furt.
Gloss.

Glos. in d. regula, is qui tacet. qui imò regulariter pro dissentiente habetur. l. j. §. sed in eo. ff. ad Syllan. & ibi Bart. nam ut ibi speciale est in seruo ut tanquam consentiens teneatur, ergo in cõtrarium est ius commune.

57 Decimotertiò fallit† in casibus in quibus in iu-
58 re aliud exprimitur, ut est in casu. c. j. xvi. dist.† ubi canones qui sub nomine apostolorum ab hæreticis compositi dignoscuntur, quos apostolica sedes non recepit, nec sancti patres assenserunt pro reprobatis habentur, & sic taciturnitas inducit dissensum, secundũ Glo. in d. c. is qui tacet. & in d. c. canone bene probatur.

59 Decimoquartò fallit† in facto non cõcupiscibili, nec meritorio seu non honorabili, sed oneroso, in quo necessariò requiritur cõsensus expressus, secũdum Inno. in c. in Genesi. de elect. & Io. Monach. & Ioã. And. in d. regu. is qui tacet, de quo in cõclusione, quãdo uideatur dominus ratũ habere quod eius nomine gestũ est, ubi uide. Et sublimi

60 ta† non habere locum fauore reipublicæ, pupillorum, libertatis & cultus diuini seu religionis, de qbus in illa cõclusione, & eius limitationibus.

61 Decimoquintò fallit† in eo qui ignoraret ius (sũ per illo actu uel re de qua agitur) habere, uel sibi cõpetere: tũc enim præsentia & taciturnitas non inducit cõsensum, nec prẽiudiciũ aliquod ei parat: argu. l. Titius Sempronio. in fi. ff. quib. mod. pig. uel hypoth. solu. secũdm Glo. ex mente Rogerii l. Caius. ff. de pignor. act. & Glo. in l. si fideiussor. §. pater. ff. de pign. per tex. in l. Titia. §. Lutia.

62 ff. de leg. ij.† ubi fideicõmissarius interfuit diuisioni factæ inter hæredes rei sibi per fideicõmissum relictæ, & subscripsit, & nõ prẽiudicauit sibi quia ignorabat. Idem uult Bart. in l. si uerò. ff. solut. matri. etiam si esset cõiuncta persona, per l. j. eod. titu. ff. sol. mat. & d. in eo. §. deinde. ff. de ritu nup. Adhoc quod nõt. per Innocẽ. in c. suborta. de sent. & re iud.

CONCLVSIONIS & Regulæ LVII.

ARGVMENTVM.

Exceptio procuratoria contra eum qui non potest nec pro se nec pro alio esse in iudicio, opponi potest etiam post litem contestatam.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Exceptio tu non potes esse procurator, ut dilatoria non opponitur post litem contestatam.*

2 *Exceptio procuratoria, si opponatur cõtra illum qui non potest in iudicio esse pro se, nec pro alio procurator, quandocunque opponi potest.*

3 *Monachus seu religiosus, si subest monasterii utilitas & interuenit mandatum superioris à iudicio non repellitur.*

4 *Religiosus non simplex sed habens administrationem seu dignitatem, et alterius esse potest procurator.*

5 *Clericus quo casu procurator esse nõ possit, remissiuè.*

6 *Religiosus seu clericus in casibus in quibus possunt esse procuratores post litẽ contestatam etiã in alia causa, nec iudicis officio repelli possunt.*



CONCLVSIO illa de falso procuratore, & quãdo eius gesta nomine alieno ratificari possit, de qua supra, facit ut discutiamus, † quando opponi 1 possit exceptio, tu non potes esse procurator. Glo. in c. in nostra. de procurat. in uerbo exceptio. uidetur sentire quòd tanquã dilatoria nõ possit opponi post litem cõtestatã.

2 sed quidquid ipsa dicat, cõcludi potest† quòd ista exceptio procuratoria si opponatur contra illum qui nõ potest esse in iudicio pro se nec pro alio, ut est seruus l. nõ idcirco. §. cũ postea. ff. de iudi. ut est excommunicatus in c. post cessionem. de probation. & de re iudic. c. ad probandum, uel ẽt monachus. c. cum ad monasterium. de stat. monach. tanquam perimens iudicium potest opponi quandocunque etiam post litem contestatam, ut uoluit Hostien. & Ioan. And. in d. c. in nostra. qui dicit ita tenuisse Dominum suum, & concludit Bart. in l. licet. C. de procurat. in prima & secũda lectura. Adhoc qđ notatur in c. cũ I. & D. de re iudic. & in Clem. religiosus. de procur. Quod licet uerum sit regulariter, tamen fallit.

3 Et primò† in casu in quo dari põt procurator ipse monachus seu religiosus, prout est qñ subesset utilitas monasterij, & interuenisset mandatũ superioris, cum tunc non possit repelli, prout notatur in c. ij. de postulan.

4 Secũdò fallit† qñ nõ esset simplex religiosus, sed ẽt haberet administrationẽ seu dignitatẽ, cũ tunc possit esse procurator alterius. ut in c. sopitæ. de censib. & ut not. in canone. de præsentium. xvi. q. j. secũdm Do. Nicol. in d. c. in nostra. Adhoc ẽt qđ notatur per Glos. in d. Clem. religiosus. Sed licet tunc possit esse procurator, ita q̃ nõ possit repelli post litẽ contestatã, prout & miles, tñ in co

5 dicendũ erit prout, & in clerico. Clericus† enim eo casu quo nõ põt esse procurator, qđ qñ sit habetur. c. j. de postulan. & c. fi. cũ pro se interueni-

6 re possit, ut ibi notatur, non† poterit post litẽ cõtestatã ẽt in alia causa repelli per talem exceptionẽ, cũ per litis contestationẽ factus sit dominus instantiæ sicut, & miles, unde postea non erit repellendus, quasi tunc suam causam exsequatur agere, pro ut uoluit in d. c. in nostra. Ioan. And. post Host. sentientes quòd etiam postea iudex ex officio post litem contestatam eum repellere non põterit, cum hoc non sit priuilegium, sed inhibitiõ, & talis si cõntra fiat mero iure tenet, secundũ eos, cum quibus ibi residet Imol. & Do. Nicol. Adhoc quod notatur per Gloss. in l. filiusfamilias. §. ueterani. ff. de procura. quæ nota cum sint utilia & quotidiana.

CONCLVSIONIS et Regulę LVIII.

ARGVMENTVM.

Procuratoris reuocati & certiorati gesta non ualent,nec domino præiudicant.

SVMMARIVM.

1 *Procurator reuocatus & certioratus de reuocatione nulliter agit,nec domino præiudicat.*
2 *Gesta cum falso procuratore non tenent.*
3 *Procuratoris reuocatio data ignorantia iudicis uel aduersarij non operatur, secundum communem ✱ etiam si iudex uel pars sciuerit aliter quàm per uiã intimationis,secundum communem. ✱ nu.4. Sed contra.nu.5.6.7.8.9. Sed prima uerior & regulariter procedit.nu.10.& sequentibus.*
5 *Certus aliter certiorandus non est.*
6 *Denuntiatio ubi requiritur ad notificandum tantum, ipsa non est necessaria sed sufficit scientia: secus si ad incitandum uel prohibendum,secundum cõmunem opinionem ✱ nu.7.*
9 *Sciens non potest ex ignorantia dicere se deceptum.*
11 *Dominus qui procuratorẽ reuocauit nec iudici uel parti intimauit si offerat se incontinẽti probaturũ eorum scientiã admittitur,& ea probata releuat̃.*
12 *Intellectus ad c.in nostra.de procura.*
13 *Procuratoris reuocatio etiam nõ intimata facta ante litis contestationem ualet & tenet, etiam si non peruenit ad notitiam aduersarij, præcipuè si esset procurator generalis,sed in contrarium est cõis ✱ nu.15. Secus si mãdati notitia ad aduersarium nõ peruenisset.nu.16.*
14 *Procurator cum est ingressus iudicium si reuocatur, notitia reuocationis debet peruenire ad iudicem, uel partem.*
17 *Procurator generalis ad causas uel negotia et respectu tribunalium,satis est quòd ipse de reuocatione certioretur, secundum communem opinionem. ✱*
18 *Procuratoris sine mandato admissi sed cum satisdatione quòd dominus ratum habebit etc. reuocatio sufficit ut perueniat ad ipsum procuratorẽ tantũ.*
19 *Procuratoris sine mandato & sine satisdatione admissi reuocatio sufficit, etiam si non perueniat ad notitiam ipsius procuratoris.*
20 *Reuocatio nuntij & nudi ministri sine alia certioratione sufficit.*
21 *Dominus qui procuratorem reuocauit, post eã quod gestum est tacitè uel expressè ratum habere potest, etiam post sententiam, & inuito aduersario, secundum communem opinionem. nu. 22.*
23 *Nullum quod est consensus defectu,quandocunq; ille interueniat sufficit & ualidatur.*
24 *Institoris reuocatio ut releuet, publicè fieri habet,secundum communem opinionem.*
25 *Procuratoris generalis respectu certi loci reuocatio ut releuet,publicè proponenda est in loco illo.*
26 *Procuratoris apud acta constituti reuocatio ut efficax sit,pariter apud acta fieri habet, nisi constitutio respiceret etiam alia tribunalia, quorum respectu sufficit reuocatio & certioratio, ut in procuratore extra iudicium. nu.27.*
28 *Procuratoris constituti ad litigandum seu contrahendum cũ certa persona reuocatio, ut operetur, illi personæ est intimãda,secundũ cõmunẽ. ✱ n.29.*
29 *Intellectus ad c.ex parte decani.de rescript.*
30 *Procuratoris reuocatio post conclusionem in causa, etiam eidem intimata nihil releuat.*
31 *Procuratoris ad negotia reuocatio non tamen ei intimata tenet,quo ad præiudiciũ reuocantis, si de lucro captando tractaretur secus si de damno uitando. nu.32.*
33 *Procuratoris ad negotia reuocatio nõ tamen illi intimata in præiudicium tertij non tenet.*

1 ESTA † per procuratorem reuocatum & certioratum regulariter non ualent, nec domino præiudicant. c. ex insinuatione. & ibi Glo. in uerbo sententia. c. in nostra. de procura. circa finem. l. cum mandassem. à contrario sensu.
2 ff. mand. & ea est ratio: quia† gestu cum falso procuratore non tenent. l. licet. C. de procurat.
3 Fallit & primò:† quãdo huiusmodi reuocationem ignorasset iudex, uel aduersarius: nã ijs ignorantibus gesta per procuratorem reuocatũ ualẽt & tenent & domino præiudicant. l. una. C. de satisd. & ibi Bar. l. si procuratorem. la ij. ff. de procura. & est casus in c. mandato. extra eod. titu. ubi Glo. in uerbo reuocato. uersic. sed si, adducit c. ex parte decani. de rescri. in fine. & ibi Gl. in uerbo non ualet. textus est in l. dispensatori. ff. de solu. & l. eius. ff. eod. tit. & instit. mandat. §. rectè. bona Glo. in d. c. mandato. ibi. ut probat hæc litera. & ibi Innocen. & Imola. quod communiter
✱ tenetur secundum eum. ✱
4 Ampliatur hoc procedere † etiam si iudex uel aduersarius sciuerit aliter quàm per uiam intimationis reuocationis ab ipso domino, & est rõ ne dominus possit malitiosè fingere ipsam reuocationem, ad hoc ne negotium differatur. & hoc uult Goffre. Host. & Ioan. And. in d. c. mandato. Faciũt quæ in simili uult Speculator & ibi in additionibus Ioannes And. in titu. de euict. in rub. & in titu. de emptio. & uenditio. §. fina. circa finem & communiter tenetur, secundum Domi-
✱ num Nicolaum in c. mandato. ✱ Ad hoc c. prudentiam. de offic. delega. & ibi Glos. in uerbo. non ostenderit. & Glos. in l. nomen. C. quæ res pignor. per l. uenditor. ff. de transact. & ibi Glo. & Glo. in l. emptor. C. de euict.
5 Sed certè hoc † non transit sine dubitatione, cùm qui † certus est aliter non uideatur certiorandus: ut uoluit Glos. in l. ij. §. uoluntatem. ff. solu. mat. per textum in l. Herennius. ff. de euictio. & in l. prima. in fine. ff. de actio. empt. & ibi Glo. de quo est textus in regula, cũ qui certus est.

est.de regu.iur.lib.vj.& ibi Dyn.& Cyn.in d.l. emptor.C.de euict.& Paulus de Leazariis in c.si uendit.de emp.& ven.Bart.cuius opinio cõmuniter tenetur in l.quidam.§.ex quo.ff.de adm.tut.& in d.§.uoluntatem.& in l.item ueniũt.§.petitam.ff.de peti.hæred.& in l.nomen.C.quæ
6 res pig.oblig.distinguendo residet,quòd† quando denuntiatio requiritur ad notificandum tantum,tunc non esse necessariam,cum sufficiat scie
7 tia:secus quando† ad aliud, ut ad incitandum uel prohibendum,cũ tunc sola scientia non sufficiat ut est casus in l.denunciasse.ff.de adul.ea quibus
8 † subuertitur opinio Goffr.& Sequacium, cũ in materia de qua loquimur non requiratur intimatio ad aliam finem,nisi ut quis sciat,mutatam esse domini uoluntatem,& mandatum reuocatum,
9 non.† enim qui scit dicere potest se deceptum.l. si fideiussor.§.j.ff.mand.& d.l.j.in fine.ff.de act.empt.& sic subintrat regula,quòd qui certus est, amplius certiorari non debet.& pro hoc facit textus in d.c.mandato.à contrario sensu,ibi,si ignorante iudice uel aduersario.& ibi Glo.pen.uersi,si uerò.& Glo.in dicto c.in nostra.eodem.titu. de procura.in uerbo reuocauit,
10 Sed certè† Goffredi & Sequacium opinio præualet,& regulariter procedit:quia præsumitur ignorantia.l.uerius.ff.de proba.secundum Bart. in dicta l.una.C.de satisd.Sed limitanda est:
11 † quando dominus se offerret incontinenti paratum probare partem sciuisse dictam reuocationem,cum tunc admitti debeat,per id quod habetur.ff.ut in posses.lega.l.is à quo.& si probetur sufficienter,& sic cessabit absurdum,quod pars posset fingere,& negotium procrastinare.& ita procedat opinio aliorum qui tenuerunt solam scientiam sufficere;nam benè sufficit cum de ea constat,sed antequam de ea appareat,secus secundum Imolam in d.c.mandato.Ad hoc bonus
12 textus† in d.c.in nostra.de procurato.iuncta Glo.in uerbo inutilem,uersicu.quia ipse probare uolebat.ubi repulsus legitimè appellauit petens admitti ad probandum quòd pars de reuocatione notitiam habuerat:quæ nota pro concordia opinionum,quarum utraq; est comunis.
13 Sublimitatur † ista præcedens prima fallentia nõ procedere si reuocatio procuratoris facta fuit ante litis contestationem,tunc enim ualet reuocatio,etiam si nõ perueniat ad notitiam iudicis uel aduersarij,secundum Goffred.in d.c.mandato.de procurato.argu.illius c.quod uidetur nelle.Bar.in l.una.C.de satisd.præcipuè in procuratore generali,& ea est ratio secundum eum:quia tunc nullus est certus iudex,seu aduersarius,meritò non imputandum reuocanti si nõ denunciat, cum nesciat cui:ut l.si dictum.§.si.ff.de euictione. quod & prius uoluit Inno.in d.c.insinuatione. eo.tit.de procura.quem ibi sequitur D.Nico.ubi
14 dixit † quòd si procurator fuit ingressus iudicium,& tunc notitia reuocationis debet peruenire ad iudicẽ uel partem:secus qñ res esset integra,cùm tunc satis sit q̃ procurator certificetur.
15 Sed imò† contrarium uerius uidetur,secundũ Glo.in eo.c.mandato.quæ uidetur uelle quòd siue reuocatio fiat post litem contestatam siue ante in utroque casu sit,eadem ratio & idem ius:argu.c.translato.de constitu.& istud communiter tenetur. Ad hoc Glo.in c.in nostra.eod.tit. de procurato.cum qua ibi residet D.Nicol.quæ uidetur uelle quòd licet illi procuratores non fuissent ingressi iudicium, tamen reuocatio debuisset peruenire ad aduersarium,& hoc uerum, & communiter tenetur quando notitia mandati ad ipsum aduersarium peruenisset,secundũ Glo. notabilem & cõiter approbatam in c.ij.de pro
16 curato.lib.vj.secus† autem si talis notitia ad aũ non peruenisset,& tunc procedat opinio Goffre. Bar.& sequaciũ:quod & sentit Imola in dicto c. mandato.de procura.
Sublimitatur & secundò dicta prima fallentia
17 † non procedere in procuratore generali ad causas uel negotia,ne dum respectu causarum seu negotiorũ,uerum etiam personarum & tribunaliũ; nam tunc quo ad dominũ satis est quòd ipse procurator de reuocatione certioretur,cauet enim & ab onere intimãdi alis releuatur ob incertitudinẽ & cõtrahẽti seu collitigãti cũ eo consultum; enim agere poterit contra ipsum procuratorẽ reuocatum,& reuocationem occultantẽ.l.falso procuratori.ff.de condi.ob cau.l.Plautius.ff.de procura.c.per tuas.de arbit.& hoc uoluit Marinus Sillimani quẽ refert,& sequitur Guiliel.de Montelauduno in Clemen.una.de renun.& Bar.in d. l.una.C.de satisd.& D.Nico.in rubri.de procu. cum quibus cæteri transeunt,facit l.si procurator.ff.de cond.in.deb.Et in procuratore ad negotia est Glo.in d.Clemen.una.de renunt.in uerbo ignorantem & in Glo.magna.uersicu.si uerò. & Glo.in d.c.mandato.uersi.illud.& D.Nico.in c.ex parte decani.de rescri.Nã eadẽ uersatur ratio quo ad incertitudinẽ in procuratore generali, ad lites & ad negotia:secus autẽ si procurator generalis incœpit negotium cũ certa personaitunc enim idẽ dicendum quod in constitutio cõtra certã personã secundum Bar.in d.l.una.C.de satisd.
18 Tertiò sublimitat† in procuratore sine mãdato, admisso tñ cũ satisdõne q̃ dñs ratũ habebit &c. tunc enim sufficit q̃ reuocatio perueniat solũ ad ipsum procuratorẽ,nec est necesse ut perueniat ad iudicẽ seu partẽ.c.in nostra.de procu.secũdũ Guil.de Mõte Lauduno in d.Clem.una de renũtia.soli enim ipsi procuratori reuocationẽ celãti parat pjudiciũ.Nã si ex pte actoris pp cautionẽ de rato,quã pstitit,dãnabit ad interesse d.l.Plautius si ex parte rei soluet iudicatũ solui secũdũ eum.
19 Quartò sublimitat† in procuratore sine mãdato admisso,& sine dicta satisdatione,cũ tũc & si reuocatio nõ pueniat et nec ad ipsum procuratorẽ, quod agitur nullũ est,imputet enim sibi qui talẽ admisit,c.j.ubi notatur.de procu.secundũ Guil. de Monte Lauduno.in dicto Clementina.

20 Quintò sublimitatur † in procuratore interueniente vt nūtius,& nudus minister,sufficit enim isto casu sola reuocatio sine aliqua certioratione. l.si pater.ff.de manumis.nindict.secundū Pet.de Bellapertica,quem refert, & sequitur Guiliel.de Monte Laudunō in dicta Clem. una de renūtia.

21 Secundò fallit† dicta pręcedēs regula:quādo dominus qui reuocauit,postea tacitè uel expresse ratum haberet quod gestum esset.l.iij.§.falsus. ff.rē rat.haber.& l.licet.ff.de iudic.l. sæpe.ff. de re iudic.& l.cum quærit.ff.de administ.tut.secundum Martinum Sillimani,quem refert Guiliel.de Mōte Lauduno in d. Clemen. una de renun. & Do.

22 Nicol.in dicto c.ex parte decani.Quod † dominus facere potest etiā post sententiā, etiā non solū si illa lata foret contra ipsum procuratorem ad præiudicium domini:ut d.§.falsus. uerum etiā si fuisset lata in fauorem ipsius procuratoris,& sic ad commodum ipsius domini,& etiam inuito, & cōtradicente aduersario:ut uoluit Glo. nalde notabilis & singularis in l.si mater.§.hoc.iure.ff. de excep.rei iudic.quam approbat ibi Bart.Bald.& Angel.in dicta l.licet.ff.de iud.Imol.in c.cum in iure.de offic.delcg. & idem Imol. in d.l. sæpe.ff. ✲ de re iud. quod & communiter tenetur ✲ quidquid dicant Vltramontani & Cyn. in l. si tutor. C.in quib.caus.in integ.resti.non est nec.& Gaspar de Calderinis in c.olim abbas.de offi.deleg. & Domini de Rota in decisione in antiquis, quā refert Imol. se uidisse in dicto cap. cum in iure.

23 Nam ut dicit Bartol. ubi supra quando † est aliquid nullum ex defectu consensus, tunc quādocunque ille interueniat sufficit, ut l.ratum.ff. rē ratam haberi,& plenius dictum est in conclusione ratihabitionis.

24 Tertiò fallit† in institore cuius reuocatio vt efficax sit,fieri habet publicè & palam in loco ubi præpositus est: aliàs per eum gesta tenerent in præiudicium domini.l.sed si pupillus.§. proscribere.ff. de instit. secundum Ioan. And. ex mente Domini sui In dicto.c.ex parte decani. & ibi D. Nicol.quod & uoluit Martinus Sillimani: ut refert Laudunus in d.Clem.& Bart. in d.l.una.C. ✲ de satisd.& communiter tenetur. ✲

25 Quartò fallit† eadem ratione qua et in institore: qñ procurator generalis datus foret respectu certi loci,cū tunc non sufficit ut reuocatio perueniat ad ipsum procuratorē, sed requiritur quòd publicè proponatur,quòd nemo contrahat cū eo: quia iam fuit reuocatus, secundum Bart. in d.l. una.C.de satisd.et D.Nicol.in d.c.ex insinuatione.per iura in præcedenti fallentia allegata.

26 Quintò fallit† in procuratore constituto apud acta curiæ, tunc enim si pari modo apud acta non appareat de reuocatione, et si aliter facta sit et In notitiam deducta reuocatio non ponderit, et postea gesta ualerent dicta l. una. C. de satisd. et ibi Bart. ad hoc.c. ex parte decani. de rescrip. et uult Do. Nicolaus in dicto cap. ex insinuatione. de procurat.

27 Quod tamen sublimitandum est† non procedere:quando cōstitutio procuratoris penes acta, respiceret ne dum illud tribunale apud acta cuius constituitur uerū alterius tribunalis,cum respectu illius alterius sufficiat reuocatio et certioratio,prout in procuratore constituto extra iudicium secundum Bart.in d.l.una.C.de satisd.

28 Sextò fallit† in procuratore constituto ad contrahendum seu litigādum cum certa persona, cū reuocatio tunc non operetur, nisi illi certæ personæ intimetur.l.si procurator.ff. de procurat.argumento.l.si fideiussor.§.j.ff. mand. Gloss. in dicta l. vna.C. de satisd. et ibi Bartol. Ad hoc cap.

29 ex parte decani. de rescript.† secundum unum intellectum.et ibi per D. Nicol.et per eundem in d.cap. mandato. quod prius uoluit Martinus Sillimani: vt refert Laudunus in d. Clemen. vna ✲ de renun.quod et communiter tenetur. ✲

30 Septimò fallit. † quando talis reuocatio fieret post conclusionem in causa: nam tunc et si perueniat ad procuratorem nihil operatur c. auditis.de procurat. secundum Laudun. in d. Clem.una.

31 Octauò fallit† in procuratore ad negotia reuocato non tamen certiorato, cum tunc reuocatio teneat in præiudicium ipsius reuocantis, quatenus tractetur de eius lucro capiendo: secus autē

32 si de damno uitādo.c.dudum.in fin.de præb. lib.

33 vi.Idem dicendum† si in præiudiciū tertij,cū tūc reuocatio nō teneat,et per talem procuratorem postea gesta ualeant,et teneant, ut in dicta Clemen. una de renunt.et ibi Laudunus.

CONCLVSIONIS et Regulę LIX.

ARGVMENTVM.

Gesta per procuratorem reuocatum,ipso procuratore,iudice,et aduersario ignorante ualent et tenent.

SVMMARIVM.

1 *Gesta per procuratorem reuocatum ignorantibus procuratore, iudice, & parte ualent. Etiam respectu utriusque partis. secundum communē opinionem. ✲ num. 2. etiam si talis reuocatio fieret ante litem contestatam secundum communem. ✲ nu. 3. & hoc si notitia mandati ad eum processit: aliàs secus eodem nu.*

4 *Gesta per procuratorem reuocatum & certioratum ignorante iudice, & parte ualent, licet ipse procurator domino obnoxius sit, nisi pars occultationis fuisset particeps uel conscia. nu. 5.*

6 *Gesta per procuratorem reuocatum & certioratum, ignorantibus reuocationem iudice, & parte, etiam si aliter quàm per uiam intimationis sciūt, ualent, secundum communem. ✲*

7 *Procuratoris reuocatio, licet non deducta in notitiā iudicis et aduersarij, si tractatur de præiudicio ipsius constituentis ualet & tenet.*

8 *Rescriptum per procuratorem reuocatum impetratū nullum*

nullum est, etiam si reuocatio ad iudicem uel partem non peruenit.
9 *Intellectus ad c. in nostra. de procura.*
10 *Procuratoris reuocatio si ipsius iudicis et partis culpa factum sit ne ad eos perueniat, operatur & ualet secundum communem.* ✠
11 *Gesta per procuratorem morte mandantis tacitè reuocatum, etiam ignorantibus iudice & parte non tenent, nec ualent. quod procedit nedum in generali procuratore, uerum etiam speciali. nu. 12.*
13 *Doctores antiqui, si fideliter eorum scripta recitarentur, breuissimè omnes quæstiones tractarunt, & theoricas reliquerunt quibus illuminati sumus.*
14 *Procuratoris mandatum morte domini non reuocatum, si res non est integra, ut si lis foret contestata, uel si præparamenta necessaria facta forent, sine quibus non potuisset principale negotium expediri. nume. 15.*
16 *Mandatum morte mandantis non finitur fauore libertatis.*
17 *Mandatum morte mandantis non finitur fauore eorum quæ salutem animæ respiciunt.*
18 *Procuratoris mandatum morte non finitur, si dominus satisdedisset sciente uel uolente procuratore.*
19 *Procurator constitutus ad aliquid faciendum seu tradendum uel exequendum generaliter uel specialiter, si ignorans reuocationem tradat & exequatur, non transfert dominium, ratio ponitur. nu. 20.*
21 *Intellectus ad c. fin. de procura. lib. vi. & nume. 28.*
Mandatum ad contrahendum matrimonium cum aliqua, reuocatum nec certioratum, operatur ut quod fit nullum sit, secundum communem opinionem. ✠
22 *Iurisdictio delegata si reuocetur nec delegatus certioretur de reuocatione, adhuc euanescit: secus in iudice ordinario. nu. 23.*
24 *Procurator constitutus ad reassignandum beneficiũ, reuocato mãdata, mandatarius ualidè exequitur, nisi sibi uel superiori intimata foret reuocatio.*
25 *Rector uel prælatus ecclesiæ non est dominus sed procurator.*
26 *Dominus maius habet priuilegium in reuocando dominium rei propriæ, quàm procurator rei alienæ.*
27 *Argumentum de matrimonio spirituali ad carnale non efficax.*
29 *Intellectus ad l. si pater. ff. de manumiss. uind.*
30 *Intellectus ad l. qui hominem. §. si tuum. ff. de solu.*
31 *Intellectus ad l. cum quis. §. i. ff. de solu.*
32 *Intellectus ad Clementinam unam. de renuntiatio. secundum communem.* ✠
33 *Procuratoris reuocatio ipsi procuratori intimata sa uoce liberationis non sufficit.*
34 *Procuratoris reuocatio, si persona uel iudex coram quo actus gerendus erat foret incertus, sufficit alteri intimari.*
35 *Procuratoris reuocatio & si tantum ad iudicem perueniat etiam si nihil aduersarius sciuerit, nullum est ipso iure quod postea geritur, secundum communem.* ✠
36 *Scientia iudicis & partis circa procuratoris reuocationem non operatur eundem effectum sed contra. numero 37.*
38 *Scientia iudicis & aduersarij quo ad iudicij nullitatem æquiparantur. quod quomodo procedat, uide nume. 39. & 40.*


PROXIMA est præcedenti opposita alia regula uidelicet. 1 Gesta † per procuratorem reuocatum, ipso procuratore, iudice & aduersario ignorãte, ualent & tenent, vt est textus in l. si mandassem. ff. mand. & in c. mandato. de procura. & ibi D. Nicolaus. & in Clementina una. & ibi Guilielmus de Monte Lauduno. Ad hoc Glo. in c. ex parte decani. de rescrip. in uerbo non ualere. & ibi Do. Nicolaus l. una. C. de satisda. & ibi Glos. & Barto.

2 Ampliatur & primò † vt nec per aduersarium possit in præiudicium reuocantis allegari talis non deducta in notitiam reuocatio ad inualidandum postea gesta, cum ualeant & teneant respectu utriusque. dicto c. ex parte decani. & ibi Gloss. & Innocent. & Do. Nicolaus, quod & communiter tenetur. ✠

3 Ampliatur secundò † etiam si talis reuocatio fieret ante litis contestationem: nam postea per talem procuratorem gesta iudice seu aduersario ignorantibus reuocationem ualent, & reuocatio nihil operatur, quod uerum est, & communiter ✠ tenetur ✠ & procedit quando notitia mandati ad aduersarium processit: secus † si aliter. per iura & auctoritates in præcedenti conclusione in sublimitatione primæ fallentiæ.

4 Ampliatur tertiò † procedere etiam si procurator ipse de reuocatione certioratus foret, & reuocationem occultauerit, cum postea gesta ualeant, imputet enim sibi dominus qui talem elegit. l. cum mandato. ff. mand. Ad hoc Glos. in dicto c. mandato. de procura. in uerbo reuocato. in principio. Sed huiusmodi postea per talem reuocatum nocebunt ipsi procuratori: qui per fraudẽ domino obligatur. ff. de dolo. l. eleganter. §. pauceis. secundum Martinum Sillimani: quem refert Laudunus in dicta Clementina una. de renuntia. & est Glo. in d. l. una. C. de satisda. circa medium.

5 Quod tamen sublimitatur † non procedere: quando aduersarius fuit particeps uel cõscius occultationis, tunc tenetur de dolo reuocanti, maximè si procurator non esset soluendo. l. si procuratorem. §. fin. ff. mand. secundum Laudunum in dicta Clementina una. de renuntia. Imò † & tunc dicendum consilio de dolo, & sic de scientia, quod dictum est in præcedenti conclusione in prima ampliatione.

6 Ampliatur quartò † etiam si iudex uel aduersarius sciuerit aliter quàm per uiam intimationis: ut communiter tenetur ✠ prout in præcedenti cõclusione plenè discussum est in ampliatione primæ fallẽtiæ. Quod qualiter procedat, & cõtrariæ opiniones ad concordiam reducantur ibi patet.

Fallit

7 Fallit primò: † quando tractaretur solum de
preiudicio ipsius constituentis, cum tunc reuo-
catio licet non deducta in notitiam iudicis uel
aduersarij ualeat, & acta postmodum gesta nõ te-
neant, secundum Cardin. & Laurent. in d. Clemẽ-
tinã una. de renun. & etiam re non integra. c. dũ-
dum. de præbend. lib. vi. & ibi Bal. & Cyn. & Bal.
in l. mandatum. C. mandat.
8 Secundò fallit † in impetratione rescripti per
procuratorem reuocatum, cum illud sit ipso iure
nullum, & illius uigore gesta sint nulla, etiam si
reuocatio procuratoris ad partem, uel ad iudicẽ
9 non peruenit. c. in nostra. de procur. † secundum
unum intellectum. & ibi D. Nico.
10 Tertiò fallit: † quando per ipsum procurato-
rem, iudicem uel aduersarium factum foret mali-
tiosè quo minus reuocationis intimatio ad eos,
uel alterum ipsorum perueniret, dicta Clementi-
na una. de renun. & ibi Glo. pen. & Laudunus cũ
* quibus communiter transeunt Doctores. *
11 Quartò fallit † in reuocatione tacita, quæ fit per
mortem domini; nam gesta post dictam tacitam
reuocationem etiam ipso procuratore iudice &
aduersario ignorante non ualent, nec tenent, li-
cet hij non sint de ea certificati, prout uoluit Bar.
in l. procuratorem. ff. de procurator. pro quo fa-
cit. l. penultima. ff. quæ sent. sin. appell. rescind. &
l. de qua re. §. ij. ff. de iudic. sequitur D. Nicolaus
in dicto c. mandato. eod. titu. de procurator. & li-
cet dicat quæstionem hanc à Doctoribus nõ tra-
ctatam nisi à Bartolo ubi supra; ipsam tractauit
Ray. de Fargijs in dicta Clemen. una. de renunt.
12 qui dicit † id procedere tam in procuratore ge-
nerali. l. eius qui. ff. si cert. pet. quàm in speciali. l.
ij. §. sed si quis donaturus. ff. de donat. quod ante
ipsos sentit Ioannes And. in Glo. in d. Clementi-
na una. in Glo. magna circa medium. sed priùs
hanc quæstionem formauit Iacobus de Rauenna,
quem refert Laudunus in dicta Clementina, &
soluit certiorationem non necessariam per dictã
13 l. eius qui. Antiqui † enim Doctores si fideliter
eorum dicta recitarentur, appareret breuissimè
quasi omnes quæstiones tractasse, & utilissimas
distinctiones & theoricas reliquisse quibus illu-
minati sumus. Quod licet uerum sit, & regulari-
14 ter procedat, tamen fallit et primò: † quando res
non est integra, cum tunc morte domini non re-
uocetur mandatum, ut est, quando lis esset con-
testata. l. nullum. C. de procurato. & ibi Glo. Bal.
& Salyc. instit. manda. §. rectè. & ibi Glo. & hoc in
procuratore ad iudicia. in procuratore autem ad
15 negotia idem † si præparamenta necessaria fecis-
set, sine quibus non potuisset principale negotiũ
expediri. c. in causis. circa finẽ & ibi Glo. magna.
cum ibi allegatis secundum Bartol. in tractatu de
iurisdictione uersi. sed quid de procuratore. inter
est enim tunc mandatario. ff. de cond. ob cau. dat.
l. si pretium. cum aliis in d. Glo. allegat.
16 Sublimitatur † secundum Rayne. de Fargiis in
dicta Clementina una de renun. fauore libertatis
cuius fauore, uoluntas nõ finitur morte, nec mor-
te mandatum censetur reuocatum. l. si pater. ff. de
manumiss. uind. & ibi Gloss. in uerbo fauore, &
sequenti & ibi per Barto.
17 Sublimitatur & secundò † in hiis quæ respiciũt
salutem animæ, secundum Glo. in uerbo expirat.
in c. si gratiosè. de rescrip. lib. vj. per textum in c.
maiores. de baptis. & canone, qualis. xxv. dist. in
hiis enim præsumitur defuncti uoluntatem non
immutatam, sed post mortem durare.
18 Secundò fallit: † quando dominus satisdedis-
set pro eo serente uel uolente, cum tunc morte nõ
reuocetur mandatum: ut est casus singularis in
l. si defunctus. ff. de procurator. quod & uoluit D.
Nico. in d. c. mandato. & ante ipsum Bar. in d. tra-
ctatu de iurisdictione uersi. sed quid de procurat.
19 Quintò fallit † in procuratore constituto ad
tradendum uel generaliter seu specialiter aliquid
faciendum, seu exequendum, qui si ignorans re-
uocationem tradat, & sic exequatur non trans-
fert dominum. l. iij. §. sed si quis donatarius. ff. de
20 doli excep. Nam † in hiis quæ non possunt effe-
ctum sortiri sine iussu præsentis domini, ut est do-
minij translatio, & in hiis quæ tempore execu-
tionis requirunt perseuerantiam consensus, non
refert quòd reuocatio perueniat in notitiã pro-
curatoris seu partis. l. si pater. ff. de manum. uind.
& notatur in d. Clement. una de renun. per Gloss.
& Rayn. de Fargiis. & habetur per Imolam in c.
ex parte decani. de rescrip. rationem assignat Pe-
trus de Bellapertica, quem refert, & sequitur Lau-
dunus in dicta Clementina, quia in hiis casibus
procurator concipit uerba in personam domini
ff. de constitut. pecun. l. eum qui. §. sed si actori,
non mirum si in actibus ad quorum perfectionem
requiritur uoluntas domini, si ea tunc non adest,
sed mutata, actus non ualeat, etiam non intima-
ta reuocatione, l. quod nostrum. ff. de regul. iur. c.
21 finali †. de procurato. lib. vj. ubi si mandaui ut cõ-
traheres matrimonium cum aliqua, & mandatum
reuoco, nec certioro, factum post talem non inti-
matam reuocationem nullum est: dicto c. finali &
l. si pœnituit. ff. de diuort. requiritur enim in hiis
perseuerantia consensus contrahentis in limini-
bus contractus, secundum Laudunum ubi supra
& ibidem per Paulum de Leazariis. & secundum
Bald. in d. c. fina. ponderatur præsentia consensus
non præsentia domini; ea enim diuersa esse ani-
mus enim domini ubique potest esse præsens, sed
corporalis præsentia circunscribitur loco, & sic
* non potest esse ubique & cõmuniter tenetur. *
Vnde secundum Laudunum si mandaui ut nomi-
ne meo eligeres, si reuoco, electio & quod fit post
reuocationem etiam non deductam in notitiam
procuratoris iudicis uel partis non tenet. Idem si
22 † commisi tibi iurisdictionem, & postea reuo-
caui, non tenet processus delegati, cum ille dica-
tur tenere uigore iurisdictionis residentis in per-
sonam delegantis. ff. de re iudic. l. ait prætor, &
ideò si deficit, licet ignorauerit delegatus nõ ua-
let

let processus, secundum Hostien. in c. ex parte. de offic. deleg. & Laudunum in dicta Clementina. se-
23 cus † in iudice ordinario. Nam is quod facit donec ignoret se reuocatum tenet, de appella. c. si duobus. iij. q. vij. §. verum. ia. q. j. ordinationes. l. si forte. ff. de offi. prætor. notatur lxij. dist. tibi domino. Inno. in c. cum contingat. de rescrip. Paulus de Leazariis in d. Clementina.

Quod licet uerum sit, & regulariter procedat,
24 † tamen sublimitandum est in casu Clementinæ sæpius allegatæ, de renuntia. vbi habens mandatum ad reassignādum beneficium, reuocato mandato, mandatarius potest exequi rem mandatam, nisi sibi uel superiori reuocatio fuerit intimata, & ea est ratio secundum Bal. ibi, reuerentia superioris: cui non debet illudi. & ideò de equitate procedit, licet de rigore sicut in amissione dominij, videretur requiri perseuerantia consensus, sed imò casus iste non uidetur specialis, cùm ecclesię
25 † rector seu prælatus non sit dominus sed procurator. c. ij. de dona. & ibi Glo. adducēs ad hoc xij. q. j. c. fin. & q. ij. sine exceptione. & x. q. ij. casellas. & hoc sentit Paulus de Leazariis in dicta Clemen-
26 tina una, dicens † quòd maius priuilegium habet dominus in reuocando dominium rei propriæ, quàm procurator in reuocando rem alienam, & specialiter procedere. c. fin. de procurato. lib. vj.
27 nec posse argui † de matrimonio carnali ad spirituale, cum in dissolutione matrimonij spiritualis non semper requiratur cōsensus seu uoluntas, cum inuitus quandoque priuetur Zenzellinus & Matthęus de Roma in eadem Clementina intelligunt ideò ibi reuocationem non intimatam, non operari: quia erat procurator negotiorum, & sufficere reuocationem ad procuratorem peruenire: secus si ad iudicia. Quod & sentit ibi Ray. de Fargiis, qui distinguebat quòd quando sumus in his in quibus requiritur perseuerantia consensus in ipso actu, sufficit domini uoluntatem esse immutatam, licet non intimatam etiam ipsi procuratori ad illud constituto, uel alij cuicumque, & sic
28 † intelligi debere dictum c. fin. de procura. lib.
29 vj. & † l. si pater. ff. de manum. uindi. Aut consensus non requiritur de necessitate in ipso actu, & tunc aut mandatum transiuerat in notitiam tertij, & eius interest, & eidem intimanda est reuo-
30 catio, & sic procedat † l. qui hominem. §. si tuū. & l. cum quis. §. j. allegatæ in Glos. dictæ Clementi-
31 næ. & † l. si fideiussor. §. j. ff. manda. & istud fore limitandum in casu dictæ Clementinæ ubi sufficit quòd procurator solum sciuerit se reuocatum, ne quis inuitus perdat suum beneficium multis fortè laboribus & vigiliis acquisitum. c. super hoc. de renuntis. Si uerò mandatum non transiuit in notitiam alterius, & tunc sufficere reuocationem peruenire in notitiam ipsius procuratoris solum,
32 ut d. l. si mandassem. ff. manda. sed † certè esse casum specialem dictæ Clementinæ communiter te-
* netur: * & sentit ibi Ioannes And. in Glos. ibi. licet mandatarij non intersit, & tractetur de perdendo dominio. & constitutionis ratio ponitur ibi in textu in principio, odium scilicet illusionis ambitionis, & inconstantiæ.
33 Sublimitatur † & secundò secundum Glos. in dicta Clementina una. de renun. fauore liberationis, cùm exigatur certioratio ut ipsa impediatur, non enim tunc sufficit de reuocatione procuratorem certiorare tantum, sed cum agitur de alio liberando, ille de mutata uoluntate & reuocato mandato certiorandus est. l. cum quis. §. j. l. qui hominem. §. si Titium. l. ueto procuratori. §. sed & si quis. ff. de solut. ff. si cert. peta. l. eius qui. uersiculo quas uerò. Nam licet in his, in quibus substantia actus explicandi est uoluntas domini, ut in translatione dominij rei suę, sola sufficiat ipsius uoluntatis mutatio absque aliqua certioratione, nihilominus fauore liberationis aliter dicēdū est.
34 Sextò fallit: † quando persona seu iudex uel superior coram quo actus gerendus erat esset incertus, ut poterat quia plures erant coram quibus fieri poterat, & actus ille explicari, ut Legatus, Papa, Ordinarius, & suus Vicarius, cum tunc sufficiat reuocationem alteri intimari, ut suum operetur effectum, licet coram alio postea actus fuerit executus, cùm tunc non est quid domino imputari possit, secundum Zenzellinum in dicta Clementina. quod nota.
35 Septimò fallit: † quando certioratio reuocationis procuratoris peruenisset tantum ad iudicē, licet nihil sciuerit aduersarius, tunc quod postea geritur nullum est ipso iure. & est ratio: quia tūc iudex scienter fert sententiam contra personam non legitimam, secundum Glo. magnam in dicta l. una. C. de satisda. & ibi Bartol. & Doctores, & Glos. finalem in l. si procuratorem. l. a ij. ff. de pro
* curato. & communiter tenetur. * Ad hoc cap. si duobus. de appella. Aliàs si peruenisset ad ipsum aduersarium, & tunc intelligi quòd non ualeat ope exceptionis per ea quæ habentur in dicta l. unica. C. de satisd. ubi Bat. post Glo. uoluit & per ea quæ habentur in c. in nostra. de procura. super Glo. secundum Imolam in dicto c. mandato. qui ita uidetur tenere & residere. & Ioannes And. in
36 dicto c. in nostra. de procura. ex quibus † patet differre scientiam iudicis & aduersarij, ex scientia enim iudicis irritum esse ipso iure quod post reuocationem fit, ex scientia aduersarij, non esse nullum, sed ope exceptionis subueniri domino
37 qui reuocauit. Sed certè † contrarium uidetur uerius, scilicet, alterum sufficere ex altero ipso iure nullum esse quod post reuocationem geritur, per textum apertum in dicto c. ex parte decani. de rescrip. & c. mandato. de procurato. in quibus † ad
38 iudicij nullitatem æquiparantur scientia iudicis & aduersarij, & hoc uoluit Gloss. in uerbo reuocauit. in dicto cap. in nostra. de procurat. Idem Glo. finalis in fine. in c. mandato. eodem titulo. à contrario sensu, quam multi libri non habent, quę et ita exponendo uidetur uelle quod sufficiat ut iudicium non ualeat quod notitia reuocationis

nis perueniat ad alterum tantũ, id est, ad iudicem uel aduersarium. quod & tenet D. Nicolaus in eo.c.in nostra.& in d.c.mandato.

Ad hoc bene faciunt quæ dicta sunt in præcedenti conclusione in transcursu, uidelicet: idẽ dici in notitia partis quod & in notitia iudicis. difficulter communis sententia sustinetur, nisi † dicatur ut sentit Bald.in d.l.unica.C.de satisdat.qui contra communem uidetur tenere: quando aduersarius per se litigasset, si uerò per procuratorem, & tunc si reuocationis notitia ad ipsum aduersarium tantum perueniat nõ esse quod postcã fit nullum ipso iure, sed subueniri domino reuocanti ope exceptionis, si uerò nõ solum ad ipsum aduersarium, sed etiam ad eius procuratorem peruenit, & tũc nullum esse ipso iure, quod post notitiam reuocationis geritur, ea ratione cum primo casu, ipse procurator exercitiũ non perdat, secus in secundo, ut plenius per ipsum Bal.

39 (margin number beside "difficulter communis sententia")

40 Quod uerum est † quod ad ipsum aduersariũ: quando notitia mandati ad eum transiuit: aliàs secus, secùndum Glo.notabilem & singularem in c.ij.de procur.libr.vj.secundum D.Antonium & Imolam in d.c.mandato. de quo supra in præcedenti conclusione.

CONCLVSIONIS & Regulæ LX.

ARGVMENTVM.

Procurator rei etiam quod de mandato dubitetur, non tenetur cauere de rato.

SVMMARIVM.

1 *Procurator rei licet de eius mandato dubitetur, tamen de rato cauere non tenetur.*

2 *Procurator rei in iudicio mixto si de eius mandato dubitetur cauere tenetur de rato.*

3 *Procurator rei, si per cautionem de iudicatum soluẽdo non esset plenè consultum, tenetur cauere de rato, si de eius mandato dubitetur.*

1 PROCVRATOR† rei regulariter & si de mandato dubitetur, non tenetur cauere de rato l.non cogendum.§.finali.ff. de procurat.l.postcã.ff.de compẽsat.& l.de pupillo.§.finali.ff.de noui oper.nuncia.Glo.in uerbo de rato in l. Pomponius.§.sed & is.ff.de procur.Glo.in c. mandato.extra eod.titu.de procur. in uerbo mandato. uersic.porro.Tamen fallit.

2 Et primò: † quando esset constitutus procurator in iudicio mixto, in quo utraque persona sustinet uicem actoris & rei: ut patet in omnibus iudiciis mixtis, ut est quando ut quasi defensor conuenitur rei uendicatione, uel communi diuidundo, uel familiæ erciscundę, uel finium regundorum, & ecclesia uel minor restitutionẽ in integrum postulando, & in causa status, cùm seruus clamat in libertatem Glo.in dicta l. Pomponius. & Glo.in d.c.mandato.ut l.non solum.§.si status. & §.est & casus.& §.item a ir.l.si defunctus.§.qui in communi.ff.co.tit.c.ex literis.de probat.

3 Secundò fallit: † quando per cautionem de iudicatum soluendo non esset plenè consultum ipsi actori, ut est casus in dicta l.Pomponius.§.sed & is.ut in dictis allegatis Glossis.

CONCLVSIONIS & Regulæ LXI.

ARGVMENTVM.

Minor nigint iqninque annis in iudicio pro alio non potest esse procurator.

SVMMARIVM.

1 *Minor annis xxv. alterius nomine in iudicio nõ potest procurare, secundum communem opinionem.nume.2.*

Intellectus ad l.minor.ff.de procurator.

3 *Minor xxv.in iudicio uoluntario potest esse procurator pro alio.*

4 *Minor xxv.in iudicio possessorio pro alio procurator esse potest.*

5 *Minor xxv.pro consanguineis absentibus in defensis interuenire potest procurator.*

6 *Minor xxv.alterius nomine in iudicio procurator esse potest in causa matrimonialis, & similibus spiritualibus.*

7 *Minor xxv. mandatum procurationis suscipiens si iurat non contrauenire uel restitutionem petere, põt in iudicio pro alio esse procurator.*

8 *Iudicium actitatum cum procuratore minore xxv. annis ex quo non est oppositum tenet & nu.9.Sed in contrarium est communis opinio.nu.10.*

11 *Minor xxv.pro parte actoris habens mandatum potest in iudicio pro alio agere.*

12 *Intellectus ad l.cum mandato.ff.de procur.*

1 MINOR †uigintiquinque annis regulariter non potest esse procurator in iudicio pro alio, uel nomine alterius, textus est in c.qui generaliter.§.fina.de procur.libr.vj.l.minor.ff.eod.titu.Glo.in l.exigendi.C.eod.ti.de procur. quod & tenuerunt etiam citramontani & maximè Iacob.Butrig.& Barto.per dictam † l.minor, quæ simpliciter & indistinctè loquitur. & idẽ noluit Glo.in c.non iniustè, de procurat.in uerbo filiusfamilias.& Ioannes And.in Glo.in c.si annum.de iudic.libr.vj.in uerbo debebis.& hæc opinio est hodie approbata & communis in d. c. qui generali-

neraliter.in fine.secundum Imolam,D. Antoniū & D.Nicolaum,in dicto c.non iniustè.quidquid ibidem dicat Hostiens.& Ioannes And. in Gloss. in dicto c. qui generaliter.§.fi.& ratio est secundū Bal.in d.c.qui generaliter. quia si minor admitteretur posset in aliquibus in integrum restitui, & sic fieret durior conditio aduersarij. Quod licet verum sit, & regulariter procedat, tamen fallit.

3 Et primò † in iudicio uoluntario, secundum Bald. in dicto cap. qui generaliter. & hoc modo procedere poterit opinio Hostiens. & Ioannis Andreæ: secus in iudicio contentioso, secundum eum.

4 Secundò fallit † in iudicio possessorio:vt l. momentaneæ.C.qui legit.personam.secundum Bal. in eo.c.qui generaliter.

5 Tertiò fallit † quando interueniret pro patre & matre & similibus absentibus indefensis in subsidiū ad ipsos defendendum: ut in casu dictæ l.exigendi.C. de procura. & ibi Glos. & Glos. in dicto c.non iniustè.& Guiliel.in Speculo in titu. de procura.§.j.versi. item quòd est minor.

6 Quartò fallit † in spiritualibus,puta matrimonio & similibus, in quibus ipse minor potest esse in iudicio pro se:ut in c.si annum. de iudic. libro vj. Vnde poterit in eis pro alio interuenire in iudicio,ut uidetur sentire in dicto c.nō iniustè. Ioānes And.& Do. Nicolaus & clarius ipse Ioannes And.in dicto c.qui generaliter.vbi de hoc.de quo in c.ex parte.de restitu.spolia.

7 Quintò fallit † quando ipse minor mandatū suscipiens iurasset non contrauenire, uel restitutionem petere, cum tunc possit esse in iudicio ut procurator,per auctent.sacramenta puberum.C.si aduersus uendi.ratione enim sacramenti efficitur maior,& pro maiori habetur, & hoc uidetur tenere in dicto cap. non iniustè. Hostien. & Ioannes And. & Glos. & Bartol. in dicta auctenti. quod uerius uidetur, esto quod Do. Antonius in eodem cap. non iniustè.uideatur tenere contrarium secundum Imolam.

8 Sextò fallit † quando contra ipsum minorem non opponeretur quòd non possit esse in iudicio, cum tunc poterit ut procurator esse in iudicio,& ita procedere poterit opinio Hostien. qui ut supra tenuit in dicto c.nō iniustè.quòd minor xxv. annis maior septemdecim possit esse procurator in iudicio,per id quod habetur institū.qui, & ex quib.caus.manum.pos.§.iustè. secundum Ioannē And.in eodem c.non iniustè. qui ex hoc post Ho
9 stiensem uidetur velle quòd † iudicium agitatum cum minore ut procuratore alterius non sit nullum. Ad hoc Glos.in dicta l.exigendi.ubi Bar.uidetur idem tenere. quod & uidetur etiam uelle Glos.in l.ita demum.C.eodem titulo. de procurato.& ibi Bal.post eam.& in l. licet.C.eodem titulo.& Petrus de Ancharano in dicto c. qui gene
10 raliter. Contrarium † tamen uidetur uelle Glo. & Bar.in dicta l.minor.ex eo quia non habet personam legitimam standi in iudicio,unde uidetur quod iudicium sit nullum,etiam si non fuerit opposita exceptio.& quod ipsa exceptio possit quādocumque opponi per notata in cap. in nostra. de procurato.& hoc tenet in eodem cap.non iniustè. Do. Antonius.quod & uerius est secundum Imolam ibi, & Do. Nicolaum. quia ipse minor non potest esse in iudicio regulariter pro se; unde eo minus pro alio; ut notatur in dicto cap.in nostra. Ad hoc quod notatur per Bartol. in l. filiofamilias. §. veterani. ff. eodem titulo. Pro quo bene facit textus non cauillando in dicto cap. qui generaliter. §. finali. & ibi Dominicus hoc idem tenet, & ita communiter tenetur per Modernos * unde tenendum est quidquid ibi dictum fuerit.

11 Septimò fallit † in minore pro parte actoris habente mandatum,tunc enim minor potest esse procurator,& in iudicio agere.& ea est ratio: quia tunc non restituitur,& sibi dominus habet imputare si propterea læderetur.l.cum mandato. ff.de procurat.secus si sine mandato, uel pro reo, cum tunc oporteat illum satisdare,quo casu obligabitur,& succurretur ei,& eius fideiussori,secundum Roffred.quem refert,& sequitur Guiliel.in Speculo in titu.de procurat.§.i.uersi. item quòd est minor.cuius Roffredi dictum ut refert Ioan. And. in additionibus ibi placuit Hostiensi ubi supra &
12 Iacobo Arena. sed certè † d. l.cum mandato nō loquitur in iudiciis, unde à communi opinione non recedendum de qua supra.

CONCLVSIONIS
et Regulæ LXII.

ARGVMENTVM.

Procurator constitutus ad agendum,& ad defendendum constitutus esse censetur.

SVMMARIVM.

1 *Procurator ad agendum constitutus censetur & etiam ad defendendum.*

2 *Procurator constitutus in rem suam ex causa necessaria non tenetur defendere dominum,si reconueniatur. & hoc uerum si procurator talis agat ad suum commodum.nu.3. Sed bene defensorio nomine nume.5.*

4 *Intellectus ad c.constitutis.de procur.& nu.10.*

6 *Procurator constitutus tantum ad litem contestandam,uel prohibitus ut ultra non procedat, non cogitur ultra illum actum dominum defendere: secus si simpliciter ad litem contestandam,sed his casibus si opponatur non admittetur nisi ut defensor caueris.nu.7.Secus si non opponatur nu.8.*

9 *Procurator ex parte rei constitutus ad agendū, procuratorium non tenet & id quare sit.*

1 ROCVRATOR † constitutus ad agendum regulariter æquum est uideri constitutus ad defendendum, textus est in l. seruum quoque. §. finali ff. de procurat. facit c. in iudiciis, & c. non licet. de reg. iur. lib. vj. & c. prudentiam. de mut. petit. & c. dilecti. de iudic. unde defendere habet si reconueniatur: ut notatur in l. mutus. §. pœna. & ibi Glos. eo tit. de procur. & hoc tenent in c. constitutis. eod. titu. D. Antonius, Imola & D. Nicolaus. aliàs regulariter denegabitur actio, cum idoneus non censeatur, c. accedens. eo. tit. de procur. & l. unica. C. de satisdat. Glo. in d. c. accedens. & ibi Ioannes Andr. Imola & D. Nicolaus Glo. in uerbo sed nec. in l. inuitus. C. de procur. Quod tamen fallit.

2 Et primò: † quando quis procurator esset cõstitutus in rem suam ex causa necessaria, cum tũc non teneatur defendere dominum si reconueniatur. l. seruum quoque. §. finali cùm l. sequenti. ff. de procurat. secundum Ioannem And. Imolam. & D. Nicolaum in eodem c. accedens. ubi textus in fi. satis id uidetur innuere. Et hoc † uerum ut dictum est: quando talis procurator ageret ad suũ commodum intentando utiles actiones, secundum Gloss & ibi Bar. in d. l. seruum quoq. §. fin.

3 Secundò fallit: † quando talis procurator fuisset constitutus ad agendum tantum, uel solummodo cum taxatiua, cum tunc non uideatur constitus procurator ad defendendum. Vnde nõ erit idoneus. nec procuratorio nomine defendere po

4 terit † c. constitutis. de procurat. secundum unum

5 intellectum, secundũ Imolam ibi. Sed † bene tũc defendere posset defensorio nomine quod & mãdatum uidetur secundum Barto. in d. §. fin. quem sequitur D. Nicolaus in eo. c. accedens. ubi datur forma opponendi.

6 Tertiò fallit: † quando fuisset cõstitutus procurator tantum ad litem contestandam uel esset prohibitus ut ultra non procedat: aliàs si simpliciter foret constitutus ad litem contestandam, & tũc procederet opinio Iacobi de Raoana qui dixit, ut refert Cynus in l. quod quis. C. de procur. quòd talis cum per contestationem sit factus dominus litis, poterit etiam ultra procedere, cum post litem contestatam reuocari non possit. l. qui

7 omnia. ff. de procur. secũdum eos. sed † imò & eo casu quo constitutus est tantum ad litem contestandam, uel cum prohibitione ut ultra non procedat, si ab initio opponatur, quod nõ debeat admitti ut procurator, & tunc non debet admitti

8 nisi ut defensor cauerit etc. secus † si non opponatur: quia tunc uidetur approbari forma talis procuratorij, onde poterit litem contestari, non tamen poterit ultra prosequi, ne ueniat cõtra formam mandati, esto quòd distinguatur per plures; quia hoc sibi imputare debet secundum D. Antonium & Imo. in d. c. petitio. de procur.

9 Quartò fallit: † quando procurator daretur ex parte rei; quia tunc potestas defendendi cum debeat esse principalis non uenit consequutiuè unde si datur ad agendum non ualet procurato-

10 rium, dicto † c. constitutis. de procur. secundum unum intellectum, & ibi per D. Antoniũ, Imolã & D. Nicolaum & per eundem D. Nicolaum in dicto c. accedens.

CONCLVSIONIS & Regulæ LXIII.

ARGVMENTVM.

Procurator pro quo dominus satisdedit præcisè non tenetur defendere.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Procurator & si pro eo dominus satisdederit, non tenetur illum præcisè defendere, nisi dominus præsente eo & non contradicente satisdedisset, secundum communem opinionem. & nu. 2.*

3 *Procurator constitutus in absentia si pro eo dominus satisdedit, & ipse postea expressè uel tacitè ratum habeat, tenetur præcisè dominum defendere.*

4 *Procurator si agit tenetur & defendere causam.*

5 *Procurator suscipiens mandatum litis tempore peritura, cogi potest litem contestari secundum communem opinionem.*

1 PROCVRATOR † pro quo dominus satisdedit præcisè non tenetur dominũ defendere, nec etiam si ipse procurator satisderit de iudicato soluendo, esto quod eo casu si nõ defendat cõmittatur satisdatio ob rem non defensam. l. non cogendum. ff. de procura. & teneatur domino ad interesse. in l. si tu. mand. §. mandatum. & ut notatur per Inno. in c. constitutis. de procurato. sed licet hoc uerum sit ut ipse procurator non cogatur præcisè defendere, & regulariter procedat, tamẽ fallit.

2 Et primò: † quando dominus præsente procuratore & non cõtradicente satisdedisset. ff. de procurato. l. filiusfamiliàs. §. finali. & ibi Glo. & Bart. Glo. in Clementi. j. de procurato. & ibi Paulus de Leazariis, Zenzellinus, & Stephanus. Glos. & ibi Barto. in l. sed & hæ. §. præter. ff. eod. titulo, quod

* & communiter tenetur. *

3 Secundò fallit † quando ipse dominus satisdedisset pro ipso procuratore absente, & posteà ipse procurator expressè uel tacitè ratum habuisset eadem ratione secundum Ioannem And. in c. accedens. de procurato. & prædictos Doctores in dicta Clementina j. eodem titulo. Glos. & ibi Bar. in dicta l. filiusfamiliàs, §. fi. ff. de procurato. & Glo. in dicto §. præter.

4 Tertiò fallit; † quando ipse procurator ageret, cum tunc cogatur defendere. l. seruum quoque. §. fi. ff. eodem titulo, de quo plenius dictum est

est in præcedenti conclusione, & hoc dicitur cau satiuè: nam si uult audiri super actione intentata cogitur inuitus præcisè defendere. l. inuitus. & ibi Glo. & Bar. in l. inuitus. C. de procur. Idem si in administratione vult perseuerare. l. eũ qui. C. eo. titu. secundum Glo. in d. l. inuitus.

5 Quartò fallit: † ipse suscepisset procurationẽ litis tempore periturę, eum & tunc cogatur litẽ contestari, secundum Io. And. in d. c. accedens. de procura. & per scribentes in d. Clementi. j. eo. titu. & est textus. & ibi Glo. in l. mutus. §. fina. ff. de procurato. & bona Glo. in verbo accipere. in fi. in d. §. præter. ibi, si sit actio peritura cogitur præcisè. l. sed etiam. & l. metus, §. si. ff. eod. titu. de procurat & communiter tenetur. ✱

CONCLVSIONIS & Regulæ LXIIII.

ARGVMENTVM.

Procurator causam prorogare non potest de tempore ad tempus.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Procurator causam potest prorogare de tempore ad tempus, sed contrarium uerius secundum communem.* ✱ *nu. 6*

2 *Intellectus ad l. qui procuratorem. ff. de procu.*

3 *Mandatum procuratorij prorogari potest ad id quod est prope mandatum.*

4 *Mandatum procuratorij prorogari potest ad præparatoria, & ad consequentia, et hoc uerum quãdo præparatoria uel consequentia sunt necessaria. nu. 5.*

7 *Procurator habens mandatum generale cum libera potestate potest causam prorogare de tempore ad tempus.*

8 *Procurator prorogare potest causam de tempore ad tẽpus, si prorogatio esset modici præiudicij.*

9 *Procurator causam prorogare potest de tempore ad tempus, si prorogatio tenderet ad cõmodũ domini.*

10 *Procurator si causam prorogauit de tempore ad tempus, & dominus sciuit & non contradixit, prorogatio tenet.*



1 PROCVRATOR an † prorogare possit causam de tempore ad tempus fuerũt opiniones. Glo. in c. cum olim abbas. de offic. deleg. in verbo proti-nus. vers. item nota, tenet affirmatiuam. allegat l. qui procuratorem. C. de procu. quæ uult probari ꝙ qui dat procuratorẽ ut confestim agat, intelligitur ei permittere ut & postea litem peragat. Sed certè hoc ibi non probatur: 2 † quia nõ sequitur quòd intelligatur permittere quòd possit eam peragere post tempus iudici prefixum, sed bene infra tempus. unde d. l. non uidetur facere nec pro, nec contra.

3 Secundò dicta Glos. mouetur † ex eo: quia procurator mandatum prorogare potest ad id quod est prope mandatum. c. in causis. de electio. & c. post translationem, de renuntia. & l. iam tamen. §. vltimo. ff. iudica. sol. Sed certè nec ista iura probant opinionem Glos. quia licet mandatum possit prorogari ad id quod est prope mandatũ, tamen non videtur quòd possit prorogare iurisdictionem de tempore ad tempus, cum hoc non sit iuxta mandatum, cum uideatur procurator datus ad agitandam causam infra tempus infra quod durat iurisdictio. Ad hoc l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verbo. obligatio. Tertiò † dicta Glos. 4 mouetur ex eo, dum dicit mandatum prorogari potest ad præparatoria & ad consequentia. l. ad rem mobilem. ff. de procura. & l. ad legatum. & ff. de instit. l. cuicunque. §. si ei quem. in fine. sed nec ista ratio ualet: quia licet mãdatum prorogari possit ad pręparatoria uel sequentia, ut 5 supra, tamen † illud est uerum: quando ipsa pręparatoria uel sequentia sunt necessaria: ut in dictis iuribus. Sed hoc ꝙ possit prorogare de tempore ad tempus non est de præparatoriis uel sequela necessaria, & sic eius opinio non videtur tenenda, licet eam tenuerint ibi Vincentius, Philippus, & Petrus, & cum eis uideatur residere ibi Hostiens. dicendo quòd tunc præiudicat domino: ut refert ibi Ioan. And. ita residens. Contra-
6 rium † enim communiter tenetur. ✱ quod & uo-
✱ luit Goffredus in eodem c. cum olim abbas. & ibi Innocent. & expressiùs Innocent. in cap. de causis. eodem titu. de offic. delega. quod uidetur esse de mente Bar. in d. §. Callimachus. per tex. ibi, qui ad hoc optimè facit, secundum Imolam qui hanc opinionem retinet. in eod. cap. cum olim. & ibi D. Nicolaus. Quod licet uerum sit & regulariter procedat, tamen fallit.

7 Et primò: † quando talis procurator haberet generale mandatum, cum libera potestate, cum tunc possit prorogare: ut uoluerunt prædicti, per id quod habetur in l. procurator cum libera. ff. de procura. & in d. §. Callimachus.

8 Secundò fallit: † quando talis prorogatio esset parui præiudicij, ut si fieret ad modicum tempus argumento. c. consuluit. de offic. deleg. Ad hoc etiam l. iij. C. de procurato. & quod notatur in c. j. ut lite non contestat. secundum D. Florianum in eod. c. cum olim.

9 Tertiò fallit: † quando talis prorogatio fieret ad commodum domini, cum & tunc fieri possit etiam ad non modicum tempus, ut uoluit Do. Florianus ubi supra. Ad hoc. l. si absentis. C. si certum petatur.

10 Quartò fallit: † quando post talem prorogationem dominus sciret & non contradiceret, cũ & tunc dominus uideatur approbare, ut uoluit in eodem c. cum olim. Ioannes Andr. post Hostiens. Ad hoc facit textus in d. c. cum olim. & quod dictum est in præcedentibus conclusionibus in materia ratihabitionis.

CONCLVSIONIS et Regulę LXV.

ARGVMENTVM.

Procuratoc appellare poteſt,& tenetur uel ſal tem denũtiare,nec cogitur appellationem proſequi,& ſi velit non admittendus.

SVMMARIVM.

1 Procurator generaliter conſtitutus uel ſpecialiter ad cauſam apppellare poteſt & nu.5.ſecus ſi ad unum articulum conſtitutus foret.nu. 6

2 Procurator generalis ſeu ſpecialiter ad unam cauſam appellare tenetur, ſecundum communem. * nu.7. aliàs teneretur domino ad intereſſe. nu.8.

3 Procurator qui appellauit an teneatur appellationẽ proſequi,& quòd non ſecundum cõem. * nu. 30.

4 Procurator non obligatus ad proſequendum appellationem,ſi proſequi uelit, an ſit admittendus, & quod non ſecundum communem * nu.42. ſed contra nu.43.45.ſed primum uerius nu. 46.

9 Defenſor tenetur etiam appellare :aliàs teneretur domino ad intereſſe.

10 Negotiorum geſtor uniuerſaliter procurans negocia alicuius appellare tenetur : aliàs ad intereſſe domino teneretur ſecundum communem opinionem. Idem dicendum in actore ſecundum communem * nu. 11.

12 Procurator ſi non uult appellare tenetur domino denuntiare ſe in cauſa ſuccubuiſſe,etiam ſi ſciat dominum ſcire contra eum latam eſſe ſententiam.nume.13.ſecundum communem.* nu. 14.

14 Intellectus ad c.non iniuſtè.de procurator.

15 Procurator non tenetur appellare ſi ex actis conſtat fuiſſe malam cauſam,ſecundum communẽ opinionem. * Imò ſi de hoc fores dubium nu.16.

17 Procurator datus ad certum actum non tenetur appellare.

18 Vno conceſſo aliud probibitum eſſe cenſetur.

19 Defenſor non ad plenam cauſam ſed tantum ad allegandam cauſam abſentiæ, appellare non tenetur ſecundum communem. *

20 Procurator ſi ob paupertatem non appellauit excuſatur,ſed contra nu.21.ſed primum uerius & cõmuniter tenetur. * nu. 23.

22 Intellectus ad l.ſi procuratorem. §.ſi ignorantes. ff. mand.

24 Procurator iuſto metu retentus, ſi non appellauit excuſatur,ſecundum communem opinionem. *

25 Procurator infirmitate impeditus, ſi non appellauit excuſatur.

26 Procurator impeditus appellare ob infirmitatẽ,metũ & inopiã ſaltẽ an teneatur domino denũciare, & quod ſic,ſed contra nu.27. ſed relinquendum iudicis arbitrio.nu. 29.

28 Ratio ubi eſt eadem,cur ibi diuerſum ius.

31 Procurator qui in ſua fide ſuſcepit cauſam proſequendam uſque ad diffinitiuam etiam ſi appellaretur, tenetur proſequi appellationem.

32 Procurator conſtitutus ad cauſam principalem,& appellationis,tenetur appellationem proſequi.

33 Procurator generalis ad omnes cauſas cõſtitutus ſi mãdatũ acceptauit, tenetur ꝓſequi appellationẽ. Tutor curator,actor uniuerſitatis ſeu ſyndicus tenentur appellationem proſequi, ſecundum cõem. *

34 Procurator in rem ſuam ſi uult euitare grauamen illatum, tenetur appellare, & appellationem proſequi.

35 Fideiuſſor uel emptor ſi nolunt habere regreſſum contra principalem,habent neceſſe appellare, & appellationem proſequi.

36 Procurator in cauſa tenetur ab interlocutoria appellare,et proſequi, ſecundum communem * niſi cauſa appellationis haberet tractari in loco remoto.nu.37. ſecundum communem. *

38 Procurator appellationem proſequi tenetur,ſi conſuetudo hoc dictat.

39 Curia Romana quid ſeruet in ijs.& nu.40.& quid ſi terminus non eſſet ſtatutus nu. 41.

44 Intellectus ad l.ſi actor.C.de appellation.

PROCVRATORIS materiã proſequẽdo, uideamus† an
1 procurator appellare poſsis à
ſentẽtia contra eũ lata. Secũdò
2 †an appellare teneatur. Tertiò
3 ſi appellauit teneatur †appella
4 tionem proſequi. Quartò †an eo caſu quo non
tenetur proſequi, ſi ꝓſequi uelit admittẽdus ſit.
5 Circa primũ† dicendũ eſt ꝙ ipſe procurator ap
pellare põt,nõ ſolum ſi ſit cõſtitutus generaliter
ad oẽs cauſas,ſed ẽt ſi ſit conſtitutus ſimpliciter
6 ad cauſam,vt eſt tex.in d.c.nõ iniuſtè.ſecus† aũt
ſi foret cõſtitutus ad unũ articulũ, puta ad audiẽ
dum ſententiam,cum & tũc nõ poſsit, ꝓut uo
luit Ioan. And.in eo.c.non iniuſtè. argu. l. cum
prætor.ff.de iudic.
7 Circa ſecũdũ † cõcludi põt,ꝙ procurator ſiue
generalis,puta ad oẽs cauſas & lites,ſiue ad certã
litẽ à ſententia contra eum lata tenetur appellare.l.inuitus.C.de procurat.& ibi Gloſ. in uerbo
extendere.& ibi Bart.& c.non iniuſtè.eo.titu.&
* ibi Glo.in uerbo appellare.& cõiter * tenetur,&
8 regulariter procedit.aliàs† tenebitur dño actione mandati ad intereſſe:vt ff.mãdati.l.ſi procuratorẽ.§.ſi ignorãtes.l.liberto.§.fi.ff.de neg.geſt.ſecundũ dictam Gloſ.in d.l.inuitus.& in d.c.non
iniuſtè.& Gulielmum in Speculo in tit. de appellat.§.i.uerſi.breuiter.
9 Ampliatur† id procedere etiam in defenſore,
qui tenetur etiam appellare: aliàs ſibi imputaretur.l.liberto.§.fina.ff.de neg. geſt.& ibi Glo.
& Bartol.
10 Ampliatur & ſecũdò† idẽ dicendum in negotiorum geſtore qui uniuerſaliter procurat negotia alicuius,cum ipſe teneatur de non geſtis. l. ſi
* pupilli.ff. de neg.geſt.quod & cõiter tenetur *
ſecundum D. Nicol.in d.c.non iniuſtè.

Ampliatur

11 Ampliatur & tertiò:† idem dicendum in acto
re qui si in causa succubuerit prouocare teneatur
l.si actor.& ibi Glo.in uerbo. possunt,id est, de-
* bent.C.de appellat. quæ communiter tenetur. *
12 Fallit & primò† si denuntiauit domino in causa
succubuisse adhoc vt posit appellare si uult. Nã
si procurator nõ appellat & denuntiat, excusatur
nã ad alterũ tenetur, vt est tex.in d.cap.non iniu
stè.& ibi Glo.ad quod tenetur ut ab onere appel
13 landi excusetur,etiam† si dominus sciret in cau-
sa succubuisse,& contra suum procuratorem latã
fuisse sententiam,secundũ Glo.in d.c. non iniu-
stè. versicu. vel potest dici. Cuius lectura vera
14 est per illum text. †qui indistinctè loquitur, nõ
distinguendo an dominus sciuerit uel non. Idẽ
* tenet ibi Ioan. And. & communiter tenetur *
secundum Do. Nicolaum ibidem., quod & te-
nuit etiam Guilielmus in Speculo.de appel.§.j.
in princ.versi. breuiter.Pro quo etiam facit:quia
vt dicit ibi Ioan. Aud. dominus potuit uerisimi
liter credere procuratorem solicitum esse in ap-
pellando, cum appellare teneatur,unde non ui-
detur sibi aliquid imputandum si non appella-
uit secundum Imolam in eod.c.non iniustè.
15 Secundò fallit:† quando ex actis constaret fo-
uere malam causam, cum & tunc non teneatur
appellare, sed bonam fidem agnosceret:arg. l. si
bonam.C. de administ.tut.& ff.eod.titu.l. quo-
tiens. §. sicut.& l.si fide.§.quædam.ff.manda.se-
cundum Cynum,Raynerium,Bartol. Bald. An-
gel. & Salycet.in l.inuitus.in secunda lectura.C.
de procurat. Tutius tamen est quòd tunc appel-
let uel denuntiet domino, per textum in d. cap.
non iniustè secundum Do. Antonium & Imolã
ibi: sed hoc de consilio non autem de necessita-
* te,cum quod dictũ est communiter teneatur. *
16 Tertiò fallit: † quando si notoriè non consta-
ret ex actis fouere malam causam, tamen esset
dubium,cum & tunc nõ teneatur appellare:quia
semper est præsumptio quòd sentẽtia contra ip-
sum lata,iusta sit.l.Herennius.§.Caia.& ibi nota
tur.ff.de euict.secũdum Cynum,Raynerium, Bal.
Angel.& Salyc.vbi supra sed tunc,vt non tenea-
tur ad interesse, tenetur domino denuntiare, vt
appellet si uult, secundum Bart. in dicta.l. inui-
tus.in secunda lectura.
17 Quartò fallit:† quando procurator datus esset
ad certum actum, puta ad recipiendum libellũ,
vel audiendam sententiam,cum tunc non tenea-
tur appellare, non enim eius mandatum ad hoc
18 extenditur.vno† enim concesso, aliud prohibitũ
esse censetur.l.maritus. C. de procur. secundum
Goffredum & Io. And.& post eos. D.Nicolaum
19 in eo.cap. non iniustè. Idem† in defensore qui
non ad plenam causam, sed tantum ad allegan-
dam causam absentiæ admisso.l. liberto.§. fin.
ff.de negot. gest. secundum Bart. in dicta l. in-
uitus. in secunda lectura.C.de procurat.& utrũ-
* que communiter tenetur. *
20 Quintò fallit† si ob paupertatem non appella-
uit,tunc enim excusatur,secundum Gloss. & ibi
21 Hostien.in d.cap.non iniustè,quod non† placet
Bart.in d.l.inuitus. in prima lectura ver. vltimo
oppono. quia appellari potest viua voce sine
scriptis.ff.de appel.l.i.in fin.& C.eod.titu.l.liti-
22 gatoribus.Nec.l.si † procuratorem.§.si ignoran
tes.ff.mandat.allegata in Gloss. in uerbo exten-
dere in dicta.l.inuitus,quæ idem tenet cum Glo.
in dicto cap.non iniustè. probat secũdum Bart.
quia loquitur de appellatione exercenda, quam
quis tenetur prosequi,nisi propter paupertatem
excusetur, non autem de appellatione interpo-
23 nenda. sustinendo † dictas Gloss. dicendum est
prout dicit in dicto cap. non iniustè. Goffre-
dus, & post eum Do. Nicolaus. quod illud ue-
rum est: quando uellet appellare incontinenti,
sed ubi uellet appellare ex interuallo, & tunc
cum deberet appellare in scriptis, vt patet in di
ctis iuribus, quod facere non potuit propter
paupertatem excusatur, cum non potuerit sol-
uere aduocato, & scriptori. Nec arctabitur ad
appellandum viua voce, cum sua sit electio,ut pa
tet in dictis iuribus, & hoc communiter tene-
* tur. * Idem tenet Guilielmus in Speculo in ti-
tulo de appell.§.i. ver. breuiter.& Ricardus Ma
lombra & Fulgosius in d.§.si ignorantes.
24 Sextò fallit † si ob iustum metum iudicis, uel
partis vel statuti appellanti imponentis pœnam,
quis vt tenebatur non appellauit secundũ Glo.
in dicto cap. non iniustè. & ibi per Hostien. &
Do. Nicolaum in cap. fina. de appellat. quod &
* communiter tenetur. *
25 Septimò fallit: † quando quis infirmitate im-
peditus non appellauit, tunc etiam excusatur,
secundum Hostien. in d.c.non iniustè.
26 Sed an† in proximis tribus præcedentibus fal-
lentiis, infirmitatis, metus & inopiæ saltem te-
neatur denuntiare? Glo. in d.cap.non iniustè.in
metu impedito tenet quod sic.adducit c.fina. de
appel. Idem si ob inopiam, dum dicit ad simili-
tudinem fideiussoris condemnati ultra uerũ de-
bitum; qui non potest propter inopiam appella
re, teneatur denuntiare.l. si procuratorem. §. si
ignorantes.ff. mandati,quod uidetur expeditum
per dictum. c. non iniustè. ibi, uel si iusta causa
excusabat eundem saltem domino contestari,
27 ut ad appellationis beneficium cõuolaret. Sed†
certè si procurator extra hos casus tenetur ad al-
* terutrũ,ut ibi dicit Glo.& cõiter tenetur * scili
cet aut ad appellandum aut ad denũtiandũ dño,
non uideo quid ei releuet metus, paupertas uel
infirmitas, & in quo excusationem seu priuile-
gium afferat; propterea crederem posse fortè di
ci dictã cõmunem opinionem fore limitandam,
vt nec & denuntiare teneatur; quando eadem iu
sta causa qua non potest appellare, non posset
nec denuntiare, ut in infirmitate impedito,
is enim eandem excusationem habet in vno
quam & in alio, Cur igitur † diuersum ius l.il-
lud.ff.ad leg.Aquiliam. Metus etiam talis pos-

set esse, quod sicut retraheret eum ab appellando, pari ratione à denuntiando. Solēt enim aliquoties superiores, domini temporales uel ipsi aduersarij magnates adeò esse seueri, uindicatiui, & solitum malè tractare nedum ipsos aduersarios principales, uerum eorum aduocatos & procuratores, ut etiam euidens periculum sit, si quis suspectus sit vt secreto animaduertat prin-
29 cipalem, in paupere † considerandum an in denuntiando opus sit expendere, & tunc idem, sin autem non excusari, si non denuntiet, unde hoc relinquendum iudicis arbitrio: qui pensata facti, loci, temporis, & personarum qualitate, iudicabit quod æquum æstimabit. Ad hoc bonus textus in l. item quæritur. §. exercitu. versicu. sed si denuntiare non potuit, non puto eum teneri. ff. locati.
30 Circa tertium casum qui est, † an ipse procurator appellationis teneatur appellationem prosequi, & in hoc fuerunt tres opiniones, de quibus per Legistas in l. inuitus. C. de procura. & Canonistas in cap. non iniustè. eodem titulo.
✠ sed communis est opinio ✠ secundum Imolam in dicto c. quòd ipse procurator non possit ipsam appellationem prosequi, unde non teneatur prosequi. pro qua facit textus in l. si actor. C. de appellatio. & in dicto. §. si ignorantes. ubi nihil dicitur de prosecutione, facit etiam textus in dicta. l. inuitus. & ibi Barto. Ricardus & Salycetus. Ad quod etiam facit textus in dicto c. non iniustè. vbi dicitur quòd non tenetur appellationem prosequi: & ista pars uidelicet quòd nō teneatur appellationem prosequi uerior uidetur de iure, per dictum c. non iniustè. in sui fine. secundum Imolam ibi, per quem textū cū sibi hoc concedatur, poterit ipse procurator dimittere prosecutionem ipsius appellationis etiam sine licentia iudicis. prout dicit in eodem c. Innocent. Ad hoc quod notatur. ff. de cond. inst. in l. quę sub conditione, secundum Hostien. ibidem, Tutius tamen est quòd hoc faciat iudicis auctoritate, prout dicit in eodem c. non iniustè. Io. And. Sed licet hoc regulariter sit uerū, ut procurator seu ꝓ alio interueniens nō teneat ipsam appellationē ꝓsequi, & cōiter tenet; tñ fallit.
31 Et primò † in procuratore qui in sua fide suscepit causam prosequendam usq; ad sententiā diffinitiuam, & si appellaretur, cū tunc teneatur pactum seruare, prout uoluit in d. c. nō iniustè. Hostiens. & Ioan. Andr. per c. j. de pact. & hoc etiam uoluit Archid. in c. fi. de testib. lib. vj.
32 Secundò fallit † in procuratore constituto ad causam principalem & appellationis, cum tunc teneatur ipsam appellationem prosequi, prout uoluit in dicto c. non iniustè. Imola post D. Antonium per l. finalem. ff. an per alium. Quod & uoluerunt Domini de Rota in decisione cxlvj. quę incipit. Item si procurator. Ad hoc quod notatur in Clementi. j. de procura.
33 Tertiò fallit † in procuratore constituto generaliter ad omnes causas, cū talis teneatur ipsam cām appellationis prosequi, si tale mandatū acceptauit, secundum Bart. & alios in d. l. inuitus. & prout voluit Imo. in d. c. non iniustè. Ad hoc in d. Cle. j. Quod † & pariformiter locum habet in tutore, curatore, actore vniuersitatis seu syndico, & in generali negociorum gestore: nam cum tales teneantur de omissis tenetur ipsam appellationem prosequi, prout voluit in eod. c. non iniustè. Ioan. And. quod & voluit etiam Specu. in tit. de appella. §. j. in principio. Ad hoc quod notatur in d. l. si actor. & in l. si pupilli. §. fin. & l. liberto. §. fina. ff. de nego. gestis. quod & uidetur tenere Barto. in d. l. inuitus, quod & tenent etiam in eod. c. non iniustè. D. Antonius & Imola &
✠ communiter tenetur ✠ esto quòd Innocentius in eodem cap. aliud uoluerit, equiperando prædictos simplici procuratori.
34 Quartò fallit † in procuratore in rem suam, qui & licet non teneatur de necessitate appellare, nec appellationem prosequi, sicut & ille qui nomine suo & ad suum commodum proprium interuenit. C. mand. l. in re mandata. tamen si vult euitare incommodum, & grauamen illatum tenetur nō solum appellare, sed etiam appellationem prosequi. cap. cum sit Romana. & c. ex ratione. de appellatio. & l. iij. C. quomodo, & quando iudex,
35 quod † & locum habet pariformiter in fideiussore, & emptore si vult habere regressum contra principalem auctorem. ff. de euictio. l. Herennius. §. Caia. & in herede qui uēdicat necem defuncti. ff. ad Syllania. l. propter venenum. §. fina. prout voluit in eodem c. non iniustè. Imola post Ioannem And. & D. Antonium.
36 Quintò fallit † in appellatione ab interlocutoria, cum procurator etiam ad unam causam datus teneatur eam prosequi, cum ueniat incidēter ad ipsam causam principalem. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procur. & in l. procurator. in fine principij. ff. de ope. nou. nuncia. & d. c. non
✠ iniustè, quod communiter tenetur. ✠
37 Quod tamē sublimitandum est: quādo † causa appellationis haberet tractari in loco remoto, & propter talē ꝓsecutionē procurator haberet distrahi à suis negocijs. arg. l. sancimus. C. de aduocatis diuersi. iudicum, & l. sed & hæ. §. non solum. & ibi Glo. ff. de procu. & l. si longius. ff. de iudic. secundum Salyc. & Fulgo. in d. l. inuitus, & uoluit Specula. in eodem tit. de appella. §. j. versic. illud, & Ioannes Andreæ post Innoc. in dicto c. non iniustè. & communiter tenetur. ✠
38 Sextò fallit † quando consuetudo aliud disponeret, cum & tunc teneatur prosequi, prout est. de consuetudine in Curia, prout voluit in eodem c. non iniustè. Ioannes Andreæ post Hostiensem, et Archidiaconus in dicto c. fin. de
39 emptio. et uendit. libro vj. In curia † enim Romana seruatur uidelicet, quòd procuratorem appellantem in causa quæ ibi uertitur ipsa curia non audit, si procurator dicat quod non vult

vult nec poteſt proſequi cauſam appellatio-
nis , ſed vult domino denuntiare ſeu ipſum
conſulere. Imò hoc ipſo quòd procurator non
vult proſequi,proceditur contra dominum tan-
quam cõtra cõtumacem ſi appellatum eſt ab in-
terlocutoria,per ea quę habentur in c.auditis.et
c.conſtitutis. de procuratorib.
40 Si autem † appellatum ſit à diffinitiua lata in
curia,& tunc datur breuis dilatio ad denuntian-
dum domino , ſi non eſt in loco nimis remoto:
aliàs præſigitur procuratori peremptorium , ad
proſequendum appellationem, et dominus cita-
tur per peremptorium edictũ. per cuius lapſum
rata manet ſententia. prout diſponit ibi con-
ſuetudo,quæ conſuetudo fundatur,ſuper æquita
te cauſa abreuiandarum litium, ſecundum Ioan.
Andreæ et Imolam in dicto cap.non iniuſtè.qui
41 tamen dicit † quòd ſi nullus terminus ſit ſtatu
tus per lapſum anni, firmabitur ſententia ſi non
fiat proſecutio , dicto cap. cum ſit Romana . &
d.c.ex ratione.de appellatio.
42 Circa quartũ & ultimũ caſum q̃ eſt † an eo ca-
ſu quo procurator non tenetur proſequi,ſi proſe-
qui uellit ſit admittendus,uidetur uelle tex.in d.
c.nõ iniuſtè.ꝙ admittẽdus ſit.ſed Glo.& Bar.in l.
ſi actor.C.de appellat.Cyn. Raynerius,& commu
* niter * Doctores in d.l.inuitus.uident velle con-
trariũ uidelicet: ꝙ nõ ſit admittendus,ut procu-
rator,ſed ut quilibet alius. Vnde ſi uelit interue-
nire pro reo, ꝓ quo fuit ꝓcurator, poterit inter-
uenire ſatiſdando de iudicatum ſoluẽdo. l.minor.
in fin.ff.de procur.& nota.in c.ſi mandato . eod.
tit.Si uerò uelit uenire ex parte actoris, & tunc ſi
erat coniuncta perſona poterit ipſam appellatio-
nem proſequi cauendo de rato,prout uoluit Bar.
43 in d.l.ſi actor.Contra † cuius dictum facit ſecũ-
dum D.Antonium in d.c.non iniuſtè. quia cum
talis procurator cenſeatur habere mandatum li-
mitatum ad cauſam principalem,& ad actum ap-
pellationis , uidetur quo ad alia prohibitus, per
notata in l. maritus. C. de procurat. Vnde non
uidetur admittendus cum cautione de rato ,
44 etiam ſi ſit coniuncta perſona,niſi dicatur † quòd
illa habeat locum quando limitatio facta fuiſſet
per hominẽ:ſecus ſi ex iuris interpretatione , ut
in caſu prædicto,ſecũdum D.Ant.qui tñ dicit ſe
45 repetẽdo tenuiſſe † ꝙ procurator poſsit proſe-
qui etiam tanquam procurator,per dictũ c.non
iniuſtè. Ad hoc etiam.l.ita demum.C. de procu.
tale enim mandatum extenditur ad proſecutio-
nem ſi ipſe procurator uelit: aliàs non, ut innui-
tur in eo.c.non iniuſtè.cum ex parte mandantis
ſit fauorabile, ex partè uerò ſuſcipientis ſit odio
ſum,ſecundum ipſum D. Antonium. Sed quid-
46 quid dicat † cõmunis opinio * eſt in contrariũ :
* vt non poſsit , ut procurator proſequi, pro qua
uidetur textus in d.l. ſi actor: ſecundum Imolã
qui ita reſidet in d.c.non iniuſtè.

NOTORII TRACTATVS.

AD REGVLAS REDACTATVS
cum fallentiis.

SVMMARIVM.



OTORII materia, ut clarius habeatur , et ad regulas, et limitationes reduci poſsit, præmittenda eſt cognitio, occulti , penè occulti quid ſit argumentum , indicium , ſuſpicio, prǽſumptio, opinio , fides & credulitas.

famа,tumor, manifestum & publicum. Dicas
1 ergo†quòd finis iudicandi est iudicare super cer
to,vnde oportet cuncta rimari.xxx.q.v.iudican-
tes.extra de probation.c.in præsentia.Præmitten
dum est etiam pro intelligentia infra dicendo-
2 rum,quòd† quædam sunt quæ huic fini obuiant,
& quædam huic fini fauent.Obuiantiâ autẽ buic
3 fini sunt defectus probationum,qui iudicem†ab
hoc fine iudicandi repellit, cum de occultis non
iudicet.ij.quæst.i.omnipotens. & extra de offic.
4 ordin.si sacerdos. remotis ergo†probationibus
factum uocatur occultum.cap.ut uostrum.ext.ut
5 ecclesiast.benefic. & si remoueantur in totum:†
ut quia nulla ratione probari potest. Et tũc dici-
6 tur simplex occultũ,quod soli Deo certum est,†
cum sit omnium secretorum cognitor. xxii.q. i.
7 Deus qui. Si uerò†non remoueantur in totũ pro
bationes,ut quia probari potest,sed solum remo-
ueatur seu desit ipsorum iudicialis indago,& tũc
uocatur penè seu quasi occultum.Dictio penè,di
minuit sicut dictio quasi.c.dilecta.ext.de confir-
8 ma.vtil.uel inutil.Est autem† penè occultũ illud
quod probabile est,& probari potest per paucòs,
vt dicit Ioan.And.in c. uestra duxit.extra de co-
habit.cleric.& mul.puta per duos vel tres.Imò &
9 etiam illud quod potest† probari per plures,an-
teaquàm sit iudicialiter discussum, dicitur pe-
nè occultum. Super quo ecclesia non iudicat:
ut patet in dicto capi.vestra duxit.& cap.sequen-
ti secundum Butrium. Vnde ista obuiant fini
iudicandi, cum sint probationum priuatio.Quę-
10 dam† verò sunt quæ ipsi fini iudicandi fauent.Et
ipsorum quædam fauent immediatè, & quædam
mediate. Et ipsorum quæ fauent immediatè duę
11 sunt species. Nam vna & prima est† euidentia
facti super quo iudicatur, ut est: quando tale fa-
ctum se exhibet quotidie oculis hominum, ita
quòd non eget alio instrumento, vt est, quòd
palatium Dominorum Priorum sit in platea.
12 Secunda species† est certa notitia, vt est illa
quam habet iudex ex proprio, & naturali instru-
mento rem oculis subiiciendo: vt ff. finium re-
gund.l.si in emptione. & extra de accusat. cap.
cum oporteat.& cap.qualiter. el ij. & ij. quæst.i.
Deus omnipotens. Illa uerò quæ ipsi fini iudican
di fauent, sed non immediatè, sed mediatè,sunt
13 †ea quæ fidem seu credulitatem inducunt su-
per facto super quo iudicatur: vt est quando iu-
dex ut iudex iudicat instrumentorum uel alio-
rum relatu, quibus fidem seu credulitatem ad-
hibet, ut extra de probatio.cap. sicut.& de verb.
significa.cap.forus.
Circa hanc aũt fidem seu credulitatem est dare
plures gradus,prout uoluit Bar.in l.admonẽdi.ff.
14 de iureiu.Primus enim gradus est dubitatio: †qa
iudex ex deductis corã eo dubitat modo ad unam
partem,& modo ad aliam, ita q uehementer non
applicat plus animum ad unam, quàm ad reli-
quam, vt est quando probationes sunt æquales,
vt in cap. in nostra. extra de testib. uel quando
habent aliquid obscuritatis, ita quòd possunt
multipliciter intelligi: ut extra de probationib.
cap. in præsentia. Et hæc dubitatio non est pro-
priè aliquis gradus probationis: vt uoluit Bart.
ff.de iur. & fact. ignor. super rubrica. & ff.de
testam.l. de statu. Hæc tamen dubitatio est prin
cipium inuestigationis certitudinis & fidei. &
post hanc, si iudex incipiat inclinare animum ad
aliquam partem, non tamen uehementer appli-
cat animum. & hæc vocatur suspicio quæ dici
potest primi gradus, ad quam inducitur iudex
quandoque argumentis,ex argumentis enim in-
formatur animus ad suspicandum. cap. licet. ex-
15 tra de probat. Est enim Argumentum† rei du-
biæ ostensio in gradu materiæ subiectæ possibi-
li secundum.Do. Antonium de Butrio, ut ple-
nius per eum in dicto cap.uestra duxit, & quan-
doque inducitur ad ipsam suspicionem ex indi-
16 ciis. Indicium† autem dicitur ab indicando:
ut ff. de furt. l. qui uas. §. qui furem. & strictè
sumptum est signum informans animum ad su-
spicandum. Latè vero indicium amminicula-
tur.C.famil.ercisc.l.finali.Quandoque tamen pro
bationem facit,prout notatur. C.de rei uend.l.
indicia.& cap.excommunicamus. extra de hæ-
retic.in fine. & plenius in Speculo in titulo. de
probationibus. §. uidendum: versicu. hoc quo-
que.& cap.l.extra de confess.& de probatio.ter-
tio loco.& ff.de quæstio.l.fina.& ibi per Bartol.
17 Secundus gradus est opinio: † quia ex deductis
vltra uehementem suspicionem incipit opinari
& animum suum ad unam partem applicare,non
tamen absque dubitatione modica: vt dicta l.ad-
monendi.& hæc opinio dici potest præsumptio,
18 †quæ habetur in aliquo, ad quam præsumptio-
nem deuenitur quãdoque per rumorem, & quã-
doque ex aliis circunstantiis secũdum Butrium,
cum ipsa præsumptio sit cognitio siue appre-
hensio ex circunstantijs resultans. cap. ex stu-
diis. extra de præsumpt. vnde variatur, fortifi-
catur, & debilitatur plus & minus, prout sua-
dent circumstantiæ, ex quibus resultat.l. dismi.
ferrum. & extra de præsumpt.cap.afferte. & cap.
quanto. & de sponsal. is qui. Et ipsa præsum-
19 ptio † quandoque est temeraria, & hæc reiici-
tur. Quandoque est probabilis, & ex hac purga-
tio indicitur; prout in dictis iuribus notatur.
Quandoque est uiolenta, ut est illa quæ uiolen-
tat mentem iudicis, prout notatur in c.afferte.de
præsump.ubi de his, de quibus in d.c.quanto.&
in c.litteras.eod.titu.
20 Tertius gradus est fides seu firma † credulitas,
ut est quando ex deductis coram ipso iudice,ani-
mus iudicis in tantum informatur,quòd habet fi-
dem eius de quo quæritur, & hæc habetur per plu
res probationes,de quibus extra de restitu.spolia.
c.cum ad sedem.& ij.q.j.in primis.Et hæc proba-
tiones dupliciter ponderari possunt. Vno modo
prout sunt in fieri, & tunc dicuntur probationes,
instrumenta,testium,uel adminiculorum, de qui-
bus

bus loquitur extra de proba. per totum. Quandoque & secundò prout sunt inesse producta, & hæ sunt probationes, quæ & notorium dici possunt.

21 Cum notorium † nil aliud sit quàm probatio probata, & omne quod iudici constat per testes, instrumenta, uel aliter dici potest notorium iudiciale, vel iuris, quia oritur in iudicio, & à iure. ut c. tua nos. in fi. ext. de cohabita. cleri. & mul. secundum Butrium in d. c. uestra duxit. facit quod notatur in c. cum olim. extra de verb. signi.

22 Fama † alia est quæ de homine habetur, quę sic describitur, prout habetur in §. existimatio. l. cognitionum. ff. de uariis & extraor. cogni. pro qua laborare debet homo ut bonam habeat, prout habetur. ff. ad Trebell. l. facta. §. si quis maiorem. Cuius contrarium est infamia, prout habetur. iij. q. vij. §. tria. uer. fama.

Est & quædam alia fama ut habetur inter homines, & est publica seu famosa insinuatio uel clamosa communis ex sola suspicione & incerto authore proueniens. de consecr. dist. iiij. factum est. in fine. & de purgat. canon. c. cum in iuuentute: Vel est uulgi seu maioris partis opinio rei de qua quæritur consentiens, ut dicit Ioannes And. in dicto c. uestra duxit. de cohab. cleri. & mulier. Facit quod notatur. ff. de testib. l. iij. §. eisdem. & iiij. q. iij. §. sæpe. & c. literas. de præsump. Vel potest dici propriè describendo famam in genere suo, quòd sit communis locutio ex uerisimilibus coniecturis surgens, secundum D. Nicolaum in dicto c. uestra. de quo pet Glo. & Doctores in c. cum oporteat. & in c. inquisitionis. & in c. qualiter. el ij. de accusatio. & per Bartol. ff. de quæstio. in l. de minore. §. tormenta. ubi etiã ponit quotuplex sit fama, & quid sit fama, dicens quòd est cõmunis opinio uoce hominis manifestata ex suspicione proueniens, ut plenius ibi per eum, ubi etiam ponit qualiter probetur, & quando habeatur pro plena probatione. de quo supra de testib. cap. ueniens. el primo. communiua tamen ipsa fama quæ inter homines est, ex sola suspicione & incerto auctore prouenit secundum Ioannem And. in d. c. uestra.

23 Rumor † uerò est particularis insinuatio seu proclamatio: ut de eo qui cogn. consa. ux. suæ in c. super eo. ex sola suspicione & incerto auctore proueniens: ut c. ueniens. extra de regul. & l. fina. ff. de hæred. instituen. Et ipse rumor à fama in hoc differt. quia rumor ab incerto auctore procedit.

24 Fama † quandoque à certo auctore prouenit, licet communius ab incerto, prout uoluit in dicto cap. uestra: Ioannes And. & Butrius, secundum quem differunt in alio. uidelicet ratione materię.

25 Fama enim est maioris partis uiciniæ. Rumor † uerò est alterius partis & etiam minoris, ut medietatis uel quartæ, secundum Butrium & Imolam ubi supra. & aliàs uno solo potest procedere: ut cap. Olius. extra de electio. & electi potestate. & apud unum consistere: ut dicta l. finali. ff. de hæredi. instituen. secundum D. Petrum. Et ipsa fama inducit maiorem præsumptionem quàm rumor: ut bene dicit Antonius Butrius in dicto c. uestra. Ad hoc quod notatur per Gloss. in cap. super eo extra de electio. & electi potes. iuncto eo quod habetur. xxxv. q. vj. si duo.

26 Manifestum † verò multipliciter capi potest in iure. Quandoque pro eo quod est notorium facti permanentis. ij. q. j. manifesta. & canone de mani-
27 festa. Quandoque † capitur manifestum pro eo quod est notorium facti transeuntis & non redeuntis. iij. quæstio. v. quia suspecti. Quandoque manifestum est species de per se, & tunc propriè
28 sumitur, † & est publica seu famosa insinuatio communis ex certa scientia, & certis auctoribus proueniens. cap. de hoc. extra de simon. & differt à notorio ut infra patebit. Differt etiam à fama quę quandoque procedit ex incerto auctore, & quandoque est fallax, quod non est in manifesto, quod probari potest, licet non ita clare sicut & notorium, secundum D. Nicolaum in dicto cap. uestra. Item differt à fama quia fama sufficit quòd habeat ortum à certo auctore, & hoc acclamet tota uel maior pars uiciniæ, nec est necesse quòd ostendantur auctores qui habuerint hoc ex certa scientia uel præsentia, quod non est in manifesto, in quo oportet quòd plures fuerint auctores: qui per certam scientiam hoc apprehenderint, & super hoc possint testificari. Unde requiritur quòd sit factum præsentibus multis. Ad hoc quod habetur ij. q. j. §. quando autem. & notatur. ij. q. j. de manifesta. & ff. de quæstion. in l. de minore. §. j. & §. tormenta. per Bar. & in l. si uerò. ff. qui satisda. cogan. Unde dixit quòd illud est manifestum, quod notum est multis, sed non omnibus. Quot autem requirantur: non potest dari certa doctrina, sed indicis arbitrio relinquendum est, dummodo non excedat maiorem partem populi uel uiciniæ, & si excederet esset notorium, ut infra patebit prout uult in d. c. uestra. Do. Anto. Et sic ipsum manifestum propriè sumptum differt ab ipsa fama, & à notorio. Conuenit tamen cum publico in hoc; quia similiter requiritur in publico quòd sit factum, præsentibus pluribus: ut extra de postul. prælat. in c. i. sicut & ipsum manifestũ: ut supra patet. Et hinc est quòd manifestum cõprehendit in se publicum, & famosum, cum oporteat quòd habeat in se famam: ut supra notatum est, cum omne publicum comprehendat in se ma-
29 nifestum. Publicum enim dicitur † illud quod est factum præsentibus multis, & tamen secretè tenetur, ita quòd non est famosum, prout notatur in dicto cap. i. secundum ipsum D. Antonium. Et sic in hoc differt manifestum à publicò quod fortè procedit lato sumpto uocabulo, cum largo sumpto uocabulo publicum uerificetur etiam in notorio, ita quòd notorium dici potest publicum quod cõstat per famam, prout patet in c. tua nos. de cohabit. cleric. & mul. & ita procedere poterit dictum D. Nicolai in d. c. uestra. qui dixit ꝙ publicũ est uerbũ generale, & differt à manifesto.

Circa quod aduertẽdũ est, quia hæc procedunt in ma-

in manifesto, sumendo prout distinguitur à notorio, & penè occulrò. Si uerò manifestum capiatur prout sequitur ab omnino occulro, et tunc dici potest manifestum, quod omninò probabile est, ut est, quòd duo testes sciunt. ut extra de tempo. ord. cap. ex tenore. Imò et manifestum dici posset omne non occultum, quod etiam unus uidit, & sic sumitur in l. ij. et iij. ff. de furt. secundum ipsum D. Anto. ubi supra.

Visis his, ueniamus ad notorium. de eo scripserunt Inno. et Hostien. in c. tua nos. sæpius allegato, et ipse Hostiens. in summa. de cohabita. cleric. et mulier. §. fina. Sed plenius Specula. in titu. de notorio crimine per totum. et Ioannes And. in dicto c. uestra. ipsorum dicta referens. et Cyn. in l. si ea. C. de accusa. ubi per Salycet. et plenius per D. Antonium in d. c. uestra. in sua repetitione, qui hanc difficilem materiam latius distinguit. Ex quorum dictis recolligendo et aliqua addēdo, eorum tamen ordinem in totum nō seruando, pro declaratione huius materiæ sex mēbra principalia consideranda sunt.

PRIMI MEMBRI.

SVMMARIVM.

1 ☞ Notorium quotuplex sit. & nu. 7.
2 Notorium ut inducatur, quot requirantur.
3 Notorium circa quæ cadat.
4 Notorij effectus quis.
5 Notorium qualiter conseruetur.
6 Notorium qualiter in iudicium deducatur & qualiter probetur.
7 Notorium facti quomodo diffiniatur, & quid sit.
8 Notorium facti quotuplex.
9 Notorium facti continui quale.
Intellectus ad c. uestra. de cohab. cler. & mul.
10 Notorium facti interpolati quale.
11 Notoriū facti transeuntis & non redeuntis. seu momentanei quale.
12 Notorium iuris quid & quale.
13 Notorium iuris est triplicis speciei.
14 Notorium dispositionis quale. & nu. 17.
15 Notorium præsumptionis quale. et nu. 18.
16 Notorium probationis quale. & nu. 20. & 27.
19 Notorium præsumptionis ut inducatur, quæ requirantur.
21 Sententia accipitur pro ueritate.
22 Sententia publicè lata inducit notorium, secus si occultè quod procedit si lata est in plenario iudicio: seu præcedente plenaria probatione. secus si in summario iudicio: seu præcedente summaria cognitione.
23 Sententia diffinitiua etiam nulla, si ab ea non est appellatum, inducit notorium. & nu. 26.
24 Sententia interlocutoria in iudicio lata ex abrupto, etiam lata præcedente summaria cognitione, non inducit notorium.
25 Sententia præcepti non transit in rem iudicatam, si lata fuit sine causæ cognitione: aliàs æquiperatur sententiæ diffinitiuæ. & inducit notorium.
28 Confessio in iudicio facta plenario siue summario, ualido siue nullo, dum tamen non ex defectu iurisdictionis, inducit notorium. nume. 30. & hoc regulare est. nume. 32.
29 Confessio ad sui esse non requirit solam iudicij, cum ex abrupto fieri possit, & suas habeat uires, et paratam executionem.
31 Confessio in iudicio facta, ut dictum est inducit notorium, quod procedit siue sit facta principaliter, siue incidenter, dummodo id super quo confitetur, sit annexum ei, quod principaliter in iudiciū deducitur: aliàs secus.
33 Confessio facta in exceptione, uel super eo, quod non esset annexū ei principaliter de quo litigatur, non inducit notorium.
34 Confessio, si contra eam opponitur, & petitur reuocari, cum eius fides uacillet, non inducit notorium.
35 Confessio metu facta, puta tormentorum, non inducit notorium.
36 Confessio facta coram iudice, sed non in figura iudicij non inducit notorium.
37 Confessio quantumcunq; facta in iudicio, si tamē parte absente non inducit notorium.
38 Confessio facta in iudicio nullo ex defectu iurisdictionis non inducit notorium.
39 Confessio facta extra iudicium si tamen in conspectu populi uel maioris partis inducit notorium, quod uerū est si facta foret in præsentia partis cuius interest, tā in ciuilibus quàm criminalibus, num. 40. quod procedit etiam si pro fisco uel interesse habēte alius acceptet, nu. 41 aliàs secus. nu. 42.
42 Confessio facta extra iudicium in conspectu populi, non tamen aliquo acceptante, licet ipse actus dici possit notorius, non tamen ipsa inducit notorium, sed tantum suspicionem & uehementem præsumptionem de delicto, adeò quòd inducit notorium præsumptionis sufficientis ad condemnationem, nisi ille aliter se purget.
43 Confessio facta non coram populo, licet coram pluribus etiam præsentibus interesse habentibus & acceptantibus, licet præiudicet, non tamen inducit notorium nec manifestum. nu. 44.
44 Intellectus ad Gloss. in l. ictus fustium. ff. de infamibus.
45 Confessio ficta surgit ex actibus extraiudicialibus, quandoque & inducit notorium.
46 Confessio resultans ex defectu purgationis transit in notorium.
47 Probatio iudicialiter facta, non solum inducit manifestum, sed etiam notorium, quod procedit si contra eam nihil est oppositum, nec opponi pōt. nu. 48.
Intellectus ad c. quæsitum. de tempo. ordinan.
Intellectus ad c. dudum. el ij. de elect.
49 Notum & notorium differunt, & quid dicatur notū.
50 Probatio, ut supra inducens notorium, procedit non solum si facta foret per uiam agendi, sed etiam si per uiam exceptionis, si illa fuit plenè examinata, aliàs secus. Itē si facta fuit in plenario iudicio. n. 51

Probatio

52 *Probatio ut supra iudicialis inducens notorium procedit, siue sit facta per testes, siue per instrumenta.*



1 PRIMO uidendum est † quotuplex sit notorium, & cuiuslibet eius species quid sit exempla punendo.
2 Secundò † quot requirantur ad notorium inducendum.
3 Tertiò † circa quæ cadat notorium.
4 Quartò † quid sit eius effectus.
5 Quintò † qualiter conseruetur.
6 Sextò † & ultimo qualiter in iudicium deducatur, & qualiter probetur.

Circa primum dicendum est, quidquid dicat Glos. in dicto c. uestra. de cohabi. cleri. & mulie. quòd duplex est notorium.

7 Quoddam † enim est notorium facti, & quoddam notorium iuris. Circa notorium uerò facti, quod ipsum notorium multis modis diffinitur per Ioannem And. in dicto cap. uestra. Sed diffiniendo ut ibi diffinit D. Antonius. Notorium facti est finita & communiter indubitata probatio, immediata natura facti, uel rei continuæ, uel interpollatæ, aut momentaneę, se oculis hominum aut maioris partis ita se exhibens, quòd nulla tergiuersatione celari potest, aut negari, vtpote cuius uniuersus populus, uel maior pars eius testis esse potest, & hęc diffinitio sumitur ex textu, qui melior est, quàm in corpore iuris inuenitur. uidelicet. in c. cum dilectis. extra de purga. canon. & partim in c. tua. & c. fin. de cohabita. cle rico. & mulie. & huic concordat Archidiaco. in cap. Romana. §. finautem. de appellatio. in vj. & in cap. j. de offic. delega. eodem libro. Ad hoc etiam textus. ij. quæst. j. de manifesta. Et istud noto-
8 rium facti † est triplex. Nam quoddam † est no-
9 torium facti continui prout est, quod palatium dominorum priorum, uel quòd forus sit in platea Perusina, uel quòd quis teneat pontem supra ulam. est enim hoc notorium: quia est res nota omnibus uolentibus inspicere. Ad hoc auctentica qui semel. C. quomodo, & quando iudex. & cap. euidentia. extra de accusatio. Item quod clauius in carceribus teneatur, similiter est notorium facti continui, ut c. dilecta. extra de appellatio. ut tenent Doctores in d. c. uestra. Quod procedit quando carceres exhibēt se oculis hominū, aliàs si essent in locis occultis, prout est in multis locis, & tunc non posset esse notorium, prout dicit & bene Do. Antonius in dicto cap. uestra. Est etiam notorium facti continui, si aliquis detineat concubinam, omnibus uicinis scientibus, ut C. de nup. l. si uicinis. & dicto canone de manifesta. Quod uerum est, quòd hoc sit notoriū facti permanentis in hoc uidelicet quòd detineat fœminam: quia hoc se exhibet immediate oculis hominum; Sed quòd cum ea se copulet non est notorium facti. Quia copulatio oculis hominum se non exhibet, sed est notorium præsumptionis in ria, quod uerum est, nisi ipsam detineat in thoro, mensa, & lecto, & liberi uadant in gremio eius baiulantes, cum tunc sit notorium facti continui, prout uoluit Speculator in titulo de notorio crimine. §. notorium. uersiculo notorium facti. per c. tua nos. sæpius allegato, & ita intelligi potest textus † in dicto c. uestra. secundum D. Antoniū.

10 Quoddam est † notorium facti interpollatum, ut est. quòd quis mutuet ad usuras, tenendo altare paratum, uel tenendo pannum rubeum ad ostium, prout est de consuetudine in certis locis, prout uoluit Ioannes And. in additio. Specul. in dicto §. notorium. Ad hoc cap. cum tu. extra de usur. & quod notatur in c. cum in diœcesi. & ibi per Ioannem And. eodem titulo. Licet in hoc dici possit habere actum continuum, respectu aptitudinis, ex quo stat paratus ad mutuandum, tamen respectu actus dicitur habere actum interpollatum, cum non semper mutuet, sed interpellatum, secundum ipsum D. Antonium.

11 Quoddā est † notorium facti transeuntis, & nō redeuntis seu momentanei, ut est si in conspectu populi omnibus uidentibus, uel maiori parte quis sit interfectus. ij. q. j. §. quando autem. potest enim transire in notorium, non solum factum cōtinuum uel interpollatum, sed etiam momentaneum, prout est extra de translation. prælato. c. quanto. & de cleri. excom. c. illud. & c. uenerabi. lem. de electio. & in dicto c. cum in diœcesi. & de tempor ordin. c. ex tenore. & c. finali. licet aliud uoluerit Barto. in l. illicitas. §. ueritas. ff. de offic. præs. & in l. si uerò. §. qui pro re. ff. qui satisda. cogan. & in auctēn. qui semel. C. quomodo, & quādo iudex. & in l. ciues. C. de appella. & notatur bene, ut supra patet, secundum D. Nicolaum. Et hoc in notorio facti.

12 Circa uerò † notorium iuris dicendum est, quòd ipsum notorium iuris est probatio finita, per medium in iure facta, aut facto iudicialiter discusso siue aliàs notorio à iure sumpto. Et istius
13 † notorij iuris triplex est species principaliter.
14 Nam quoddam † est notorium dispositionis,
15 quoddam † præsumptionis, & quoddam † pro-
16 bationis. Notorium uerò dispositionis † est: quā-
17 do aliquid probatum est in iudicio, uel confessatum, uel aliàs notoriè factum, ius extēdit ad aliud factum, ita disponendo. Nam constito quòd aliqua ecclesia sit sita in diœcesi alicuius episcopi, Vel aliqua res sit sita infra limites alicuius parochiæ, ius disponit quòd episcopus habeat ibi episcopalia. extra de offic. ordin. cap. conquerente. Vel quòd ex fructibus illius rei debeantur decimæ ipsi ecclesiæ parochiali, ut in c. ad decimas. de restit. spol. lib. vj.

18 Notorium uerò † præsumptionis est, quando aliquod factum in iudicio probatum, uel cōfessatum, uel aliàs notorium factum, ius extendit ad aliud, non disponendo, sed præsumendo, seu fingendo, ut est si aliquis omnibus uidentibus teneat fœminam suspectā in domo, ex hoc enim ius

ius præsumit, quòd cum ea habeat coitum, uel si
præcedentibus sponsalibus aliquis sponsam co-
gnouit, ius fingit quod illa sit uxor, extra de sponsa.
c. is qui. secundum D. Antonium in d. c. uestra.
19 Qui tamen dicit quòd ad tale notorium † indu-
cendum, requiruntur duo. Primum, quòd factũ
ex quo à iure trahitur præsumptio, fictio uel di-
spositio sit notorium facti uel iuris. Secũdum quod
ius præsumat, fingat uel disponat: ut supra.
20 Notorium † uerò probationis seu fidei est: quando
aliquid est iure probatum, uel ius assumit illud
pro perfecta approbatione, quod exemplificari
potest pluribus modis. & primo in sententia, ut
patet in d. c. uestra. & in c. proximo. tua nos. in fi.
21 Accipitur enim sententia † pro ueritate. ff. de re
iudic. l. res iudicata. & ff. de statu homin. l. inge-
nuum. & extra de re iudic. c. cũ inter. Quod pro-
22 cedit in sententia † ut ipsa inducat notorium: quando
est publicè lata: aliàs si occultè, & tunc illa non
inducit notorium. Imò & nec publicum: ut ex-
tra de re iudic. c. ad probandum. Item procedit
quando sententia est lata in plenario iuditio seu
præcedente plenaria probatione. Aliàs si senten-
tia sit lata in summario iudicio, seu præceden-
te summaria cognitione, non induceret noto-
riumcum aliàs ut plenissima probatio obsta-
ret in plenario, contra; l. si quis à liberis. §. me-
minisse. ff. de libe. agnosc. & ff. de his qui sunt sui
uel alie. iur. l. pen. & extra de testib. c. ueniens. el
23 ij. Item procedit in † sententia diffinitiua, etiam
si sit lata nulla præcedente probatione, cum cen-
seatur iusta, si non appelletur, & transeat in rem
iudicatam, & inducat notorium absque alia pro-
batione, extra de re iudic. c. cum inter uos. prout
voluit in d. c. vestra. Ioannes And. & Ioan. Cald.
prout ibidem refert D. Antonius ita residens.
24 Sententia uerò † interlocutoria in iudicio la-
ta ex abrupto non inducit notorium, cum non
omnis uox iudicis, uim sententię habeat. C. de
senten. & interlocut. l. ex stipulatione. & C. com-
mination. & epistolas. l. i. & ij. & ut notatur per
Inno. extra. de restit. in integ. c. ii. secũdũ D. An-
ton. qui dicit idẽ esse si sit lata præcedente sum-
25 maria cognitione, ex his inferens: quòd † sen-
tentia præcepti non transit in rem iudicatam. Ad
hoc Glo. ij. q. i. in summa. & extra de elec. c. dudũ.
el ii. & C. de bonis quæ liber. l. non solum. §. ne-
cessitatem.
Quod verũ est: quãdo præceptũ fuisset latũ si-
ne causæ cognitione: aliàs si cũ causę cognitio-
ne, & tũc induceret notorium, cum ęquiperetur
sententiæ diffinitiuæ, maximè præcedente litis
contestatione, prout notatur. ff. de confess. l. non
fatetur. & extra de confess. c. finali & de appel. c.
26 peruenit: Item † procedit in sententia: quando transi
uisset in rem iudicatam: aliàs, si non transiuisset
in rem iudicatam, ut quis ab ea fuisset appellatũ,
uel appellari potuisset, & tũc non induceret no-
toriũ, cum pro ea nõ præsumatur, ex quo reuo-
cari potest: ut d. c. cum inter uos. & ut notatur. ff.

de euict. l. Herennius. §. Caia & extra de offi. de-
legat. c. cum in iure. & de probat. c. in præsentia.
Ad hoc etiam quod in simili dicetur infra in cõ-
27 fessione. Secundo modo † exemplificari potest
notorium probationis in confessione, cum ipsa
inducat notorium, ut patet ex c. allegato. uestra.
& c. tua nos. & c. fin. de cohabit. cler. & mulier. &
de uerb. sign. c. cum olim. circa quam & pro eius
28 declaratione dicendum est, quòd aut ipsa † con-
fessio emanauit in iudicio, aut extra iudicium.
Primo casu: quando emanauit in iudicio, & tunc
ipsa inducit notorium, prout patet in dictis iuri-
bus, quod procedit siue talis confessio sit facta in
iudicio plenario, prout in dictis iuribus, siue in
iudicio summario, prout uoluit notabiliter In-
nocen. in c. cũ dilectus. de ordin. cognition. c. i.
de confess. & c. i. de except. & c. qualiter. el ij. de
accusat. in Glo. magna uersi. non negamus. Cõn-
29 fessio. † enim ad sui esse nõn requirit telam iu-
dicii: quia potest fieri ex abrupto, & habet suas
uires, & executionem paratam, prout notatur in
d. c. dudũ. & ff. de procur. l. si reus paratus. Item
30 procedit † in ipsa confessione in iudicio facta,
siue sit facta in iudicio ualido, siue in iudicio nul-
lo, cum sufficiat iudicis præsentia, ut ipsa habeat
omnem effectum, etiam dato quòd fiat in iudicio
nullo, ut est casus notabilis in c. Pisanis. de restit.
spoliat, & nota. in Clem. cõstitutionẽ. de electio
ne. Dũmodo non sit nullũ ex defectu iurisdõnis,
31 pur infra patebit. Item procedit † in ipsa confes-
sione in iudicio facta, siue sit facta principaliter,
siue incidẽter: ut uoluit Inn. de excep. c. i. & d. c.
qualiter. in Glo. magna. Dummodo id super quo
cõfitetur, sit annexũ ei, quod principaliter in iu-
diciũ deducitur, prout notatur in d. c. l. de excep.
& in c. ii. extra de confess. Aliàs si non esset anne-
xum non præiudicaret, & ita procedat quod uo-
luit Glo. in l. si filiũ. C. de liber. causa. Ita quod con-
32 cludi potest, quòd ipsa † confessio in iudicio fa-
cta regulariter inducit notorium, prout patet in
dictis iuribus. Quod & licet regulariter sit uerũ,
tamen fallit.
33 Et primò: † quando fieret in exceptione, vel
super eo, quod non est connexum ei principali-
ter de quo litigatur, prout notatur in d. c. i. de ex-
ception. & in c. uenerabilis. eodem titulo. & in d.
l. si filium.
34 Secundò † fallit: quando contra eam oppo-
neretur, uel peteretur eam reuocari, ut erroneã.
Nam cũ tunc eius fides uacillet non inducit no-
torium, prout uoluit Hostien. in c. cum speciali,
de appellat. & Ioannes And. in d. c. cum olim. Ad
hoc Glo. in c. cũ sit Romana; de appel. & de uerb.
signif. c. ex parte. el j. Imò & Glo. ibi plus uoluit
quòd confessio non transeat in notorium, donec
potest reuocari, uel aliquid contra illam opponi,
& sic usque ad sententiam. Ad hoc c. cum dilecti
extra de accus. Quod forte uerum non est, cum
aliàs ut confessio induceret notorium require-
retur sententia, quod est contra c. fina. extra de
cohab.

cohab. clerico. & mulie. secundum D. Antonium in d. c. uestra. eodem titu. Nisi fortè dicatur, quòd illud procedat in confessione procuratoris, cum in confessione propria, non cadat de facili reuocatio, sicut in confessione procuratoris, prout notatur extra de confes. c. finali. ubi de hoc, de quo in dicto c. ex parte.

35 Tertiò † fallit: quando ipsa confessio fuisset facta non sponte sed metu, puta tormentorum, cũ tunc non inducat notorium, prout uoluit Glos. ij. q. j. manifesta. Imò & plus dixit Glo. in c. ex tenore. de tempor. ordi. quo ad hoc ut inducat notorium requiritur quòd sit facta non interueniente metu probationis; quia per hoc non detraheretur ui probationis, & hoc quando metus inficit uel detrahit confessioni, aliàs induceret notoriũ, per ea quæ habentur. extra de offi. deleg. in c. causam. in princi. & ibi per Innocen.

36 Quartò † fallit: quando ipsa confessio fuisset facta corã iudice, sed non in figura iudicij, prout uoluit Glo. not. C. de libe. cau. l. iubemus.

37 Quintò † fallit: quando ipsa confessio fuisset facta parte absente, cum & tunc quantumcunque sit facta in iudicio non inducit notorium, cum nõ præiudicet: ut ff. de confes. l. certum. §. si quis absente. ubi de hoc.

38 Sextò † fallit in confessione facta in iudicio nullo ex defectu iurisdictionis, cum tunc non ualeat nec præiudicet, ut notatur extra de iudic. in c. at si clerici.

39 Secundò uerò † casu uidelicet, in confessione facta extra iudicium, dicendum est, quòd aut talis confessio fuit facta in cõspectu populi uel maioris partis, & hæc inducit notorium, cum habeat suos comites, cum de ipsa confessione notoriè cõstet, & eius effectus approbetur à iure, meritò inducit notorium iuris, unde sufficit quòd de ea fiat fides, secundum D. Antonium in dicto cap.

40 uestra. Quod procedit si fuit facta † præsente eo cuius interest, cum tunc ualeat & inducat notorium. Ad hoc quod notatur extra de confess. cap. fin. & hoc uoluit ubi supra ipse D. Antonius, dicens hoc procedere in contractibus, & similiter in delictis, si sic facta in præsentia populi uel maioris partis, cum tunc non solum ipse actus confessionis sit notorius, sed etiam ipsa confessio inducit notorium iuris, si sit facta præsente aliquo

41 pro fisco recipiente, uel pro † illo cuius interest. Ad hoc quod notatur in simili de usurario, qui confessus fuit coram notario. in c. quanquam. de usur. lib. vj. & per Federic. in consi. cxx. Præiudicat enim talis confessio in delictis, sicut & in contractibus, si sit facta recipiente aliquo pro illo cu-

42 ius interest. Si uerò † fuit facta ipsa confessio in conspectu populi uel maioris partis aliquo non recipiente pro fisco, uel pro illo cuius interest, & tunc licet ipse actus confessionis notorius sit, tamen ipsa confessio non inducit notorium, cum à iure non approbetur, ex quo fuit facta parte absente. Sed bene inducit saltem suspicionem & uehementem præsumptionem de delicto, adeò quòd dici potest quòd inducat notoriam præsumptionis uel suspicionis sufficientis ad cõdemnationẽ, nisi ille aliter se purget, & ita intelligi poterit qđ uoluit Inno. in c. per inquisitionem. de elect. & quod uoluit Glo. ff. de infam. l. ictus fustium. Et hæc quando ipsa confessio fuit facta in conspe-

43 ctu populi uel maioris partis. Si uerò † ipsa confessio non fuit facta coram populo uel maiori parte, sed coram pluribus, & hæc non inducit notoriũ. Ad hoc quod not. per Glo. ff. de infam. l. quoniã. ubi Glo. dicit eã non ualere per l. j. in fi. ff. de interrog. actio. ubi Glo. dicit eam non præiudicare & hoc uoluit Archid. in c. j. de offi. deleg. in vj. licet Inno. ibi aliud uoluerit. Quod procedit etiã si talis confessio fiat præsentibus illis quorum interest & acceptantibus, cum tunc licet ualeat & præiudicet, iuxta notata. ff. de proba. l. cum de indebito. §. fi. & extra de confes. c. fi. Tamen non inducit notorium, cum non reperiatur hoc iure cautum; ut ipsa confessio extraiudicialis inducat notorium. pro quo facit: quia ipsa nõ est firma probatio, cũ reuocari possit, prout notatur in d. c. fi.

44 Imò & plus † quia ipsa non inducit manifestum, & hoc, nisi ex dictis ipsorum surgat publica & famosa insinuatio, cũ tunc inducat manifestum, & ita intelligi poterit Glo. l. ictus fustium. ff. de infam. secũdum D. Anto. in d. c. uestra. qui dicit hęc procedere non solum in uera confessione, sed & t

45 in ficta. Cũ † ficta confessio quandoque surgat ex actibus extraiudicialibus, & talis potest transire in notorium. extra de sponsal. c. is qui. & ff. de iure fisc. l. fisci. & ita intelligi potest quod nolr Iacobus in d. l. quoniam, prout Glo. ibi recitat, & Inno. in d. c. j. de offi. deleg. Et quod dicitur de confessio-

46 ne † quæ resultat ex defectu purgationis, quę trãsit in notorium iuris, ut extra de purga. cano. per totum secundum D. Antonium in d. c. uestra.

47 Tertio modo exemplificari potest tale † notoriũ in probatione quando aliquid esset iudicialiter probatum, talis enim probatio non solum inducit manifestum: ut extra de uerb. signi. c. cum olim. & c. super quibusdam. & hoc sentit Gloss. in d. c. uestra. & ij. q. j. manifesta. Sed etiam inducit notorium, cùm in iudicio probatum, sit probatio firma, & sit notorium, ut supra patet. Ad hoc † text. optimus extra de tempo. ordi. in c. quæsitum. ubi textus dicit probatum uel aliàs notorium & sic dictio, aliàs, implicat, quòd sit notorium. & hoc uoluit Glo. in d. c. uestra. ibi, sed tale manifestum, uoluit etiam Gloss. extra de accusatio. cap. euidentia. & in dicto cap. cum olim. & dicto cap. super quibusdam. & xxviij. quæstio. prima. in summa. & Innocent. de filiis presbyte. cap. constitutus. & de appella. solicitudinem. in uerbo notorium. & in cap. cum speciali, in uerbo uel alio, eodem titulo. & de accusatio. capitulo qualiter. el secundo. & hoc etiam uoluit Archidiac. in cap. j. de litis contesta. in sexto. Ioannes Andr. extra de usur. in c. quam perniciosum. super uerbo cõstitit.

stitit. & in c.quia in omnibus . io uerbo manife-
sta. & in d.c.cum olim. Ioannes Cald. in d. c. ue-
stra, de cohabi. cler. & mul. & ita tenent commu-
* niter Doctores * in c.dudum.el ij. de elec. & cō-
muniter tenetur secundum D. Antonium io d.c.
48 uestra. qui hoc etiam tenet, quod procedit : † qñ
probatio est in tali statu quòd contra eam nihil
est oppositum, nec opponi potest: ut quia est cō-
clusum in causa, aliàs si opponatur uel opponi
posset, tunc cum eius fides uacillet non inducit
notorium, prout uoluit Archid. 50. dist. de lapsis.
Secundum D. Antonium in d.c. uestra. qui tamē
dicit quòd si opponi posset & nō opponatur in-
ducet notorium, prout uoluit. Hostien. in dicto
c.cum speciali. Quod tamen non procedit sine
dubitatione. Imò & fortè in hoc contrarium est
dicēdum, sicut dixi in sententia à qua potest ap-
pellari ut supra. Pro quo ēt facit: quia & tunc eius
fides uacillat, unde diffinitio notorij nō cōuenit,
& ita fortè procedere poterit qđ uoluit tea. † io
d.c. dudū, ubi posuit hæc ut diuersa, notorium &
iudicialiter probatum. & Bar. in l. illicitas. §. ue-
49 ritas. ff. de offic. præsid. ubi dicit differētiā † esse
inter notum & notorium, cum notū dicatur iudi
cialiter probatum, ut ibi plenius per eum. de quo
per Dominos de Rota decis. ccccaxx. Itē proce-
50 dit non solum si † talia probatio sit facta per uiā
agēdi sed etiā si sit facta per uiā exceptionis. pro
ut uoluit Archid. ij. q. j. in primis. Quod uerū est:
quando exceptio fuisset plenè examinata & ad fi-
nē ad quē opponitur, cum aliàs aliud sit, per nota
ta in c.cū dilectus. extra de ordi. cognit. Itē pro-
51 cedit † quando talis probatio fuisset in plenario
iudicio: aliàs si summariè seu in summario iudi-
cio, nō induceret notoriū, cum probatio in iudi-
cio summario facta, nō inducat notorium, nisi ad
finē summarij iudicij: aliàs probatio in iudicio
summario facta faceret præiudiciū in plenario,
quod non est uerum, per notata in d.c.cum dile-
ctus. & in c.ueniens. el. ij. & c.cum causam, extra
de testi. & ad hoc quod notatur per Bald. in usib.
feud. in ti. de pac. iuram. firmand. c. j. §. si iniuria.
52 Quod † procedit in ipsa probatione ut inducat
notorium, siue talia probatio sit facta per testes
siue per instrumenta, per notata extra de offic.
delegat. c.cum in iure. & de fide. instrum. c. cum
Ioannes. C. de fid. instrumento. l. in exercendis.
Acta enim sunt euidentissimę probationes. c. li-
cet causam, extra de probat. Imò & omnia iudi-
cialiter acta dicuntur notoria, prout uoluit Cyn.
in l. i. C. ut quæ desunt. & Hostien. in c.cum dile
ctus. de consuetud. & de elect. c.cum inter. & Ioā.
And. in c.ex insinuatione, de appellat. & cap. per
tuas. de testament. Ad hoc textus. C. de iudic. l.
properandum. §. sin autem ex gestis. & in c.uene-
rabilibus. §. secundum. de senten. excommunica.
lib. vj. ubi de hoc. de quo in d.c.cum olim. & c. si-
gnificauit. de testi.

SECVNDI MEMBRI.

SVMMARIVM.

1 *Notorium est rei cui adiungitur ualde plena notitia.*

2 *Quot requirantur ad notorium inducendum, declaratur. videlicet primò quòd sit probatio finita ex se discussione non egens.*

3 *Ad notorij inductionē requiritur ꝓbatio euidēs quod se exhibeat oculis hominū absque aliquo medio.*

4 *Notorium facti ut inducatur requiritur quòd uniuersitas, populus uel maior pars possit esse testis.*

5 *Notorium ut inducatur requiritur quòd populus seu parochia sit magna, non enim sufficerent si essent de duobus.*

6 *Notorium ut inducatur requiritur quod totus populus. parochia uel maior pars possit esse testis, non ex auditu aliorum, sed proprio sensu.*

7 *Notorium ut inducatur requiritur quòd sit factū ita clarum, quòd testes decipi non possint.*

8 *Notorium dispositionis, præsumptionis uel fictionis in notorio iuris ut inducatur, requiritur quòd factum ex quo trahitur talis dispositio, præsumptio uel fictio sit notorium facti uel iuris, secūdo quòd ius disponat uel fingat. nu. 9.*

10 *Notoriū probationis ut inducatur, requiritur quòd ipsa sententia, confessio uel probatio ex quibus resultat sit lata uel facta in iudicio.*

CIRCA secundum uidelicet; quot requirātur ad notorium inducendum, dicendum est ꝙ
1 cum notorium † sit rei cui adiungitur ualde plena notitia, prout uoluit Ioannes Andr. in additionibus. in d. §. notorium. requiruntur plu-
2 ra. † Et primò quòd sit probatio finita ex se, discussione non egens, & licet allegari possint ad offuscandum notorium, tamen sufficit quòd sit probatio certa indubitata, & sic sufficit ꝙ in cōtinēto cursu sit indubitata, prout dicit D. Antonius in d.c. uestra. Ad hoc quod habetur in c.cū dilectus. de purgat. canonica. & in c. i. de offi. deleg. in vj. quod & locum habet tam in notorio facti, quàm iuris. ut supra patet.

3 Secundò † requiritur quòd ipsa probatio finita seu euidens se exhibeat oculis hominum absque alio medio: ut patet ex cap. uestra. de cohab. cler. & mulier. & in d. cap. cum dilectus. quod procedit in notorio facti, cum in notorio iuris aliud sit, illud enim exhibet se oculis hominum per medium, puta sententiæ, confessionis, uel probationis, ut supra.

4 Tertiò † requiritur ad notorium facti quòd uniuersus populus uel maior pars possit esse testis. ii. q. i. scelus. & c. de manifesta. & d. c. cum dilectus. & hoc uoluit Ioannes And. in d.c. uestra. & ibidem clarius Ioannes Calderin. quod. & tenuit etiam Vincen. prout refert Speculator in d. §. notorium.

torium,& hoc idem tenet Archid. in c.fi. de offi.
deleg.lib.vj.ubi ulterius hoc exigit ꝙ sit notum
maiori parti uiciniæ. Circa quod dicendum est
& clarius, quòd cum super hoc non possit dari
certa doctrina, iudicis arbitrio relinquendũ erit.
extra de offi.deleg.c.de causis.qui ex qualitate fa
cti se informabit,& si tale sit factũ quod respiciat
prouinciam.& tunc requiretur quòd sit notum
toti uel maiori parti ꝓuinciæ.si uerò sit factũ qđ
respiciat ciuitatẽ,& tunc similiter, requiritẽ ꝙ sit
notũ ciuitati, uel maiori parti ipsius,& sic de pa-
rochia, seu uicinia, secundum Dominum Anto-
nium in allegato c.uestra.

5 Quartò † requiritẽ ꝙ ipse populus, uel parochia
sit magna.Nã nõ sufficit populũ,uel parochiã es-
se de duobus, prout uoluit Specu.in d.§.notoriũ.
in ij.col. Verũ, quia super hoc, non põt dari certa
doctrina, iudicis arbitrio relinquetur, qui satis ar
bitrari poterit vt sufficiet populũ, seu parochiã eẽ
de decẽ. ꝑut Glos.ij.q.j.de manifesta.Cy.in l.ea
quidem.C.de accus.quod & satis est æquũ,secun
dum Butrium & D.Nico.in d.c.uestra.

6 Quintò † requiritur, ꝙ totus populus, uel paro
chia, uel maior pars populi, uel parochiæ, possit
esse testis, nõ ex auditu aliorum, prout est in fa-
ma, sed proprio sensu corporali, auditus, uisus,
vel alterius sensus immediate, secundum subiectã
materiam, vt patet in d.c.cum dilectus.& secun-
dum D.Anto.in d.c.vestra.

7 Sextò † requiritur quòd tale notoriũ sit ita cla-
rum, quòd testes decipi non possint, & ideò re-
quiritur, quòd locus in quo fit, sit publicũ, mul-
tis astantibus. Ea enim quæ in domo fiunt, cum
de facili probari non possint, nõ sunt notoria.C.
de repud.l.consensu.§.sinautem.& c. ueniens. el
ij. de testib.& de elect.c.cum dilectr. Attendĩ ẽt
debet qualitas temporis: quia non de nocte, sed
de die hoc factum fuit.xviij.q.ij.pernitiosum. ff.
de pœnis.l.aut facta.cum simil. prout uoluit Io.
And.in d.c.uestra.& Bal.in l.ciues. C. de appell.
Quod uerũ est, nisi qualitas facti aliud suadeat,
cum possit esse tale factum, quòd etiam de nocte
notorium fiat, ut in sono campanæ, ut patet in di
ctis iuribus, secũdum D. Ant.& hæc in notorio facti.

8 In notorio † uerò iuris, si sit notoriũ dispositio
nis, præsumptionis, uel fictionis, requirunt̃ duo.
& primò ꝙ factũ ex quo trahitẽ talis dispositio,
præsumptio, uel fictio, sit notoriũ facti uel iuris.
9 Secundò † quòd ius disponat uel fingat. Si uerò
10 † sit notorium probationis, & tunc requiritur,
quòd ipsa sententia, confessio, uel probatio, ex
quibus resultat notorium, sit lata uel facta in iu-
dicio. prout supra plenius dictum fuit.

TERTII MEMBRI PRINCIPALIS.

SVMMARIVM.

1 *Notorium non solum cadit in delictis, sed etiã in contractibus; licet raro in eis secundum formã notorij procedatur. nu.2.*
3 *Notorium iuris cadit in contractibus sicut in alijs.*
4 *Factum quod non est, in notorium transire non potest. quod tamen fallit in cõfessione, sed bene indirectẽ nõ factũ trãsit in notoriũ quod exemplificatur.*


IRCA tertiũ principale, quod
consistit in hoc, uidelicet, circa
quod cadat notorium. dicẽdum
1 est quòd notorium, † non solum
cadit in delictis, sed etiam in con
tractibus, potest enim esse noto
ria possessio, & contractus possessionis, Imò &
parentela, extra de diuor.c.porrò.& c. significa-
2 sti, esto quòd † in ipsis contractibus, rarò debeat
procedi secundum formam notorij, sicut & raro
proceditur in eis, secundum formam inquisitio-
nis, prout uoluerunt, Innocen.& Hostiens. in c.
tua nos.extra de cohab.cler.& mulie.& Ioannes
And. in cap. uestra. eodem titu. Ad hoc quod
notatur extra de iureiuran. cap. ad nostram. el
ij. & hæc in notorio facti.
3 Notorium † uerò iuris, bene cadit in contracti
bus, prout & in alijs, secundum Dominum An-
tonium, in d.c.uestra, secundum quem, non factũ
4 † non potest transire in notorium, cum non sit
probabile, ut extra de elect.c.bonæ.& hoc limitã
dum in confessione, cum per confessionem pos-
sit trãsire in notorium, ut in c.j.de confes. lib.vj.
Imò & licet nõ factũ nõ possit in notoriũ trãsi
re. directè, & immediatè, nisi ꝑ confessionẽ ut su
prà, tamen indirectè põt, data cohortatione. Ad
hoc quod notatur extra de elec.c.dudum.ubi pa
tet, quòd defectus scientiæ, ætatis põt esse noto-
rium, & in c.ꝑ uenerabilem.eo.titu.ubi periuriũ
erat notoriũ, & in c.ex parte.extra de cler.nõ re-
sid.ubi nõ residere solenniter, põt esse notorium.
Ad hoc quod notatur in c.quæris.de æta.& qual.

QVARTI MEMBRI PRINCIPALIS.

SVMMARIVM.

1 *Ordo iuris in manifestis seruandus est, secus in notorijs. nu.2.*
3 *Iudicia plures habent partes, & quas.*
4 *Accusatio in criminalibus, libellus in ciuilibus respiciunt principium iudicij, & in eis notorium excusat ab ipsa accusatione. quid à libelli porrectione. nume. 13.31.33.35.36.*
5 *Famosum dat facultatem iudici procedendi ex officio, multo fortius notorium.*
6 *Confessio superueniens pendente iudicio facit ut ex eadẽ tela iudicij seu instãtia possit sequi sententia.*
7 *Iudex in iudicio confessum punire potest sine alia accusatione, dummodo ad illum finem iudicium primum fuerit institutum, uel idem connexum.*
8 *Sententia ferri non potest sine accusatione, etiam in notario probationis ex eadem tela seu instantia iudicij.*

9 Delictum & si notorium, si tamen probatum non fuerit per conseruatorem puniri non potest.

10 Inquisitio non pracedente infamia si non opponatur, eius processus ualet.

11 Iudex contra conuictum in legitimo iudicio ex officio procedere potest.

12 Iudex competens data iudiciaria tela mala institutione propter defectum solennitatis partem respicientis an probationibus, ut ex notorio, potest procedere ad inquisitionem.

14 Iudex in notorijs supplere pōt de facto, inuādo intentionē deductam, nō tamen ultra naturā petitionis.

15 Citatio respicit principiū iudicij, & an requiratur in notorijs, diuersæ fuerunt opiniones.

16 Citationem tutum est in notorijs interuenire, sed si nō interueniat, an processus seu actus ualeat distinguitur, & regulariter interuenire debere, quod tamen fallit. nu. 17. & 18.

19 Citatio trina seu monitio uel peremptorij solennitas in summarijs non requiritur, multo fortius nec in notorio facti uel iuris surgentis à facto notorio.

20 Citatio simplex etiam in notorijs necessaria est: alias sententia & processus uitiabitur, & hoc regulariter fallit in nouem casibus. nu. 21.

22 Citatio non requiritur in processu fiendo super informatione notorij.

Intellectus ad c. bona. el primo. de electione. & n. 29

23 Citatio non requiritur cùm agitur de priuatione iuris gratiosi.

24 Citatio non requiritur. cum testes superuacuo recipiuntur ad probandum notorium.

25 Citatio amplius non requiritur, cùm iudex parte præsente se de notorio informauit.

26 Citatio non requiritur: quando notoriū dirigitur tantum ad finem certi actus iniusti declarandi.

27 Citatio non requiritur cū delictū commissum est in cōspectu iudicis & incontinenti eum iudicet.

28 Citatio non requiritur cum timetur de scandalo, ne periculum sit in mora.

29 Citatio non requiritur quādo certum est absenti nullam competere defensionem.

Intellectus ad c. cum olim. de re iudicata.

Intellectus ad c. quanto. de transla. præla.

Intellectus ad c. uenerabilem. de electione.

Intellectus ad l. iii. ff. de administ. rer. ad ciuit. perti.

30 Citatio non requiritur in sententia censuræ.

32 Petitio qualis qualis in notorio an necessaria. nume. 33. 34. & 35.

37 Litis contestatio, iuramentum calumniæ, probationes & defensiones respiciunt medium iudicii.

Litis contestatio & iuramentum calumniæ sunt de iudicijs ordinatoriis.

Probationes & defensiones sunt de iudicij decisorijs.

38 Ordinatoria iudicij, an in notorijs requirantur.

39 Ordinatoria iudicij inuenta sunt propter finem indagandi ueritatem.

40 Ordo iuris in notorijs non necessarius, & quare.

41 Ordo iuris in notorijs non necessarius ne dum in casibus in quibus iudex ex officio procedere potest, uerum & in hij, in quibus non posset.

42 Ordinatoria acta in iudicio summario non necessaria, quod procedit ne dum in notorio facti, uerum et in notorio iuris siue dispositionis, seu præsumptionis uel fictionis. nu. 43. Quid autem in notorio probationis, nume. 44.

45 Ordo iudiciarius an necessarius cū petitur executio sententiæ in prima instātia latæ, quæ iuit in notoriū.

46 Ordo iudiciarius an necessarius cū agitur actione in factū descendente ex sententia uel confessione.

47 Ordo iuris in notorijs licet necessariò nō seruandus, si seruatur, non propterea processus uitiatur.

48 Ordo iuris circa decisoria, an seruandus in notorijs. nume. 49.

50 Iudex quandoq; supplet in notorijs, et circa decisoria in proponendo exceptionē peremptoriam notoriam.

51 Iudex supplet in notorijs cōnexis negotio principali.

52 Exceptio proprietatis notoriæ opponitur & admittitur in iudicio possessorio.

53 Exceptio proprietatis in possessorio regulariter non admittenda fallit cōtra agentē ma attētati, eo. nu.

54 Probationes an requirantur in notorijs.

55 Factum notorium in conspectu iudicis pro tribunali sedentis non requirit probationes.

56 Notorij qualitas: cum exigitur ad fundandam potestatem iudicis, ut est in conseruatore, de ea constare debet.

57 Iudex nō sufficit quod habeat iurisdictionē, nisi sciat habere.

58 Notorium si negetur per aduersarium seu partem, quomodo procedatur.

59 Notorium si non negetur tamen defensio uel excusatio proponatur; quomodo procedendum.

60 Sententia lata non auditis defensionibus nulla est.

61 Notorij qualitas cùm solum exigitur ad fundandam potestatem, si iudex uult ordinariè procedere, sufficit quòd notorium allegetur, nec exigitur aliqua informatio, secus si extraordinariè. nu. 62.

63 Iudex quando habet se de notorio informare, pōt hoc facere parte non citata, nec testibus iuratis.

64 Iudex cū habet se super notorio informare, ante omnia ad famam recurrere habet, etiam proprijs auribus eam audire, si ex officio procedat, si uerò ad partis instantiam à fidedignis de ipso notorio se informare habet. nu. 65. & 66.

67 Iudex de eo quod sibi non constat ut iudici, iudicare non potest.

68 Iudex ut ex notorio probationis iudicare possit, requiritur quòd de ipsis probationibus constet.

69 Notorium eo casu quo constare habet, sufficit factum esse notorium, & certum in suo genere.

70 Notorium ut constituatur non est necesse quòd omnes facti circunstantiæ sint notoriæ.

71 Iudex, cùm super notorio se informare habet, si se non informet, an processus sit nullus. nu. 72.

73 Qualitas aliqua ubi exigitur ad fundandum modum procedendi, oportet quòd super illa ante omnia se informet iudex, & de ea sibi constet.

74 Notorium cùm in iudicio constat, an sit necesse probare factum ipsum notorio subiectum. nu. 75.

76 Notorium relevat ab onere probandi, quomodo intelligendum. & nu. 77. & 78.

79 *Sententia respicit finem iudicij, & quid in ea operetur notorium declaratur. nu. 80. 81. & 84.*

82 *Delinquens eo ipso quòd est notorius, est suspensus: nec tolerari potest sed ab eo recedi debet. nu. 83.*

85 *Sententia cùm requiritur in notorio, non est necesse ut feratur in scriptis.*

86 *Praeceptum in notorio loco sententiae sufficit.*

87 *Praeceptum sufficit contra confessum.*

88 *Sententia semper exigitur in criminalibus in notorio iuris siue dispositionis, siue praesumptionis seu fictionis, si notorium surgat à probationibus seu confessione, nec tunc sufficit praeceptum. Quid autem in ciuilibus. & nu. 89.*

90 *Sententia semper requiritur in notorio probationis & solemnis in una, & alia instantia. Secus in notorio sententiae. nu. 91.*

92 *Notorium, si repugnat sententiae, an eam inficiat. nume. 93.*

94 *Manifestũ si sententiae repugnat, eam non inficit.*

95 *Notoriũ quid operetur in his remediis quae post sententiã inuenta sunt, & quae sint ista remedia. n. 96*

97 *Manifestum non excludit à facultate appellandi secus notorium.*

98 *Notoriè delinquens non auditur appellans.*

99 *Sententia lata in notorio poterit exequi etiam non expectato decennio, quod an procedat non solùm in criminalibus uerũ etiam in ciuilibus. nu. 101.*

100 *Frustra expectatur, cuius euentus nihil operatur.*

102 *Appellari non potest regulariter à sententia lata super crimine notorio. nu. 108. Quid autem in notorio probationis confessionis num. 109. Idem, in causa ciuili. nu. 110.*

103 *Appellari potest à sententia super notorio crimine, si omissa fuit citatio.*

104 *Appellatur ualidè etiam in notorio crimine ante sententiam propter probabiles excusationes seu defensiones non admissas.*

105 *Appellatur efficaciter à sententia lata super crimine notorio, si illa est nulla.*

106 *Appellari potest à sententia lata super notorio crimine in quo non est certa à iure statuta poena, sed arbitraria, si arbitrando modus excedatur.*

111 *Appellari cùm potest à sententia super notorio confessionis, an necessariò sit deferẽdũ. n. 112. et 113*

113 *Confessus et cõuictus regulariter non appellat, nec eius appellationi est deferendum. fallit ut in sequentibus inumeris.*

114 *Confessus & cõuictus allegãs aliquã iustã causam contra eius confessionẽ & probationẽ, si appellat est in potestate iudicis eam admittere uel non.*

115 *Cõfessus & cõuictus regulariter nõ appellat, quod est uerũ in cõfessione proprij oris, secus si fictè uel in confessione defuncti, cùm illa non excludat à facultate appellandi.*

116 *Appellari potest in notorio per sententiam, in eadem tamen instantia: secus in alia, & quando, & quare. nume. 117.*

118 *Nullitas an proponi possit contra sententiam latam in notorio. nu. 119.*

120 *Appellare qui non potest non propterea prohibetur supplicare.*

121 *Appellationis remedio exclaso, non propterea uidetur exclusum remedium dicendi de nullitate.*

122 *Iudex cùm habet se de notorio informare, si se non informat, iudicium est nullum, & dicens nullum non est grauandus id probare. si tamen posteà de ueritate appareat esse notorium iudicium tenet.*

123 *Probatio priuilegiata non excludit contrariam probationem.*

124 *Restitutio contra sententiam in terminis praemissis peti potest, sicut & dici de nullitate.*

125 *Iudex an in notorijs possit recusari.*



IRCA quartum membrũ principale, de effectibus notorii dicendum est, quòd licet iura di-
1 cant etiam in† manifestis ordinem iuris fore necessariũ, prout habetur. 56. dist. de lapsis,
& prout notatur. ii. quaest. prima. in summa. Ta-
2 men in† notoriis, prout iura dicunt, ordo iuris
non est necessarius, cap. peruenit. extra de testi. & de appellat. cap. consuluit, & dicto cap. ad
nostram. & cap. bonae. de elect. et ii. & ii. quaest.
j. manifesta. & cap. de manifesta. & cap. scelus.
& de purgat. canon. cap. cum dilectus. & de restitu. spoliat. cap. olim. et primo. per quae patet
unus effectus notorii, pro cuius pleniori declaratione; quia talis ordo iuris respicit modum pro-
3 cedendi in iudiciis, quae† habent plures partes.
Cum quaedam respiciant principium iudicii, &
quaedam medium, & quaedam finem, & quaedam
sunt remedia circa finem, & ea per ordinem discurriendo, & incipiendo ab iis quae sunt princi-
4 pium iudicii, prout & sunt plura, quorum† pri-
mum est accusatio in criminalibus, & libellus in
ciuilibus, & in eis dicendum est, quòd notorium excusat ab ipsa accusatione, de iure ciuili,
quo iure procedi potest in notoriis, absque accusatione, per uiam denuntiationis officialis.
C. de accusat. l. ea quidem, & etiam ipse iudex
potest, suo solo officio procedere in eis. ff. de
adult. l. ii. §. ex publico, & ff. de offic. praesid. l. congruit. sed etiam de iure canonico, et multo for-
5 tius, quo iure† non solum notorium, sed etiam famosum dat facultatem iudici procedendi ex
officio, cap. qualiter. el ij. extra de accusatio. et
cap. cum oporteat. et de simoni. cap. licet Hely. et cap. per tuas. et ii. quaestio. i. omnipotens.
quod procedit in notorio facti, cap. euidentia.
de accusat. et ii. quaestio. j. manifesta. et cap. quae
Lotharius, et in notorio iuris, puta, dispositionis, fictionis, uel praesumptionis, quando constat notoriè de facto, à quo surgit dispositio, fictio, uel praesumpsio, ut dicto canone de manifesta. Ad hoc etiam cap. uestra. de cohab. cleric. et
6 mul. et etiam in notorio confessionis. Cum†
confessio superueniens pendente iudicio faciat ut ex eadem tela iudicii, seu instantia possit sequi sententia, ut in cap. primo. et ij. de

accuſ.in vj. Et ex alia inſtantia ſen tela,cùm poſ-
7 ſit iudex ex †officio inquirere & puuire talem in
iudicio confeſſum, ſine alia accuſatione, dum-
modo ad hunc finem iudicium primum fuerit
inſtitutum, uel eidem connexum ſit: aliàs aliud
eſſet. prout notatur in c.cum dilectus. de ordin.
cogni. & de except.c.j.& de confeſſ.c.ij. & in d.
c.qualiter.& ibi per Innocen.
8 In notorio† uerò probationis, ex eadem tela
ſeu inſtantia iudicij, ſine accuſatione non pote-
rit ferri ſententia,ex quo ipſo iure iudicium de-
ficit propter defectum ipſius accuſationis, ab
aduerſario requiſitæ, contra ipſam opponen-
tem.cap.inquiſitionis. extra de accuſa. Ad hoc
quod notat Innocen.in c.j.de offic.deleg.lib.vj.
9 vbi dicit quòd ſi † delictum notorium non
probatum fuerit coram conſeruatore, de illo
nõ poterit punire. Ad hoc quod notatur per Ar-
chidiac.& Ioan.Monachum.in c.j. de accuſatio,
lib.vj. vbi idem uoluit Ioannes And. Secus au-
tem,ſi iudicium ipſo iure non deficeret, ut quia
talis ſolennitas nõ eſſet de ſubſtantia,ut quia nõ
petita, prout eſt caſus. in c.ij. de confeſſ. lib. vj.
10 vt eſt:quando fuiſſet inſtitutum iudicium, † in
forma inquiſitionis non præcedente infamia, cũ
tunc ualeat proceſſus ſi non opponatur, ut d.c.
ij. In alia uerò tela ſeu inſtantia iudicij,poſt pro-
bationem factam,in legitima tela, ſeu Inſtantia,
tale notorium probationis excuſaret à ſolennita
11 te ipſius accuſationis.vnde poterit iudex†cõtra
talem ita conuictum,in legitimo iudicio ex offi-
12 cio procedere. c. ſi conſtitit.de accuſa.Imò † &
& ſi fortè eſſet probatum, coram iudice compe-
tenti, dato quòd tela fuerit malè inſtituta, pro-
pter defectum ſolennitatis, partem reſpicien-
tis,poterit iudex ex talibus probationibus,ut ex
notorio ſe fundare, ꝓcedendo ad inquiſitionem,
cum quo ad iudicem,ſatis dicatur tela legitima,
dummodo probationes ſint plenæ,in his in qui-
bus ex officio procedit, prout uoluit notabiliter
Gloſ.in c. cupientes.in §.cæterum. in uerbo.ex-
cludentes,de electio. in vj.& vt eſt caſus notabi-
lis. in Clement.conſtitutionem. de elect. ſecun-
dum Dominum Antonium in d.c.veſtra.
13 A libello † uerò, qui in ciuilibus produci de-
bet, iuxta notata de libell. oblat. cap. j. noto-
rium non excuſat, cum in talibus iudex nõ ſup-
pleat de facto ex officio principaliter agendo.
l.prima.C. ut quæ deſunt aduoc. & ff. de damn.
infect. l.iij.§. hoc autem iudicium: pro quo fa-
14 cit:quia licet iudex in notoriis † ſupplere poſſit
de facto, iuuando intentionem deductam.c.bo-
næ. el ij. de electio. & prout uoluit Cyn. in di-
cta l. prima. C. ut quæ deſunt aduoc. ubi de hoc
notatur per Bald. & per Gloſſ. in auctẽn. iube-
mus.C.de iudic.tamen ipſe iudex ſupplere non
poteſt propter notorium, ultra naturam peti-
tionis,cum ad menſuram libelli & petitionis de-
claranda,ſit ſententia, de ſimon.c.licet Hely. cũ
ſimilibus.unde ipſe iudex ſupplere non poterit
circa ipſum libellum,& petitionem. Quod uerũ
intellige niſi ſit Papa,qui in talibus ſupplere po-
teſt,prout notatur per Io.And.poſt Compoſt.de
reſcrip.in c.mandatum. Vel niſi ſit alius caſus in
quo iudex ex officio agere poſſit & ſupplere, de
quibus in c.ad noſtram. el j.de iureiur. & de po-
ſtula.præla.c.bonæ.el j. Qualis autem libellus re-
quiratur ipſis notoriis infra patebit.
Secundum uerò,quod reſpicit principium iu-
15 dicij,†eſt citatio,circa quam an requiratur in no
toriis,fuerunt multæ & uariȩ opiniones de qui-
bus per Innocent. in c. tua nos. de cohab. cler.
& mulie.& per Ioãnem And.& Dominum An-
tonium in cap.ueſtra.eodem titu. qui eas recitat,
& ultimo diſtinguit, ex cuius dictis recolligen-
do, & aliqua addendo, circa hoc concludi po-
16 teſt. Si quæratur an in † notoriis requiratur ci-
tatio. Quòd aut quæritur an tutum ſit ut cita-
tio interueniat, & dicendum eſt, quòd tutum
eſt, ut in omni caſu interueniat citatio, uel mo-
nitio, prout dicit Ioannes Calder. in dicto cap.
ueſtra. Aut quæritur an ſit neceſſe, quòd Inter-
ueniat adeò quòd ſi non interueniat actus nõ ua-
leat, & dicendum eſt, quòd aut loquimur in
17 † notorio iuris, & erit neceſſaria ipſa citatio,
ſiue ſit notorium diſpoſitionis, ſiue præſumptio
nis, ſiue fictionis, non ſurgentis à facto noto-
rio, ſiue probationis, cum aliàs ad ſententiam
perueniri non poſſit, prout patet. ij. quæſtio.
j. per totum. & de cauſ. poſſeſſio. cap. primo.
18 & de conſtitut. cap. eccleſia. Quod tamen † fal-
lit in ſententia, quando eſſet declaratoria, ſi-
ue à iure prolata. cum tunc in illa non requira-
tur citatio.c.reprehenſibilis. in principio de ap-
pellationi. ubi de hoc. Aut loquimur in no-
torio facti, uel in notorio iuris ſurgentis à fa-
19 cto notorio, & tunc, aut quæritur, an † re-
quiratur trina monitio, citatio ſeu ſolennitas
peremptorij, & non requiri, cum non requira-
tur etiam in ſummariis, prout notatur in Cle-
men.ſæpe.de uerb. ſign. Ad hoc etiam quod no
tatur in c.cum ſit Romana. de appell.ubi de hoc.
20 Aut quæritur de ſimplici†citatione, & ipſa erit
neceſſaria.prout uoluit Gloſ.in d.c. cum ſit Ro-
mana.& in c.ad noſtram.el iij.de iureiur. & in c.
j.de elec.in vj.vbi Innõ. hoc idem uoluit.& Gl.
ij.q.j.in §.quãdo autem.& xviij.q. iii. de illicita.
& Archidiac.xii.q.j. indignè. & xxiij. q. v. exe-
cutor.pro quo etiam facit:quia prout dicit Ioan.
Calder. in d.c.ueſtra.ſi citatio non eſſet neceſſa-
ria poſſent ſubtrahi ipſi abſenti defenſiones & ꝓ
bationes per quas ipſi notorio detraheretur, qđ
non eſt dicendum.c. cum inter. de exceptio. &
de re iudic.Clemẽ. paſtoralis. prout uoluit in d.
c.ueſtra.ipſe Ioannes Calder.dicens quòd erit ne
ceſſaria ipſa citatio,adeò quòd ſi non fiat,ſenten
tia & proceſſus uitiabitur. Ex hoc niſi ſit ſen-
tentia cenſuræ. prout de ſent.excom. c.ſacro.ubi
de hoc. de quo in c. j. eodem titu.in vj.& de re-
ſcrip.c. ab excommunicato.

Reguls

21 Regulariter† in ipsis notoriis, potest competere defensio absenti, & ideò in eis est necessaria citatio; aliàs non ualet sententia. Ad hoc ocratur in cap. j. & fi. de offic. delega. in vj. secundum D. Nicolaum. in d. c. uestra. Quod & licet regulariter sit uerum, cum necessaria sit ipsa citatio, tameo fallit.

22 Primò in † processu fiendo super informatione notorij, in quo: quia ut bonus uir. habet se informare, oon requirirur citatio. & ita potest intelligi. † cap. bonę. el primo. de elect. nbi patet quòd in notoriis non requiritur citatio, quòd & tenet ibi Innocent. & in cap. quanto. de translatio. prælato.

23 Secundò † quando in notoriis ageretur de priuatione uiris gratiosi, & ita procedere poteric quod habetur in dicto cap. bonę. ubi etiam de hoc notatur. & per Ioannem And. in d. c. uestra. & per Inno. in d. c. tua nos. de cohab. cler. & mul.

24 Tertiò fallit: † quando testes superuacuò recipiuntur ad probandum notorium. Nam & tunc ipsa probatio licet superuacua sit, non requirit citationem. & ita procedere puterit d. c. bonæ.

25 Quartò fallit: † quando iudex se informasset super ipso notorio aduersario præsente, cum tūc non requiratur amplius citatio, ex quo iam cessant eius defensiones, ita quòd ipsi iudici iam cō stat notorium esse. unde citatio noo exigituo ex quo abest à iudicio, & contumax censetur, & latirare uidetur. cap. finali. de eo qui mitti. in possesion.

26 Quintò fallit: † quando notorium dirigitur taotum, ad finem certi actus iniusti declarandi, vt si sit statutom notorium in ciuitate contra libertatem ecclesiæ, uel ius diuinnm. cùm tūc posit iudex declarare ipsum nullu nemine citato. argu. c. cum inter. de consuet. & d. c. cum uenerabilis. & de re iudic. c. cum olim. prout uoluit Archid. ij. q. j. quæ Lotarius.

27 Sextò fallit: † quando delictum fuisset commissum in conspectu iudicis, & in continenti cum iudicet, cum runc sola monitio sit pro citatione, adeò quòd alia citatio noo erit necessaria, prout uoluit Archidia. in cap. primo. de offic. deleg. in vj. ubi de hoc.

28 Septimò fallit: † quando scandalum uel periculum esset in mora, cum tunc citatio non sit necessaria, prout uoluit Inno. in d. c. bonæ. dicens cautu.n esse ita seruate, prout refert Dominus Antonius in d. c. uestra.

29 Octauò fallit: † quando certum esset absenti nollam defensionem competere, cum tunc citatio non sit necessaria, & ita procedere poterit textus † in dicto c. cum olim. & dicto † c. bonæ. & dicto † c. quanto, & † cap. uerabilem. de electio. & ff. de admioistr. rer. ad ciuit. pertin. l. iij. secundum Dominum Nicolaum in dicto c. uestra. circa quæ uide plenius notata in d. cap. cum olim. & in d. c. ad nostram.

30 Fallit & nonò † in sententia censuræ, quę & si ferri non debeat, tamen lata tenet: ut dicto cap. sacro. & ut notatur in dicto cap. cum sit Romana.

31 Tertiò uerò quod respicit † similiter principium iudicij, est libelli oblatio. cum libellus debeat nō solū produci. sed etiam parti offerri, iuxta notata de libell. oblat. c. j. Quæ oblatio an locum habeat in notorijs dubium est. super quo concludi potest, quod in ipsis notoriis libellus solennis non exiguur, prout notatur in dicta Clementina. sæpe. & in dicto cap. primo. Sed
32 an exigatur † qualisqualis petitio? & in hoc dicendum est quòd aut loquimur in iis quę incidenter ueniunt, in quibus propter notorietatem iudex supplere potest, ut supra dictum fuit, & non exigitur aliqua petitio, licet cautum sit, ut verbo hoc iudici allegetur, per notata. de exceptio. in cap. pastoralis. per Innocen. & per Barto. in l. cum qui ita. §. j. ff. de verborum obligation. & in l. lecta. ff. si certum petatur. & C. de transactio. l. vbi pactum. Aut
33 † loquimur in ijs quæ non ueniunt incidenter, sed principaliter in iudicium, & tunc, aut ista suot talia, quòd in eis iudex, ex officio procedere potest, ut in delictis tangentibus publicam utilitatem, & in materia peccati, iuxta notata de iureiurā. & in cap. ad nostram. el primo. & tunc in istis non exigitur libellus, nec aliqua petitio, sed bene debet capitulatiuè exponi, factum ei, contra quem agitur, secundum formam capituli qualiter. el secundò. §. debet. de accusatio. prout uoluit Innocent. in dicto cap. tua nos. in Glos. magna. in uerbo. item dico. dicens quòd si hoc non fiat satia dici potest ꝙ non ualeat sententia; quia sicut in aliis in quibus requiritur ordo iudicialis, non ualet sententia eo omisso. C. de sentent. l. prolatam. ita & in istis. io quibus tamen forte sufficiet quædā uerbalis ad rationem petitio, nisi alia scriptura petatur. c. si constitit. de accusat. Aut loquimur
34 † in his io quibus iudex ex officio procedere nō poterit, ut est regulariter in his quæ respiciunt priuatam utilitatem, & iu istis requiritur qualisqualis petitio, & sufficeret uerba exprimere quæ scribuntur apud acta per notarium, iuxta notata. in d. Clem sępe. cū id qđ est notoriū, nō egeat iudiciali discussione, ob quā inuenta est hęc discussio. & talis ordo, ut ij. q. j. per totum. Ad hoc etiam quod notatur de rescri. c. ab excommunicato. & de filiis presbyte. c. quoniam. & de diuor. c. porrò. & c. significasti. Quod procedit in notorio facti, & etiam in notorio iuris. siue sit dispositionis, siue præsumptionis. uel fictionis, dummodo surgat à facto notorio, cum in eo idem sit quod in notorio facti, secundum ipsum Dominū
35 Antoniū in d. c. uestra. Si uerò † nō surgat à notorio facti, sed à probatione, uel sit notorium probationis, & tunc in prima instantia sine dubio exigetur libellus, sed non in alia instantia, si petatur summariè ex eisdem actis, per notata

in c.fina.de probat.& de test.cap.causam. Sed &
imò & in instantia cœpta de nouo, satis erit ne
cessaria iteratio libelli, per regulam genera-
lem, secundum ipsum Do. Anton. vbi supra.
36 Si verò notorium† iuris descendat ex confes-
sione, vel sententia, & tunc cum in prima in-
stantia exigatur libellus, vt notatur in dicto cap.
j.& in cap. dudum.el ij. de electio. In alia uerò
instantia si agatur actione in factum, & exige-
tur libellus, vt dicto cap.j.& l.j. ff. de edend. Si
uerò agatur iudicis officio, ad executionem ip-
sius sententiæ, uel confessionis, & tunc talis uia
executiua summariè agatur, non exigetur libel-
lus.ff.de re iudic.l.à diuo Pio.§. si super rebus.
& l.si intra dies.& ibi Bartol.
Sunt quædam quæ respiciunt medium iudi-
37 cij, † quorum quædam sunt iudicij ordinato-
ria, vt litis contestatio, & iuramẽtum calumniç.
Quædam decisoria, vt probationes & defensio-
38 nes. Circa ordinatoria iudicij si quæratur, † an
ipsa ordinatoria iudicij, in notoriis exigantur,
tetigit Glo.ij.quæst.i.manifesta,& Innocentius.
in c.tua nos.de cohab.cler. & mul.ubi plures opi
niones recitat de quibus in dicto cap.uestra.eo-
dem titu. per Ioannem Andr.& Do. Antonium,
qui circa hæc refert opinionem Specular. qui di
stinguit, in titu. de notorio crimine. in §. noto-
rium. & etiam opinionem Ioannis de Monte
murlo, qui hoc tractauit in cap. cum C. laicus.
de foro competenti. in vj. & etiam opinionem
Ioannis Calder. in dicto cap. uestra. & Bartoli
qui hoc tractauit in auten. qui semel.C.quomo-
do, & quando iud.& in l. ciuea.C. de appell. &
in l.illicitas.§.veritas.ff. de offic. præsid.& fina-
liter ipse Do.Antonius circa hæc concludit di-
stinguendo, quidquid dicant prædicti, quòd aut
loquimur in notorio facti, Aut in notorio iu-
ris, si in notorio facti,& nõ erunt necessaria or-
dinatoria iudicij, ut litis contestatio,& iuramen
tum calumniæ, ut substantialia. licet iudex pos-
sit illud iuramentum exigere si uelit, & etiam iu-
ramentum de ueritate dicenda, pro vt habetur.
39 in cap.ii. de iuramento calumniç in vi. Talia †
enim ordinatoria iudicij inuenta sunt propter
finem indagandi ueritatem.ii.quæstio.i.per to-
tùm. Veritate autem notoria existente, frustra
talia ordo adhibetur. cap. qui ad hoc.de fil.pres-
byt. circa quod notatur in Clementina. pastora-
40 lis. de re iudic. Et hinc est quòd † ordo iuris
non est necessarius in notoriis, prout patet in
cap. ad nostram. el iij. de iureiur. & de testib.
cogen.c. super eo. & de transla. prælator. cap.
quanto. & de elect. cap. bonæ. el primo. & de
appel.cap. consuluit.el iij.& ii.quæst.i. manife-
sta.& de manifesta. & cap. scelus. quod proce-
41 dit non solum † in casibus, in quibus iudex ex
officio procedere potest, in istis enim procede-
re potest lite non contestata, etiam quando sola
fama præcedit c.quoniam.§. sunt & alij, ut lite,
non cõtest.& hoc tenuit Spec.in d.§. notorium.
sed etiam in casibus in quibus ipse iudex, ex offi-
cio procedere non potest, cum eadem sit ratio,
secundum ipsum D. Antonium. Pro quo etiam
facit: quia talia iura Indistinctè loquuutur. Item
procedit non solùm si procedatur contra absen-
tem, pro vt uoluit Innocen. in una opinione, sed
etiam si procedatur contra præsentem, eadem ra
tione vt supra. Item procedit non solum in no-
toriis facti interpollati, uel momentanei, pro ut
tenuit in dicto cap. vestra. Ioan. Calder. cum iu-
ra indistinctè loquantur, & eadem sit ratio, esto
quod aliud voluerit Glos. in d. canone manife-
sta, & Bart. in locis prædictis, & non bene, ex
quo iura indistinctè loquuntur. Pro quibus etiã
42 facit; quia & in summariis. † talia acta ordina-
toria, non sunt de substantia: vt dicta Clemen.
sæpe. de verb. signifi. fortiua & in istis in qui-
bus ordo iuris non est necessarius, ut supra. Aut
loquimur in notoriis iuris, & tunc si sit noto-
rium dispositionis, præsumptionis uel fictionis,
43 & idem, † si surgat à facto notorio, prout tenet
in dicto cap. vestra. Ioannes Calderinus. Si ve-
44 rò † surgat à notorio probationis, & tunc idem
dicendum quod & in notorio probationis, in
quo dicendum est, quòd aut loquimur in instan
tia in qua tale notorium probationis surrexit, &
tunc attendi debet natura ipsius causæ, cùm se-
cundum naturam causç talis ordo sit necessarius
uel non iuxta notata. C. de senten. & interlocu-
tor. omn. iudi. l. prolatam.& extra vt lite non
contestat. cap. quoniam. §. j. & de re iudi. cap.
finali, in vi.
45 Aut loquimur † de alia instantia in qua tale
notorium producitur, & si petatur executio ip-
sius confessionis, uel sententiæ latæ in prima in-
stãtia, & tunc, cũ talis causa sit summaria,& sum
mariè ꝓcedatur, nõ reqritur talis ordo. Ad hoc
quod notatur.ff.de minor.l.minor cum fideicõ-
missum.& in l.si a te.ff.de except.rei iud.& ff de
re iudic. l. à diuo Pio. §. si super rebus. & in l.si
46 intra dies. Si verò† agatur actione in factum de-
scendente ex ipsa sententia, uel confessione, &
tunc secundum naturam causæ exigetur ordo,
quia si est de summariis,& summarius ordo re-
quiretur, si de plenariis, & tunc plenarius. Ad
hoc quod notatur. in dicto §.j. & in dicto cap.
finali. de probat. & circa hæc vide ibi notata,
& in dicta Clemen. sæpe. Et ultra hæc dicen-
47 dum est, † quòd in notoriis iudex non tenetur
ad obseruantiam ordinis iudiciarii, si tamen ip-
se iudex obseruare uelit, & obseruet non ui-
tiabitur ex hoc processus, ut dicta Clementina.
sæpe.& ut notatur in dicto cap. bonæ. el primo.
de elect. secundum Do. Antonium in d.c.uestra.
ubi plenius per eum. Circa quæ vide notata in di
cta Clementi. sæpe. & in cap. ad nostram. el iii.
de iureiurando.
Circa decisoria uerò an talis ordo in notoriis
requiratur dicẽdum est, quòd cum circa ipsa de-
48 cisoria occurrat causæ cognitio, & ipsa causæ † co

gnitio

gnitio dupliciter occurrere potest.vnó modo, &
49 primò † circa exceptiones, & defensiones, & in
istis notorium quandoque proficit in repellen-
do,ut est quando iudex scit eas notoriè friuolas,
cum eas repellere possit.de dolo & contuma. c. fi.
& C.de fals.l.ij.& vt notatur de postula. præla. c.
bonæ.el j. & c. post electionem. extra de conces.
50 pręben.Proficit enim quandoque † notorium in
proponendo, cum possit iudex quandoque pro-
ponere exceptionem peremptoriā notoriam reo
competentem. Ad hoc quod notatur per Glos.in
l.ubi pactum.C. de transact. & extra de probatio.
c.licet causam.& ibi per Glos. & Doctorea. & in
c.per tuas.eodem titulo.& per Innocen. in c. cū
inter.de elect.& de concess.pręben.in c.cū olim.
51 Potest † enim iudex supplere in notoriis conne-
xis negotio principali, vt supra dictum fuit, qua-
liter est exceptio, cum quęlibet exceptio sit conne
xa actioni, prout voluit D. Antoniua in d. c. ve-
stra.circa quod vide notata in c. accedens. el ij. vt
lite non contestata. & in Clementina appellanti.
52 de appella. Item proficit † notorium quando-
que in admittendo exceptionem, cum exceptio
pprietatis notoria opponi possit in iudicio pos-
sessorio,& admittenda sit.cap. constitutua.de fil.
prębyr.& in c.ad decimas.de restitu. spol. in vj.
licet regulariter, ipsa exceptio proprietatis in ip-
so possessorio non sit admittenda, iuxta notata in
c.ex conquestione.de restitu. spolia. & admitten
53 da † erit ipsa exceptio proprietatis notoria con-
tra agentem via attentati, prout tangit Innoc. in
c.bonæ.de appella. vbi plenius de hoc, & in d. c.
vestra.per ipsum D. Antonium.
54 Secundo modo cognitio † occurrere potest in
probationibua, quæ an requirantur in notoriis
tangit Glo.ij.q.j. de manifesta. & Innocen. in c.
tua nos.de cohab. cleri. & mulie. vbi recitat plu-
res opiniones circa differentiam, cuius dicta re-
fert Ioannea And. in dicto cap.vestra. eodem titu
lo, tangit etiam Specula. in titulo de notorio cri-
mine.ad finem.& Ioannea And. in additio. ibi.&
Ioannes Calderi. in dicto cap. vestra. vbi etiam
D.Antonius prædictorum dicta referens, & vlti-
mo loco circa prædicta concludens, quòd aut
quęritur, an probari debeat iudici notorium, quo
ad hanc qualitatem.videlicet, quòd sit notorium.
Aut quæritur an probari debeat factum ipsum.
Circa primùm dicendum est, quòd aut factum
55 † ipsum notorium gestum fuit in conspectu iu-
dicis ad hoc sedentis,& non exigitur alia proba-
tio, ex quo de eo constat sibi vt iudici, & ita pro-
cedit quod voluit Glo. ij.q.j.in §. quando autem.
& quod notatur in cap.consuluit.el iij. de appel-
latio.& quod voluit Petrus de Sansono, prout re-
fert Speculator in dicto loco, vbi videtur idem te
nere, quod videtur tenere Bartho.de Salyc. in re-
petitione l. ea quæ. C. de accusatio. in versiculo
tertium dubium. Aut non fuit gestum in con-
spectu iudicis ad hoc sedentis vt iudicis, & tunc,
aut talis qualitas notorij exigitur ad fundamen-
tum potestatis iudicis, prout est in conseruatore
56 & tunc † oportet quòd prius constet de tali qua-
litate notorij, & quòd super ea se informet, non
57 enim sufficit † iudicem habere iurisdictionem,
nisi & sciat se habere: vt ff.de condi. & demonst.
l.multum.& vt notatur extra de offic.delega.cap.
prudentiam. Quod procedit etiam si non nege-
tur. Si verò negetur.& tunc dicendum est, prout
voluit Gloss.in cap.j.de offic.delega. in vj. Quòd
58 aut negatur † notorium & super eo habet se in-
formare summariè, vt sic videat an sit iudex,& se-
cundum quod inuenerit habet procedere.ff.de iu
dic.l.si quis ex aliena.& extra de rescrip.cap. su-
59 per literis. Aut non negatur † notorium, sed al-
legatur aliqua defensio, seu excusatio, & tunc li-
cet sufficiat iudici factum principale fore noto-
rium, non attenta obumbratione accidentalium
circunstantiarum, vt procedere possit, prout no-
tatur in dicto cap. j. Tamen ipse iudex informare
se debet super his,& si procedit non habita infor-
matione notorij processus non valebit, & ita pro-
cedere poterit quod volunt Doctores in dicto c.
vestra. secundum D. Antonium. Imò & dici po-
test prout dicit Innocent. in cap. tua nos. de co-
habi.clerico.& mulie. in Gloss. magna, in versi-
60 culo, Id est. post. quòd sententia † lata non audi-
tis his defensionibus non valebit, per id quod ha-
betur C. de senten.l.prolatam. Aut qualitas no-
torij exigitur solum ratione processus, & non ad
fundandam potestatem iudicis,& tunc, aut iudex
61 † vult procedere in via ordinaria, & iuris ordine
obseruato,& tunc sine dubio non exigitur aliqua
informatio, super notorio, cum sufficiat quòd al-
legetur. Ad hoc quod notatur per Gloss. in Cle-
mentina appellanti, de appellatio. & vt lite non
62 contesta.cap. accedens. el ij. Aut elegit † proce-
dere in via extraordinaria, prout potest quando
factum est notorium. & tunc duo sunt videnda.
Primò an tunc iudex debeat se informare de ipso
notorio.& in hoc, dicendum est quòd sic, opor-
tet enim quòd sit notorium,& de ipso notorio cō
stet iudici, prout voluit Glo.ij.q.j.§.quando au-
tem.& de iureiur.c.ad nostram. el iij. & c. qui &
apud quos.& ff.de testib.l.i. & ita tenent commu
* niter Legistæ, * dicentes etiam ita practicari de-
bere, prout habetur C. de accusa. l. ea quidem. &
ita communiter tenetur. Et quando iudex infor-
63 mare se habet de ipso notorio, super eo † infor-
mare se poterit de plano,& parte non monita, &
testibus non iuratis per notata in c.bonæ, el i. de
elect. prout voluit Inno. de appell. in c. inter poli-
ta. in fi. magnę Glo.per l.si verò.§.qui pro rei.ff.
qui satisda.cog.& hoc etiam voluit Archid. post
Host.in d.c.i.de offi.delega. in vi. dicens q͂ hanc
informationē capere poterit, non vt iudex sedens
inter partes, allegans ad hoc.ii.q.iii.pręuaricatio
nem.versiculo abolitio.& de sponsal. cap. cum in
tua. Ad hoc quod notat Innocen. in capitu. cum
oporteat. de accusatio. in d. c. bonę. & super hac
64 † informatione iudex ipse ante omnia recursum
habere

haberc debebit ad famam, prout uoluit ipse Hostien. in d.c.i. Allegans quod habetur de dolo & contum. in c. cum olim. Ad hoc etiam quod notatur de informatione famæ, in d. c. cum opor-
65 teat. de qua fama † informare se poterit, & eam audire etiam propriis auribus. ij. q. j. Deus omnipotens. & prout notatur de accus. c. qualiter. el ij. Quod procedit quando ex officio procederet cum tūc de informatione, notorij, siue fama sufficiat, quandocunque se informet, prout nota
66 tur in d. cap. qualiter. Si uerò † procedat ad instantiam partis & tunc requiritur quòd se informet de ipso notorio à fidedignis personis, ut de postul. prælat. c. i. & ij. q. j. §. fin. in quo sufficiunt duo prout notatur in d. §. quando autem. & in d. c. i. de offic. deleg. per Archid. uel per famam uel per denuntiationem officialium. ut d. l. ea quidē.
67 & ut notatur in d. c. l. de eo enim † quod nō constat eidem ut iudici iudicare non potest, ut d. §. quando autem, & hęc in notorio facti, & in notorio iuris, siue sit notorium dispositionis, siue præsumptionis, siue fictionis, dummodo surgat à facto notorio: Si uerò surgat à notorio proba-
68 tionis, uel sit † notorium probationis, & tunc ad hoc ut ex ipsis probationibus iudicare possit, requiritur quòd de ipsis probationibus constet, & similiter de sententia: ut c. sicut. de re iudic. & ēt de confessione secundum D. Antonium in d. c.
69 uestra. qui etiam dicit, quòd eo casu, quo † de notorio constare debet, sufficit quòd ipsi iudici constet, factum esse notorium, & certum in suo genere, quanquam aliquæ circunstantiæ sint uel esse possunt quæ sint occultę: quia non oportet
70 † omnes circunstantias esse notorias, cum nullū maleficium possit esse ita notorium, quin in se possit habere excusationes uel circunstātias exculantes, prout uoluit Inno. in d. sua magna Gl. & etiam Hostiens. & Ioan. Andr. & D. Antonius in d. c. uestra. & Paul. in d. canone. de manifesta.
Secundo uidendum est: quia licet ipse iudex
71 † de ipso notorio se informare debeat ut supra, si se non informet, sed procedat omissa ipsa informatione an processus ualeat. & super hoc Innoc. in d. c. bonæ. el j. uidetur uelle quòd ualeat, dicēs hanc informationem ad cautelam, & non ex necessitate exigi: quod & uoluit etiam Innoc. in d. c. tua nos. ubi Hostiē. & Ioan. And. in d. c. uestra. & Paulus in d. canone de manifesta. Quod procedit quando proceditur contra præsentem, qui non argat notorium esse. Nam ex quo non negatur, & in libello hoc ponitur quoad modum procedendi habetur pro uero etiam quo ad fundandam iurisdictionem iudicis. c. si clericus. & c. conquestus. de foro comp.
72 Si uerò procedatur † contra absentem, uel cōtra præsentem hoc negantem, & tunc non ualebit processus, nisi se de notorio informet. Vbi
73 enim exigitur † aliqua qualitas ad fundandum modum uel qualitatem procedendi, tunc oportet super illa ante omnia se informet iudex, & quòd de illa sibi constet. ff. ex quib. cauf. in poss. eat. l. hoc autem. in princ. & ut plenius notatur in c. super literis. de rescrip. quod locum habet, siue super ipso notorio procedit ordinatiua, siue delegatus, & hoc nisi forma cōmissionis aliud suadeat, cum ipsa sit attendenda, secundum Antonium ubi supra. circa quæ uide notata in d. c. Inper literis. de foro compet. in c. si clericus. & c. conquestus. & de priuileg. c. ex parte abatissę. & per Bartholom. de Salyc. in d. l. ea quidē. in quinta quæsito principali in secundo dubio.
Circa secundum uerò cùm quæritur, an sit
74 † necesse probare factum ipsum subiectum notorio, de quo notorio constat in iudicio quod iā git Inno. in sępius allegato. c. tua nos. & in c. ueniens. de uerb. signi. lib. vj. & Specul. in d. titu. de notorio criminę. circa finem & ibi in additionibus. Ioannes de Imola, & Ioannes Calder. & Antonius in d. c. uestra. cōcludi potest prout uoluit Ioannes And. in dictis additionibus ad Speculatorem, opiniones concordando, quòd in facto recenti oportet, quòd testes deponant de præsentia facti, & ita procedere poterit quod uoluit Inno. in dictis iuribus, sed in facto antiquo, quod ita de facili retineri in memoriam hominū non potest, sufficit si deponant, ita quòd concludant notoriū absque eo quòd aliqui fuerint præsentes. ita residet ibi Ioannes And. & bene secundum D. Antonium, qui hoc plenè prosequitur in d. c. uestra. de quo plenius nos in ultimo membro, & finaliter ipse Antonius concludit dando differentiam
75 inter notoria, † & non notoria: quia facta non notoria oportet q̄ probentur directè, quod non est in notoriis in quibus sufficit probari quòd sit notorium, quo probato, ex notorietate probatur factum, licet aliter super facto directè non deponant, quod & tenuit in d. c. uestra. Ioannes Cald. adducēs ad hoc textum in c. cum dilectus. de purgat. canon. & quod notatur per Glos. in c. ad nostram. el iij. de iureiuran. pro quo etiā facit quod notatur per Bartholom. de Salyc. in dicta repetitione, in vj. quæstione principali, ubi uidetur idē tenere, & hoc modo procedere poterit, quod noluit Glo. in Clementina appellanti de appellat.
76 dicens, quòd † notorium releuat ab onere probandi, ut intelligatur de ipso facto cùm nō oporteat probari, ex quo apparet de ipso notorio, ut plenius ibi notatur, & in d. c. accedens. el ii. ut lite non contestat. ubi de hoc de quo per Bal. in d. auct. qui semel. C. quomodo, & quand. iud. Sed
77 non † releuat ab onere proponendi, seu allegandi cum necesse sit quòd allegetur, prout uoluit Glos. ubi. Ad hoc etiam quod notatur. ff. de adul. in l. si adulterium cum incestu. §. idem pollioni, & ut tenent etiam Legistæ communiter. Imò
78 & si à partibus non allegetur, † dummodo inferatur sub petito poterit iudex allegare, cum & supplere possit, prout notatur de post. prælato. c. bonę. el j. & C. ut quæ desunt aduoc. l. i. ut plenius de his in d. c. uestra. per ipsum Antonium circa

quæ

quæ vide notata per ipsum Barthnlom.de Saly.in
d.vj.quæstione principali.
79 Sunt & tertiò quædam alia † quæ respiciunt finem
iudicij,prout est sententia,in qua si quæratur
· quid operetur notorium,dicendum est,quòd aut
80 quæritur † an ipsum notorium excuset à senten-
tia,ita quòd nō sit necessaria in notoriis.Aut quę-
81 ritur an notorium eam impugnans † vitiet sentē
tiam. Circa primum dicendum est, quòd aut lo-
quimur in casibus in quibus notorium habet in
se inclusam sententiam iuris,& tunc quo ad effe-
ctus iuris non erit necessaria alia sententia, cum
tunc æquipolleat ipsi sententiæ, cum eo ipso,
82 † quòd quia est in notorio delicto sit suspensus.
j.q.j.per totum, & vt notatur de renuntia. c.nisi
cum pridem.& c.ex tenore.de temp.ordi. & c.si.
de cohabi.cleri.& mulie. hunc enim effectum im
primit ipsa notorietas à principio,absque alia sen
83 tentia.Similiter & vt dicatur non tolerari † adeò
quòd ab eo potest recedi,vt patet in d.cap.vestra.
Quod procedit quo ad effectus ipsius iuris, cum
quo ad ipsos non requiratur sententia, vt supra.
& ita procedere poterit quòd voluit Inno.in c.si-
cut.eodem titulo.de cohab.cler. & mul.& de ver
bo.signifi.in c.ex parte.el j.Bal.in l.cum fratrem.
C.de his,quib. vt indig. Sed quo ad alios effectus
imprimendos requiritur sententia: vt notatur in
dicto cap.sicut.& ita tenent communiter Docto-
✱ res. ✱ Aut loquimur in aliis casibus, in quibus
84 † notorium non habet in se inclusam sententiam,
& tunc requiritur sententia, prout notatur in au-
then.vt iudi.sine quoquo suffrag.§. necessitatem,
✱ & vt tenent communiter Doctores ✱ & ita proce
dere poterit qđ voluit Glo.de rescrip.in c.ab ex-
communicato,& in d.c.ad nostram. & de testib.
cogen.in c.super eo.& in c.cū sit Romana.de ap-
pella.& ii.q.i.quæ Lotharius.& in c.dilectus. de
purga.cano.tenentes,quòd requiratur sententia.
quòd & tenuit etiam Bar.in l.emptorem.in prin.
ff.de actio.emp.& Bald. in l.i.C.ne ex delict.de-
funct. & in d.l.cum fratrem. Sed licet exigatur
85 † sententia, tamen non est necesse quòd feratur
in scriptis,& cum solennitate de qua in c.fi. de re
iudi.in vi.& C.de sent.ex breuicu.recit.per totū,
prout voluit Archidiac.in d.canone. quæ Lotha-
rius.super Glo.& in c.felicis. de pœnis. in vi. ad
finem magnæ Glossæ, & Ioannes And. in d.c. ex
parte.de verbo.signifi.& in additionibus Specu-
latoris in d.§.notorium.versic. id autem. & Ioan
nes Calderi.in dicto c.vestra. Imò & plus: quia
86 † & sufficit præceptum,prout voluit Archid. in
d.canone.quæ Lotharius.per tex.in cap.in iis. de
verborum significa.& voluit Glos.ff.de infamib.
l.ictus.& Cyn.in l.nulla.C.de infamib.& Bar. in
l.ii.§.quòd si de frumentaria.ff.de administ. rer.
87 ad ciuit.pert.Nam & si pręceptum † sufficit con-
tra confessum.ff.de iudic. l. si debitori. fortius &
quando est notorium, quod verum est in ciuili.
Imò & in criminali in notoriis facti dispositio-
nis,præsumptionis,& fictionis, si surgant à facto
notorio,vt in eis sufficiat pręceptum, etiā in cau-
sa criminali.Ad hoc quod notatur. de cleri. non
resid.in c.qualiter.& in c.ex parte.& in c.sequen-
88 ti.In notoriis verò iuris † siue sint dispositionis,
siue præsumptionis vel fictionis,si surgant à noto
rio probationis, vel confessionis,& tunc in cau-
sa criminali semper requiritur sententia, cum &
in notorio confessionis requiratur,nec sufficiat
præceptum in tali causa.ff.de cust.reo.l.si confes-
sus.& C.de confes.l.i.& ibi per Glo.& ii.q.i.c.i.
89 In causa † verò ciuili in notorio confessionis di
cendum est,prout notatur de electi. in c.dudum.
90 el ii.In notorio verò † probationis semper requi
ritur sententia,& solennis,siue producatur in ea-
dem instantia siue in alia.c.fin.de probatio. Sed
91 non in † notorio sententiæ. Imò & si post senten
tiam alia feratur erit nulla tanquam lata sine in-
stantia.prout notatur ff.de re iudi. in l. post rem,
prout voluit Antonius in d.c.vestra.
92 Secundò verò casu, cum quæritur an † notoriū
repugnans sententiæ eam inficiat,& nullam red-
dat,dicendum est quòd sic, si notorium conclu-
dit impossibile,quod est sententiatum: vt notatur
in c.Romana.§.in vniuersitatem.& c.venerabili-
bus.de sent.excom.in vi.secundum D. Antonium
in d. c. vestra. qui dicit idem esse si notorium sit
de falsitate, vel impossibilitate causę ex qua fera-
tur sententia. c. inter cętera. de re iudi. & de ap-
pella.c.solicitudinem.& vt notatur in c.cum no-
stris.de conces.pręb.& quod ibi dicitur per Pau-
lum. Et hæc in notoriis facti,& etiam in notorio
dispositionis, præsumptionis vel fictionis, dum-
modo surgat à notorio facti.
93 Si verò surgat à notorio † probationis vel con
fessionis, et tale notorium non vitiat ipsam sen-
tentiam,cum tale possit in dubium de facili reuo
cari,prout notatur in d.c.ab excommunicato. de
rescrip.vbi etiam notatur de notorio sententiæ,
an vitiet sententiam contrariam,de quo in c. in-
ter monasterium.de re iudi.et C. quand. prouoc.
non est necesse.l.i.Et hæc in notoriis.
94 In manifesto † verò dicendum est quòd non
inficiat sententiam, prout voluit Gloss. in c. per
tuas.de senten.excommu.vbi de hoc. Ad hoc l.ci
ues. C.de appellatio. vbi de hoc est casus secun-
dum Antonium vbi supra.
95 Sunt et quartò quædam remedia † inducta
post ipsum finem, seu sententiam, et contra
eam, in quibus si quæratur quid operetur no-
torium? concludi potest quòd cùm post senten-
96 tiam quatuor dentur † remedia communiter in
sententiis,quorum primum est appellatio,secun-
dum est dicere de nullitate, tertium petere resti-
tutionem in integrum, quartum recusare. Circa
primum dicendum est,quòd aut loquimur in no-
torio facti,aut in notorio iuris,si in notorio facti,
97 et tunc licet † manifestum non excludat à facul-
tate appellandi.iij.quæst. v. quia suspecti. tamen
excludit tale notorium facti à facultate appel-
98 landi. Vnde notoriè † delinquens non auditur
appel-

appellans.c.cum sit Romana.in fine de appell.&
c.consuluit.el j.& el ij.& c.cum speciali.§.porro.
com similibus.& hoc uoluit Gl.in d.c.uestra. ubi
99 Ioan. Cald.dicens quòd si sententia † lata sit in
notorio; poterit executioni mandari etiam non
expectato decendio, cum illud detur ad delibe-
randum an uelit appellare.ij. q. vi.ante tenorem,
100 quod † frustra expectatur ex quo appellare nō
potest.ff.ad Velleian.l.aliquando.§.fina. p quod
limitatur.c.non solum.de apppell.in vj.secundū
Antonium in d.c.uestra.qui dicit, hæc procede-
re non solum in criminalibus in quibus iura lo-
quuntur,sed etiam in ciuilibus,cum eadem sit ra-
101 tio.Imo in ciuilibus † appellari potest à sen-
tentia lata super notorio, adeò quòd iurisdictio
iudicis à quo suspendetur in tantum, quòd non
poterit exequi:prout uoluit Bal. in l.fi. C.de act.
emp.arg.l.emptorem.ff.de act.emp.

102 Sed licet regulariter † tali sententia lata super
notorio crimine appellari non posit.tamen fallit:
103 & Primò: † quādo appellaretur propter omis-
sam citationē,cum tunc ualeat appellatio, prout
uoluit Ioan.Cald.in d.c.uestra. per id quod ha-
betur in d.c.cum sit Romana.

104 Secundò fallit: † quādo appellatur ante sentē-
tiam propter excusationes, & defensiones pro-
babiles,non admissas,cum tunc ualeat similiter
ipsa appellatio: prout uoluit idem Cald. ubi su-
pra, per id quod habetur. de appellat.in c. con-
suluit.el primo.

105 Tertiò fallit: † qn̄ talis sentētia fuisset nulla,cū
& tūc posit appellari.ff.de appel.l.si expressim.

106 Quartò fallit: † quādo fuisset lata super crimi
ne notorio, super quo certa pœna non est à iure
determinata, sed arbitraria, cum tunc appellari
posit,si arbitrando modum excedit.per notata
in d.c.consuluit.& in d.§.porro.

107 Aut loquimur † in notorio iuris, & tunc si sit
notoriū dispositionis,fictionis, uel præsumptio-
nis.& surgat à facto notorio,& idem ut supra.

108 Si uerò surgat à notorio † probationis, uel sit
notorium probationis,& poterit appellari,ut pa
tet in toto tit.de appel. quidquid dicat Ioā.And.
post Hostiens.in dicto c.cum speciali. in uerbo.
uel alio legitimo modo.

109 Si uerò sit † notorium confessionis, uel ab eo
dependeat,& tunc appellari poterit, prout uo-
luit Gloss.in d.§. porro. & ii.q.vi.quicunque.&
hoc etiā uoluit Hostien.& Ioan.And.in d.c.Ro-
mana.§.cum autem.de appell.in vj.

110 Sed etiam in † causa ciuili pari ratione, cùm
posit confessionē ipsam reuocare, & nouas pro-
bationes inducere,prout uoluit Vincen.secundū
quod refert Ioannes Andr. in d.§.cum autē. Ad
hoc etiam quod notatur per Glo. in d.§.iussus. &
per Guiliel. in Spec.de confess.§.postremo.uers.
sed nunquid.

111 Sed licet † appellare posit, tamen nō erit eius
appellationi deferendum,& hoc nisi allegetur le
gitima causa,aut quia dicatur quòd talis cōfessio
sit erronea,uel uelit eam excusare.cum tunc ap-
pellare posit,& eius appellationi sit deferendū,
prout uoluit Glos.in d.§.cum autem.& ita tenet
Antonius in d.c.uestra.quod & uidetur tenendū
quidquid dicat Bartholomęus de Salyc. in d. l.ea
quidem.circa finem,in materia notorij,ubi uide-
112 tur se tenere cum opinione Legistarū. qui † te-
nent quòd appellare non posit ut sponte cōfes-
sus, cum intelligendum sit ut supra, & hæc in
confesso.

113 Si uerò fuerit † confessus,& conuictus,& tunc
appellare non poterit.ii.q.vj.sunt quorum.& C.
quor.appel.nō rec.l.ii. Quod procedit nō solùm
in causis criminalibus,prout loquuntur dicta iu-
ra,sed etiam in ciuilibus,prout notatur per Glos.
in d.l.ii. & ita cōmuniter tenetur per Legistas
quod & tenuit etiam Spec.in d.uers.sed nunquid.
& Ioan.Calde.in d.c.uestra.

Et licet regulariter uerum sit, ut ipse confes-
sus & conuictus appellare non posit, uel saltem
eius appellationi non sit deferendum,tamen fal-
114 lit quando † allegaret aliquam iustam causam
contra ipsam confessionem & probationem,cū
tunc sit in potestate iudicis,an deferat.& ita pro-
cedere poterit quod uoluit Glos.in d.l.ij.& in l.
abstinendum.C.quorum appell.non rec. secun-
dum Antonium ubi supra.Ad hoc etiā quod no-
tatur in d.§.cum autem.ubi pleniua de his. circa
quæ uide notata in d.§.porro.

115 Et ultra hoc dicendum est prædicta † locum
habere in confessione proprio ore facta, de qua
loquuntur dicta iura,secus in ficta,uel in confes-
sione defuncti,cum illa non excludat à facultate
appellandi,esto quòd aliud uoluerit Ioan. And.
in additionib.ad Spec.in tit.de appella.§.in qui-
bus.uers.sed nunquid.secundum Antonium pro
quo facit quod notatur.C.de probat. l. rationes.

116 In notorio † uerò per sentētiam in eadem in-
stantia appellari poterit,ut in toto titu.de appel-
117 lat.sed in alia † instantia si ipsa sententia à qua
non fuit appellatum producatur, Innoc.in d.c.cū
speciali.uer.uel alio legitimo modo,uidet uelle
quòd appellare non posit,sed imò appellari po-
terit,sed non erit deferendum appellationi, nisi
allegetur aliqua iusta causa contra ipsam primā
sententiam,cum tunc sit deferendum, sicut & in
confessione.secundum D. Nicolaum in d. c. ue-
stra.Ad hoc quod notatur in d.§.cum autem.

Circa secundum uerò, quod est an dici posit
118 † de nullitate sententiæ latæ in notorio,dicendū
est,quòd dici potest de eius nullitate, prout uo-
luit Inno.in c.tua nos. de cohab.cler.& mul. di-
119 cens quòd licet à sententia † lata super notorio
appellari non posit,tamen poterit de nouo iudi-
cium agitari post eius sententiam latam & exe-
cutioni mandatam. C.de accus.l.ea quidem,& re
tractabitur prima sententia,uel processus si pro-
betur falsum quod notorium dicebatur. Quod li
cet uideatur difficile tamen contingere potest.
de purgat.uulg.c.ii.nec est mirum,cum canon-
cè agere

cè agere posit qni sppellare non potest, & suppli
120 care † posit. C. de prec. Imper. offer. auct. quæ
supplicatio. secundum Innocen. prout refert Ioan
nes Andr. ita transiens in d. c. uestra. qui ex his ui-
detur uelle secundum Antonium ibidem. quòd
121 licet excludatur remedium † appellationis non
tamen excluditur remedium nullitatis. Et ultra ui
detur uelle, quòd licet annulletur si iudex se non
122 informet de notorio, † nisi in ueritate posteà
constet esse notorium, tamen si probetur nõ fuis-
se notorium processus erit nullus, grauabitur ta-
men posteà dicens nullum, ut probet fuisse nullũ.
Ad hoc quod in simili dicitur de exceptione falsi
procuratoris, in c. quoniam contra. de probatio. se
cundum ipsum Antonium ubi supra. Nota hoc di
ctum Inno. mirabile cum faciat quòd si una pro-
123 batio priuilegietur † ex forma legis puta, si sta-
tutum disponat quòd fama habeatur pro plena
probatione. nihilominus admittetur probatio cõ
traria, ad eius repulsionem.

124 Circa tertium uidelicet † an posit peti restitu
tio contra ipsam sententiam, & dicendũ est quòd
sic, sicut dici potest de nullitate, secundum Anto-
nium. Ad hoc quod notatur de restitu. in integ. in
c. ex his. & in c. cum ex literis.

125 Circa quartum uidelicet, † an posit in noto-
riis iudex recusari. & dicẽdum est prout notatur.
de appella. c. proposuit. ubi latius de hoc.

QVINTI MEMBRI PRINCIPALIS.

SVMMARIVM

1 *Notorium qualiter conseruetur.*
2 *Notoriũ facti continui nõ corrupti seipsum cõseruat.*
3 *Notorium facti continui quod postea desiit propter continuam hominũ memoriã retinetur ut notoriũ.*
Idem de notorio facti interpollati uel momẽtanei.
4 *Notorium facti recentis conseruatur per memoriam hominum, si tamen adsint duo qui deponant populum uel maiorem partem audisse.*
5 *Notorium facti antiqui conseruatur dum durat memoria quòd factum sit in conspectu populi maiori parte præsente.*
6 *Factum antiquum probatur per testes de auditu.*



IRCA quintũ principale quod
1 consistit in hoc uidelicet: † qua
liter conseruetur notorium? cõ
cludi potest. quòd aut est factũ
2 † continuum, & nõ corruptum
& seipsum conseruat: ut patet
in palatio dominorum priorum ciuitatis Perusij,
3 Aut fuit factum † continuum sed posteà desiit, &
tunc dicendũ erit quod dicetur in facto interpol-
lato uel momẽtaneo, in quo dicendũ est prout uo
luit Guiliel. in d. loco. & Ioã. Cald. in d. c. uestra.
qđ ex quo semel fuit notoriũ, ꝑpter cõtinuã me-
moriã hoĩum, retinetur ut notoriũ, & hoc modo
dicitur notoriũ, Christũ fuisse crucifixũ. de conse
cra. dis. ij. Christus. qđ sine dubio uerũ est de mor-
te Christi, ut conseruetur notorium per memoriã
hominum, & aliorum quotidie Euangelizantiũ
Sed in aliis dicendum est prout uoluit Ioannes
Andreæ in dictis additionibus. dicens quòd aut
4 est † notorium de facto recenti, & tale notorium
conseruatur per memoriam hominum, dummo-
do adsint duo, qui posint deponere qualiter ui-
derũt populum, uel maiorem partem populi, hoc
5 audisse. Sed si est de facto † antiquo. & tunc suffi-
cit quòd duret memoria quòd factum sit in con-
spectu populi maiori parte præsente, & si hoc ha-
bet fama, quòd sic factum fuerit: quia hoc omnes
6 dicunt. In facto † enim antiquo admittitur proba
tio de auditu, ut notatur de uerb. signifi. in c. per
sonale. & eodem titulo in c. ueniens. in vj. & de
testib. c. ueniens. el j. & c. licet ex quodam. & tunc
fama conseruat illud notorium secundum An-
tonium ubi supra.

SEXTI MEMBRI PRINCIPALIS.

SVMMARIVM.

1 *Notorium qualiter in iudicium deducatur, ita quòd de eo constet ipsi iudici, et qualiter probetur.*
2 *Notoriũ iudici constare põt duobus modis, et quibus.*
3 *Iudex cùm requiritur ad aliquid quòd sedeat pro tribunali ad illud sufficit quòd pro tribunali sedeat, licet non specifice ad illud.*
4 *Factum coram iudice non tamen sedente pro tribunali, non dicitur notorium.*
5 *Iudex uidens ad fenestram Titium hominem interficere, non propterea aliter non constito de homicidio, poterit illum condemnare.*
6 *Iudex de facto notorio coram eo non gesto duobus modis potest se informare, & quibus.*
7 *Notorium per testes probari potest.*
8 *Fama per duos testes probari potest.*
9 *Testamentum probari potest per duos testes.*
10 *Testes ut probent notoriũ qualiter deponere habeãt.*
11 *Testes deponentes de facto antiquo, uel de longinquo loco, quomodo sufficiat ut deponant.*
12 *Testes deponentes de facto recenti, uel loco propinquo, quomodo sufficiat ut deponant.*
13 *Notoriũ probari potest absque eo, ꝙ probetur factũ.*
14 *Notorio ꝓbato, ꝓbata erit indirectè ipsa rei ueritas.*
15 *Notorium præsumptionis uel fictionis ut probetur quæ requirantur.*
16 *Filium esse talis per famam quomodo probetur.*
17 *Filium esse talis per notorium quomodo probetur. Quid si de recenti eodem numero. Quid autem si de antiquo. nu. 18.*



IRCA sextum uidelicet. qua-
1 liter † notorium in iudicium de-
ducatur ita quòd de eo constet
ipsi iudici, & qualiter probetur?
dicendum est, quòd de notorio
2 iudici † constare potest duobus
modis, uno modo uidelicet quando tale factum
fuisset factũ in cõspectu ipsius iudicis. Alio modo

quando eo absente. Primo casu ad hoc ut ipsi iu-
dici dicatur de notorio cõstare, ita quòd possit iu
dicare, & sententiare requiritur quòd duo con-
currant, primo quòd sit factum præsente populo
uel maiori parte prout supra dictum fuit, secun-
do quòd sit factum etiam cum hoc in conspectu
ipsius iudicis eo sedente pro tribunali, cum tunc
possit iudicare, ac si per testes esset probatũ, pro
ut uoluit notabiliter Glo. ij. q. i. in §. quando au-
3 tem. Et sufficit quòd † sedeat pro tribunali, quã-
quam specificè propter hoc non sedeat, ut se in-
formet ut iudex super notorio. Ad hoc l. i. & l. à
procedente. C. de dilat. Ad hoc etiam quod nota-
tur per Glo. in l. i. qui & aduer. quos. & in l. iij. §.
eiusdem. ff. de testib. & hoc tenuit Archid. in c. i.
de offic. delegat. in vj. & notatur in c. Romana. in
§. si autem. de appellat. eod. lib. Si uerò factum
4 sit † coram iudice non sedente pro tribunali, sed
assistente ut priuato, & tunc non dicetur de tali
notorio eidem ut iudici constare, unde iudicare
non posset, prout uoluit Glo. in d. §. quando autẽ.
& Specula. in d. §. notorium. uersi. illud autem.
quod & tenuit Vincentius in c. consuluit. el pri-
mo de appellat. & Guil. de Suza. ut refert Ioãnes
And. in additionibus. in d. uersi. illud. concludẽs
5 ex hoc quòd si iudex uideat † ad fenestram homi-
nẽ occidi, non poterit illum condemnare, prout
uoluit etiam Cynus. in l. i. C. ut quæ desi. aduoc. &
plenius per ipsum Ioannem And. in dictis addi-
tionib. & in c. uestra. per D. Antonium. Secun-
6 do uerò casu, quando factum notorium † gestum
non fuit coram ipso iudice, sedente pro tribuna-
li, & tunc ipse iudex duobus modis potest se de
eo informare. Vno modo per suam personam, ut
est quando uadit ad se informandũ, & tũc opor-
tet si uelit se informare quòd propriis auribus ut
iudex, & non per medium audiat à toto populo
uel maiori parte, qui fuerunt præsentes, & quòd
omnes contestentur de se & toto populo uel ma
iori parte: aliàs forent singulares. prout notatur
de fide instrum. c. cum Ioannes. & de elect. c. bo-
næ. & c. cum dilecti. Secundo modo debet se in-
formare de ipso notorio per mediam personam,
per quam potest de eo constare, puta per testes,
7 cum per testes probari possit † notorium, etiam
si sint duo. prout uoluit Glo. notabilis. ij. q. i. in §.
* quãdo autem. & ita communiter tenetur * quod
& tenẽt etiam Domini de Rota in dec. cccxxviij.
quæ incipit. item si contra. Nec est mirum cum
8 & fama † per duos testes probari possit, prout
probatur de test. c. tam literis. & c. inquisitionis.
9 de accus. Et etiam testamẽtum † quod exigit pro
eius confectione septem testes, prout notatur C.
de bon. poss. sec. tab. in l. j. & C. de fideicom. l. fin.
10 Sed circa hæc dubium est qualiter † testes de-
ponere debeant, ut probent notoriũ. Circa quod
dicendum est quòd ipsi testes ad hoc ut probent
notorium debent causam dicti eorum etiam non
interrogati reddere, prout uoluit Ioannes Andr.
in additionibus ad Speculat. in titulo. de notorio

criminẽ. §. fin. recitando Nicolaum de Mattarel.
Ad hoc quod notatur de testi. in c. cum causam
& ibi per Innocen. & alios Modernos. & per Bal.
* C. de testib. in l. solam. & communiter tenetur. *
unde cum debeant reddere causam sui dicti, etiã
non interrogati. Videndum est, quæ erit illa quã
reddere debent, super quo Doctores uariant ut
patet, in d. c. uestra. ex dictis Antonii eorum di-
cta referentis, & ultimatè concludentis quidquid
dicant, quòd cum in notorio requiratur ꝙ popu-
lus sit testis, & non fama: ut in c. cum dilectus. de
purg. canonica, testes reddendo causam debent
cõcludere per certam scientiam populi, ita quòd
populus possit directè esse testis. ut d. c. cum di-
lectus & hoc uoluit Innoc. in d. c. uestra. & Arch.
in c. Romana. §. cum autem. de appella. libr. vj. &
ibi etiam Ioannes And. & ipse Archid. in dict. ca
none de manifesta. & dicto. §. quando autem. un-
de dicere potest testis reddendo causam scio, ꝙ
est notorium; quia est ita notum, quòd nulli in-
ficiationi locus est, ut pote cuius uniuersæ vici-
niæ populus testis est, ut patet ex dicto c. cum di-
lectus. hanc practicam dante. Sufficit etiam si te
stis dicat scio: quia uidi fieri in platea plena homi
nibus. prout uoluit Innoc. in c. i. de offic. leg. in
vj. Quæ practica esset bona, si platea esset capax
populi uel maioris partis secundum Antonium
ubi supra. Qui ultra hæc etiam dicit referendo
quod uoluit Ioan. And. post Nicolaum de Mat-
tarell. in additionib. in d. §. iam de notorio. uersi.
11 illud. quod si testes † deponãt de facto antiquo,
vel de longinquo loco, sufficit ꝙ reddant causam
de scientia populi per auditum & famam; ut quia
de hoc est publica uox & fama in loco, & dicitur
à toto populo uel maiori parte, ꝙ tale quid factũ
fuit in præsentia populi, quo totus populus fuit
& esse potuit testis, & sic habet famam, nec alicu
ius tergiuersationi locus est in talibus, cum pro-
batio per auditum sufficit, ut notatur in d. c. ue-
niens. de uerb. sign. in vj.
12 Si uerò factum sit recens † uel de propinquo,
& tunc requiritur quòd ipsi testes assignent cau-
sam per proprium sensum congruentem præsen-
tiam populi, & scientiam: unde dicere debet te-
stis, scio quod notorium est, quòd talis interfe-
cit: quia præsens fui, & uidi totum populum, uel
maiorem partem uidere, de quo totus populus,
& tota uicinia uel maior pars potest esse testis, ta
men non est necesse quòd idem directè deponant
de facto, & se uidisse, sed de præsentia populi, pro
ut uoluit Ioannes And. in dictis additionibus, se
cundum ipsum Antonium ubi supra qui ita resi-
det. Ad hoc quod notatur per dictos Dominos
de Rota, in dicta decisione, & per Bald. in dicta
authentica. at qui semel. C. quomodo, & quando
13 iudex, ubi etiam dicit posse † probari notorium
absque eo quòd probetur factum, puta si testes
dicãt quòd maleficium fuit factum in conspectu
populi, sed de die non recordãtur, dicens etiam
quòd licet non possit probari per testes de morte

Cæsaris

Cæsaris uerè & directè, tamē poterit probari no-
14 toriū, quo probato, indirectè erit probata ipsa † rei ueritas, prout notatur per Inno. in c. cum cau sam. de iura. calum. & ibi plenius per ipsum Bald. Ad hoc etiam quod notatur per Gl. iuncto textu in Cle. pastoralis. de re iudi. in uerbo. de notorio crimine. Imò plus uoluit Inno. in c. j. de offi. dele. q̃ sufficit quòd testis dicat scio q̃ notorium est, quò d talis interfecit talē. quia vidi eum cocā populo latitantē, & fugientem, & se non excusantē. Hoc tñ cōcluderet notorium præsumptionis, secundū ipsum D. Ant. qui ēt in d. c. uestra. Quòd
15 in notorio † præsumptionis uel fictionis oportet circunstantias probari, ex quibus surgat præsumptio, prout uoluit Inno. secundum ipsum Anto. qui circa hoc cōcludit, quidquid dicat in d. c. uestra. Ioan. Calde. quòd si uis probare per famam
16 † quòd talis sit filius talis, uel concubina talis, cō cludi debet per testes, q̃ hoc sciuit: quia cōiter, & à maiori parte populi dicitur, & habetur, & reputatur pro filio uel concubina talis. Sed si in his
17 oīs probare † notorium. cōcludi debet per testes sic, scio: quia uidi talē teneri pro filio, uel cōcubina in lecto & similibus, & sic uisa sunt teneri à toto populo, uel maiori parte, & sic ēt habetur, & reputatur à maiori parte populi, & uicinitæ cognoscentibus eam. Quòd procederet in facto recēti,
18 sed in facto † de lōginquo sufficeret dicere talem notoriè tenere concubinā uel filiū: quia hoc audiui à toto populo, uel maiori parte populi, quòd tēpore illo fuit tenta pro concubina, uel filio per totū populū, & maiorē partem, & à scientibus, & cognoscentibus eam, sic habet cōis opinio, quòd de hoc potuisset esse testis, & fuisse totū populū, secundum Anto. in d. c. uestra. circa quæ uide notata p Bal. in d. auct. at qui semel. & p Bartho. de Sal. in d. l. ea quidē. ubi de his. de quibus in c. quāquā. de usur. in vj. & in l. decē. ff. de ocrb. obl. Et hæc de notorij materia dicta sufficiant, sine cuius perfecta cognitione, uix iudex præsertim in causis criminalibus, rectè iudicare poterit, & causæ patronus rectè patrocinari. Laus Deo.

CONCLVSIONIS & Regulæ LXVI.

ARGVMENTVM.

Pœna non est dignus qui non cogitat, nec agit, nec perfecit delictum.

SVMMARIVM.

1 *Puniri non debet non cogitans, nec agens, nec perficiens, licet quandoq; secus in crimine hæresis. nume. 2. & 3. Et in casu c. fœlicis. de pœn. nu. 4. Et in casu c. nulei. de schismat. lib. vi. nu. 5.*
6 *Cogitans delinquere non tamē agens nec perficiēs, nec in cogitatione persistēs nō punitur ab homine, nec à Deo, si persistit punitur in foro pœnitētiali, n. 8.*
7 *Primi motus non sunt in potestate nostra.*
9 *Cogitans cum sola mentis deliberatione quo ad hæresim quis delinquit, & puniendus est.*
10 *Cogitans delinquere & aliquid agens & non perficiens in foro pœnitentiali si peniteс, locus est diui ne reconciliationis, & spiritualis pœnitentiæ.*
11 *Deus suscipit pœnitentes & reuertentes.*
12 *Cogitās delinquere & aliquid agens & nō perficiēs ciuiliter conueniri non potest, nisi tale delictū attentatum trahi posset in exemplum. nu. 13.*
14 *Cogitans delinquere, nō tamen aliquid agēs nec perficiēs non punitur de delicto ut consumato: sed extraordinariè, et hoc uerum si ex tali delicto quis lædatur. nume. 15.*
16 *Cogitans delinquere non tamen agens nec perficiēs: quia noluit & nō punitur de delicto ut cōsumato nisi in casu c. pro humani. de homicid. lib. vi. nu. 17. & in crimine hæresis. n. 18. et in crimine læsæ maiestatis. nu. 19. et in cōsiliente sibi mortē. nu. 20. et in cogitāte extrahere fugienti de ecclesia. nu. 21.*
22 *Cogitans delinquere non tamen agens nec perficiēs, si tractatur de pœna delicti consumati, & tunc si non potuit perficere: quia impeditus impedimento iuris, & non punitur si impedimento facti & in leuioribus parcitur. nu. 23. in grauioribus si peruenit ad actum remotū, uel actum uerbi et non punitur ordinaria pœna. nu. 24. Si peruenit ad actum proximum & punitur ac si consumasset. nu. 25.*
26 *Cogitans delinquere nō tamen agens nec perficiens, etiam si deuenit ad actum proximum, non punitur in casu in quo de iure uel statuto pœna imposita est ipso facto. Idem si simpliciter à statuto. nu. 27.*
28 *Cogitans delinquere agens et perficiens punitur, nec tamen pœnitere, nisi in foro conscientiæ. nu. 29. uel ex pœnitentia declaratur in præteritum nō fuisse delictum. nu. 30. Vel incitatus de re in qua deliquit. nu. 31. uel exinde oriretur actio ad interesse, quod desinit per pœnitentiam. nu. 32. uel nisi à principio actio non fuisset pœnalis. nu. 33.*
34 *Delinquere non cogitans tamen egit & perfecit delictum, si culpa non præcessit casum non punitur. si præcessit dic ut in sequenti.*
35 *Delictum culpa commissum si fuit lata punitur, sed minus quàm si dolo, si leuissima & tunc minus punitur. nume. 36.*
37 *Delictum commissum culpa lata uel leuissima non punitur criminaliter sed ciuiliter, nisi esset delictum quod in tertiam personam committeretur.*
38 *Cogitans delinquere in una specie delicti, si delinquat in alia credens minus delinquere & delinquat plus quomodo puniatur remissiuè.*



1 NON † cogitans nec agens, nec perficiens, regulariter non punitur. Cogitationis conatus, & perfectionis criminis materia, frequens est & utilis, & sparsim à Doctoribus tractata, & præceteros per Io. And. in regula. in pœnis. de reg. iur. lib. vj. Archidiaconum xvj. q. j. §. si ergo. Host. Io. Monachum

Monachũ Io. And. Pet. de Ancha. in c. pro huma
ni. de homici. eo. lib. vj. Bar. in l. qui ea mente. ff.
de furt. Cyn. Bal. in l. si quis nõ dicã rapere. C. de
epis. & cle. Ex quorũ dictis ea simul iungendo, &
aliquid addẽdo cõcludi põt quòd quãdoque quis
nõ cogitat, nec agit, nec pficit delictũ, & tũc regu
lariter non punitur. C. de pœn. l. sancimus. c. quæ
sunt. de his quæ fiunt à maiori parte capituli.
Quod licet sit regulariter uerum tamen fallit.
2 Primò † in certis causis, vt est in crimine hæresis.
C. ad leg. Iuliam Maiest. l. quisquis.
3 Secundò † fallit in eodem crimine hæresis, quo
ad quædam. c. ij. de hæreti. lib. vj.
4 Tertiò † fallit in casu c. felicis. de pęni. vbi filij et
nepotes puniuntur. eo. lib. vj.
5 Quartò fallit: † i casu c. vnici. de schismat. eo. li. vj.
6 Quandoque † quis tñ cogitat, sed non agit aliqd
nec pficit, & tũc aut nõ psistit in tali cogitatione
7 & nõ punitur ab homine nec à Deo: quia † primi
motus non sunt in potestate nostra, scđm Philip.
ĩ c. cogitationis. de pęnit. dist. j. & l. cogitationis.
8 ff. de reg. iur. Aut † in tali cogitatione persistit, &
tunc punitur in foro pœnitẽtiali, sed non in foro
iudiciali: ut vult Glos. in d. cap. cogitationis.
9 Fallit tamen † in hæresi, ubi sola mẽtis deliberatio
sufficit ad cõfirmationẽ delicti. nec reqrit aliquẽ
actũ extrinsecũ, de hęreticis eo. lib. c. ad abolẽdã.
& c. excõicamus. §. credẽtes. Vnde mentalẽ hęreti
cũ licet signa hęresis nõ appareãt ab extra, punier
inquisitor, si p eius cõfessionẽ de hoc cõstaret, cũ
aliter cõstare non posit, secundum Petr. de An-
char. in d. cap. pro humani. & Bald. in d. l. si quis.
10 Quãdoque † qs cogitat delinquere, & aliqd agit,
sed nõ pficit, & tũc aut loquimur in foro pœnitẽ
tiali, aut in foro iudiciali, Primo casu locus est pę
nitẽtiæ spiritualis, & diuinæ recõciliationis. l. di-
stin. ferrũ, & de Summa Trini. c. firmiter. §. j. susci
11 pit † enim Deus pęnitentes & reuertẽtes. c. super
eo. de hæreti. eo. lib. vj. de quo per Hostiensem in
summa de pœnit. §. quibus. sub. §. illius, & voluit
Ioan. And. d. cap. pro humani.
12 Scđo uerò casu, † aut q̃ritur an posit cõueniri ci
uiliter, & nõ poterit, cũ non detur actio. ff. de furt. l.
uulgaris. §. q furto. & adhoc. l. j. ff. qđ quisq; iuris.
13 Quod tamen fallit † quando esset tale delictum
quod attentatum, & non consumatum trahi pos-
set in exemplum. l. si quis seruo. C. de furt.
14 Aut quæritur † an posit cõueniri seu puniri cri-
minaliter, & tũc aut quęritur de ipso delicto pu-
niẽdo nõ uti cõsumato, sed extraordinariè, & pu-
nitur. ff. de fal. l. j & per totũ scđm Cyn. in d. l. si
15 quis. quod uerũ est, † si ex tali delicto quis læda-
tur vt voluit Bal. ibi, de quo per ipsum in l. si fu-
gitiui. C. de seruis fugit.
16 Aut quęrit † de ipso delicto puniẽdo ut cõsuma-
to, & tũc aut nõ pfecit: q a noluit, et regulariter
nõ punitur, cũ regulariter parcatur cogitãti qui
potuit pficere, & noluit. ff. ad leg. Corn. de fal. l.
qui falsam, & de iniur. l. item apud. §. si iurauit.
17 Quod tamen fallit & primò † in casu dicti cap.
pro humani. vt ibi per Glo.
18 Secundò fallit † in crimine hæresis, dicto cap. ad
abolendam, & d. c. excommunicamus. §. credẽtes.
19 Tertiò fallit: † in crimine læsæ Maiestatis. C. ad
leg. Iul. maiesta. l. quisquis.
20 Quartò fallit: † in cosciuẽte sibi mortẽ. ff. de bo-
nis eorũ q sibi mortẽ cõsciuerũt. l. iij. j. respõso.
21 Quintò fallit: † in cogitãte extrahere fugientem
de ecclesia: vt l. ij. circa principium. C. de his, qui
ad eccles. confugiunt, secundum Ioan. And. in
eo. cap. pro humani.
22 Aut † nõ pfecit: q a nõ potuit & tũc, aut nõ per-
fecit quia impeditus impedimẽto iuris, & nõ pu-
nitur ac si pfecisset. ff. de fur. l. inter oẽs. §. fin. aut
23 † nõ perfecit quia impeditus impedimento facti,
& tũc aut loquimur in leuioribus, & eidẽ parcit.
ff. qđ qsque iuris. l. j. ibi tamen nõ est ꝓpriè deli
ctum, secundum Iaco. de Arena. quem refert Bal.
in d. l. si quis & Pet. de Ancha. in d. c. pro humani.
24 Aut loquimur † in grauioribus & atrocioribus,
& tũc aut peruenit ad actũ remotũ, uel actũ uer-
bi, & nõ punitur ac si consumasset, sed extraordi
naria pœna uel mitiori. l. j. ff. de extraordi. crimi.
& ita procedat dictum Cyni vbi supra, & Petri de
Ancha. in d. c. pro humani: q alternatiuè loquit.
25 Aut † peruenit ad actũ facti proximum, & im-
mediatum, & punietur ac si cõsumatum esset. C.
ad leg. Cornel. de sicar. l. his qui cum telo. et C. de
epis. & cler. l. si quit. Quod tamen fallit.
26 Et primò † quando esset casus in quo pœna ipso
iure uel ipso facto à lege imponitur cum tunc ad
hoc ut talis pœna locum habeat requiritur qđ fa-
ctum sit cõsumatũ, vt uidetur uelle Io. Andreę in
dicta regula, in pœnis. lib. vj. vbi plenius de hoc.
27 Secundò fallit: † quando pœna à statuto impone
retur. Nam cum statuta strictè sint interpretan-
da, requirunt actum consumatum: ut tenuit Cyn.
in d. l. si quis non dicam. et Petr. de Anch. in d. c.
pro humani. circa quæ vide notata per Bald. in
d. l. si fugitiui. C. de seruis fugitiuis.
28 Quandoque † quis cogitat et agit et perficit,
et tunc regulariter punitur, nec pœnitentia si-
bi prodest l. qui ea mente. ff. de furt. Quod ta-
men fallit.
29 Et primò: † in foro conscientiæ, et iure diui-
no: ut in epistola inter claras. C. de Sum. Trini.
et fide catho. secundum Bart. in d. l. qui ea men-
te. quod prius voluit Dyn. in regu. peccatum. de
reg. iur. lib. vj. et Ioan. And. in d. cap. pro humani.
per c. ferrum. 50. distin.
30 Secundò fallit, † quando ex pœnitentia decla-
ratur in præteritum non fuisse delictum. l. i. C.
de crimi. stellio.
31 Tertiò fallit, † quando quis deliquit incita-
tus à re super qua deliquit. l. ii. C. ad legem Cor-
nel. de sicar.
32 Quartò fallit: † quando ex tali delicto oriretur
actio ad interesse, qđ desinit p pęnitẽtiã. l. ex hoc
edicto. §. pen. ff. de alien. iud. mutan. causa facti.
33 Quintò fallit; † quãdo ab initio actio non erat
pœnalis

pœnalis.l.j.§. quod si fecerit.ff.de pub. aliàs si ab initio fuisset pęnalis.& tūc nō admitteretur pęnitētia, nisi in casu.l.quāuis.ff.de in ius voc.& in authentico nouo iure.C.de pęna iud.qui malè iud. & hoc voluit Bar.in d.l.qui ea mente.

34 Quandoque & quintò† quis nō cogitauit delinquere,tamē egit & perfecit,& sic delictū cōmisit, & tūc aut cōmisit delictū casu & culpa,aut culpa tantū,primo casu si culpa non pręcessit casum,& nō punitur.ff.de admini.rerū ad ciuitatem perti. l.ij. Aut culpa præcessit casum, & nec punitur.ff. de damn.infect.l.terminū.§.stipulatio, quod intellige secundum distinctionem sequentem.

35 Secūdo verò casu† quādo culpa delictū cōmisit, & tūc aut fuit lata & punitur:sed minus quā si dolo.ff.ad leg.Cornel.de sica.l.in lege. & ut not. in l.uideamus.ff.de in litem iuran.

36 Aut facit† culpa leuissima,& tunc adhuc etiam minus punitur.ff.ad l.Aquil.l.scientiam.§.qui cū aliter.his tamen duobus casibus non punitur cri-
37 minaliter sed ciuiliter. & hoc † nisi sint delicta quæ in tertiā personā cōmittantur:ut voluit Bar. in l.respiciendum.§.deliquit.ff.de pœni.& secundū Petrū de Anchara.ubi supra.Non tamen tunc punitur grauibus pęnis, sed leuibus, vt uoluit Bald.in d.l.si quis non dicam.

38 Quādoque & sextò† quis cogitauit delinquere in una specie delicti, & deliquit in alia credēs minus delinquere,& deliquit plus,& tunc dic ut notatur per Bald.in d.l.si quis non dicam: & ibi remittit se ad notata in l.eum qui.§. si iniuria. & ad l.item appellatione.§.si quis virginē. ff. de iniur. circa quæ vide notata per Bart. in l. diuus. ff. ad leg.Cornel.de sica.vbi plenè de hac materia.

CONCLVSIONIS & Regulæ LXVII.

ARGVMENTVM.

Hæres de iure canonico tenetur de delicto defuncti, etiam si ad eum nihil peruenerit.

SVMMARIVM.

1 Hæres ex delicto defuncti tenetur de iure canonico secundum communem opinionem * & nu. 9.10.& 15.pracipuè si defunctus confessus & pœnituisset,& præstitisset cautionē de restituendo. nu.2.Imo ēt si omissa foret talis cautio.n.4.& 5.

3 Intellectus ad cap.parochiano.de sepultur.& nu.14.

6 Hæres ex defuncti delicto secuta sententia contra defunctum, tenetur & de iure ciuili. Idem si defunctus confessus fuisset coram iudice, esto quòd moreretur ante litem contestatam.nu. 7.


8 Confessi,coram rectore parochiali,& sic coram iudice competēti,hæres tenetur etiam de iure ciuili.

Hæres ex delicto defuncti de iure canonico tenetur, licet ad eum nihil peruenerit ex delicto, dummodo alia bona peruenerint,nec ad plus etiam si inuentarium non confecerit nu. 11. Secus si actiones pœnales essent ex utraque parte,cùm tunc nec de iure canonico hæres teneatur.nu.12.

13 Defunctus ubi non pœnituit, eius hæres ex eius delicto non tenetur,etiam de iure canonico.

16 Hæres tunc ex delicto defuncti tenetur secundum leges quando pœna imposita est ipso iure,si uerò ueniat imponenda ab homine, & tunc si delictum committitur circa contractum, & ueniat purgandum per actionem ex eo contractu, & tenetur hæres nu.17. aliàs secus.nu.18. si autem extra contractum et lis contestata sit cum defuncto, et hæres tenetur, nume.19. si uerò lis non fuit contestata, et aliquid peruenit, et in tantundem contra eum datur actio.nu. 20. præterquā in actione ui bonorū raptorū nu.21. et in interdicto unde ui.n.22. et in casu.l.ij.ff. ad leg. Iul. repetund. nu. 23.

24 Hæres, si ex delicto defuncti nihil ad eum peruenit, secundum leges ad nihilum tenetur, præterquàm in conditione furtiua.nu. 25. uel defunctus confessus foret coram iudice.num.26.uel contra eum lata foret sententia. nu. 27. nisi foret appellatum de quo dic ut nu.28.remissiuè.

1 AERES† an teneatur ex delicto defuncti, dicendū est quòd si loquimur de iure canonico hæredem teneri ex delicto defuncti, adeò q ex eo,ipse hęres cōueniri poterit, & cōpelli ut satisfaciat, ēt si ex ipso delicto nihil ad eū peruenerit, & lis nō fuerit cōtestata:vt voluit Glo.in c. parochiano.de sepul.& Glo.j.quęst.iiij.§. itē pacto. uersi. maximè.per text.in d.c.parochiano, & hoc idem voluit Glo.in c.in literis.de raptoribus, & ēt Gl. xiiii.quæst.ii.sanè.& xii.quæst. ii. episcopus qui filios.& xvi.quæst.vi.si episcopus.& xc.dist.vnde bene quidem,& c.tua.de usuris. & c. quanquam. eo.tit.lib.vi.& hoc voluit in d.c.parochiano. Hostien.Ioan.Andreæ,& D.Antonius,& Federicus de Senis cōsi.xxi.& Bart. in l.vnica.C. si ex delicto defun.vbi etiam Bal.& ita cōiter tenetur. *

2 Quod sine dubio pcedit† quādo defunctus fuisset cōfessus seu pęnituisset,& fuisset absolutus, & pstitisset cautionē de restituendo,prout præstitit in d.c. parochiano.ubi dicitur q fuit absolutus iuxta formā ecclesiæ,cū tūc eius hæres potius teneatur ex cōtractu uel quasi in absolutione inito quā ex delicto,& cōueniri possit, p eū cuius interest, ciuiliter ex illa cautione seu stipulatione
3 cū agere possint oēs quorū interest.ff.rē pupil.saluā fore.l.nō quasi.ut uoluit in d.†c. parochiano. Innoc.& Io.And.per illū tex.ita ipsum intelligēdo,& post eos D.Florian. restringendo illū tex. ad illū qui præstitit ipsam cautionē, quod uoluit ēt Io.Andreæ in additio.Speculat. in titu. de ap-
4 pel.§. in quibus.ver.sed nūquid.Imò†& pcedit etiā si dū fuit confessus & pęnituit omissa fuit talis cautio,cū intelligatur apposita eo ipso qđ pęnitet,cū aliter pęnitere nō possit, nisi satisfaciat,

vel caueat. Ad hoc l.ijs uerbis.ff.de adopt . Et ẽt
pœnitendo uideatur mandasse hæredibus ꝙ sa-
tisfaciant, unde ipse hæres conueniri potest, &
cogi ut satisfaciat, ut uoluit Innocen. & Ioannes
5 Andr. ubi supra, imò † & si non intelligeretur ap-
posita, nihilominus eius hæres cõueniri potest,
ex eius delicto ut satisfaciat: eum & dici posi it
quòd interuenerit non solum litis contestatio:
sed etiam fuerit secuta sententia, uel æquipollẽs
cum interuenerit præceptum rectoris parochia-
lis ut satisfaciat, secundum Hostiensem & Ioan-
nem Andreæ in d.c. vnde non mirum si eo casu
eius hæres tenetur, & conueniri potest. Cum
6 † & conueniri posit, secundum leges, quando
ipsa sententia esset secuta. Ad hoc in Lex iudicio
rum.ff. de accusatio. vt uoluit in dicto c. Domi-
nus Antonius secundum quem dici potest, quòd
etiam si non interuenisset præceptum seu senten
tia, sed etiam ipse defunctus solum fuisset con-
fessus, prout fuit in d. c. tunc conueniri posset, &
7 compelli eius hæres, cum † ex delicto defuncti
posit coueniri hęres, si defunctus fuit confessur
coram iudice esto quòd moriatur ante litem con
testatam, ut uoluit Specul. in titu. de interroga.
actio. vers. quòd si is. secundum Ioannem Andr.
8 ubi supra. vnde † confessus coram rectore paro-
chiali, & sic coram iudice competenti, conueniri
potest etiam de iure ciuili eius hætes, secundum
Dominum Antonium in d.c. parochiano. Imò
9 † etiam dici potest quòd si ipse defunctus non
fuerit confessus, nec pœnituerit, nihilominus po
terit eius hæres conueniri, & compelli ex delicto
defunti, ut satisfaciat secundum canones, prout
probat text. in d.c. tua, & in dicto canone si epi-
scopum. xvj. quæst. v. & ut uoluit Bart. in l. pri-
ma.ff. de priua.delict. & Bald. in dicta l. una. sim
10 pliciter & indistinctè loquentes, & ita † commu
✻ niter tenetur, ✻ uidelicet vt hæres teneatur ex
delicto defuncti, secũdum canones, licet ad eum
nihil peruenerit ex ipso delicto, dũmodo perue-
nerint alia bona defuncti, cum teneatur ex deli-
cto defuncti, quatenus ad eum ex hæreditate seu
bonis defuncti peruenerit, ut patet in d. c. paro-
chiano. & non teneatur ultra etiam in foro con
11 tentioso. Et ẽt si nondum fecerit inuentarium,
cum hæc actio à principio, & secundum sui origi
nem si oriatur, oriatur cõtra ipsos hæredes qua-
tenus ad ipsos peruenerit de bonis defuncti. Ad
hoc quod notatur in dicto cap. quanquam. secun
dum Dominum Antonium ubi supra. & hoc
etiam uoluit Bald. in dicta l. vnica. & in l. furti.
C. de furt. & hæc quando actiones descendentes
ex ipso delicto ex quo conuenitur hęres sunt pę-
nales ex parte rei, sed ex parte actoris sunt rei p-
secutotiæ, cũ prosequatur dãnũ seu interesse ip-
12 sius actoris: aliàs † si sint pęnales ex vtraque par-
te, & tunc hæres etiam secundum canones non te
netur, sicut non tenetur secundum leges, ut vo-
luit Barto. in dicta l. prima. pro quo etiam facit
quod uoluit Glo. xij. quæst. ij. sanè. ubi Glo. hoc
sentit, quam sequitur Dominus Nicolaus in eo-
dem c. parochiano. ubi tenet etiam quòd eo ca-
13 su † quo defunctus non pœnituisset, non tene-
tur hæres ex delicto defuncti, nisi quatenus põt
cogi de iure ciuili, ut apertè uoluit Glo. in fi. in c.
à nobis. el ij. de sent. excom. quæ dicit ꝙ tex. in d.
14 † c. parochiano. debet intelligi de pęnitente, qđ
sentit etiam Ioan. And. in additio. Spec. in tit. de
15 appel. §. quibus. sed quidquid dicat † fortè uerius
est, ut & tunc teneatur hæres ad satisfaciendum
de delicto, etiam si defunctus non pœnituerit: ut
✻ dictum fuit. quod & communiter tenetur. ✻ Ad
hoc text. in d.c. tua. & in d. canone si episcopum.
indistinctè loquentes.
16 Si uerò loquamur † secundum leges, & tunc si
pœna imponitur ipso iure transit contra hęre-
des: ut l. Caius. ff. ad Syllanid.
17 Si uerò uenit † imponenda ab homine, & tunc
si delictum seu dolus cõmittitur circa cõtractũ,
& tunc si ueniet purgãdũ per actionẽ ex eo con-
tractu, & tunc transit cõtra hęredes, adeò ꝙ cõue
niri poterunt. l. ex contractibus. ff. de act. & obli.
18 Si uerò † non ueniat purgandus per actionem
ex eo contractu, & tũc non transit contra hære-
des, nisi prout dicetur infra: ut institu. de per-
petuis & tempo. actio. §. aliquando.
19 Si verò delictũ † cõmittitur extra cõtractũ, &
tunc si lis fuit contestata cũ defuncto, & transit
contra hæredes: ut uoluit Gl. in d.c. parochiano.
per dictam l. vnicã. C. ne ex delicto defunctorũ.
20 Si uerò † lis non fuit contestata, & tunc si per-
uenit aliquid ad ipsum hęredem ex ipso delicto,
& tũc datur actio cõtra eũ quatenus peruenit: ut
d. l. vnica. Quod licet regulariter sit uerũ tñ fallit.
21 Et primò † in actione vi bonorum raptorum:
quod ideò est: quia eius loco datur conditio fur
tiua; ut l. ii. §. fi. ff. ui bono. rapt.
22 Secundo fallit † in interdicto unde ui, cũ eius
loco succedat actio in factum: ut ff. de ui & ui ar-
ma. l. j. §. fi. secundum Goffred. & Ioannem And.
in d.c. parochiano.
23 Tertiò fallit † in casu legis. ij. ff. ad leg. Iul. repe
tundarum secundum unam lecturam ibi.
24 Si uerò † non peruenit ad ipsum hæredem ali-
quid ex ipso delicto, & tunc regulariter, contra
ipsum hæredem non datur actio descendens ex
ipso delicto: ut d. l. unica.
25 Quod tamen fallit † in conditione furtiua: ut
dicto §. conditio.
26 Secundò fallit: † quando ipse defunctus fuisset
confessus coram iudice, cum tunc transeat cõtra
hęredem, etiam si defunctus decesserit ante litem
contestatam: ut uoluit Specu. in d. vers. quid si is.
27 & Io. And. in d.c. & hæc † qñ ipse defunctus de-
linquens decessisset ante sententiam: aliàs si post
sententiam, & tunc sine dubio transiret contra
hrẽdes: ut d. l. ex iudiciorũ. et ut dictũ fuit supra.
28 Quod uerum est † nisi fuerit appellatũ cũ tunc
hoc casu dicendum sit ut plenius notatur per Gl.
& Doctores. in dicta l. ex iudiciorum.

CONCLVSIONIS & Regulę LXVIII.

ARGVMENTVM.

Pœnæ plures cúm reperiuntur impositę, quænam sit imponenda.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Pœnis pluribus impositis in eadem lege & copulatiuè, utraq; infligenda erit, si alternatiuè sufficiet alteram imponere. nu. 2.*
3 *Pœnis pluribus impositis in diuersis legibus, & tunc noua lex etiam si esset municipalis non tollit pœnam legis antiquæ, secundum communem opinionem, & & tunc si concurrant lex generalis & specialis, specialis seruāda si prouidit in casu aliàs generalis. nume. 4.*
5 *Legibus pluribus (in quibus apposita sit pœna) concurrentibus, si utraque specialis est, & per uiam accusationis procedatur, pœna secundum modum accusationis imponenda erit, si per inquisitionem erit in iudicis arbitrio. nume. 6. Nisi lex noua accumulatiuè prouidisset de pœna: cùm utraque imponatur. nu. 7. Vel lex noua ueniret derogatiuè ad legem antiquam, cum tunc noua sit attendenda. nume. 8.*

1 POENAE † plures quando reperiuntur impositæ, iudex quā imponat? dicendum est, quòd aut in eadem lege reperiuntur impositæ diuersæ pœnæ, aut in diuersis legibus, primo casu, aut imponuntur in eadem lege copulatiuè, & utraque erit imponenda. C. de sacrosanct. eccles. l. nemo martires. & de iudic. c. at si clerici. quod voluerunt D. Anto. Imola & D. Nicol. in c. illis autem. de offi. deleg.
2 Aut † alternatiuè & sufficit alteram imponere. vt in regula in alternatiuis. lib. vj. & ibi notatur. de quo etiam in c. inter cæteras. de rescrip. & C. de serui. fugi. l. quicunque.
3 Secundò uerò casu † quando tales pœnæ reperiuntur impositę in diuersis legibus, & tunc prouisio nouæ legis etiam si sit lex municipalis non tollit in dubio prouisionem legis antiquæ imponentis aliam pœnam, prout communiter tenetur. secūdum quod notatur. ff. de act. & obl. in l. quoties. & in c. fœlicis. de pęnis. lib. vj. & ibi per Ioā. And. & per Bart. in l. j. ff. de ui bonor. rapt. & per D. Nicol. in d. c. illis autem. Et tunc † aut una lex
4 est generalis & alia specialis, & casus de quo quęritur est casus de quo specialiter est prouisum: & seruanda erit forma ipsius legis specialis, & eius pęna imponenda. ff. de pœ. l. sanctio. Alias seruāda erit forma legis generalis. ff. de uerb. ob. l. doli clausula. prout uoluit Bald. in d. c. illis autem.
5 Aut † utraq; lex specialis est, & tunc aut proceditur per uiam accusationis, & tunc imponenda erit illa pœna quæ uenit imponenda secundum modum accusationis: ut d. l. quoties. secundum Bal. & D. Nico. in eod. c. illis autem.
6 Aut proceditur † per modum inquisitionis, & tunc erit in arbitrio iudicis quā pœnā imponat, cum imponere possit mitiorē, uel illā quæ magis emetur, per id quod notatur per Gl. xxj. q. ij. in summa. & xxx. distin. fraternitatis. prout & tenet Imo. in eo. c. illis. allegās Bar. in d. l. sanctio. & in l. j. ff. vi bono. rap. & in l. senatus. ff. de accu. Quod licet regulariter uerum sit, tamen fallit.
7 Et primò: † quādo lex noua accumulatiuè prouideret de pęna cū tūc utraq; imponatur. l. qui ita. ff. de dot. præleg. secundū Bal. in eo. c. illis autē.
8 Secundò † fallit: quando ipsa lex noua ueniret derogatiuè ad legē antiquā, ita quod expressè: vel p cōiecturas hoc appareat, quod uoluerit eidem derogare, cū tūc ueniat imponenda pœna imposita per legē nouā tantū. ff. de re mil. l. q cū vno. §. qui post desertionem, secūdū Bal. & D. Nicol. in eodem c. illis autem.

CONCLVSIONIS et Regulæ LXIX.

ARGVMENTVM.

Pro eodem delicto plures non sunt imponendę pœnę.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Pœnæ plures pro eodem delicto imponi nō debent, secundum communem opionem.*
2 *Pœna imposita in foro seculari tollit pœnam in ecclesiastico, & è contrà, nisi enormitas criminis aliud suadeat. nume. 3. Vel per nouam constitutionem imposita foret pœna penitus diuersa à prima. nam tunc utraque exigitur. nu. 4.*
5 *Pœnæ plures debentur pro uno delicto: quando utraque prosequitur interesse priuatum seu utraq; est pecuniaria, cū ea quæ excedit attendatur: aliàs si paritas adsit una imponenda. nu. 6. & 10.*
7 *Plures pœnæ pro eodem delicto tunc debentur: quando ex eo resultant diuersi tituli, quorum unus haberet se ut genus alius ut species: aliàs secus. nu. 8.*
9 *Pœnis pluribus pro eodem delicto, si ipsa habent se ut excedētia & excessa, una sublata altera durat.*
11 *Crimina diuersa cum resultant ex eodem facto seu delicto, tunc si plures sint impositæ pœnæ, et utraque tendat ad uindictam utraque imponitur: Idē si una pœna tenderet ad interesse priuatum, alia ad uindictā: seu una sit ciuilis alia criminalis. n. 12.*
13 *Pœnis pluribus impositis per eandem legem, utraque debetur. Idem si una esset temporalis alia spiritualis. nume. 14.*
15 *Pœnæ si diuersis imponantur, pœna uni. inflicta non liberat alium.*
16 *Vniuersitate punita ex delicto, adhuc de eodem delicto singulares puniri poterunt. quod nota.*

1 PRO † eodem delicto an plures
pęnę imponi posṡint? & dicen-
dum est quòd non regulariter.
l.Scoatus.ff.de accusat. l. ad se-
natus. ff. de iniur.c. at si clerici.
de iudic.Glos.in c. felicis.§.per
* hoc.de pęo.lib. vj.Quod & cõmuniter tenetur *
cum vua rollat aliam non solum io eodem foro,
vt in foro seculari vel ecclesiastico, sed etiá in al-
2 tero ipsorū.Nam pęna † imposita in foro serulari
tollit pœnam in eccleliastico,& econuersò, ut uo
luit Hostien.& Ioan.And.in c.tuæ. de procurat.
Quod licet verum sit tamen fallit.

3 Et primò † propter enormitatem criminis,cum
una noo sufficeret:vt est in d.c.felicis.§. per hoc.
& xxi.q.v.si quis cuiuslibet.& xvii.q.iiii.attendē
dum.& aliis allegatis per Glos. in verbo duplici.
in d.c.at si clerici.§.de adulteriis.

4 Secundò fallit: † quando per nouam constitu-
tionem fuisset imposita pœna penitus diuersa à
prima, quá imponit ius commune,cum túc vtra-
que exigatur: vt C. de sepulch. viol.l. qui sepul-
chra.& l. quoties . in princi.ff. de actio.& obli-
gatio.& l.iij.ff.de liber.exhib. per quas leges fuit
ita disputando conclusum secundum Ioan. And.
in dicto §.per hoc. vt si vna sit capitalis altera
pecuniaria vel diuersi generis, itaquòd nō pos-
sit euelli de corpore alterius. Ad hoc l. quæ cum
uno.§. quæ post desertionem.ff. de re militar. &
quod notatur.ff.de transact.l.trāsigere. per Cyn.
& per Bald.in d.l.qui sepulchra.

5 Tertiò fallit: † quando vtraque prosequitur
interesse priuatum, seu utraque est pecuniaria,
cum tunc altera puniri posṡit quatenus excedat.
vt ff.de action.& obligat.l. cum ex voo. & l.j. ff.
6 vi bonor.rapt. Secus † si non excedit sed sit om-
ninò paritas: vt de fide instrumen. cap. pastora-
lis. & hoc tenet Ioaoues Monachus, Archidiaco-
nus & Ioannes And. in dicto cap. felicis. §. per
hoc. & ita fuit disputaudo conclusum secundum
7 ipsum Ioannem And. Quod uerum est: † quando
ex ipso facto resultant diuersi tituli & diuersæ
agendi formulæ, & ipsi tituli criminis habent se
ut genus & species: vt est furtum ad rapinam,
cum tunc si actum sit una actione ciuili, agi po-
test altera, quatenus excedit rapinam: vt dicta l.j.
8 Aliàs verò † si ex ipso facto unus titulus crimiuis
sit sed diuersæ agendi formæ, & tunc una electa
tolleretur alteta: vt ff.oaut.caup.stab.l.item ait.
§.fina.& ff. de actio.& oblig.l.peoult.secundum
Bart. in l. j. §. si dixerit aliqois.ff. de pu.& Petr.
de Ancha. in dicto §. per hoc. Adhoc quod no-
tatur per Lapum in allegatioue xxx.

9 Aut † habeot se vt excedentia & excessa, vt est
ratio de tutelis,& rationibus distrahēdis,ad actio
neui furti, & tunc electa uoa actione non tolle-
retur altera sed duraret, & in totum.l.j.§. in tute-
la.ff.de tutel. & ration.distrah. vt dixit Bart.post
Dyn. in l.j.§. dixerit aliquis. ff. de pu. & Petr. de
Aochara. in eodem cap. per hoc. & ita proce-
dere posset dictum de quo supra.

10 Quartò fallit: † quando utraque prosequitur in-
teresse priuatum ex facto ex quo resultanr diuer-
si tituli criminis.

11 Quintò fallit: † quaodo utraque tendit ad uin-
dictam,& ex ipso facto resultant diuersa crimina
quæ se habent, ut species separaræ & distinctę, cū
túc ex vtraque puniatur.l.si adulterium cum in-
cestu.ff.de adult.& l. qui de crimine. C. de accus.
secus si oriantur ipsa crimina quæ habent se vt
geous,& species, cum tunc una sufficiat: ut dicta
l. senatus. secundum Bart. ibi.

12 Sextò fallit: † quando vna pœna tenderet ad in-
teresse priuatum,& alia ad uindictam, seu una est
ciuilis, alia criminalis: vt l.j.C.quand. ciuil. act.
crimin. præiudic.& quod nota. io l. prætor edi-
xit.§.j.ff.de ioiur.& per Ioan.And.in c. cum dile
cti.de dolo & contum.io vlt.Glos.

13 Septimò fallit: † quando vtraque pœoa impooe
retur per eandem legem: ut l.placet.C. de sacros.
eccle.cauooizata.xvi.q.j. bona Glos.io d.c.fœli-
cis. in uerbo adimimus.

14 Octaoò fallit: † quando una pœna esset tempo-
ralis, alia spiritualis. vt notaiur per Glo.de accu-
sat.c.de ijs.& per Ioá.And.in c.j.de offic.ordi.io
Glo.fi.& per Bald.in d.l.placet.

15 Nonò fallit: † quando imponerentur pœnę di-
uersis, cum pœna uni imposita oon liberet aliū,
secundum Petrum de Anchar. in dicto cap. feli-
cit.§. per hoc. de pœn. libr. vj. & est text. io l.si
quis.ff.de iurisd. omn. iudi. & in l. penult.ff. ne
quis eum.cum similibus. Quod & voluit io di-
16 cto §. per hoc. Ioan. Monachus † dicens quòd
si vniuersitas sit punita ex delicto, nihilominus
singulares de uniuersitate puuiri poterunt. Ad
hoc l. sicut.§.j. ff. quod cuiusque uni. nomin. &
l. aliud.§.refert.ff. de regu. iur. & ff.quod ùi aut
clam.l. semper.§. io sepultura . Alia enim pœna
cadit in peccatis vniuersitatis, & alia in peccatia
singulorum secundum Ioannem Monachū quem
ibidem sequitur Ioan. Aod.

CONCLVSIONIS et Regulę LXX.

ARGVMENTVM.

Pœna conueutionalis quando per cle-
ricos exigi posṡit.

SVMMARIVM.

1 *Pœna conuentionalis promissa parti uel arbi-
tro, quando exigi possit, remissiuè.*
2 *Pœna conuentionali parti uel arbitro promissa nō est
locus in foro pœnitentiali, secundū communem.*
3 *Intellectus ad c. fraternitas. xii q. ii.*
4 *Pœna cõuentionalis ipso iure uel ipso facto imposita,
exigi pōt, & debetur etiam in foro conscientiæ.*
5 *Pœnarum species sex & quæ.*
6 *Pœna legalis seu canonica peti, & exigi potest
nedum*

nedum à laicis, uerùm etiam à clericis. Idem in pœna consuetudinaria. numero 7. idem in pœna statutaria. nume. 8.

9 *Pœna contumaciæ punitiua peti et exigi potest, etiam per ecclesiasticas personas, dummodo fit per iudicem competentem & causa iusta non ob auaritiam nume. 10. quod uerum est quatenus interfit: ut ibi secus de iure ciuili, cum in totum exigatur. nu. 11.*

12 *Clericus satisfactionem iniuriæ petere potest.*

13 *Pœna iudicialis etiam per ecclesiasticam personam peti et exigi potest.*

14 *Pœnam compromissi etiam per ecclesiasticam personam licitè petitur et exigitur, nisi non obseruans laudum fecisset quod potuisset. nu. 15. secus de iure ciuili. nu. 17.*

16 *Intellectus ad c. suam. de pœnis. et nu. 19. 21. et 23.*

18 *Pœna compromissaria de æquitate canonica pro ea parte debetur, pro qua laudum non impletur, secus de iure ciuili. nu. 19.*

20 *Pœna magna ob modicum interesse de æquitate canonica exigi non debet.*

22 *Pœna non parentis laudo infra terminum, si mora uel lex purgari nec interesset id parti cessaret pœnæ exactio ut lucrum de iure canonico: secus de iure ciuili. numero 23.*

24 *Pœna conuentionalis à laicis rectè exigitur, dummodo non sit apposita in fraudem usurarum, à clericis non, nisi in quantum interfit. nu. 25. Sed contra eùm ab eis fuit à laicis peti possit. nu. 26. Et hoc si constat quòd non in fraudem usurarum, secundùm communem ✻ nu. 27.*

28 *Pœna conuentionalis si dubitetur an sit apposita in fraudem usurarum dicendum quòd si apponatur dationi quantitatis, quòd uideatur apposita in fraudem, secus si apponatur dationi speciei uel facto uel factioni, secundum communem ✻ nu. 29.*

30 *Pœna conuentionalis apposita in fauorem illius qui consuetus est fœnerari, censetur in fraudem usurarum apposita.*

31 *Pœna conuentionalis apposita obligationi factæ ad speciem uel factum, si præcedebat obligatio dandi pecuniam in dubio censetur apposita in fraudem usurarum, secundum communem. ✻ etiam si tendat obligatio ad factum uel ad speciem ob faciliorem executionem. num. 32. Et hæc in consueto fœnerari. numero 33. Imò & in non consueto. secundum communem ✻ et quæ in practica seruatur. numero 34.*

35 *Pœnæ ut odiosæ sunt restringendæ.*

36 *Distinctio de qua supra an pœna imponatur dationi quantitatis uel speciei, procedit etiam in transactione: sed contra nu. 37. nec procedit in compromissis uel laudis. nu. 38.*

39 *Pœna compromissaria promissa in casu contrauentionis ipsi arbitro, uel si propterea res aliqua data sint, arbiter tenetur cedere actionem parenti, secus si expressum sit ut sit ipsius arbitri. nu. 40.*

41 *Pœna compromissaria: uel pignus datum in casu contrauentionis ut deberet remanere penes arbitrum etiam parenti dandum.*



1 POENA † conuentionalis promissa ipsi parti seu arbitro, an & quando exigi possit, etiam per clericos seu religiosos sæpe solet reuocari in dubium. Glo. in c. dilecti filij. de arbitris. & ibi Hostien. Ioannes And. Do. Antonius, Imola, & D. Nicolaus, tractant hanc materiam, quorum dicta recolligendo, aliquid addendo, sic concludi potest.

2 Aut loquimur † in foro pœnitentiali, & tunc non est locus ipsi pœnæ. Vnde non est iniungendum pœnitenti per confessorem ut satisfaciat de

3 pœna, ut est † casus notabilis secundum unum intellectum. in canone fraternitas. xij. q. ij. secundum Goffredum & Ioannem And. in d. c. dilecti

✻ filij. quod & communiter tenetur, ✻ unde ipse pœnitens non tenetur sibi facere conscientiam de soluendo ipsam pœnā secundum Imolam in proximè citato c. Quod licet uerum sit regulariter tamen fallit.

4 Et primò: † quando huiusmodi pœna sit talis quæ ipso iure seu facto imponatur, non autem sit imponenda per iudicem, secundum D. Nicolaū in d. c. dilecti filij. per c. uergentis. de hæret. & in c. cum secundum. eodem titu. libro vi. & l. quisquis. ff. ad leg. Iul. maiesta. Nam cum illis casibus bona ipso facto sint fisco applicata, non possunt cum bona conscientia retineri, quod licet in se uerum sit, tamen non est de regula prædicta, ubi tractatur de pœna à principio uoluntaria ex contractu, ideò de eo infra uidendum.

5 Aut † loquimur in foro iudiciali seu contentioso, & distinguendum est inter pœnam & pœnam, cum sex sint species pœnarū uidelicet. Quędam sit pœna legalis, seu canonica. Quædam consuetudinaria. Quædā cōtumaciæ punitiuæ. Quędam iudicialis. Quædam cōpromissaria. & Quędam conuentionalis. uideamus de singulis.

6 Et primò † de pœna legali seu canonica, ut est illa quæ imponitur à lege seu canone. & hæc peti & exigi potest non solum à laicis, sed etiam ab ecclesia seu clericis. xvii. q. iiii. canone. si quis deinceps. cum sequenti. & c. sacrilegium. & extra de pœnis. per totum.

Secundò uidendum est de pœna consuetudinaria,

7 † & in ea dicendum est idem, ut peti & exigi possit etiam ab ecclesia seu clericis. per notata in c. dilectus. de offi. ord. & in c. ii. de delic. pue. dummodo ipsa consuetudo sit rationabilis. c. fin.

8 de consuetu. Quod † & locum habet similiter in pœna statutaria iuxta not. in l. omnes populi. de iusti. & iure. & in c. cum omnis. de constitu. & in c. quæ in ecclesiarum. eod. titu.

9 Tertiò uidendum est † de pœna cōtumaciæ punitiuæ, ut est illa quæ imponitur ratione contumaciæ uel contemptus, & in ea dicendum est idē, uidelicet: ut possit peti, et exigi, etiam per eccle-

10 siam, † dummodo imponatur per iudicem qui eam imponere possit. ff. de iudic. l. ii. in fine. et c. de

c.de causis. de offi.deleg.et modum non excedat.
C.de modo mulctarum.l.eos.et eã pro bono Rei
publicæ imponat.et non causa auaritiæ.c. irrefra
gabili.in fine.de offi. ordin.& hæc exigi potest à
parte quatenus interest de iure canonico.de dol.
11 & contum.c.i.licet † aliud sit secundum leges,se-
cundum quas exigi potest in totum. ff. de tabul.
exhiben.l.locũ.§.antepenultimo & penultimo,
secundum Holtiensem & Ioannem And. in d.c.
12 dilecti filij.de arbitris.qui etiam dicunt q; † ec-
clesiasticus satisfactionem iniuriæ petere potest.
c.olim.de iniur.ubi de hoc.
13 Quartò uidendum est de pœna iudiciali,† &
illa peti & exigi potest etiam per ecclesiasticũ.c.
cum dilecti.de elect.& de dol.& contum.c. finẽ
secundum ipsos Holt.& Ioannẽ And.ubi supra.
Quintò uidendum est de pœna compromissa-
14 ria † ut est illa quæ apponitur in compromissis
pro obseruatione laudi,& hæc potest licitè peti
& exigi per quemcunque etiam ecclesiasticum:
uel religiosum:ut patet in d.c.dilecti filij.& in c.
per tuas.eo.tit.de arbit.
Quod licet regulariter uerum sit:ut talis pœ-
na peti & exigi possit tamen fallit.
15 Et primò: † quando non obseruans laudũ fe-
cisset quod potuisset,cum & tunc si in totũ ser-
uare non potuit, pœna peti non possit de æqui-
tate canonica : ut est casus secundum unum intel
16 lectum in † c.suam . de pœnis. esto † quòd aliud
17 sit de iure ciuili,quo iure difficultas satisfacien-
di non excusat à mora.& consequenter nec à pœ-
na.ff.de uerbo.oblig.l.continuus. & ibi Docto-
res.§.illud.prout uoluit Holt. Ioã.And.& Imol.
in d.c.dilecti filij.
18 Secundò fallit: † quando pro parte impletur
laudum,cum tunc non possit pœna tota peti:sed
tantum pro rata de æquitate canonica : ut est ca-
19 sus in dicto † c.suam.secundum alium intellectũ
Glo.ibi,& Doctorum.licet aliud sit de iure ciui-
li.prout habetur.ff.de uerb.obl.l.v.§.fi.& l.iiij.§.
Cato.& ibi per Barto.
20 Tertiò fallit: † quando propter modicum in-
teresse uellet exigere magnam pœnam , cum &
tunc non possit de æquitate canonica. & est ca-
21 sus. in dicto † cap.suam.secundum alium intel-
lectum, prout uoluit Holtiẽ. in summa de arbit.
§.qualiter.uersicu.sed nunquid & Imola in d. c.
dilecti filij.
22 Quartò fallit: † quando non parens laudo in-
fra terminum uellet posteà purgare moram , &
non interesset uolẽtis petere pœnam quo minus
pœna purgetur , cum & tunc pœna imponi non
possit , ut supra . & ita potest intelligi dictum
23 † c.suam. secundum alium intellectum & secun-
dum hoc admittetur purgatio moræ de æquitate
canonica,licet sit apposita dies solutioni.ut dicto
c.suã.licet aliud sit de iure ciuili. ff. de arb.l.Cel
sus.secundum Imo.in eo.c.dilecti filij.
Sextò uidendum est de pœna conuentionali
24 † ut est illa quæ apponitur in contractibus.& cir-
ca eam dicendum est prout uoluit in supra dicto
c.dilecti filij.Holt.& Imo.quòd hæc pœna peti
potest à laicis,dummodo nõ sit apposita in frau-
25 dem usurarum,sed † à clericis seu religiosis,peti
non poterit,nisi quatenus interest,cum uideatur
tunc peti ex causa auaritiæ si ultra petatur: ut
per ipsum Hostien.ubi supra , cuius opinio licet
sit humanior secundum Imolam ibi,cui hęc opi-
26 nio placet,tamen † opinio Innoc.qui tenuit in
dicto c.suam:quòd etiam à clericis peti possit ul
tra quam intersit,dummodo non sit apposita in
fraudem usurarũ,uerior uidetur de iure: ut pro-
batur per textum in d.c.dilecti filij, quam ibi se-
27 quitur D.Nicolaus.Quod procedit † quãdo ip-
sa pœna non fuit apposita in fraudem usurarum ,
& hoc constat. Aliàs uerò si sit apposita in fraudẽ
usurarum, & hoc constet,& tunc sine dubio exi-
gi non poterit,prout uoluit Gloss. in d.c. dilecti
filij.& Imola.in d.c.suam . & communiter tene-
✻ tur. ✻ Si uerò † dubitetur an sit apposita in frau-
28 dem usurarum,uel non,& tunc in dubio distin-
guẽdum erit.Quia aut est apposita dationi quã-
titatis , & uidetur in dubio apposita in fraudem
usurarum,per ea quæ habentur.ff.de actio. emp.
l.Iulianus.§.idem Papinianus . & C. de usur. l.
cum allegas.
29 Aut † apponitur dationi speciei uel facto seu fa
ctioni; & tunc in dubio non præsumitur apposi-
ta in fraudem usurarum.ff.de act.emp.l. Lucius.
& ff. de uerb.oblig. l.ii. ubi Docto.ita commu-
✻ niter tenent ✻ & idem in d.l.cum allegas.& Ca-
nonistæ in d.c.dilecti filij. Quod ultimum licet
regulariter sit uerum,tamen fallit.
30 Et primò ; † quando est apposita in fauorem
illius qui consuetus est fœnerari,cum tunc in du-
bio uideatur apposita in fraudem usurarum, per
ea quę habentur.in l.qui semisses.ff.de usur.& in
l.qui uniuersorum.ff.de pign.act.prout uoluit in
eodem.c.cum dilecti filij.D.Antonius & Imola
Adducens etiam ad hoc quod notatur per Inno.
in dicto c,suam.
31 Secundò fallit;† quando obligationem factam
ad speciem uel factum præcedebat obligatio dã-
di pecuniam,cum tunc in dubio præsumatur ap-
posita pœna in fraudem usurarum, non solum si
obligatio ad speciem uel ad factũ tendat ad aug-
mentum debiti ut si promittis dare decem in
paschate & si non dederis promittis dare uel scri-
bere librum , & si non dederis uel scripseris pro-
mittis pœnam,cum hæc pœna uideatur in dubio
apposita in fraudem usurarum,prout communi-
✻ ter tenetur. ✻ Sed etiam † si tendat ipsa obligatio
32 ad speciem uel ad factum ad faciliorem exactio-
nem; ut si promittis dare decem in paschate,& si
non dederis promittis dare librum in pignus; uel
infra decem dies recipere præceptum de soluen-
do,quod si non feceris promittis tantum nomi-
ne pœnæ,cum & tunc similiter uideatur apposi-
ta in fraudem usurarum in dubio , prout uoluit
Ioannes And.in additionibus Specul.in titu. de
obligat.

oblig. st. §. j. super uerb. ad primum. & hoc etiam voluit Dynus & Barto. in l. cum seruus. ff. de condi. & demonstra. & Cyn. in dicta l. cum allegas. & ibi Bald. & Angel. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff.
33 de verbo. obliga. Quod procedit † in consueto fœnerari, prout voluit Ioã. And. in dictis additionibus, quem sequitur D. Anto. in d. c. dilecti filij.
34 Sed imò † & in non consueto, cum Ioan. And. ibi dicat hoc procedere præsertim in consueto fœnerari, quasi velit quòd etiam in non consueto procedat, prout & tenet Imola in dicto c. dilecti filij. dicens istam opinionem fortè esse de iure veriorem, & in practica obseruandam, ex quo communiter tenetur per notata de constitu. in c. j. & c. ne innitaris. esto quòd Iacob. Butrigar. in d. l. cum allegas. & Bar. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. peta. aliud voluerit, quorum opinio non est attendenda, sed communis quidquid dicat D. Nicolaus in eod. c. dilecti filij. & præcipuè odio pœnarum,
35 quæ † vt odiosæ sunt restringendæ. de pœn. dist. j. pœnæ. & in regula, in pœnis. lib. vj.
Quæ distinctio videlicet: an pœna imponatur dationi quantitatis: vel speciei: vel facto, re-
36 gulariter procedit in contractibus, vt supra: † am pliatur procedere etiam in contractu transactionis: vt voluit Iacob. Butrigar. in l. promissis. C.
37 de transac. sed † Bald. ibi remittens se ad notata per ipsum in l. v. §. fi. ff. de verb. oblig. vbi videtur tenere contrarium, scilicet, regulam prædictam limitari, non procedere in contractibus transactionum, cum pœna in eis non apponatur in fauorem vnius partis, sed vtriusque, quod forte verius est.
38 Secundò fallit † in compromissis vel laudis, in quorum contractibus non procedit dicta distinctio, secundum Iacob. But. vbi supra, nec in hoc ab eo videtur Bal. discordare. & sequitur Imola in dicto c. dilecti filij.
39 Et pœna † in compromisso apposita etiam promissa in casu cõtrauentionis ipsi arbitro, vel propterea eadem conditione res daræ erunt ipsiua patris parentis, & arbiter tenetur cedere actionē, secundum Glo. in d. c. dilecti. Idem si pignus. Ad hoc l. si res. §. si sponsionis causa. ff. de præscr. ver. quod procedit quando fuisset data res in pignus ipsi arbitro per vtramque partem, cum hoc, vt per ipsum arbitrum assignetur ipsi parenti res oõ parentis, & hoc expresso, si verò non sit expressum vt detur parēti, & tũc in dubio idem videtur actũ: vt voluit Glo. in l. litigatores. §. sed quod prætor. ff. de arb. Ad hoc quod notat Cyn. in l. penul. C.
40 eod. tit. Si verò † expressum sit vt pignus propterea datũ sit ipsius arbitri, erit ipsiua. l. fideiussor obligari. §. fideiussor. ff. de fideius. Ad hoc l. in re-
41 mãdata. C. mãd. si verò † qđ remaneret penes ipsum arbitrũ, & tũc intelligendũ vt per arbitrũ cu ius nõ interest laudũ obseruari detur parēti. & ita procedat qđ dicit Cyn. ex mēte Guid. de Suza. in d. l. penul. videlicet: semper pignus arbitro dato debere dari parenti etiam si conuentum sit quòd remaneret penes arbitrum.

CONCLVSIONIS & Regulæ LXXI.

ARGVMENTVM.

Pœna in compromisso apposita soluta uel non soluta propterea peti non potest ut stetur arbitri sententiæ.

SVMMARIVM.

1 *Pœna si in compromisso ponitur, peti tunc nõ potest ut stetur arbitri sententiæ exacta uel non ipsa pœna. Idem si promissum foret stari sententiæ arbitri, nu. 2. etiam si laudum esset emologatum. nu. 3.*
4 *Actio uel exceptio oritur ex cõpromisso facto nudo pacto, si illud fuerit emologatũ tacitè uel expressè.*
5 *Compromissum si fuerit iuratum uel fidei interpositio ne firmatum, parit actionem.*
6 *Fidei præstatio æquipollet iuramento.*
7 *Laudum ex compromisso in spiritualibus indistinctè seruandum.*
8 *Compromissum si fuerit cum clausula quòd stetur laudo etiam pœna soluta uel rato manente pacto, seruandum erit laudum exinde secutum etiam pœna soluta, siue interueniat emologatio tacita siue expressa, secundum communem opinionem. nu. 9.*



1 PROSEQVENDO materiã animaduerte † quòd si in compromisso sit apposita pœna, nõ potest peti tunc, vt stetur sententiæ arbitri, quod procedit non solum quando pœna ipsa fuisset soluta, prout voluit Glos. in d. c. dilecti filij. Sed etiam quando non fuisset soluta, cum ex ipso laudo non oriatur actio. l. j. C. de arbi. licet tunc agi possit ad ipsam pœnam: vt d. l. j. & l. ij. & l. diem.
2 ff. eo. tit. Quod † locum habet similiter quando in ipso compromisso nõ fuisset pęna apposita, sed fuisset promissum stari ipsi sententiæ arbitri, cum & tunc licet committatur stipulatio ad interesse: vt d. l. diem. §. fi. tamē agi non potest vt stetur ipsi sententiæ arbitri, cum & tunc ex ipso laudo non oriatur actio, sicut & quando est pœna apposita,
3 vt supra, etiam † si ipsum laudum sit emologatũ expressè vel tacitè ex taciturnitate decem dierũ, cum tunc locum non habeat dispositio. l. cum antea. C. de arbi. vt & ibi notatur. Quod probatur ẽt in textu dicti c. dilecti filij. vbi patet quòd laudũ fuit ratificatũ, & tamen Papa mandat ipsum seruari per pœnam in compromisso appositam, quod & tenet in dicto c. dilecti. Do. Nicolaus. sed licet hoc regulariter sit verum, vt peti non possit, vt stetur ipsi laudo seu sententiæ arbitri, ita quòd cogatur quis eidem stare cum ex ipso laudo non oriatur actio vt supra, tamen fallit.
4 Et primò † quãdo fuisset factum compromissum nudo pacto, cum & tunc oriatur ex ipso laudo actio vel exceptio, si sit emologatum expressè vel tacitè per lapsum decem dierum, vt d. l. cum antea.

antea. Habet enim tunc locum dispositio dictæ le
gis, prout ibi patet.

5 Secundò fallit: † quando cōpromissum fuisset
iuratum uel fidei interpositione firmatū, cū tūc
peti posit ut stetur ipsi arbitramento & seruetur
per ipsum iuramentum: ut c. ij. de arbit. & simi-
6 liter propter fidei præstationem, quæ † æqui-
pollet iuramento. c. cum tempore. eo. tit. de arb.
& c. ad aures. quod met. caus. & ita tenet Imo. in
dicto c. dilecti.

7 Tertiò fallit † in spiritualibus, cum & tunc lau-
dum sit seruadum indistinctè, si sit approbatum,
prout uoluit Innocent. in eodem c. dilecti. per id
quod habetur in c. per tuas. eodem titu. de arbit.
ut plenius ibi notatur.

8 Quartò fallit: † quando in compromisso fuis-
set apposita clausula, ut stetur laudo pœna soluta.
uel similia puta rato manente pacto, tunc enim
secundum eandem Glo. in dicto c. dilecti. nō so-
lum habebit locum ipsa pęna, sed etiam stari de-
bebit tunc ipsi sentētiæ arbitri. quod & uoluit et
9 Glo. in l. ii. ff. de arb. & procedit † si interueniat
emologatio expressa uel tacita, cum & tunc locū
habeat dispositio dictæ. l. cum antea, prout sen-
tiunt dictæ Glossæ. & sic ex tali laudo orietur ac-
tio & exceptio: ut d. l. cum antea. ubi Odoffred.
hoc tenuit & Azo. quos sequitur Cyn. ibi & Bal.
in l. aīt prætor. ff. de re iudic. & in dicta l. cū an-
tea. & Imo. in d. c. dilecti. quorum opinio com-
✻ muniter tenetur ✻ quidquid in contrarium uo-
luerint Iacobus Balduini, Martinus de Fano &
Iacob. de Rauen. in eadem l. cum anteà. in quorū
sententiam etiam uidetur inclinare Ioānes And.
in d. c. dilecti. sed ab opinione Odofredi & Glo.
propter earum authoritatem: & quia communi-
ter tenetur in practica, non est recedendum, licet
in puncto iuris contraria posset sustineri, secun-
dum Imo. & bene, in eo. c. dilecti.

CONCLVSIONIS & Regulæ LXXII.

ARGVMENTVM.

Prælatus suspectus de dilapidatione quando remoueatur, uel detur coadiutor.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Prælatus suspectus de dilapidatione quādo remouendus uel dandus coadiutor. remissiuè.*

2 *Prælatus uel administrator. accusatus uel inquisitus de dilapidatione non remouendus, nec dandus coadiutor: sed interdicenda alienatio.*

3 *Tutor accusatus uel inquisitus de dilapidatione, remouendus ab administratione.*

4 *Dilapidationis probata suspicione, administrator uel prælatus non remouendus: sed dandus coadiutor, nisi & de futura administratione suspectus foret. nu. 5. & hoc si summariè constabat nu. 6. uel per laicalem potentiam spoliatus foret. nu. 7.*

8 *Suspectus quòd si in administratione remaneat, iudicem per pecuniam corrumpat, in totum remouendus ab ea.*

Intellectus ad c. quia ea. iij. q. ij. & nu. 17.

Intellectus ad c. licet Hely. de Simon. & nume. 10. 12. 14. & 16.

9 *Dilapidationis probata suspicione uehementi, remouetur seu suspenditur administrator ab administratione.*

11 *Prælatus regularis ob dilapidationis suspicionem in totum remouetur.*

13 *Prælatus inferior ab episcopo ob dilapidationis suspicionem facilius remouetur, quàm episcopus.*

15 *Dilapidationis suspicione probata incepta super ea inquisitione prælatus interim remouendus ab administratione, sed contra nu. 18.*

19 *Inquisitus de dilapidatione si compareat, & se excuset, & probet, remanebit in administratione et sic remouebitur coadiutor si datus esset.*

20 *Dilapidatione plenariè probata si criminaliter actū, sit, administrator deponetur, si ciuiliter remouebitur ab administratione, & priuabitur beneficio. nu. 21. remanebitque infamis. nu. 22.*

23 *Processus super suspicione dilapidationis summariè agitandus, secus si super ueritate illius. nu. 24. & utroque casu necessaria non est scriptura. nu. 25. Sed contra. nu. 26.*

1 PRAELATVS † suspectus de
dilapidatione an remoueatur,
uel ei detur coadiutor ista ma-
teria tractatur per Glo. Innoc.
Petrū, Abbatem, Ioannē And.
& Ioannem de Lignano D. An
tonium, D. Florianum & D. Nicolaum in c. ue-
nerabili. de offi. deleg. & per Goffredum & Ho-
stiensem ac Ioannem And. in c. licet Hely. de si-
mon. & per Archidiaconum. in canone Vultera-
nę. xij. q. ij. Quorum dicta simul iungēdo, aliquid
addendo pro declaratione huius conclusionis sex
consideranda sunt.

2 Et primò, † an ex hoc solo quòd inchoata sit
inquisitio uel accusatio super dilapidatione cō-
tra pręlatum; uel alium administratorem, ipse
prælatus; uel administrator remoueatur; uel de-
tur coadiutor? & in hoc dicendum est ut uoluit
Archid. in dicto c. Vulteranæ. quòd ex hoc solo
non remouetur ab administratione, nec eidem
datur coadiutor hodie; sed eidē omne genus alie
nationis interdicitur; ut c. si. de accus.

3 Quod tamen fallit † in tutore; qui ex hoc solo
interim remouetur ab administratione; ut l. cū
quem. C. de suspect. tuto.

4 Secundò † inchoata inquisitione uel accusa-
tione super dilapidatione, si subsequenter fiat in-
quisitio de suspicione dilapidationis, & probe-
tur ipsa suspicio an tunc remoueatur? uel detur
coadiutor? & dicendum est quòd tunc non re-
mouetur,

mouetur, sed datur coadiutor eidē; ut dicitur in dicto c. uenerabili. & uoluit Archid. ubi supra. & Petrus & Abbas & Lignanus & D. Floria. Imola, & D. Nicolsus in eodem c. venerabili. Quod licet regulariter sit verum, tamen fallit.

5 Et primò: † quando esset suspectus de dilapidatione futura, propter præteritam de qua constat, cum tunc remoueatur interim ab administratione: vt d. c. licet Hely. de simo. secundum Ioan
6 nem And. Quod procedit † secundum D. Antonium in dicto c. venerabili. quando de ipsa dilapidatione constabat summariè: aliàs si plenariè, & tunc dicendum est vt infra dicetur.

7 Item procedit † nisi fuisset spoliatus per laicalem potentiam, cum & tunc detur coadiutor: vt tenet Inno. in d. c. venerabili. per illum text. cum quo ibi residet D. Antonius & Imola.

8 Secundò fallit: † quando esset suspectus, ita quòd remanendo quoquo modo in administratione corrumperet iudicem per pecuniam, cum & tunc remoueri debeat in totum ab administratione temporalium; & sic suspendi, & ita intelligendum † c. quia ea. iij. q. ij. & dictum † c. licet Hely. secundum D. Florianum in dicto c. venerabili. qui ad hoc adducit quod notatur per Goffredum, & Hustiensem in dicto c. licet Hely. quod satis potest tolerari, licet sapiat diuinationem, secundum Imolam.

9 Tertiò fallit: † quando probata suspicione esset vehementer suspectus de dilapidatione, cum tunc suspendatur siue remoueatur ab administra
10 tione, & ita procedat dictum † c. licet Hely. secūdum Ioannem de Lignano. sed hoc dictum non probatur ibi, nec iure. & in contrarium facit textus in d. c. venerabili. secundum Do. Florianum & Imolam ibi. qui tamen dicit quòd tunc dici potest quòd hoc sit in arbitrio superioris: qui habeat considerare an sit leuis præsumptio, & det coadiutorem, an vehemens de dilapidatione, & tunc interim remoueat ab administratione.

11 Quartò fallit † in prælato regulari qui ab administratione remouetur in totum, & ita procedere
12 poterit dictum † c. licet Hely. talis enim de facili magis remoueri potest quàm secularis: vt notatur in c. per tuas. de simonia. secundum Imolam in dicto c. venerabili. secundum quem dicit quòd dicta regula fallit &c.

13 Quintò: † quando talis prælatus esset inferior ab episcopo: nam cum talis non sit ita alligatus & duriori vinculo: vt notatur in c. fi. de postul. prælato. poterit magis de facili remoueri ab admini-
14 stratione, & ita procedere poterit dictum † c. licet Hely. secundum Imolam vbi supra.

15 Tertiò videndum est, † si probata suspicione dilapidationis incipiat superior inquirere plenariè de veritate ipsius dilapidationis, & tunc incepta ipsa inquisitione, remouebitur interim ab ad-
16 ministratione temporalium: vt † dicto c. licet He
17 ly. & dicto † canone. quia ea. quæ ita intelliguntur, sed non ab administratione. spiritualium:

vt not. in cap. nobis. xij. quæstio. ij. & voluit Ar-
18 chidia. in d. c. Vulteranæ. Sed hoc † dictum non videtur verum; quia secundum hoc, modicu tempore duraret coadiutor, & esset quodāmodo elusoria datio talis coadiutoris: quod est contra textum in d. c. venerabili. secundum Do. Florianum ibi, nisi dicatur vt voluit Archid. in d. c. Vulteranæ. quòd iste qui est datus coadiutor remaneat solus in administratione. Sed hoc non est tutum, cū à principio non detur vt solus administret, secundum Imol. vbi supra, secundum quem fortè poterit dici ut supra, videlicet: vt sit in arbitrio superioris tunc an videlicet detur coadiutor: vt dicitur in d. c. venerabilis, vel remoueatur ab administratione: vt d. c. licet Hely. & dicto cap. quia ea. Ad hoc quod notatur per Gloss. in simili. xxxvij. distin. fraternitas.

19 Quartò † si ille contra quem proceditur de veritate dilapidationis compareat & se excuset, pro ut excusare se potest, per c. cum dilecti. de accusa. & tunc si suam excusationem præbet, remanebit in administratione spiritualium: & sic remouebitur coadiutor. vt voluit Archidia. in d. c. Vulteranæ. Si verò excusationem non probet, & tunc aut non probatur veritas dilapidationis, sed remanet de hoc infamatus, & poterit eidem indici purgatio, & si se purgauerit, remanebit in vtraque administratione & sic remouebitur coadiutor in totum, sed si non se purgauerit, & tunc habebitur pro conuicto: ut not. in d. c. cum dilecti, & in c. in tantum. de simun. & in c. cum dilectis. de purga. cano. & hoc uoluit Ioan. And. in d. c. licet Hely. & Archidia. in dicto canone. nobis. & sic habetur ac si probata esset ipsa dilapidatio, quo casu dicendum est ut infra dicetur.

20 Quintò, † probata ipsa dilapidatione plenariè, uidendum est qualiter, & ad quid sit procedēdum. & in hoc dicendum est quòd inspicienda est forma iudicij. Nam si actum fuit criminaliter, & tunc deponetur secūdum Petrum & Abbatem in d. c. uenerabili. non solum à beneficio, sed etiam ab ordine. xij. q. ij. Apostolicos. & c. diaconi. Si ue
21 rò † ciuiliter fuerit actum, iuxta nut. in c. super iis. de accusa. & tunc remouebitur ab administratione: ut dicit in d. c. uenerabili. Do. Antonius & etiam priuabitur beneficio: ut d. c. licet Hely. & c. qualiter. el ij. de accusa. & dicto canone nobis. & canone Vulteranæ, secundum D. Nicolaū & Imolam in d. c. uenerabili. qui etiam dicit quòd hoc
22 casu † carebit etiam executione ordinum, licet ab ipsis non sit depositus, cum remaneat infamis. l. fi. C. de suspect. tut. Ad hoc quod not. per Archidia. in dicto canone. quia ea. & canone nobis. & per Ioan. And. in d. c. licet Hely.

23 Sextò uidendum est qualiter † procedendum sit super ipsa suspicione, & dicēdū est quod procedetur summariè, cum non agatur de magno
24 præiudicio, sed super † ueritate dilapidationis procedetur plenariè: ut notat Archidia. in dicto canone nobis. cum requirantur plenariæ probationes,

25 tiones,poterit tamen† fieri sine scriptura: ut uo
luit Iac.de Belui.in auc.ut iud. sine quo.suffra.§.
necessiratem. ubi dicit ꝙ in causa dilapidatinnis
procedi poterit sine scriptura; quod est singulari
26 ter notandum.Hoc † tamen ibi nõ probatur, cũ
loquatur ibi in alio casu,secundum D.Florianũ,
Imolam & D.Nicolaum ubi supra.circa quæ ui-
de notata in c.quoniam.de probat.& in auct. nisi
breuiores,C.de sen.& inter.§.præterea.

CONCLVSIONIS & Regulę LXXIIII.

ARGVMENTVM.

Institutus in ecclesia patochiali si detegatur cri-
minosus: quando & per quem remo-
ueri possit.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Institutus iu ecclesia parochiali si criminosus*
detegatur, nou potest per iuferiorem ab episcopo
re moueri.
2 *Intellectus ad cap.unicum.de capp. monach. lib. vi.*
numero 7.
3 *Abbas uel monachi institutum per episcopum ad eo-*
rum præsentationem mouere non poterunt.
4 *Institutus iu ecclesia parochiali per monachos ad be*
neplacitum, sine episcopo, per monachos remoueri
potest. Idem si institutus foret per ipsum inferiorẽ
non solum ad regimeu sed etiam ad curam popu-
li.numero 5.
6 *Inferior ab episcopo si hoc habet ex priuilegio,potest*
institutum in ecclesia parochiali, si criminosus de-
tegatur remouere.
7 *Institutus per episcopum in ecclesia parrochiali, per*
eundem si causa adsit remoueri potest etiam si à
monachis perpetuò sit institutus ad regimeu eccle
sia,& ab ipso episcopo quoad curam.
8 *Institutio episcopalis adeò perpetuat quòd non potest*
institutus remoueri nisi per ipsum episcopum, etiã
si ecclesia sit exempta, duntamen nõ sit quoad cu-
ram parochianorum nu.9.

1 
NSTITVTVS † in ecclesia
si criminnsus detegatur vel alia
rationabili causa per quem re-
moueri possit? dico in ecclesia
parochiali dicẽdum est, quòd
aut quęritur an possit remoue-
ri per inferiorem ab episcopo? & concludi po-
test quòd regulariter nõ poterit: ut est text.in c.
unico.de cappel.monach.lib.vj.etiam si consue-
tudo uel statutum hoc disponat. Quod procedit
siue talis institutus sit monachus siue clericus se-
2 cularis.cum dictum † c. unicum. indistinctè lo-
quatur secundum Ioannem And.ibi, etiam si ta-
lis fuerit institutus ad præsentationem ipsius in-
3 ferioris, vnde † abbas uel monachi institutum
pet episcopum ad eorum præsentationem moue
re non poterunt: ut patet in dicto c.unico.& per
hoc reprobatur qund tenuit Ioannes de Deo q.
xxxvij.ubi uult ꝙ Abbas ex causa legitima possit
remouere institutum in capella pet episcopũ ad
eius præsentationem, secundum Ioannem Andr.
ubi supra. Quod procedit si talis fuit institutus
in ipsa pet episcopum ad curam populi,& pet ip
sum inferiorem ad regimen ecclesiæ, unde ab-
bas uel monachi non possunt remouere institu-
tũ in ecclesia per ipsum abbatem: uel monachos
quoad regimen,& per episcopum quoad curam:
ut uult Ioannes Andr. in dicto allegato c.uni.&
hoc facit auctoritas episcopalis, & pręrogatiua
curæ populi, secundum Lapum in eod.c.unico.

Sed licet regulariter ipse inferior ab episco-
po non possit talem institutum in ecclesia paro-
chiali remnuere ut supra tamen fallit.

4 Et primò: † quando esset talis ecclesia quę cõ-
ferretur per monachos ad beneplacitum, quod
quandnque esse potest: ut in Clementina unica:
de suppl.neglig.prælat.in Clem.frequens.§.qui-
dam.de excess.prælat.cũ tunc institutio facta pet
episcopum sit accessoria, & sequatur naturã prin
cipalis,unde remoto instituto p monachos, ex-
pirabit tunc commissio curę. Ad hoc quod notat
Ioãnes And.post Inno.in c.ueniens.de uerb.sig.
in uerbo examinandi.

5 Secundò fallit: † quando institutus fuisset pet
ipsum inferiorem non solum ad regimen, sed etiã
ad curam populi, ut est si ecclesia ipsa ad eũ per-
tineat pleno iure quoad temporalia et spiritualia
ex concessione Papę,& tunc forte poterit ipse eũ
remouere: ut sentit Inno.in d.c.uni.per notata.in
d.c.ueniens.de uerbo.sign.

6 Tertiò fallit: † quando hoc ipse inferior habe-
ret ex priuilegio per notata in d.c.unico.in uer-
bo.consuetudine.

7 Aut quęritur † an quis possit remoueri per epi
scopum,& dicendum est quòd poterit remoueri
talis institutus siue sit monachus seu clericus se-
cularis.cum textus in d.c.unico indistinctè lo-
quatur. Quod procedit etiam si institutus sit per
ipsum episcopum ad præsentationem abbatis &
monachorum: ut in eodem c.unico etiam si ab
ipsis monachis sit institutus perpetuo ad regimẽ
ecclesię,& ab episcopo quoad curam, cum,& tũc
habeat locum † textus in dicto c.unico. secundũ
8 Ioannem Andr.& Lapum ibi. Institutio † enim
episcopalis adeò eum perpetuat, quod non po-
test remoueri, nisi per ipsum episcopum, secun-
dum Lapum ubi supra.

9 Quod ẽt procedit † si ecclesia sit exẽpta, dumta-
men nõ sit exẽpta quoad curã parochianorũ, cũ
& tũc quoad curã ipsam ipsa subsit diœcesano.c.
per exemptionem. in principio. de priuil. pro-
pter qđ si delinquat, diœcesanus punire poterit,
& ab ipsa ecclesia & eius cura priuari, tanquam
ipsius subditus. Ad hoc quod notatur in c. po-
stulasti. el ij. de foro compet. & in c.i.de priuil.
secundum ipsum Lapum.

CON-

CONCLVSIONIS & Regulę LXXIIII.

ARGVMENTVM.

Nemo sine accusatore damnandus.

SVMMARIVM.

1 *☞ Nemo damnandus sine accusatore.*
2 *Iudex in criminalibus sine accusatore procedere non potest, nedum in publicis, uerum, et priuatis criminibus. nu. 3. Nisi in suspecta scriptura. nu. 4. idem in teste uacillante. nu. 5.*
6 *Iudex sine accusatore procedit in crimine suspecti tutoris. Idem quando mulier de adulterio accusata à marito excipit de lenocinio. nu. 7.*
8 *Iudex sine accusatore procedit contra calumniatorem. Idem cum crimen probatur per inquisitionē secundum communem. ✻ nu. 9.*
10 *Iudex sine accusatore procedit quādo infamatus deficit in purgatione. Idem quando dominus occiditur à sua familia. nu. 11. Idem quando accusator pecunia corruptus petit abolitionem. nu. 12.*
13 *Iudex sine accusatore procedit in crimine sacrilegij. Idē si hæres qui cū inuētario hæreditatē adiuit aliqua subtraxit. nu. 14. Idem pro rebus in naufragio amissis. nu. 15. et in crimine læsæ maiestatis. n. 16.*
17 *Iudex sine accusatore procedit in crimine Apostasiæ. Idem in crimine hæresis. n. 18. Idem in casu. l. forma ff. de censib. nu. 19. Et in casu. §. coges. auct. de manda. princip. nu. 20. & in casu. l. tutores. ff. de confir. tutor. nu. 21.*
22 *Iudex sine accusatore procedit in bonis damnatorū indagādis. Idē si crimē sit notoriū ipsi iudici. n. 23.*
24 *Intellectus ad l. nullus. C. de testib.*
25 *Iudex sine accusatore procedit contra corrūpentem testes aduersarij. Idem in omni falso. nu. 26.*
27 *Iudicis officium in crimine falsi tantum durat quantum causa principalis, sed contra. nu. 29.*
28 *Causa principalis tandiu durat tantundem & eius accessorium.*
30 *Iudex sine accusatore procedit: quando præcedit infamia, & hoc de iure canonico, secus autem de iure ciuili. nu. 31.*
32 *Iudex sine accusatore procedit quādo ei per officialem denunciatum foret, uel incidenter cognosceret de delicto. nu. 33.*
34 *Intellectus ad §. si publico. l. ij. ff. de adulter.*
35 *Iudex potest procedere sine accusatore in casibus in quibus potest supplere ex officio. Idem si inquisitio fiat non ad imponendam pœnam, sed ut inquisitus se emendet. nu. 36. uel ut se purget. nume. 37.*



1 REGVLA est notissima † quę
non damnari sine accusatore.
2 Ideò dicitur † in criminalibus
regulariter iudicem sine accusatore procedere non posse, iuxta illud Euangelij, quis te accusat ò mulier? & cū fuisset rñsum, nemo, et tūc Saluator noster, si nemo te accusat, nec ego te cōdēno. Ista regula pbat in canone. de manifesta. ij. q. j. & ibi Gl. & in c. si qs prātem. xxiij. q. iiij. & ibi Glos. Ad hoc etiam Glos. in c. j. ut eccles. benef. Probatur etiam iure ciuili in l. rescripto. §. si quis accusatorem. ff. de muner. & honor. & ibi Gloss. Ad idem Glos. in l. iij. C. de iis qui accu. non pos. & Glos. in l. ij. §. si publico. ff. de adulte. & Glo.
3 in l. iij. §. prętereà. ff de suspect. tuto. Quæ † procedit ne dum in publicis, uerum & in priuatis criminibus. l. si. ff. de accusa.

Dantur ad istam regulam plures fallentiæ per dictas Glo. quarum una reperit pro maiori parte casus speciales de quibus & in altera, quos enumerat Specu. in tit. de inquisitione & Bar. in d. §. si publico. Idem faciunt Hostiē. & Ioan. And. in d. c. unico. ut eccles. benefi. Quorum dicta coniungendo, aliqua addendo, sic dici potest uidelicet dictam regulam fallere.

4 Et primò † si suspecta scriptura in iudicium pferatur cui fides nō sit. l. iubemus. C. de probatio. Gl. in d. c. de manifesta. & in d. §. si publico.

5 Secundò fallit † qn̄ temerarius testis uacillando vel falsum deponēdo aures iudicis offendit. l. nullus. C. de testib. c. super his. de pœn. Glo. in d. c. j. & c. de manifesta. & §. si publico.

6 Tertiò fallit † in crimine suspecti tutoris. l. iij. §. prætereà. ff. de suspect. tutor. & iij. q. ij. c. quia ea Glo. in dictis iuribus.

7 Quartò fallit † cum maritus accusat uxorem de adulterio, & illa excipit de lenocinio. d. l. ii. §. si publico. Glo. in dictis iuribus.

8 Quintò fallit † in calumniatore. ff. de bonis quę liber. l. qui cum maior. §. libertos. l. j. C. de calumnia. l. j. §. l. & ii. ff. ad Turpi. ii. q. iii. c. si quem. §. notandum. c. i. & it. de calumniato. & Gloss. in dictis iuribus.

9 Sexto fallit † quando crimen probatur per inquisitionem. Nam quando iudex in generali inquisitione, quæ permissa est à iure, inquiritur cōtra malefactores & eorum receptatores. l. congruit. ff. de offic. pręsid. l. iiij. ff. ad leg. Iul. repet. c. i. de offi. ordin. & reperit iudex aliquem culpabilem, tunc potest iudex sine accusatore procedere per inquisitionem contra inculpatū & punire. c. qualiter, & quando el ii. de accusa. c. inquisitionis. eodem titu. Barto. in d. §. si publico & cōmuniter tenetur. ✻

10 Septimò fallit, † si infamatus deficit in purgatione. c. de hoc. extra de simonia. c. Insinuatum. eodem. c. cum P. de accu. Glo. in d. c. manifesta. & Speculator ubi supra.

11 Octauò fallit † quando dominus occiditur à sua familia. ff. ad Syllan. l. prima. §. occisorum. Speculator ubi supra.

12 Nonò fallit † quando accusator corruptus pecunia petit abolitionem ut possit desistere. l. abolitio. C. de abolitio. Spec. ubi supra.

13 Decimò fallit † in crimine sacrilegii, quan-

do quis in ecclesias, in personas ecclesiasticas irruit. C. de epis. & cler. l. si quis in hoc genus. Glo. in d. §. si publico.

14 Vndecimò fallit: † quando hæres qui cum inuentario hæreditatē adiuit, aliqua subtraxit. l. scimus. C. de iure delib. §. licentia. Specul. vbi supra.

15 Duodecimò fallit, † pro rebus naufragio amissis. l. quoties. C. de naufrag. libr. xj. Speculat. vbi supra.

16 Decimotertio fallit † in crimine læsæ humanæ maiestatis. l. ij. & iij. ff. ad leg. Iul. maiest. l. nullus. C. eod. titu.

17 Decimo quartò fallit † in crimine apostasiæ. l. iij. C. de apostat.

18 Decimo quintò fallit † in crimine hæresis. C. de hæret. & manich. l. manichæos. c. excommunicamus. §. adijcimus. & §. voluntas. de hæret. c. præsidentes. eo. tit. lib. vj. & c. ut officium. eod. tit.

19 Decimo sextò fallit † in casu. l. forma. ff. de cēsib.

20 Decimoseptimò fallit † in casu. §. coges. auchen. de mandat. princ.

21 Decimo octauò fallit † in casu. l. tutores. ff. de confirmat. tut.

22 Decimononò fallit † in bonis damnatorum inda gandis. C. de bon. dam. l. si quis intra. & l. fina. C. de bon. vacant.

23 Vigesimò fallit † si crimen sit notoriū iudici. d. c. de manifesta. vbi Glo. & Glo. in d. c. j. vt ecclesi. benef. & c. euidentia. de accus. Adhoc. l. ea quidē. C. eo. tit. Si enim crimen factū sit corā iudice, sicut contigit in testibus corā iudice uacillantibus vel aliàs periurantibus, tunc iudex sine accusatore inquirit, & punit. & ita loquitur † l. nullus. C. de testib. de cuius intellectu tangitur. in d. c. j. per Do. Anto. quod voluit Bart. in d. §. si publico. vbi dicit ꝙ iudex potest inquirere ratione magni delicti, uel quia delictum sit commissum coram eo, adducens in simili quod dicitur in l. iure mariti. C. de adulter. Quod crimen notoriū quot cognoscatur modis late diximus in tractatu de notorio.

24

25 Vigesimoprimò fallit † in corrūpente testes aduersarij. iij. q. vij. c. infames. versi. si quis antē. Glo.

26 in d. c. vnico. vt ecclesi. benefi. Imò † in omni. falso, secundum Bernard. quē sequitur Glos. in l. iij. C. qui accus. nō poss. per l. si quis. ff. ad Syllan. in quo

27 crimine † tantum durat indicis officium, quā diu durat causa principalis, scilicet causa illa in qua testes illi uel carta falsa fuerunt producti. Nam

28 quam diu † durat causa principalis, tamdiu durat eius accessorium. l. iiij. C. deposi. secundum Odo

29 fred. licet † Do. Ioannes & Azo dixerint in hoc casu longo tempore durare iudicis officium.

30 Vigesimo secundò fallit: † quando præcessit infamia, rum ipsa loco accusationis uideatur & habeatur. vt d. c. qualiter. & quando. el ij. de accus. & ita procedat Glo. in d. c. vnico. vt ecclesiast. benefic. dum dicit per modum inquisitionis. Quod

31 procedit † de iure canonico, cum de iure ciuili specialem inquisitionem facere contra infamatum non reperiatur iure cautum, nisi in certis casibus enumeratis supra loco limitationum de quibus per dictam Glos. & Bart. in dicto §. si publico. vbi vt supra est dictum quòd iudex inquirere potest ratione magni delicti, vt quia commissum coram iudice.

32 Vigesimo tertiò fallit: † quando ipsi iudici denunciatum esset per officialem, cum ad eius denunciam inquirere possit: vt l. ea quidē. C. de accusat. Ad hoc quod notatur in simili. ff. de ijs quibus vt indig. l. curatorem. & vt voluit Bart. in d. §. si publico. per notata in d. c. j.

33 Vigesimo quartò fallit: † quando incidenter cognosceretur de delicto, cum propter incidentem cognitionem possit procedere ad inquisitionem,

34 & ita loquatur dictus † §. si publico. vbi & Bart. hoc voluit.

35 Vigesimo quintò fallit † secundum Do. Antonium in dicto cap. j. vt ecclesiast. benefi. in casibus in quibus iudex potest supplere ex officio, cum & in illis possit, & inquirere, vt sunt illi de quibus in l. j. C. vt quæ de sunt aduoc. & per Bartol. in l. iusiit. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infect. & per Glo. & Doctores in c. bonæ. el primo de postulat. prælat. Specu. autem ubi supra dicit fallit in casibus in quibus quis sine accusatore damnatur.

36 Vigesimo sextò fallit: † quando inquisitio fit non ad imponendam pœnam: sed ut inquisitus se emendet & corrigat, & tunc potest fieri ex sola suspicione, ut patet ex textu dicti c. j. vt ecclesiast. benefi.

37 Vigesimoseptimo & vltimò fallit: † quando si inquisitio ad finem, vt quis se purget: vt notatur in c. ex parte. de offi. ordin. & hoc quando præcedebat infamia: vt per Glo. fin. in eo. c. ex parte.

CONCLVSIONIS & Regulæ LXXV.

ARGVMENTVM.

Liber homo quando possit detineri.

SVMMARIVM.

1 *Homo liber quando possit detineri remissiuè.*

2 *Liber homo à priuato detineri non potest, nisi ab illo ab hostibus redemptus esset. nu. 3. uel à patre obligatus foret. nu. 4.*

5 *Liber homo à priuato detineri potest licitè, si eidem in ostagium datus sit.*

6 *Homo liber debitor fugiens cum pecunia uel re creditoris, à priuato capi potest, ut ad iudicem ducatur, imò etiam laicus tunc clericum capit, secundum communem. nu. 7.*

8 *Raptor uirginis ad ecclesiam confugiens donec se redimat, detineri potest.*

9 *Delinquens in flagranti repertus, si pœna esset corporalis, à priuato capi potest, ut infra xx. horas iudici exhibeat secundum communem. nu. 10.*

Liber

11 *Liber homo pro crimine à iudice detineri potest, imò etiam extrahi de domo propria nume. 12. præterquàm mulier nu. 13. Sed contra nu. 14.*

15 *Liber homo pro debito suspectus de fuga capi potest à iudice, etiam si debitor sit in diem, & dies non uenerit, adhoc ut tunc creditorem securum faciat. nu. 16. secus tamen si suspicio inerat tempore contractus secundum communem nu. 17.*

18 *Debitor non suspectus de fuga qui nec fuit in iudicio, capi non debet, nec à iudice, præterquam in debito fiscali. nec tunc incarceratur, nisi fuerit in contumacia soluendi. nu. 19.*

20 *Debitor ex delicto etiam priuati capi potest et incarcerari, etiam si sit clericus ad effectũ sub quæstionibus de ueritate inquirendi, secundũ communẽ. ✻*

21 *Præstans cautionem de iudicio sisti, si non stat, capi potest, ut ueniat ad procedendum in causa.*

22 *Condemnatus in iudicio præsens uel absens eo casu quo potest pro debito ciuili, sententiaque in rẽ iudicatam transacta capi potest facta discussione secundum communem. ✻ Non tamen clericus nume. 23. nec mulier nume. 24. nec etiam debitor existens in domo. nume. 25.*

26 *Debitor qui bonis cessit non potest pro debito capi et carcerari secundum communem ✻ nisi renuntiasset beneficio cessionis. nu. 27. & renuntiatio fiat in ipso contractu, & non ex interuallo nume. 28. sed in contrarium est opinio benignior, & communis. ✻ nu. 29. quæ tamen non procedit quando debitor dissipasset omnia bona in fraudem. nu. 30. uel sciẽs se non soluendo scienter cõtraxisset debitũ. nu. 31.*

1 AN † LIBER homo possit detineri tractatur per Glos. in c. lator. de pignor. & ibi per Hostien. Ioan. And. & Do. Anto. & Ancharan. Imolam & Nicolaum, & per Bartol. in l. sacrileg. ij. §. Latro alias est l. cum eo. ff. ad leg. Iul. pecul. ex quorum dictis recolligendo, & ea simul iungendo, & materiam ad regulam & fallentias reducendo, dici potest.

2 Aut quæritur † an possit capi & detineri à persona priuata, aut à persona publica, ut à iudice seu eius auctoritate. Primo casu dicendum est, quòd à persona priuata capi, & detineri nõ potest regulariter liber homo pro causa ciuili uel criminali, pro ut patet ex notatis. C. de actio. & oblig. in l. ob æs. & aucten. imò. & ff. de regul. iur. l. non ex singulis. & c. cum non ab homine. de iudic. & Glos. in eod. c. lator. & in d. l. cum eo. Sed licet hoc regulariter sit uerum, prout patet in dictis iuribus, tamen fallit.

3 Et primò † secundum dictam Glo. quãdo fuisset redemptus ab hostibus. l. ab hostibus. C. de capt. & postlimin. reuers. & l. vltima ubi est casus.

4 Secundò fallit secundum eandem Glos. † quando fuisset obligatus à patre in casu necessitatis. l. ij. C. de patrib. qui fil. distrax.

5 Tertiò fallit † in passo se poni in obsidẽ, secundũ eandem Glo. ex cõsensu enim libera persona obligari potest in ostagium. c. ex rescripto extra de iureiur. quæ procedit non ut ius constituatur in eo, nisi ut tantum fiat quod conuentum est, per notata in Gloss. in d. cap. ex rescripto.

6 Quartò fallit vltra Glos. † quando ipse debitor aufugeret cũ pecuniis, uel re creditoris seu ei debita, cum tunc possit ab eo capi, & ad iudicem duci ff. quæ in fraud. cred. l. ait prætor. §. si debitorem.
7 tunc enim † poterit etiam laicus capere clericum ita fugientẽ, ut ipsum sic captũ ad iudicẽ ecclesiasticũ ducat. prout notat. in d. c. cũ nõ ab homine
✻ & ita cõiter ibi tenet ✻ & p Bar. alios ĩ d. l. cũ eo.

8 Quintò fallit: † in raptore virginis. qui ad ecclesiam fugit; nam cum eius uita seruetur, cogitur seruire donec se redimat prout habetur xxxvj. q. j. canone. de raptoribus. secundum Ioannem And. & Imolam in d. cap. lator.

9 Sextò fallit: † quando ipse reperiretur in actu
criminis seu in flagranti crimine, cum tunc possit capi, si crimen sit tale quod inducat pœnam capitalem uel corporalem: per id quod habetur. ff.
de furt. l. qui in seruitute. & C. de rapt. virg. l. j. &
10 in d. cap. cum non ab homine. hoc tamen † casu licet capi possit, non tamen poterit capi, vt detineatur vltra viginti horas: sed ut infra illas deducatur ad iudicem. ff. de adulter. l. capite quinto. vbi plenius de hoc, de quo in d. cap. cum non ab homine, & per Bart. in d. l. cum eo. quod & commu-
✻ niter tenetur ✻ secundo uerò casu † cùm quæri-
11 tur an possit capi & detineri à persona publica,
vt à iudice, uel eius auctoritate, & tunc aut quæritur an possit capi & detineri pro crimine, & dicen-
12 dum est quòd sic. imò † et etiam extrahi pro illo
de domo propria, pro ut notatur per Glo. ff. de regul. iur. l. nemo de domo. & ff. de in ius vocan. l. sed & si. & in aucten. vt nulli iudi. §. si quis uerò comprehensorum collatione ix. Quod licet regu-
13 lariter procedat. fallit tamen † in muliere; quæ nõ
potest capi, nec extrahi de domo pro causis criminali. l. j. C. de offic. diuers. iud. cum aucten. ibi posita, prout uoluit Bart. in d. l. cum eo.

14 Sed † quidquid Bart. dicat, dici potest quòd & ipsa mulier poterit capi pro causa criminali aucten. non iuce. C. de custod. reor. non poterit tamen incarcerari, sed detruditur in aliquo monasterio custodienda ut ibi. Hodie uerò de consuetudine seruatur quòd ponatur in carceribus separatis à carceribus hominum, vt docet experientia, secundum Imolam in d. c. lator.

15 Aut quæritur † an possit capi ipse liber homo
pro debito ciuili ab ipsa publica persona, ut à iudice uel eius auctoritate, & tunc, aut ipse erat
16 suspectus de fuga, & poterit capi, etiam † si sit
debitor in diem, & dies non dum uenerit, cum tunc possit capi, vt creditorem faciat securum, dummodo prius summariè de suspicione constet ff. si cui plus quâm per leg. Fal. l. hæc autẽ. & hoc uoluit Ioan. And. in d. c. lator. Ad hoc quod notatur per Gloss. in l. fina. C. de feriis. Quod licet

17 regulare sit tamē fallit: † quādo eadem suspicio
inerat tempore contractus, ut enim ut hoc fie-
ri posit, requiritur quòd ipsa suspicio superue-
nerit post contractum, prout notatur in dicto §.
si debitorem. et ff. de prioi.credi.l.si creditores.
✱ ubi communiter Doctores. ✱
18 Aut nō erat † suspectus de fuga,& tunc, aut nō
fuit in iudicio,& tunc regulariter nō debet capi,
iudicati enim detrahūtur in carcerem.l.j.C. qui
bon.cede.poss.& d. §.si debitorem. et l. prima.
C.de execut.rei iudica. quod tamen fallit.
19 Et primò † in debitore fiscali: ut d.l.cum eo. non
tamen debebit tunc incarcerari nisi fuerit in cō-
tumacia soluendi.l.nemo. C. de exacto. trib.lib.
x.Bart.in d.l.cum eo.
20 Secundò fallit † in debitore ēt priuati, quando
debitum descendit ex crimine, tunc enim poterit
capi & carcerari, ēt si sit clericus ad effectum sub
quæstionibus de ueritate inquirendi,& ad satisfa
ctionem compellendi.c.j.de deposito & ibi Gl.
✱ in uerbo quæstionibus,& cōmuniter scribētes. ✱
21 Tertiò fallit † in eo qui præstitit cautionem de
iudicio sisti, & non steterit, potest enim capi ut
ueniat ad procedendum in causa: ut in auten.de
exhib.& introduc.reis.§.si uerò. nō tamen in car
cerabitur ex quo ad huc nō cōstat de debito.ut d.
l.j.C.qui bo.cede.pos.& d.l.j.C.de exec.rei iud.
22 Aut † fuit in iudicio præsens, uel absens con-
demnatus eo casu quo in absentia potest cōdem-
nari,& tunc sententia transacta in rem iudicatam
si non soluat infra tempus à iure præfixum capi-
tur & carcerat.d.l.j.C.qui bon.ced.pos.& ut no-
tatur de offi.deleg.in c. querenti. & C. de execu.
rei iudic.l.ij.et fina. & hoc facta discussione bo-
norum ipsius debitoris tam mobilium quàm im-
mobilium, quàm etiam nominum debitorum,
iuxta notata. ff.de re iud.in l. à diuo Pio.§.in uen
ditione. nam si reperitur non soluendo tunc po-
test capi & carcerari, prout uoluit Glo.notabilis
& singularis.ff.de suspect.tutor.in l.iij. §. penul.
✱ & ita communiter tenetur, ✱ prout notatur ibi,&
in d.l.j.C.qui bon.ced.poss. Quòd licet regulari-
ter procedat, tamen fallit.
23 Et primò † in clerico qui non potest pro de-
bito ciuili capi & detineri prout notatur in di-
cto cap.primo.de deposito.& in c.si clericos. de
senten.excom.lib.vj.
24 Secundò fallit † in muliere: quæ non potest
pro debito ciuili capi: ut l.j. C.de offic.diuers.iu-
di.in auten.ibi posita.
25 Tertiò fallit † in debitore existente in domo,
non potest ibi pro debito ciuili capi et extra-
hi l. plerique. ff. de in ius uocand. & dicta l.ne-
mo de domo.
26 Quartò fallit † in debitore qui bonis cessit:
ut est textus in dicta l.prima. C. qui bon. cede.
poss. & uoluit Gloss.in dicto cap.lator commu-
✱ niter approbata. ✱
27 Quod tamen uidetur sublimitandum † nisi
debitor renuntiasset beneficio cessionis, cum ta-
li beneficio renunciari possit: ut uoluit Iacobus
de Arena. quem refert, & sequitur Cy. in d.l.pri-
28 ma.C. qui bono. cede. poss. dicens † procedere
si talis renunciatio fiat in ipso contractu, cum
aliàs si fieret ex interuallo non prodesset. l. ius-
gentium. §. quinimò. ff. de pact. quorum opi-
29 nio licet sit de iure uerior † tamen cōtraria opi
nio quam tenuit Specula. in titulo de renunt. &
conclus.§. primo. uersiculo item est beneficium,
videlicet, quòd renunciari non possit, est beni-
✱ gnior et magis communis, ✱ & propterea se-
quenda, secundum Dominum Florianum in di-
cto cap.lator. per c.finale de transact. quam te-
nuit Ricardus Malumbræ, ut refert, & sequitur
Barto.in l.alia. §. eleganter. ff. solu. matrimon.
et Bald. in dicta l. prima. C. qui bon. cede. poss.
quo ad effectum carceris, ut non teneat un-
de destruitur sublimitatio prædicta, sed dantur
duę aliæ per Bar.in d.§.eleganter. quem sequitur
Imola.in d.c.lator.videlicet.
30 Et primò † quando ipse debitor dissipasset
omnia bona in fraudem, tunc enim dicta renun-
tiatio ualeret et procederet.ff.quæ in fraud.cred.
l.fina.circa finem.
31 Secundò † quando debitor scienter contra-
xisset debitum sciens se non soluendo & illud ta-
cuisset per l.penultimā.ff. de iure dot. tunc enim
si cessione bonorum renunciasset, teneret ad
cessionem non admitteretur.

CONCLVSIONIS
et Regulæ LXXIX.

ARGVMENTVM.

Causæ criminales an,& quando de iure ciuili
delegari possint,& quando de iure
canonico.

SVMMARIVM.

1 ☞ Criminalis cā an delegari possit de iure ciuili.
*2 Delegatus subdelegare non potest causas criminales,
secundum communem opinionem. Secus in delega
to principis, cum is possit secundum cōem. ✱ nu.3.*
4 Princeps delegare potest causas criminales.
*5 Inferior à principe causas criminales delegare non
potest, secundum communem opinionē: ✱ præter-
quàm in casu absentiæ, quo ad cognitionē non quo
ad executionē.nu.6.vel esset periculū ī mora.n.7.
seu in casu infirmitatis quo ad cognitionē. n.8.9.*
*10 Inferior à principe causas criminales delegare potest
non per uiam delegationis sed surrogando, uel
generalem uicarium seu auditorem constituendo,
& hoc si talis surrogatio fieret mandato principis
cuius uices gerit: alias secus.nu.11.*
*12 Inferior à principe & quilibet ordinarius in ijs quæ
competunt cuilibet habēti ordinariam iurisdictio-
nem, ut est modica coertio, potest causas cri-
minales delegare.*

Crimina-

13 Csiminales cau[s]a de iure canonico indiſtinctè dele-
gari poſſunt, ſecundum communem opinionem. ✻
14 Delegatus an de iure canonico poſſit cauſas crimina
les ſubdelegare, & quòd non, ſed contra.
15 Delegatus etiam psincipis quando induſtria pesſonæ
fuit habita satio, ſubdelegare nõ poteſt cauſas cri
minales etiam de iure canonico: aliàs ſecus. nu. 16.
17 Delegatus principis quando induſtria perſonæ habi-
ta fuit ratio, adhuc in leuibus ſubdelegare poteſt
cauſas criminales.
18 Ordinarij ſi ſunt principes cauſas csiminales delega
se poſſunt de iure canonico ſicut & de iure ciuili.
19 Inferior à principe de iure canonico cãs criminales
tũc ſubdelegare põt, quando neceſſitas hoc ſuadet,
ſi ceſſat neceſſitas, idem ſi ſuo uicario generali et in
generali cõmiſsione exprimẽdo. nu. 20. Imò et ſim
pliciter delegare poteſt. nu. 21. ſed contsa. nu. 22.
Prima opinio in practica ſeruatur. nu. 23.

1 CAVSAE criminales † an dele
gari poſsint uideamus, & pri-
mò quid ſecundum leges, & di
ſtinguendum eſt inter ordina-
rium & delegatum. Delegatus
2 † enim regulariter ſubdelegare
eas nõ põt, l. à iudice. C. de iudi. l. j. C. qui pro ſua
✻ iuriſd. & cõiter tenetur. ✻ Quod tamen fallit.
3 In delegato principis † is enim ſubdelegare po
teſt, textus eſt in d. l. j. C. qui pro ſua iuriſdic. ver
ſiculo hæc teneant. & ibi Gloſ. in verbo iudiran
das. in fine. quam ſequitur ibi Bart. & Guilelm.
de Cuneo in l. j. ff. de offic. eius cui mand. eſt iu-
riſdi. & per Speculat. in titulo de iudic. deleg. §.
ſequitur. per totum. & quidquid uoluerit Marti-
✻ nus Sillyman, communiter tenetur. ✻
4 Aut in ordinario, † & tunc ſi eſt princeps, eas
ſubdelegare poteſt. d. l. j. C. qui pro ſua iuriſdict.
5 Aut eſt inferior à principe, † & delegare tales
cauſas non poterit. textus eſt in l. j. ff. de offi. eius
cui mand. & iuriſd. & ibi Gloſ. quod communi-
✻ ter tenetur, ut ibi per Doctores, ✻ & notatus in l.
imperium. ff. de iuriſd. omn. iudic. Quod licet re-
gulariter ſit uerum, tamen fallit.
6 Et primò † in caſu abſentiæ, cum tunc ipſe de-
legare eas poſsit quo ad cognitionẽ, non quo ad
executionem. l. prima. ff. de offi. eius cui manda.
eſt iuriſ. & id uoluit Gloſſ. in dicta l. imperium.
& in c. in archiepiſcopatu, de raptor. Quod ta-
7 men ſublimitandum eſt, † quando eſſet periculũ
in mora, ut quia ſit inſignis latro, cum & tũc etiã
executionem demandare poſsit, ut notatur in d.
l. j. de offi. eius. & ibi per Bar. Ad hoc l. ſi quis fi-
lium. §. hi autem. ff. de inoff. teſt.
8 Secundò fallit † in caſu infirmitatis, tũc enim
ordinarius cauſas criminales delegare poteſt,
9 quod intelligas & ſublimita † et ſupra, ob ean-
dem rationem. l. quæſitum. ff. de re iudica. &
videtur uelle Bal. in d. l. imperium. Ad hoc quod
notatur in auct. de colla. §. ad hæc. & idem tenuit
D. Nicol. in c. quod ſedes. de offic. iud. ordi.

10 Tertiò fallit: † quando delegarentur non per
uiam delegationis, ſed ſurrogando uel uicarium
generalem ſeu auditorem conſtituẽdo, cum tunc
tales cauſæ in talem tranſeant, & de eis cognoſcẽ
re poſsit uſque ad vltimum ſupplicium incluſiuè
ut notatur in l. ſuggerente. C. de offic. eius qui
uicem alter. ger. per Gloſſ. & per Angel. in d.
l. imperium. & Bald. in l. ij. C. de pedaneis iud.
11 Quod uerum intellige: † quando dicta ſur-
rogatio fieret mãdato principis, tũc enim omnis
poteſtas quę cõpetebat illi in cuius locũ ſurroga
tur tranſit, ſecus ſi ex mãdato illius cuius uices ge
rit, ſecundũ Bar. in l. j. §. hi quibus. ff. de lega. iij.
Ad hoc quod notatur. in d. l. imperium.
12 Quartò fallit † in iis quæ cõpetunt cuilibet ha-
benti ordinariã iuriſdõnem: ut eſt modica coer-
tio. c. ex literis. de offi. delega. & l. magiſtratibus.
ff. de iuriſd. om. iud. uel leuis multa. Ad hoc l. fi.
C. de mod. multarum. & in l. ij. C. de ſportul. &
quod habetur in l. Mœuia. ff. de accuſa.
13 Aut loquimur de iure canonico, † & dic indiſtin
ctè cauſas criminales delegari poſſe, & in hoc dif
ferentiam eſſe inter ius canonicum & ciuile: ut te
nent Glo. in c. quod ſedẽ. de offic. ordi. & in Cle.
una. de offi. legat. in uerbo. ciuili. in fi. & in cano
ne illud. xxiij. q. iiij. facit c. uenerabili. de offic. de
leg. canone ſicut. el ij. ij. q. vij. Idẽ Pau. de Leaza-
riis in d. Clem. quidquid in contrarium uoluerit
Vincẽ. & Hoſti. per eum relati. licet dicat Hoſti.
affirmare cõtrarium ſeruari. quod & tenet in d. c.
✻ qđ ſedes, D. Ant. & D. Nico. & cõiter tenetur. ✻
14 An aũt † poſsint à delegato ſubdelegari. de iure
canonico. & hoc eſt maius dubium Gl. in d. c. in
archiepiſcopatu. videt tenere quòd non, & tamẽ
erat delegatus regis & principis ſupremi aliũ nõ
recognoſcẽtis. quod aſſumptũ eſt falſum: ut c. ad
apoſtolicæ. de ſent. & re iud. li. vj. ſed diſtinguẽdũ
cenſeo unà cũ Pau. de Leazariis. in d. Clem. una.
15 de offic. lega. Videlicet † ſi in delegatione habi-
ta fuit ratio induſtriæ perſonæ, ut quando man-
datur fieri inquiſitio, & tunc delegatus etiã prin
cipis cauſas criminales etiã de iure canonico nõ
poſſe ſubdelegare, textus eſt apertus in c. qm̃. §.
is aũt. de offi. deleg. & C. de cadu. toll. l. una. §. ne
16 autẽ. & ff. de ſolu. l. inter artifices. Aut † non ha-
betur in delegatiõe ratio pſonę & eius induſtrię,
& tunc ſemper alij committere & ſubdelegare
põt, hoc enim eſt priuilegium delegati apoſtoli-
ci. c. ſi pro debilitate. eo. tit. de offi. deleg. & c. pa-
17 ſtoralis. Quæ ſanè pcedunt † in grauibus, tum in
leuibus ſecus dicendum eſſet, ſecũdũ eundẽ Pau.
18 Aut loquimur † in ordinariis, & ſicut dictũ eſt
ſcd̃m leges, ſi loquimur in principe, & eas delega
re põt. xxiij. q. iiij. illud. & d. c. in archiepiſcopatu.
19 Aut in inferiore à principe, & † tũc, aut neceſsi
tas hoc ſuadet, ut quia eccleſiaſticus habet iuriſdi-
ctionem temporalem, & ipſas delegare poteſt, ut
eſt textus in c. epiſcopus. ne cler. uel mon. lib. vj.
20 Aut nõ ſuadet † neceſsitas, & tũc, aut vult delega
re ſuo uicario gñali, & hoc in gñali cõmiſsione

exprimēdo,& pōt.vt in c.P.& G. de off.vie.li.vj.
21 Aut†vult alij simpliciter delegare, & potest. secundum Glo.in d.c.quod sedem. de offic. legat.
& Gloss.in dicto eap. in archiepiscopatu. de ra-
22 ptorib. D. Antonius† in eod.c.quod sedem.quē
sequitur Imola in dicta Clemen. contrarium tenet,& regulariter esse scilicet per ordinarium sic
simpliciter delegari non posse, nisi in casibus ex-
23 ceptis.† tamen quidquid dicant opinio Glos.seruatur in practica.

CONCLVSIONIS & Regulæ LXXVII.

ARGVMENTVM.

Filius quādo feudo priuetur ob patris delictum, uel illud in aliis eidem noceat.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Filius an feudo priuetur ob patris delictum.*
2 *Patris delictum filijs ante delictum conceptis in dignitatibus,& honoribus nō nocet; aliàs secus.*
3 *Patris delictum in ipsius bonis proprijs an noceat filijs,quid autem in alijs.nu.4.*
5 *Delictum patris in emphyteuticis residentibus in persona aui non nocet filijs uel nepotibus;secus si emphyteusis resideret in persona ipsius patris, & delictum esset circa ipsum contractum.nu. 6. si aliàs & bona uenirent publicanda,si illa prouenit à genere & non nocebit.nu.7.si ab ipso patre,& tunc si filius ueniebat iure suo, & sibi non præiudicat. nu.8.nisi in crimine læsæ maiestatis.nu.9.si ut hæres,& ei nocebit.nu. 10.*
11 *Confiscatis bonis alicuius quo ad emphyteutica ecclesiastica,est in electione ecclesiæ an uelit fisco dimittere,& cōsequi pensionem,an uelit rē recuperare.*
12 *Delictū patris sapiens crimen læsæ maiestatis in primo capite nocet filijs in bonis feudalibus. etiam si tunc feudum resideret in personam aui. nu. 13. & hoc si feudum esset ecclesiasticū, & delinqueretur in ecclesiam.nu. 14.aliàs licet noceat filijs,& descendentibus,non tamen agnatis.nu.16.*
15 *Intellectus ad c. felicis.de pœn.lib.vi.*
17 *Patris delictum non sapiens crimen læsæ maiestatis, quando filijs noceat.*
18 *Pater si delinquat,in delictis communibus,& feudū residebat in persona aui uel proaui,filijs non præiudicat,si uerò in ipsius patris persona tamen proueniebat ab eius genere,& idem nu.19. si à persona patris,& filius ueniebat iure suo, & non nocet filio nu.20.si ut patris hæres & nocebit nu. 21. sed non propterea feudum ad fiscum transiet. nu. 22. sed redibit ad dominum. nu.23.nisi esset tale quod transiret ad agnatos.nu.24.*
25 *Patris delictum circa feudalia nocet filijs,etiam iure suo uenientibus, etiam si feudum fuerit auitum. num.26.Tamen si ex eo,quia pater alienauit illud sine uoluntate domini, reuertetur ad agnatos. nume.27. etiam si alienaretur, saluo iure domini. nu.28. nisi dictum esset aliter alienare non intendit.nume.29.quod procedit ut dum in nouiter acquisito,uerum etiam si antiquum erat nu. 30. 32. sed contra nu.33.34.& 35.*
31 *Intellectus ad cap.ex parte tua. de feudis. & nume.34. et 36.*
37 *Patris delictum in feudalibus non circa alienationē commissum,sed circa seruitia non præstita,nocet filijs,et hoc uerum: quando ille tempore debito requisitus fuisset.nu 38.aliàs secus.nu. 39.*
40 *Patris delictum non circa contractum feudi,licet efficax ad priuationem si feudum erit nouum filijs nocebit.secus si antiquum nu. 41. quod tamen nō procedit in filio, uiuente auo non concepto in cuius persona residebat.nu.42.*
43 *Patris delictum in cuius persona feudum antiquum residet si committatur offendendo dominum nocebit filio,ac etiam agnatis nu. 44. si in offendendo patrem uel fratrem domini idem quo ad filium;sed non nocebit agnatis.nu.45.nisi feudum acceptum esset pro se,et suis descendentibus cum tunc non noceat filijs uel nepotibus.nu.46.*
47 *Delictum consortis in feudalibus non nocet alteri consorti.*
48 *Delicta suos tenent auctores.*



1 PATRIS delictum†quando noceat filio, & filius propter eius delictum priuetur feudo,ardua est quæstio, et de ea per Guiliel.in Specu.in titu. de feud.§. vltimo in principio,et per Hostiens.in summa eod.titu.§.quibus modis .ad finem, & per Dynum in regula, non debet.lib.vj. per Cyn.et Salycet. in l.ii. C. de liber. et cor. liber.per Bartol.in l.iii.ff. de interd. et releg. per Goffredum Ioannem Andreę. D. Antonium D. Florianum, Petrum de Ancharano et Imolam in cap. ex parte tua de feudis.Quorum dicta recolligendo, simul iungendo, et aliquid addendo concludi potest,quatuor esse casus considerādos.
2 Nam quandoque et primò†si quęritur,an noceat in dignitatibus et honoribus, et non nocebit, si erat conceptus ante delictum; aliàs secus. l. ii.§. nullum.ff.de decurionibus.
3 Quandoque et secūdò†quæritur,an noceat in bonis propriis seu iuribus,et in hoc dicendū est prout plenius notatur.ff.de iure patronat. in l. diui.
4 si uerò†sint alia iura uel bona,et tunc siue sint mobilia siue immobilia non nocebit, nisi sit tale delictum propter quod ueniant publicanda, per id quod habetur in l.cum ratio.ff.de bonis damnat.
5 Quādoque & tertiò†quæritur de bonis emphyteuticis,de quibus p ipsum Bar.in d.l.iii.et p Salyce.in auct.si quis presbyter.C.de episc.et cler.et per Inno.in d.c.ex parte circa quod. prout ex eorū dictis recolligi potest. quod aut emphyteusis residebat in persona aui, et tunc delictum patris nō nocebit filiis seu nepotibus,quo minus posteà

moriente

morientè ipso auo succedat ipse filius uel nepos
in emphyteusi.l.Gallus.§.j. ff. de liber. & posthu.
& ut notatur in Spec.in tit.de feu.§.fi. circa prin.
6 Aut † residebat in persona patris delinquentis,
& tunc aut ipse pater deliquit circa ipsum cōtra-
ctum emphyteuticum, puta non soluendo cano-
nem,uel alienando sine uoluntate domini, & tūc
cum reuertatur ad dominum:ut in c.potuit. extra
de locato.& C.de iure emphy. l. ij. nocebit filiis.
ut c.j.si uasallus fuer.de feud. priuat. & ut not. in
c.si uasallus.si de feu.fue.cōtrouer. & hoc uoluit
Bar.in d.l.iij.Petrus de Ancha.& Imola in d.c.ex
parte.& Bal.in d.l.ij.
7 Aut non deliquit † circa ipsum contractū em-
phyteuticum,sed aliàs,propter quod bona ueniūt
publicanda, & tunc aut ipsa emphyteusis proue-
nit à genere,& sic ab auo uel proauo, & non no-
cebit eius filio,per id quod habetur in d.l.ij.& in
l.eorum.ff.ad leg. Iul. maiesta.
8 Aut ipsa emphyteusis † prouenit ab ipso patre
delinquente,& tunc,aut filius eius ueniebat ad ip
sam iure suo: ut quia pater fuerat stipulatus pro
se,filiis & nepotibus, & delictum patris non no-
cebit ipsi filio.per l.stipulatio ista.§.si quis ita. ff.
de uerb.obli.& ut uoluit Cyn. in d.l.ij. & Bal. in
d.l.ij.& Bar.in d.l.iij.Quod licet uerum sit regu-
lariter, tamen fallit.
9 Et primò † in crimine læsæ maiestatis. l. quis-
quis.& ibi not.C.ad leg.Iul.maiesta.
10 Aut † non ueniebat iure suo, sed ut hæres, &
tunc eidem filio nocebit. cum in eo non succedat
ipse,sed fiscus,per id quod notatur in l. inter eos.
§.fi.ff.de fideiuss.& in l.ij.C.ad leg. Iul. de ui. Ad
hoc quod not.per Bar.in l.si finita.§. si de uectiga
libus.ff.de damn.infect.& per Saly.in d. auten.si
quis presbyter.& per Glo.in d.l.iij.Quod uerum
est regulariter,tamen fallit.
11 Et primò † in emphyteusi ecclesiastica,cum eo
casu sit in ipsius ecclesiæ electione, an uelit dimit
tere ipsam rem apud fiscum, & consequi pensio-
nem uel uelletrem recuperare. ut in auct. de alie-
nat.& emphy.§.j.colla.ix. quod & tenet Imola in
dicto c. ex parte. circa quod uide notata in dicta
l. ij.& l. iij.
12 Quandoque & quartò casu † quæritur de bo-
nis feudalibus,an in eis delictum patris noceat fi-
lio,circa quod considerandi sunt tres casus.
Nam quandoque & primò ipse pater commit
tit crimen læsæ maiestatis,& tunc, aut tale deli-
ctum est commissum in principem,uel alios, qui
sunt de eius collegio, qui censentur esse pars sui
corporis, & tunc delictum patris nocebit filio;
13 etiam † si tunc feudum resedisset in personā aui;
quia nec auo,nec proauo succedere potest.ut d.l.
quisquis.§.j.ubi de hoc. Non tamen transibit tūc
feudum in fiscum sed redibit ad dominum per c.
felicis.de pœnis lib.vj.secundum ipsum Salyce.in.
14 d.l.ij.Quod procedit † in feudo quod haberetur
ab ecclesia, & tale delictum committeretur cōtra
15 ecclesiam,prout loquitur dictū † c.felicis. Aliàs
16 † uerò licet tale delictum noceat filiis & descen-
dentibus: ut d. l. quisquis. Tamen non nocebit
agnatis ad quos transiret feudum: unde cum tale
delictum committatur contra dominum,non re-
uertetur feudum ad dominum sed reuertetur ad
ipsos agnatos:ut probatur in c.j.si uasal.feu.priu.
sit.& in c. si uasallus culpam. si de feud. fue. con-
trouer.& in c.j §.denique.quæ fuer.prim. cau.be
nefi.amitt. & in tit.de eo qui interfecit frat.domi
ni.c.j.secundum Imol.in d.c.ex parte.
17 Aut † tale delictum læsæ maiestatis non com-
mittitur contra principem uel contra aliquem de
his qui cēsentur esse pars,sed circa alia citra crimē
læsæ maiestatis, & tunc dicendum est, prout di-
cetur in casu sequenti.
18 Quandoque & secundò † ipse pater commit-
tit delictum commune, & tunc aut feudum resi-
debat in persona aui uel proaui, & non nocebit fi
lio, ut dictum fuit in emphyteusi, prout notatur
in dicta l. Gallus. §. j. & in Speculo. de feudo.§.
finali. circa principium.
19 Aut † residebat in persona ipsius patris delin-
quentis, & tunc si proueniebat ab eius genere, &
non nocebit, ut tenuit Dynus & Ioan. And. in d.
regula,non debet.& D.Antonius in d.c.ex parte.
per dictam l. iij.
20 Aut † proueniebat ab eius persona, & tunc si
filius ueniat ad ipsum feudum iure suo, & nō no-
21 cebit:ut d.l.stipulatio.§.si quis ita. Aut † ut hæres
eius & nocebit, prout in emphyteusi dictum est.
Ad hoc l.deportatorum. C. de pœnis. Sed licet
22 † noceat tunc eius filio, tamen non transibit tunc
in fiscum, cum ipse non sit propriè hæres: ut d. l.
inter eos.§.fi.& d.l. ij. Ad hoc etiam quod habe-
tur in c.j. ad fi.de lege Corradi, secundum Imol.
23 in eod.c.ex parte. Vnde † cum nō transeat in fis-
cum redibit ad ipsum dominum:ut uoluit ipse Sa
lycet. in dicta l. ij. Quod licet regulariter uerum
sit, tamen fallit.
24 Et primò, † in feudo quod transit ad agnatos.
tale enim non reuertitur ad dominum, prout uo
luit Imol.in d.c.ex parte. & infra plenius patebit.
25 Quandoque & tertiò casu † delictum patris nō
est delictum læsæ maiestatis,nec est crimen com-
mune, sed est crimen feudale, quod committitur
contra dominum:uel contra formam fidelitatis,
seu contra legem feudalem, & tunc, aut tale deli-
ctum fuit commissum contra contractum feudi,
ut quia ipse uasallus feudum alienauit sine uolun
tate domini, uel seruitium non præstitit, & tunc
eius delictum nocebit filio & sequentibus, etiam
suo iure uenientibus: ut uoluit Bartol.in dicta l.
tertia. Petrus de Anchsrano in dicto cap.ex par-
te. & Salycet. in dicta l. secunda per id quod ha-
betur in dicto cap. si uasallus culpam. Ad hoc
etiam quod habetur in l.prima.§.finali.ff. si quis
aliquem testari prohibuerit. Ex natura enim
ipsius contractus inest tacita conditio ut re-
uertatur ad dominum, si contractus ipse non ser-
uetur, per ipsum uasallum,seu fellonia commit-
tatur,

tatur prout in simili dicitur in emphyteusi. c. po-
tuit. de locato. ff. locat. l. quæro. §. inter locato-
rē, quidquid dicat Imola in d. c. ex parte. per iu-
26 ra prædicta. Quod procedit † non solum si per
ipsum patrem uasallum fuerit acquisitum, sed
etiam si fuerit acquisitum ab auo, dummodo in
persona resideat, ut uoluerunt prædicti in dictis
iuribus: quod uoluit etiam Bal. in d. l. ii. sed licet
27 eis noceat, tamen si quæratur † an reuertatur ad
dominum tunc uel ad agnatos, dubium est. Ta-
men concludi potest quòd aut tale delictum fuit
commissum alienando feudum sine uoluntate
domini, & tunc perdet illud ipse uasallus. & re-
uertetur ad dominum. Ad hoc quod notatur per
28 Glos. in c. i. §. i. de succes. feud. Quod † procedit
non solum si simpliciter alienetur, sed etiam si
alienetur saluo iure domini, prout uoluit Bal. in
c. i. quæ sit causa benefic. amittend. ubi dicit hæc
29 procedere, nisi † additum foret, cum aliter uel
alio modo alienare non intendat: ut plenius ibi
per eum & per Do. Nicolaum in d. c. ex parte. de
feud. idem tenentem.

30 Item procedit † quando tale feudum fuisset
per ipsum uasallum nouiter acquisitum: aliàs
si nō erat nouum, sed antiquum: ut quia fuit ac-
quisitum per prędecessores uasalli, & tūc licet in
hoc sit maius dubium, tamē uidetur idem dicen-
dum per iura præallegata, quę indistinctè loquū-
tur. Et hoc etiam tenuit Glo. in titu. quib. mod.
feud. amitt. §. item si fuerit. pro quo uidetur ca-
sus in c. i. §. fin. in titu. quæ fuer. prima causa be-
31 nef. amitt. & in dicto † c. ex parte. intelligendo
textum ibi simpliciter in feudo etiam antiquo,
cum indistinctè uideatur loqui. per quem textū
Bald. in dicto §. i. de successio. feud. hanc partem
tenuit & Odofredus in summa de feudo in titulo
ad quos pertinet feudum. & Ioannes de pilis pro
ut refert Bal. in c. j. si uasal. feud. priuetur. Quod
32 & licet † sustineri posset. & responderi ad ratio-
nes assignatas per Glo. in c. i. §. i. de success. feud.
Quæ tenuit quòd tale feudū non reuertatur tūc
ad dominum, sed ad agnatos, quod tenuit etiam
33 Iacobus de Beluis. ibi, tamen † non uidetur esse
tutum ab istorū opinione recedere, ex quo Glo.
in d. §. j. firmat pedem. Nam licet filij & alij de-
scendentes excludantur à feudo etiam antiquo,
per id quod habetur in d. c. si uasallus culpam. si
de feudo fuer. controuers. & in c. i. si uasal. feud.
priuet. tamen fuerit antiquum non uidetur re-
uerti ad dominum, sed ad agnatos ipsius uasalli,
ita quòd ueniet proximior usque ad quartū gra-
dum. per id quod habetur in c. i. si uasal. feu. pri-
uetur. Imò & etiam usque ad septimum gradum,
prout uidetur esse de mēte Glos. ibi. quod & sen-
tit Imola in dicto c. ex parte. & in hac opinione
residens. Secundum quem tenendo istā opinionē
34 responderi potest ad textum in dicto † c. ex par-
te. quòd loquatur in feudo nouo, & non in anti-
35 quo: ut plenius ibi per eum. sed certè † quidquid
dicat fortè uerior est alia opinio, ut indistinctè
tale feudum, etiam si sit antiquum reuertatur ad
* dominum; ut communiter tenetur * quod & te-
nuit etiam Bald. in d. l. ij. dicens hanc esse uerita-
36 tem, pro quo facit textus in dicto † c. ex parte.
indistinctè loquens. facit etiam ad hoc textus in
d. c. i. §. fin. quæ sit prim. caus. benef. amitt. iuncto
§. denique. ibi proximè præcedenti.

37 Aut † delictum non fuit cōmissum per ipsum
uasallum alienando, sed aliàs contra ipsum con-
tractum ueniendo, puta non pręstādo seruitium,
& in hoc Bart. in d. l. iii. & Salyc. in d. l. ii. & Petr.
de Auchar. in d. c. ex parte. uidentur uelle quòd
tunc ipse uasallus perdat feudū, & reuertatur ad
dominū, sicut & in simili dicitur de emphyteuta.
ut in d. c. potuit. & in l. ii. C. de iur. emphyteut.
38 Quod uerum est; † quando requisitus est à do-
mino tempore debito & præstare noluerit; ut in
c. i. §. sed requiritur. quę fuer. prim. caus. benefic.
amittend. Ad hoc quòd habetur in cap. breui. ex-
tra de iureiuran.

39 Si uerò † nō fuerit requisitus, & tunc quantū-
cunque fuerit negligens tempore debito in præ-
stando seruitium nō perdit feudum, etiam si fue-
rit negligens per biennium; uel triennium. cum
non reperiatur hoc iure cautum, prout & in ipsa
emphyteusi, secundum Imolam ubi supra, quod
notandum est secundum eundem.

40 Aut † tale delictum feudale non committitur
contra contractum, ut supra, sed aliter extra con-
tractum; et quia deliquit in personā domini, uel
alterius, propter quòd uenit priuandus feudo, &
tunc prout uoluit Iacob. de Beluis. in tit. de suc-
cession. feud. c. i. §. i. latius distinguendo, dicen-
dum est quòd aut tale feudum erat nouum seu
nouiter per ipsum uasallum acquisitum, & eius
delictū nocebit filio. per notata in dicto §. j. Aut
41 † erat antiquum, & tunc aut tale feudum reside-
bat in persona aui, & delictum patris non noce-
bit filio, quo minus moriēte postea auo ipse suc-
cedere possit; ut uoluit Ipse Iaco. quod post ip-
sum tenuit Bar. in d. l. iij. & Salyc. in d. l. ii. & Pet.
de Ancha. & Imola in dicto c. ex parte. argum. l.
Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu.
Quod licet regulariter uerum sit, tamen fallit.

42 Et primò † in filio uiuente ipso auo, non cō-
cepto, cum tunc delictum sui patris ei nocebit;
ut uoluit Bal. in c. i. si uasallus feud. priuet.

43 Aut † residebat in persona ipsius patris delin-
quentis, & tunc aut deliquit in dominum, eius
personam offendendo. & nocebit filio; ut uoluit
44 Glo. in dicto c. ex parte, Imò † & etiā aliis agna-
tis, cum reuertatur ad dominum in dicto c. i. §.
denique. quę fuer. prim. caus. benef. amitte. ut uo-
luit ipse Iacob. in d. §. i. & Bald. ibidem. quos se-
quitur Imola in d. c. ex parte. Quod & fortè te-
nendum est, licet aliud uoluerit ipse Bal. in l. fi.
C. de liber. caus. dicens quòd licet noceat filio,
non tamen præiudicabit agnatis; ut plenius ibi
per eum.

45 Aut † deliquit in aliam personam quàm eius
domini,

domini, puta in fratrem: uel patrem illius domini.& tunc licet tale delictum noceat filio, & eius descendentibus, non tamen nocebit agnatis: ut d. c. si uasallus culpam.& in c. j. si uasal. feu. priuet.& in c. j. de eo qui interfe. frat. domin. sui. ut uoluit ipse Iacob. in d. §. i. cum quo residet Bal. ibi. & Imola in d. c. ex parte. quod & uidetur etiam sentire ipse Bal. in d. l. fi. Vnde tale feudum non obstante tali delicto transibit ad agnatos. quod & uoluit etiam Glo. in d. c. ex parte. & Bal. in c. i. si uasall. feud. priue. Quod licet regulariter procedat, tamen fallit.

46 Et primò † in feudo a cepto pro se & suis descendentibus, tunc enim delictum patris non nocet in eo filiis: uel nepotibus. sicut nō nocet agnatis, ex quo iure suo ueniunt. eadem enim est ratio ut noluit Cyn. in dicta l. ii. & Barto. in dicta l. iii. et Imol. in d. c. ex parte. licet Glo. & textus in usib. feud. hanc distinctionem facere non uideantur, de quo per Bal. in d. c. i. si uasall. feud. priuet. ubi idem uidetur velle. Pro hoc quod dicitur in simi-

47 li † quòd etiam in feudalibus delictum consortis

48 non nocet alteri consorti. delicta enim † suos debent tenere auctores. l. sancimus. C. de pœn. & c. quæsiuit. de iis, quæ fiunt à maio. par. cap. sed isto casu filius non ut filius ex iure patris & eius successione, sed ut consors in contractu inuestituræ nominatus, meritò &c.

CONCLVSIONIS et Regulæ LXXVIII.

ARGVMENTVM.

Dolus, culpa latissima, lata & leuis, quæ sint.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Doli & culpæ materia ubi, & per quos Doctores præcipuè tractetur.*
2 *Dolus quid sit & quod in eo sit dare gradus secundū subiectam materiam nu.* 3.
4 *Dolum non esse speciem separatam à culpa in genere sumpta nu.* 30.
5 *Culpa in genere sumpta quid sit.*
6 *Culpæ species quot. et nu.* 7.
8 *Culpa latissima quæ sit.*
9 *Promittens pro famulo de resarciendo damnū quod eius culpa datum fuerit, si ille aliquid subtraxerit, uel dolo fecerit, tenebitur.*
10 *Dolus uerus & manifestus quid sit.*
11 *Doli constitutio quid requirat?*
12 *Culpa lata quæ? secundum communem opinionem.* ☙ *& nu.* 15. 16. 17. 18. 19. 20.
13 *Dolus præsumptus an differat, à dolo manifesto.*
14 *Præsumptio est cōtra saluantem rem propriā & alienam dimittentem, ubi quomodo poterit excusari.*
19 *Ignorare ius est lata culpa, quod uerum est de iure communi certo.nu.* 20
21 *Ignorare ius municipale quod ad illos qui habitant in loco, est lata culpa; secus quo ad alios.*
22 *Culpa leuis quæ? & nu.* 23. 24. & 25.
26 *Culpa leuis quomodo differat à lata.*
27 *Culpa leuissima quæ sit*
28 *Culparū genera referēda sunt ad qualitates personarum; quia in eis certa nō potest dari doctrina. ideò iudicis arbitrio relinquendum. nu.* 29
31 *Culpa latior quæ?*
32 *Culpa lata non est dolus, sed dolo comparatur. nisi ageretur de infamia irroganda nu.* 33. *secundum communem* ☙. *& per sententiam nu.* 35. *secus si ob dolum infamia irrogatur ipso facto nu.* 34.
36 *Lata culpa dolo non æquiperatur, cum tractatur de pœna corporis afflictiua, secundum communem.* ☙ *Item si ageretur de iurando in litem. nu.* 37.
38 *Pactum ut non præstetur dolus futurus, non ualet, sed bene ut non præstetur culpa etiam lata. nu.* 39.
40 *Culpa lata dolo non æquiparatur etiam in imponenda pœna pecuniaria, si lex uel statutum requirat dolum, secus si lex uel statutum simpliciter loqueretur. numero* 41.
42 *Restitutio in integrum non datur aduersus dolum uerum, sed bene contra latam culpam.*
43 *Lata culpa dolo non æquiperatur quō ad malam fidē inducendā. Idem quo ad acquisitionē fructuū. n.* 44.
45 *Dolus probandus per allegantem, nisi qualitas facti concludas contrarium. nu.* 46. 47. & 48.
47 *Sciens habere debitores si omnia sua bona alienat præsumitur esse in dolo.*
48 *Officij ratione ad aliquid obligatus, si non faciat præsumitur in dolo.*
49 *Dolus in actibus prohibitis præsumitur nec aliter per allegantem probandus secundum communem.* ☙
50 *Dolus perspicuis indiciis probandus. Sed quia nō pōt dari certa doctrina iudicis arbitrio remittit. n.* 51.
52 *Culpam allegandi an incumbat onus eam probandi. nu.* 56. 57. 58. & 59.
53 *Casus fortuitus quis sit, & quot modis euenire possit. nu.* 54. & 55.
60 *Commodatarius de furto tenetur, & quare, nisi factū foret à persona coniuncta, uel alia sine aliqua suspicione. nu.* 61. *uel à seruo seu famulo accommodato cum ipsa re accommodata. nu.* 62.
63 *Commodatarius de furto non tenetur: quando transmissus sit famulus ut custodiat rem commodatam, & hoc si à principio fuit transmissus: secus si postea nume.* 64. *et hoc nisi tunc peruisset apud ipsum famulum. nume.* 65.

1 
ERTVM est † dari dolū, culpam latam, leuem, et leuissimā, de quibus per Bar. in repetitione l. quod Nerua. ff. deposi. per Glo. instit. quib. mod. re cō-trahi. obliga. §. penultimo. per Bal. in l. pignus. C. de pignor. act. per Ioan. Andr. Petrum de Perusio, D. Antonium, D. Florianum Imolam, et D. Nicolaum in c. unico. de commod. Ex quorum dictis recolligendo ea simul inngendo,

do,alibi dicta aggregando, post distinctiones materiam ad regulam et fallentias reducendo. tria sunt principaliter uidenda: & primò quid sit dolus, secūdò quid sit culpa. tertiò quę sint species ipsius culpæ,& quæ sit qualibet eius species.

2 Ad primum dicendum est quòd † dolus est studiosa machinatio ad decipiendum alterum adhibita, ut est si depositariua uel commodatarius latenter indicauerit furi, ut ueniat ad furandum rem depositam uel commodatam, ut postea ad inuicem partiantur. Ad hoc quod notatur. ff. de dolo.l.i.& per Bald.in l.pignus.C.de pignor. act. ubi in effectu idem uoluit, & ibi etiam dicit quòd † in dolis est dare gradus secundum subiectam materiam, cum maior dolus sit in uno casu quam in reliquo, ut plenius ibi per eum.

3

4 Circa quod aduertendum est: † quia licet Gl. in dicto c.unico & Bald.in d.l.pignus.& D. Antonius super dicta Glos.ponant dolum ut speciē separatā à culpa, tamen non est species separata à culpa, imò includitur sub culpa in genere sumpta, ut infra patebit.

5 Circa secundum uerò dicendum est, † quòd culpa in genere sumpta est deuiatio ab eo quod bonum est, quod per hominis diligentiam poterit præuideri, siue deuietur faciendo malum, siue omittendo facere bonum scienter uel ignoráter, & ita diffinit Bart.in d.l.quod Nerua. cuius diffinitio bona est secundum Imolam & D. Nicolaum in d.c.uni.licet ibi D.Florianus aliter diffiniat, sed in effectu in idem recidit.

6 Circa tertium dicendum est, † quidquid dicat Glos.in d.c.unico cum qua concordant commu-

* niter Glo. * ut patet in d.§.Quod † quinque sunt

7 species culpę in genere sumptę, put uoluit Bar. in d.l.quòd Nerua. Imola & D.Nicolaus in d.c. unico. Quædam enim est culpa latissima quędam latior, quædam lata, quædam leuis, & quædam leuissima.

8 Culpa autem † latissima est dolus uerus & manifestus, cum ipse dolus sit species culpæ in genere sumptæ,& culpa dici potest. Ad hoc quod habetur. ff. de mino. in l.si ex causa.§.mulier.iuncta Glo.& ff.de petit.hær.in l.non tantum.§.conueniunt.in Gl. in uerbo prædonea.& ff.de reg.iur. in l.quod quis.iuncta Glos. Quod facit ad quæ-

9 stionem † de eo qui promisit pro famulo de resarciendo damnum quod eius culpa datum fuerit ut promissor teneatur si famulus aliquid subtraxit uel dolosè fecit.& hoc uoluit Bartol. in d. l. quod Nerua. quem sequuntur Imo. & D. Nico-

10 laus ubi supra. Dolus † autem uerus & manifestus est machinatio ad decipiendū fallēdumque alterum manifestè adhibita: ut uoluit Bar.& Imo. & D.Nicolaus ubi supra. Ad hoc quod habetur in l.i.ff.de dolo.& per Bald.in d.l.pignus. Vnde

11 † requiritur ad talem dolum, quòd talis machinatio manifestè sit adhibita, ita quòd indicia ex quibus probatur dolus, sint manifestā, & ipsa probatio reddat dolum manifestum, cum tunc erit dolus uerus & manifestus. l. dolum. C. de dolo. prout est si euidenter appareat, quòd alieni datum fuit uinum album pro aqua ut inebriaretur, ad hoc ut posteà consentiat, prout notatur per Gloss. in dicta l. dolum. Vel si appareat quòd depositarius uel commodatarius latenter indicauerit furi ut ueniat ad furandum rem depositam vel commodatam, ut postea ad inuicem partiantur, secundum D. Antonium in d.c.uni.

12 Culpa † autē latior est dolus præsumptus, qui est quædam machinatio ad decipiendum fallendumque alterum præsumptiuè adhibita: ut est quando indicia seu præsumptiones ex quibus dolus præsumitur, nō sunt manifestæ, nec concludēres, unde manifestum dolum non inducunt sed præsumptum, ut ff.mandat.l.si procurato rem.§. dolo.& l.dolus.ut est, si aliquis saluauit res suas proprias, sed non depositas uel commodatas, uidetur enim tūc fuisse in dolo: ut patet in dicta l. quod Nerua. secundum Imolam qui post D.Florianum ubi supra ponit exemplum magis clarū. uidelicet quando tu res tibi cōmodatas uel depositas dimisisti in aula,& tuas in camera, nam si perdantur res dimissæ in aula tuis saluis remanentibus, teneris de dolo præsumpto, qui dici potest culpa, scilicet latior: ut dicta l.quod Nerua. ubi hoc ex littera bene probatur, eam non uiolando, prout uoluit Glo.ibi, exponēdo latiorem, id est, latam, & non bene, ut patet ex prędictis.& hoc etiam uoluit Bald. in dicta l. pignus. & ita com-

* muniter tenetur. *

Circa quod tamen animaduertendū est: quia

13 † talis dolus præsumptus differt à uerò seu manifesto in multis de quibus per Bart. in d. l. quod Nerua.& per Imolam in dicto c.unico. qui dicit inter alia quòd differt in hoc: quia à uero dolo nulla est excusatio, sed bene à præsumpto, ut patet ex iis quæ habentur. ff. eodem titu. comod.

14 l.si ut certo.§.quod si incendio. Nam † licet præsumptio sit contra illum qui saluauit res suas, tamen interdum potest excusari; ut quia utrasq; non potuit saluare,& suę erant pretiosiores, prout ibi notatur secundum Imol.

15 Culpa † uerò lata est nō intelligere quod omnes intelligunt. ut ff.de uerb.signif.l.latæ culpæ. Quod uerum intellige de omnibus hominibus sanę mentia,& ita poterit talis diffinitio saluari ut uoluit Barto.in d.l.quod Nerua. Ad hoc quod habetur de iureiur. ad nostram el.iij. secundum D.Florianum ubi supra. Potest etiam aliter diffiniri, prout diffinit Barto.in d.l.quod Nerua. di-

16 cena quòd † lata culpa est deuiatio in circunspecta, considerata ea diligentia, quam communiter habent homines, qui sunt eiusdem professionis & conditionis, secundum Barto. qui per hæc dicit, quòd non quælibet artificis imperitia est lata culpa, sed ita demū, quādo erratur in eo quod communiter omnes artifices illius artis sciunt, ēr dicens ideò dixisse eiusdem cōditionis ut excludantur homines habentes iustam causam ignorantiæ,

rantiæ,ut sunt absentes,quando præconizatur ali
quid in ciuitate. Ad hoc qđ habetur. qui matri.
accu.pos.in c.cũ in tua. Vnde vulgariter ignora-
re quod hoĩes cõiter sciunt est lata culpa: vt di-
cta l.latæ culpæ.secundum D. Nicolaum. Quod
intellige de omnibus hominibus, uel de maiori
parte eorum, qui sunt similis ingenij & conditio
nis:vt voluit Bal.in d.l.pignus. & Petrus de Peru
sio,D.Anto.Imol.& D.Nicol.in d.c.vnico,dicẽ
17 tes.qꝫ † lata culpa est nõ intelligere;vel non scire,
qđ oẽs;vel maior pars intelligunt:uel sciunt.Imò
18 † & dici potest lata culpa quædam stultitia & ne
gligentia in qua repetiuntur pauci ita stulti uel
ita negligentes.uel est quædam deuiatio à proui-
dentia naturaliter insita, prout uoluit Bald. in d.
l.pignus.exemplificans in eo qui mulũ uel equũ
commodatum nimio pondere uel itinere onera-
uit.ff.commod.l.si.& ff.locati.l. qui insulam. §.
qui mulas.secundum Bal.uel commodatum dimi
sit in loco publico sine custode,seu in porticu;qđ
communiter homines non faciunt,secundum D.
Antonium.Idem si dimisit rem commodatam in
domo,dimisso hostio aperto de nocte, quod non
solum diligentes, sed communiter omnes non fa
19 ciunt,ut dicit Imola dicens etiam quòd † lata cul
pa est ignorante ius: vt voluit Bar. in d. l. quod
Nerua.per dictam l.latæ culpæ. Quod verum in-
20 tellige † de iure communi certo: ut d.l.latæ.& l.
liberorum.§.notandum.ff.de infamib.Aliàs uerò
si sit dubiũ,ut quia sint super eo opiniones,uel nõ
reperiatur casus,& tunc nõ erit lata culpa, prout
notatur in l.in actionibus.ff.de in lit. iur. & in c.
unico.de postula.præla.libro vj. & hæc in iure cõ
21 muni.Si verò sit ius municipale, † & tunc igno-
rare illud erit lata culpa in illis qui habitant in lo
co illius iuris,cũ in aliis cẽseatur ignorãtia facti,
prout not. in c.j.de constit.lib.vj.secunũ Imol.
22 Culpa † uerò leuis est prout uoluit Glo. in di-
cto §.penultimo. institu. quib. mod. re contrahi.
oblig. Desidia seu negligentia seu deuiatio ab ea
diligentia,quam habent diligentes eiusdem pro-
fessionis & cõditionis. prout est si commodata-
rius dimittat rem commodatam in camera sine
custode,hostio non clauso cum claui, quod dili-
23 gens homo non fecisset, quod verũ intellige † de
rebus alienis, ut talia censeatur leuia culpa. ff. ad
leg. Aquil.l.si putator.& ff.de pigno.act. l. si con
uenerit. Vel etiam in rebus propriis quæ sunt re-
stituendæ.ff.sol.matrim.l.si constante.§. si mari-
tus.ut sunt res dotales quæ dici possunt quodam-
modo alienæ.C.de rei uend.l.dote. In rebus uerò
24 † communibus incidenter, ut si sunt legatæ duo-
bus,uel ex conuentione; ut in sociis, leuis culpa
est deuiatio incircumspecta ab ea diligentia quã
habere debuit, uel habere solebat tunc temporis
in rebus propriis.ff.famil.ercis.l.hæredes. §. non
tantum.& institu.pro socio.§.finali. vt hæc subti-
liter considerando & plenius explicando voluit
Bar.in d.l. quod Nerua. quem sequitur Imola in
d.c.vnico.Sed quidquid dicat dici potest prout fi
25 naliter dixit Bal.in d.l. pignus. quòd † culpa le-
uis est facere uel omittere quod non faceret, uel
omitteret diligens,prout & dicit in eod.c.unico.
D.Antonius,uel diligentior, prout ipse Bal. ad-
ducens dictam l. si putator. Et ipsa culpa leuis
26 † differt à lata,cum in culpa leui habeatur respe-
ctus ad diligentes:vt dicit D. Antonius,uel ad di-
ligentiores:ut dicit Bal.ubi supra.Sed in culpa la
ta habetur respectus ad id quod communiter ho-
mines uel maior pars facit,licet non sint multum
diligentes,ut supra patet.Imò & in culpa leui ha-
beatur respectus non ad diligentiores sed potius
ad diligentes,prout uoluit Glo.in dicto §. penul.
& tenet D.Antonius ubi supra.
27 Culpa uerò † leuissima est facere uel omittere
quod diligentissimus non faceret uel non omitte
ret.prout exemplificari potest in commodatario,
qui dimisisset librum in camera, in qua clauden-
do hostium clauem reuoluit,sed non tentauit, an
esset benè clausum, cum fortè re vera non fuisset
clausum,licet potuisset esse clausum, quod diligẽ
tissimus non omisisset, imò tentasset an esset clau
sum,vt voluit Imola post D.Antonium in eod.c.
vnico.& Bar.in d.l.quod Nerua.& Bal.in d.l.pi-
28 gnus.ubi finaliter dicit quòd † genera culparum
sunt referenda ad qualitates personarum. ff. de
oper.libert.l.eius artificij.§.finali.& ff.de cond.
indeb.l.si nõ sortem.§.libertus.& ff. de solu.l. in-
ter artifices.cum quidam sint diligentes, quidam
diligentiores,& ad istos habetur respectus in cul-
pa leui secundum eum. Quidam sunt diligentissi-
mi,& in istis habetur respectus in culpa leuissi-
29 ma. Verum: quia † in istis non potest tradi certa
theorica secundum D.Nicolaum ubi supra,relin
quendũ est iudicis arbitrio, qui ex circunstantiis
& cõiecturis habebit iudicare i qua culpa quis fue
rit. Ad hoc quod not.in c.de causis.de offi.deleg.
30 Ex prædictis patet † dolum non esse speciem
de per se,sed sub culpa contineri in genere sum-
pta, consideratis aũt culpis specialiter,dolum esse
uerũ & manifestũ culpã latissimã, latiorem uerò
31 † culpam esse dolum præsumptum.latam † autem
32 culpam non esse dolum, sed dolo comparari: ut
est textus apertus in l. j. versicu. lata culpa. ff. si
mẽs.fals.mod.dixer.& l.is cui.§.si hæres.uersi.do
lũ.ubi Gl.& l.mulier.§.sed enim.ubi Gl. Quod li
cet uerũ sit regulariter,ut lata culpa dolo æquipe
retur, ut in dictis iuribus,tamen fallit.
33 Et primò: † quando agitur de infamia irrogã
da,quæ si irrogatur pp dolũ, nõ tñ pp latã culpã.
insti.de suspe.tut.§.suspectus.& ibi per Gl.& per
Glo.in d.l.j.ff.si mens.fals.mod.dixe.quod uoluit
et Glo.ff.de in lit.iur.in l.in actionibus. & Bar.in
* d.l.quod Nerua.Quod & cõiter tenetur. *
34 Quod tamen sublimitatur † nõ procedere:quã-
do ob dolum infamia irrogaretur ipso facto,tunc
enim lata culpa dolo æquiperatur,ut uidetur esse
tex.cũ Gl.in l.liberorũ.§.notãtur.ff.de infa.pro-
35 cedit † enim dicta fallentia de qua supra: quãdo
agitur de infamia irroganda per sententiã quod

& uoluit Imola in d.c.unico. extra de cõmodato.
36 Secundò fallit: † quãdo agitur de pęna sanguinis,seu corporali imponẽda.cum & tũc lata culpa non æquiperetur dolo.ff.ad leg.Iul.de sicar.l. in lege,quod & uoluit Glo. in dicto §. suspectus. & in d.l.in actionibus.& in d.l.i.si mẽs.fal.mod. dix.& Imo.in c.sedes.extra de deposito.Quod &
✠ communiter tenetur. ✠

37 Tertiò fallit: † quando agitur de iurando in litem,cum propter dolum & non propter culpã iuretur; ut dicta l.in actionibus.& ibi per Glo. & Glo.in d.§.suspectus. quod & tenet Ioã.And. in cap.sedes.

38 Quartò fallit † in pacto; quia non ualet pactũ ut nõ præstetur dolus futurus.ff.de pac.l.si unus.
39 §.illud.& tamen † ualet pactum ut non præstetur culpa etiam lata: vt notatur.ff.deposit.l.i.§.si cõueniat.ubi de hoc,de quo in c.quemadmodũ. de iureiur. secundum Ioan. Andr. in c. sed extra eod.titu.de deposito.

40 Quintò fallit: † quando agitur de pœna pecuniaria imponẽda,si lex uel statutũ requirit dolũ; quia tunc non ueniret lata culpa.ff.ui bon. rapt. l.ii.§.ne autem.& hoc uoluit Glo.notabilis. ff.de
41 regul.iur.l.nam & negligentia. Secus autem † si lex uel statutũ simpliciter loquatur:quia tũc lata culpa æquiperatur dolo in pœna pecuniaria, l.i. §.non autem.ff.si quis test.lib.ius.es. Ad hoc etiã quod notatur.ff.si mensor.fals.mo.dix.l.i.§.pen. & hoc uoluit Barto.in d.l.quod Nerua. & Ioan. de Imola.in dicto c.unico.

42 Sextò fallit † quo ad petendum restitutionẽ in integrum, cum aduersus uerum dolum nõ detur restitutio in integ.ff.de mino.l.si ex causa.§. nũc uidendum,sed bene contra latam culpam uel dolum præsumptum. ff.de eden.l.ubi exigitur.cum ibi notatis.

43 Septimò fallit † quoad malam fidem inducendam. Nam dolus inducit malam fidem, sed non lata culpa.ff. de petit.hæred.l.& si lege.§.scire.cũ ibi notatis.ex quo sequitr̃ octaua fallen. videlicet.
44 Octauò fallit. † Nam licet dolus impediat acquisitionẽ fructuũ, tñ lata culpa cũ nõ impedit, prout plenè notatur in d.§.scire. secũm Bar.ind.l. quo Nerua. & Imo.in d.c.unico.de cõmodato.

Vidimus quis sit dolus, & quæ culpa et eius
45 species, & in quo æquiperentur,uideamus † cui incumbat onus probandi allegatum dolum. Ioannes Monachus tractat hanc conclusionem in regula. scienti. de regul.iuris. libro sexto. qui tamen post multa concludit regulariter dolum probandum esse per allegantem.per l.quoties.§. qui dolo.ff. de probat.qui dolo dicit factum aliquid (licet in exceptione) docere dolum admissum debet. Ad hoc Glos.finalis notabilis.in c.sedes.de rescript. Quod licèt uerum sit regulariter,tamen fallit.

46 Et primò: † quãdo qualitas facti concludit cõtrariũ eius quod agitur circa illã:ut l.i.C.de dol.
47 Secundò fallit: † quãdo qualitas facti relata ad circunstantias personæ de cuius dolo agitur, interpretatione iuris dolũ cõtinet;ut quãdo sciens habere debitores omnia bona sua alienat,cũ tunc præsumatur esse in dolo.ff.quæ in fraud. cred.l. omnes.§. Lucius. Qualitas ergo facti & personæ ponderanda est,secundum Ioannem Monachum ubi supra. Ad hoc c.ij.de renun. lib. vj.& quod notatur in l.fi.§.fi.ff.de ritu nup.

48 Tertiò fallit † in eo qui aliquid ratione officij facere tenebatur,si enim nõ fecit, præsumitur in dolo: ut in tutore non faciente inuentariũ: ut notatur in l.tutor qui repertoriũ.ff.de administ.tutor.& in l.ubi exigitur.ff.de edend.

49 Quartò fallit † in actibus qui sunt de genere prohibitorum,in quibus præsumitur dolus: ut l. falsus.§.qui alienũ.ff.de furt.& ut notatur in l. i.
✠ C.ad leg.Corn.de sica.& cõmuniter tenetur. ✠

50 Aliàs † dolus perspicuis indiciis probãdus est, quæ facti qualitatem concernerent, d. l. dolum. C.de dolo.ex quibus uir bonus æstimabit,intelliget arguet & coniecturabit an probatus sit do-
51 lus, nec ne.imò † cum super iis non possit dari certa doctrina, derelinquendũ erit iudicis arbitrio.l.continuus.§.i.ff.de uerb.oblig.qui an illa indicia sufficiant iudicabit cõsiderare enim habet an indicia sint indubitata, & tunc eis credet. c.excommunicamus. §.fin.de hæretic. libr. vj. l. scienti.de probat.si erũt leuia non credet. l.iij.§. i.ff.de minor.& l.& eleganter.§.fi.ff.de dolo.Itẽ si plura sint contra dolum,quàm contra indicantia dolum & qualia sint utraque:ut C.de arb. tu. l.si defunctus.cum similibus de quibus plenè per ipsum Ioannẽ Monachũ & Ioan. Andr. in dicta regula,scienti.lib.vj.

52 Quid autẽ dicendum in culpa, † an alleganti eam incumbat onus probandi?circa hęc animaduerte: quia regula est pro utraq; parte, ideò prius distinguẽdũ inter culpã & casum fortuitũ, demũ quę reponãtur inter casus fortuitos uidendũ postmodum considerandum,qui sint casus qui communiter euenire solent sine culpa,& qui cum culpa; postremo quando proptèrea quis excusetur.

Circa primum iam uisum est quid sit culpa,uideamus de casu fortuito,constat esse diuersa,ponuntur enim in c.uni.extra de cõmodato ut di-
53 uersa.et dicendum est quod casus † fortuitus est inopinatus rei euentus, qui ẽt à diligentissimo præuideri non potest;ut l.ii.§.eo tempore. ff. de adm.rer.ad ciui.pertinent.& C.de pign.ac.l.quę
54 fortuitis. & dupliciter † euenire potest & nunc de tertio. uno modo facto naturæ,ut tempestas maris grãdinis,insolita nix,feruor insolitus, terręmotus,uis uentorum,naufragium,impetus fluminis,aer corruptus undè generantur bruci & locustæ; ut l.sed & si quis.§.quod diximus. ff. si quis cautio.et in l.fistulas.§.frumẽta. ff. de con-
55 trah.emp.& in l.ex condito.ff.loca. Alio † modo facto hominis ut in incursu prædonum, latronũ, & hostium,l.contractus.in fine. ff. de reg.iur.& in l.si merces.§.culpæ.ff.locati.& ff.solu. matr.l. penul.

penul.in principio. inter quos & Incendium, furtum, fuga seruorum connumerari potest: ut ex prædictis & infra allegandis iuribus constat.

Circa quartū dicendum est cum Bar. in l. si quia ex argentariis. §. prætor ait. ff. de eden. & Cyno & Bald. in d. l. si creditor. ff. de pigno. act. & Imo. & D. Nicolao in c. bonafides. de deposito. & ali-
56 quid adendo, quòd casus prædicti † qui facto naturæ proueniunt, regulariter solent euenire sine culpa hominis, & in istis constito de rei amissio ne uel de facto firmari potest regula, quòd allegan ti culpam incumbat onus eam probandi, in his enim præsumitur casus, nisi culpa probetur. d. l. contractus. & l. si mercea. §. culpę. ff. locat. & ff. solu. matrim. l. penul. in principio. huiusmodi enim à communiter accidentibus sine culpa hominis euenire solent, ideò probanda est culpa. ff. de legat. j. l. cum rea. §. species. cum ibi notatis per Glo. & ita procedat quod notatur. C. de pignor. act. l. si creditor.
57 Casus uerò † qui facto hominis à communiter accidentibus prouenire solent, & isti cum non possint faciliter & communiter euenire absque culpa: ut furtum: ut l. cum duobus. §. damna. ff. pro socio: ut incendium. l. si uendita. ff. de pericu. & com. rei uend. l. iij. ff. de offic. præfect. uig. quod
58 † intelligas quo ad ipsos habitantes, sed quo ad alios secus, cum censeatur esse casus fortuitus. Ad hoc quod habetur. ff. quod ui aut clam. l. si alius. §. est & alia. secundum Imolam in d. c. unico. de commodato & hoc modo procedat dictū D. Antonii ibidem, ut fuga seruorum & alicū
59 qui debuerunt custodiri. Et in istis † firmari potest contraria regula, uidelicet: quòd allegants ca sum fortuitum habeat illum probare, cum culpa presumatur à communiter accidentibus, ut dictis iuribus, & l. pen. aliàs fina. ff. de cust. reor. & l. si à bonefidei. §. j. de rei uend. & l. si quis fundū. §. Imperator. ff. locat.
60 Vnde dicitur & nunc de quarto ꝗ † commodatarius de furto tenetur, ex quo dicittur regulariter prouenire culpa malè custodientis, & tamen licet regulariter sit uerum fallit.
61 Et primò: † quando factum esset à persona con iuncta, uel à tali à qua diligentissimna non suspicaretur, cum tunc cadat in casum fortuitum merum sine culpa. l. cum qui. §. idem scribit. ff. de fur tis. & hoc lentit Io. And. in c. unico. de commo.
62 Secundò fallit: † quando furtum fuisset factum à seruo, uel famulo accomodato unà cum re accommodata, cum tunc commodatarius nō tenea tur: esto quòd aliâs teneretur de custodia. ff. com mod. l. si ut certo. §. si de me. & §. sequenti.
63 Tertiò fallit: † quādo fuisset transmissus famulus ut custodiat rē commodatam: quia tunc commodatarius non tenetur de custodia. ff. de sol. l. si
64 soluturus. & hoc † si àprincidio fuisset transmis-
65 sus: secus si posteà. & hoc † nisi periisset apud ipsum famulū: ut d. §. si de me. & ibi per Bart. & per Imolam in d. c. unico. de commodato.

CONCLVSIONIS et Regulę LXXIX.

ARGVMENTVM.

Ignorantia in facto proprio non probabilis, nec admittenda.

SVMMARIVM.

1 ☞ Ignorantia in facto proprio non excusat. nisi esset factum ualde intricatum, secundum communem. ✱ nu. 2. Vel nisi esset factum multum antiquum, uel de longinquo. nu. 3.
4 Ignorantia in facto proprio etiam antiquo non probabilis: quando factum esset notabile.
5 Ardua menti retinentur.
6 Ignorantia implicita in facto proprio etiam multum intricato, si est notabile non admittenda.
7 Ignorantia in facto proprio quando quis persuasione inductus foret, uel quia facto alterius deceptus, admittenda.
8 Ignorantia in facto proprio si tractatur de damno ui tando probabilis, & hoc uerum in facto extraiudiciali secus iudiciali. nu. 9.
10 Ignorantia in facto alterius toleratur, nisi illud esset publicum uel notorium. nu. 11.
12 Ignorantia in facto alterius etiam publico uel notorio admittitur in absente. Idem in homine tenera ætatis. nu. 13. Idem in demente, licet postea ad sanitatem redeat. nu. 14.
15 Ignorantia in facto alterius domi tuæ denuntiato non probabilis.
16 Ignorantia in facto alieno in quo quis præsens fuit non admittenda.
17 Ignorantia in facto alieno non probabilis in uicinis.
18 Ignorantia in facto alieno non probabilis in consanguineis. idem in domesticis. nu. 19.
20 Ignorantia in facto alterius non probabilis in hærede illius, & hoc si hæres quæreret lucrum captare, secus si damnum uitare.
21 Ignorantia in facto alieno non probabilis in eo qui officio obligatus est ea indagare.
22 Ignorantia in facto alterius si ille est notabilis persona non probabilis.
23 Ignorantia in facto alterius tamen illicito non probabilis, nisi quando credidisset laicum esse: quia incedebat in habitu non clericali. nu. 24.
25 Ignorantia crassa uel affectata non excusat.
26 Ignorantia supina uel affectata æquiperatur scientiæ.
27 Lata culpa in delictis non æquiparatur dolo.



1 GNORANTIA † in facto proprio non est probabilis, nec excusat. l. quanquam. ff. ad Velleian. l. item quęritur. §. si falso. ff. locat. c. ab excommunicato. de rescript. & ubiq; notatur. Quod licet uerum sit, & regulariter procedat, tamen fallit.

2 Et primò † in facto ualde intricato, ita quòd
de facili memoriæ retineri non potest. in eo enim
etiam in facto proprio est probabilis ignorantia,
& toleranda. l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. l. fi-
deicommissum. ff. de confess. ubi Bart. & Bar. in
l. si quis. ff. de nouat. Glo. in cap. ab excommu-
nicato. de rescrip. ubi communiter Canoni-
✠ stæ ✠ Bart. in l. non fatetur. ff. de confess.
3 Secundò fallit † in facto antiquo, uel multum
de longinquo. l. peregrè. ff. de acquir. poss. c. ter-
tio loco. de probat. c. cum illorum. de sent. excõ.
Bar. in l. si quis. ff. de nouat. & in d. l. non fatetur.
4 Quod tamen sublimitandum est, † nisi istud fa-
ctum antiquum esset multum notabile, quod ue-
risimiliter obliuioni tradi non debet, uel non so
5 let. c. cum illorum. de sent. excom. Facta † enim
ardua & notabilia memoriæ retinentur. Cano-
nistæ in dicto cap. ab excommunicato. & Bart.
6 in l. fatetur. ff. de confess. Ex cuius † sublimita-
tionis ratione sublimitari potest prima fallen-
tia in facto intricato. Nam si esset arduum & no-
tabile in eo licet explicita ignorantia esset tolera
bilis, secus tamen implicita.
7 Tertiò fallit † quando fuisset inductus persua-
sione, uel deceptus facto alterius. cap. in lectum.
xxxiiij. quæstio. ij. D. Antonius & Imola. in d. ca.
ab excommunicato. Ad hoc l. j. ad finem. ff. quã-
do act. de pecul. est annalis. & l. j. in fine. ff. de eo
per quem fact. est. Ad hoc quod notatur. in l. er-
ror. C. de iur. & facti ignoran. tunc enim erraua di
citur in leui & non in lata culpa. l. j. & ij. in fin.
ff. quand. act. de pecul. est annal. Bart. in dicta
l. non fatetur.
8 Quartò fallit † quando tractatur de damno eui-
tando: vt sentit Glo. & Bart. in l. cũ de indebito.
ff. de probat. allegat. l. sed si me putem. in prin. ff.
de condi. indeb. & uideri casum in l. si post diui-
sionem. C. de iur. & fact. ignor. Quæ sane intelli-
9 gas † secundum eundem Bart. in l. non fatetur. ff.
de confess. procedere in facto extraiudiciali: se-
cus in iudiciali.
10 Quid autem dicendum † de ignorantia in facto
alieno? dic regulariter eam præsumi, & tolerabi-
lis reputatur. l. usucapio. ff. pro suo. facit regula,
præsumitur ignorantia. de regul. iur. lib. vj. & ibi
Glo. latius in Glo. j. q. iiij. §. notandum. l. uerius.
ff. de probat. Quod licet uerum sit, tamen fallit.
11 Et primò † in facto publico uel notorio, tunc
enim ignorãtia nõ uidetur probabilis ẽt in facto
alieno secundũ Glo. in d. c. præsumitur. & Gl. in
l. si tutor petitus. ff. de peric. tut. præsumitur quis
habere notitiã de factis palam in ciuitate, & sic de
edictis & bannimentis, & similibus. c. cũ in tua.
qui matr. acc. poss. c. i. de postul. prælat. & xvj. dist.
quod dicitis. & l. latæ culpæ. ff. de uerb. signifi.
12 Quod tamen sublimitandum est, † scilicet, non
procedere, & primò in absente: quando istud fa-
ctum palam fuit. d. c. in tua.
13 Secundò sublimitandum † in homine tenere
ætatis, qui tunc temporis non ualebat gesta com
prehendere. dicto cap. cum in tua.
14 Tertiò sublimitandum † in demente tunc tem-
poris, licet postea ad sanitatem reuerso, eo. c. cum
in tua. & in omni alia legitima causa ignorantię.
15 Secundò fallit † in facto domi tuæ denuntiato,
secundum Glo. in d. l. si tutor. Ad hoc quod no-
tatur in l. aut qui. §. j. ff. quod ui aut clam.
16 Tertiò fallit † in factis quibus quis præsens fuit,
tunc enim licet de facto alieno tractetur, ex quo
præsens quis fuit non est probabilis causa igno-
rantiæ secundum Glo. in d. l. si tutor.
17 Quartò fallit † in factis uicinorum, quæ uicini
præsumuntur scire. l. dominus. ff. locat. Bart. in
l. j. ff. si cert. petat.
18 Quintò fallit † in consanguineis, qui facta con
sanguineorum præsumuntur scire. l. tutela. ff. de
in integ. restit. & ibi notatur. & in d. l. j. ff. si cert.
pet. c. si necesse. de donat. inter. uir. & uxor.
19 Sextò fallit † in domesticis: qui præsumuntur
scire facta in domo, vt dicta l. dominus. & ut no-
tatur in l. consensu. C. de repud. & cap. tertio lo
co. de probat.
20 Septimò fallit † in hærede in quo præsumitur
continuari scientia defuncti, ex quo eius perso-
nam repręsentat. l. cum hęres. ff. de diuers. & tem
por. pręscr. l. si ego. §. pactus. ff. de publ. in rem
actio. Quod procedit. secundum Dynum, quem
sequitur Ioann. And. in dicto cap. pręsumitur.
quando hæres propter ignorantiam intenderet
captare lucrum: aliàs secus si de damno uitando.
21 Octauò fallit † quando quis ex iniuncto offi-
cio tenetur indagare, custodire & præcauere,
tunc enim præsumitur quòd fecerit ad quòd te-
nebatur, & sic scire. Vnde ignorantia nedum nõ
uidetur probabilis, quinimò cadit in latam cul-
pam, etiam in facto alieno. cap. quanuis. de re-
gul. iur. lib. vi. & ibi D. Nicolaus. cap. innotuit.
de elect. & ibi notata.
22 Nonò fallit † in factis notabilium personarum,
in his enim de facili non admittitur ignorantia,
cap. tuam. de ordin. cogn. c. cum illorum. de sen-
ten. excommu.
23 Decimò fallit: † quando factum est illicitum,
præsumitur enim scientia etiam in facto alieno
in odium malè agentium. Vnde præsumitur quis
scire illum esse clericum quem percussit. c. si ue-
rò. el ij. de senten. excom. & ibi notata.
24 Quod tamen sublimitatur † nisi credidisset pro
babiliter illum non esse clericum; quia incedebat
in habitu non clericali, licet deferret tonsurã mo
re laicorum tempore æstiuo secundum Do. Ni-
colaum in d. c. si uerò.
25 Vnum tamen scias, quòd † ignorantia crassa, &
supina, uel affectata non excusat c. ad Apostolicę.
26 de cler. excom. æquiperatur † enim scientiæ sicut
& lata culpa, etiam in pœnalibus. cap. i. in fin. de
ord. ab epis. qui ren. c. fina. de celeb. miss. c. ii. de
27 const. lib. vi. cap. ii. de temp. ord. licet † lata cul-
pa in delictis non æquiperetur dolo, sed bene
latissima.

CON-

CONCLVSIONIS & Regulæ LXXX.

ARGVMENTVM.

Participare potest quis in alterius delictis pluribus modis præcipuè ratihabitione & mandato.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Participari potest in alterius delictis, pluribus modis, signanter ratihabitione & mandato.*
2 *Mandator delicti qui propriè dicatur.*
3 *Mandans non secuto delicto non tenetur, nisi illud esset atrox delictum nu. 4. & tunc an eadem pœna ueniat imponenda, remissiuè. nu. 5.*
6 *Mandans secuto delicto punitur ac si ipse fecisset.*
7 *Mandans si mandatum reuocauit tacitè uel expressè, an secuto postea delicto teneatur. & nu. 8. & 9.*
10 *Mandans tenetur secuto delicto ex delicto, propter mandatum, & non ex mandato.*
11 *Mandans in foro conscientiæ uidetur uerè facere.*
12 *Canones potius animum quàm factum considerant.*
13 *Mandans delictum fieri si per rerum naturam non potest expediri per mandantem quo ad pœnam iudicialem non censetur uerè facere. Si per rerum naturam expediri potest per mandantem, tamen non per actum separatum à corpore, & tunc dicitur fictè facere nume. 14. imò nec fictè ut puniri possit, ut fautor. nu. 15.*
16 *Mandans delictum fieri quod potest expediri per actũ separatũ à corpore, nõ dicitur uerè facere, sed fictè.*
17 *Intellectus ad l. si obstetrix. ff. ad leg. Aquil.*
18 *Mandans delictum fieri si instrumentum quo mediante facit agit de necessitate uerè dicitur facere, & non fictè.*
19 *Intellectus ad l. item Mela. ff. ad leg. Aquil.*
20 *Mandans delictum fieri per seruum suum, uerè & non fictè dicitur facere.*
21 *Intellectus ad l. pater. in fin. ff. de manum. uindict.*
22 *Intellectus ad l. iij. §. si procurator. ff. quod quisq; iur.*
23 *Mandatarius punitur de delicto uti principalis faciẽs, nisi se excusaret quòd iustè mandatum suscepit. secundum communem. nu. 24. ⁂ nec necesse haberet obedire. nu. 25. non tamen in atrocioribus, sed in leuibus, secundum communem ⁂ nu. 26.*
27 *Delicta quæ sint grauia, & quæ leuia remissiuè.*
28 *Nũtius delicti particeps esse potest, sed quomodo puniatur si graue sit punitur: secus si leue nu. 29.*
30 *Conductor particeps potest esse in delictis, & dicitur assassinus.*
31 *Opem uel auxilium præstans particeps dicitur esse in delicto.*
32 *Auxilium quomodo sumi possit & quot modis præstetur. nu. 33. & 34.*
34 *Auxilium præstans per uiam misericordiæ supplicando penes superiorem non punitur, nisi præstaretur damnato pro crimine læsæ maiestatis. num. 35. uel pro publicis latronibus. nu. 36. uel pro damnatis pro hæresi. nu. 37. uel pro clerico ueniente contra patriam nu. 38. uel pro damnato pro crimine patriæ oppugnato nu. 39.*
40 *Auxiliũ quãdo prohibetur pstari respectu certi actus si postea præstetur, illa nõ imponitur pœna sed alia.*
41 *Impediens familiam iudicis capere delinquentem tenetur de ui publica.*
42 *Auxilium quando præcessit delictum quomodo puniendum.*
43 *Opem præstans tenetur ratione qualitatum quæ insunt tempore delicti, ac etiam eadẽ pœna qua principalis, non tamen in casu l. raptores. C. de rapt. uirg. secundum communem Canonistarum opinionem ⁂ nu. 44. nec in casu l. unicæ. C. de ui. agger. non rumpend. nu. 45.*
46 *Pœna augenda ob qualitates quæ ex post facto peruenerunt in principali non imponitur ei qui opem præstitit, idem non augenda in principali si ob aliquas qualitates augetur in opem præstante. nume. 47. Sed secus in opem præstante si augenda foret in principali, secundum communem. numero. 48.*
49 *Multitudo si opem præstitit maleficio mitius punienda quàm principalis.*
50 *Principalis si aliàs erat omnino delictum commissurus præstans opem mitius puniendus.*
51 *Auxilium præstatur quandoque simul delinquendo, & condelinquenti auxiliando, & tunc si omnes unum delictum fecerunt, pari pœna puniendi, si diuersa, & tunc uti principalis quilibet de eo quod ipse fecit, & de auxilio alteri præstito, secundum communem. ⁂ nu. 52.*
53 *Particeps delicti per alterum commissi quis consulendo esse põt, & cũq; quomodo puniendus. & nu. 54.*
55 *Delictum leue non punitur nisi perfectum.*
56 *Consulens seruum corrumpi tenetur de eo siue delictum sit leue siue atrox.*
57 *Consulens delictum in atrocioribus punitur: siue delinquens fuisset aliàs facturus siue non. Idem siue perfectum siue non delictum. & idem dicendum in persuadente, instigante, & instruente. nu. 58.*
59 *Cõsulẽs rẽ illicitã indistincte incurrit irregularitatẽ.*
60 *Participans in delicto alterius præsentia uel assistentia quomodo puniatur.*
61 *Participans in delicto alterius: quia non prohibet cum prohibere potuisset, quomodo puniendus.*
62 *Ratum haberi non potest delictum meo nomine non gestum; secus si meo nomine, tunc ratihabitio mandato æquiparatur. nu. 63.*
64 *Ratum haberi potest, quo ad peccatum in foro conscientiæ, delictum meo nomine non gestum.*
65 *Adulteria & alia quæ per alium explicari non possunt, ratificari minimè possunt, sed contra nu. 66. concordia. nu. 67. & 68.*
69 *Ratihabitio retrotrahitur et mãdato cõparatur ẽt in maleficijs: quod quõ intelligatur uide nu. 70. & 71*
72 *Actus medio tempore à die actus gesti ad diẽ ratihabitionis ob ratũ habitum delictũ aliàs uitiosus & culpabilis nõ præiudicat: quia ratihabitio ligat, ut ex nunc licet trahatur ad uniuersus actum.*

1 IN delictis † quis particeps esse
potest pluribus modis, licet p
alium commissis, uidelicet et
signanter ratihabitione & mã
dato, & ex eis se obligare. Vi-
deamus de singulis, & primò
de mãdato, demũ de mãdatario, et posteà de aliis.
2 Mandare † ille propriè dicitur, qui mandat deli-
ctum cõmitti propter se ipsum et ad satisfactio-
nem suæ uolũtatis nulla data pecunia, siue utatur
uerbo mando, siue rogo, siue quibuscunq; aliis ver-
bis similibus. Ad hoc l. i. ff. manda. et quod nota-
tur per Barto. in l. non solum. §. si mandato. ff.
de iniur. et per eundem Bar. in l. i. C. de seru. fug.
Viso qui dicatur mandare, uideamus an, et quan
do propterea sit puniendus, et quõ. et in hoc di-
3 cẽdum, quod aut quæritur † an ipse mãdans teneatur,
et dicẽdum est, quòd aut ex ipso mandato nõ est
secutum delictum, et non tenetur mandãs regula
riter: ut l. item apud. §. si curauerit. ff. de iniur.
4 Quod tamen fallit: † in mandantibus committi
atrocia delicta. l. i. ff. de extraordi. crim. puniun-
tur enim etiam opere imperfecto, et criminali-
ter, non autem ciuiliter: ut per Bal. in l. vulgares.
5 §. qui furti. ff. de iniur. An autem † eadem pœna
ac si delictum perfectum foret, uel alio mitiori?
vide quæ diximus in materia conatus, et quod
nota. in l. si quis non dicã rapere. C. de epi. et cle.
6 Aut † ex ipso mãdato delictũ est secutũ, et tũc
aut ipse mandãs nõ reuocauit, et punitur ac si ip-
se fecisset. l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur.
7 Si uerò † tale mandatum foret reuocatum taci
tè uel expressè, et nihilominus delictum secutũ
esset quid dicendum, concludi potest quòd si re-
uocatio deducta fuit ad notitiam mandatarij, et
eius qui offendi debebatur, et expressè facta est,
8 Idem † si tacitè: ut quia mandans nõ usus esset uer
bum reuoco, sed in notitiam mãdatarii deduxis-
set, quòd ipse fecerat pacem uel parentelam cum
tali inimico suo. l. iij. ff. de op. lega. et hoc uerũ
9 † si datum mandatum in notitiam aduersarii de-
duxisset per notata in c. ad audientiam. de ho-
micid. et in c. cum quis. de sentent. excommuni.
lib. vi. ubi Petrus de Anchara. et per Canonistas
* communiter in c. mulieres. extra eodem titu. *
et per Guilielm. de Cuneo quem sequitur Barto.
* et alij Legistæ communiter, * in l. si pecuniam.
§. si seruum. ff. de cond. cau. dat.
10 Aut quæritur † unde oriatur obligatio qua te-
netur mandans, & concludas ex delicto propter
mandatum, non ex mandato: ut uoluit Glo. in l. j.
§. persuadere. ff. de seruo corrup. & instit. de obli.
quæ ex delicto nasc. §. opem. & probatur. in l. si
quis uxori. §. neque uerbo. & l. qui seruo. §. i. ff. de
fur. secundum Bar. in d. §. si mandato.
11 Aut quæritur † an ipse mandans uideatur ue-
rè uel fictè facere, & in hoc dicendum est quòd
aut loquimur quo ad peccatum seu in foro pœni-
tẽtiali, & tunc ipse mandans uerè uidetur facere:
ut in cap. mulieres. de sentent. excommun. cum
12 † canones potius animum quàm factum conside
rent: ut notatur per Dy. in regula, peccatum. lib.
vj. & est textus. xx. q. v. humanæ.
13 Aut † loquimur non quo ad peccatum, sed alio
respectu, puta quo ad pœnas imponendas in fo-
ro iudiciali, & tunc, aut tale delictum est quod p
rerum naturam non potest expediri per mandan
tem: ut quando pupillus doli capax mandat fieri
falsum testimonium, & tunc non censetur uerè
facere, nec punitur ut faciens, sed extraordina-
riè, cum in eo non cadat periurium, secundum
Bal. in l. j. C. de serui. fug.
14 Aut est † tale delictum quod per rerum naturã
expediri potest per mandantem, & tunc, aut est
tale delictum quod non potest expedire per actũ
separatum à corpore ut adulteriũ, & tunc qui mã
dat non dicitur uerè facere, sed potius fictè face-
re. l. i. §. quoties. ff. de vi & ui arma. & hoc uoluit
Bart. in l. si fumus. §. seruus meus. ff. de iniur. Sed
15 imò † nec fictè dicitur facere ut puniri possit ut
fautor: ut uoluit Bal. in l. j. §. j. ff. de ser. fug. & in
l. unica. §. ne autem. C. de caduc. tollen.
16 Aut est tale delictum † quod potest expediri
per instrumentum separatum à corpore, ut homi
cidiũ, percussio uel aliud simile quod potest ex-
plicari sagitta, uel lapide. & tunc regulariter qui
mandat non dicitur uerè facere, sed fictè ut uo-
17 luit Bar. in d. §. si seruus. & ita procedit. † l. itẽ si ob-
stetrix. ff. ad leg. Aquil. & hoc uoluit Bal. in d. l. j.
C. de seru. fug. & in l. si seruũ. §. prætor. ff. de acq.
hæred. ubi inducit hoc ad statutũ. & in l. si p aliũ.
§. ne quis. Qd licet uerũ sit regulariter, tñ fallit.
18 Et primò: † qñ instrumentũ quo mediãte facit
(& talis actus perpetratur) agit de necessitate, nec
põt nõ agere, tũc enim faciens mediãte tali instrũ
19 uere dr facere, & nõ fictè. et ita loquit. † l. itẽ Mela.
in prin. ff. ad leg. Aquil. ut est cũ emittit lapis uel
sagitta, scđm Bar. in l. sed si unus. §. seruus meus.
20 Secũdò fallit: † quãdo ille per quẽ fit, licet agat
illud uirtute libertatis sui animi, tamẽ agit ex ne
cessitate ciuili, ut puta, quia est seruus, uel talis q
in tali delicto domino tenetur obedire, & ita lo-
21 quatur. † l. pater. in fi. ff. de manu. uind. & † l. iij.
22 §. si procurator. ff. quod quisque iur. Secundum
Barto. in eodem §. seruus meus. Ad hoc quod no
tatur in cap. sciant. de elect. lib. vi. isto enim ca-
su mandans uerè dicitur facere.
23 Veniamus ad mandatarium † qui delictum
facit propter mandatum; An, et quando ipse
sit puniendus? et dicendum est quòd punien-
dus est ut principalis faciens; ut dicta l. non so-
lum. §. si mandato. ff. de iniur. ubi Bartol. & in
dicto §. seruus. Quod licet regulariter uerum
sit, tamen fallit.
24 Et primò † quando ille qui mandatũ suscepit
iuxtè se excusat: ut quia illud quod mandatũ fuit
poterat esse licitum, & ipse putabat illud nõ es-
se delictum, ut si mãdarem tibi ut laborares in ta
li fundo, quem tamen putabas esse meum, cum
tunc mãdatarius excusetur: ut notatur in Gl. in l.
in rem

in rem.§.tignum.ff.de rei uend. quod exemplifi-
cari potest in multis aliis casibus, in quibus ex
idemptitate rationis idem dicendum.quod com-
* muniter tenetur. *
25 Secundò fallit: † quando ille qui fecit habuit
necesse facere cum mandanti subiaceret, ut filius,
uel seruus, uel ciuis magistratui, tunc enim excu-
satur.l.liber homo.la ij.ff.ad leg. Aquiliam.l. ad
ea.ff.de regul.iur.
26 Quod tamē sublimitādum est † non procedere
in atrocioribus, in quibus si pareant uterq; tene-
tur.l.seruus.ff.de actio.& oblig.l.si cum dies.§.in
compromisso.ff.de arbitr.secundum Glos.in d.l.
* liber homo. communiter approbatam. * excu-
santur enim tales sic necessitati in leuibus: ut no-
tatur in dictis iuribus.
27 Quæ autem † sint leuia, quæ grauia, quæ gra-
uiora delicta. uide Bar.in d.l.non solum.§.si mā-
dato.ff.de iniur.ubi magist taliter loquitur.
28 Alio modo † potest etiam quis esse particeps
delicti per alium commissi, ut quando est nun-
tius.pone ego.dico cuidam nuntio ut uadat ad ta
lem, & dicat eidem quòd interficiat Titium, uel
aliud illicitum faciat: & de eo, id est, de sic dicen-
te & committente dicēdum est, idem, id est, quod
dictum est de mandante & mandatario. Nuntius
29 uero † tenetur, si delictum sit graue: secus si sit
leue: ut notatur per Cyn. in l.non eo minus.C.de
accusat.& per Bart.in l.aut qui aliter.§.penult.ff.
quod ui, aut clam.adducens quando delictum est
graue.l.j.§.penult.ff.ad Turpill.& l.si sciente.ff.
ad leg.Pompe.de parric.quando leue, dicit esse ca
sum in d.§. circa quæ uide Bald. in authen. habi-
ta.C. ne filius pro patre. per l.quod sæpe.§.si
quis.ff. de contrahen. empt. ubi est casus singu-
laris ad propositum.
30 Quarto modo † potest quis esse particeps de-
licti per alium commissi conducendo aliquem ut
delictum faciat, & in hoc dicendum est, quòd il-
le dicitur conductor, qui hoc facit recepta pecu-
nia: qui uulgo dicitur assasinus. de quo in c.pro
humani, de homici.lib.vj.
Et quæ dicta sunt in mandante & mandatario
locum habent in conducente & conducto, nisi q
isti conducti & conducentes grauius delinquunt:
ut d.c. si pro humani.ubi per Canonistas & Le-
gistas in d.§.si mandato.
31 Quinto modo † potest quis esse particeps in de-
licto per alium commisso præstando opem uel au
xilium. Et circa hoc animaduerte: quia, aut à le-
ge prohibetur simpliciter præstatio opis uel auxi
lij, puta cum statutum dicit, quicumque dederit
opem uel auxilium, in tantum puniatur, aut pro-
hibetur præstatio opis uel auxilij respectu certi
actus, ut si diceret, quicumque dederit opem uel
auxilium maleficio tali.
32 Primo casu † auxilium sumitur multum late
pro omni adiutorio, siue mittatur pecunia siue as
societur siue aliud fiat, quod ad eius utilitatem tē-
dat.l.iij.ff.ad leg.Iul.maie.ibi, in cuiusue opera.

* et tunc, aut tale auxilium præstatur ignorante su
periore & facto uel pecunia uel aliter iuuat, & lo-
cum habet pœna dictæ legis auxilium prohiben-
tis: argumento d. l.iij.
33 Aut præstatur † sciente superiore. et tunc, aut
præstatur in uia iustitiæ: ut si eius procurator pe
tat illius bannum cassari ex aliqua iusta causa: et
tunc licet uideatur præstare auxilium, nihilomi-
nus etiam si succumbat non punitur: ut notatur
in c.soles.de senten.excommunic.lib.vj.& uolunt
Pet.de Anch.in c.cum quis.eod.tit.
34 Aut præstatur † implorando misericordiā su-
perioris seu in uiam supplicationis pro eo suppli
cando, ut ipse bannitus rebanniatur. & istud auxi
lium regulariter est permissum, nec est punibile.
l.si fuerit, & l.quidam. ff. de rebus dub. quod ta-
men fallit.
35 Et primò: † quando supplicatur pro damnato
pro crimine læsæ maiestatis.l.quisquis. ff. ad leg.
Iul.maiesta. & l.furti.§.ope.ff.de furt.secundum
Pet.de Ancha.in d.c.cum quis.
36 Secundò fallit † cum supplicatur pro publicis
latronibus. & hoc tenuit Bald.in authen.sed no-
uo iure.C.de seruis fugit.
37 Tertio fallit † pro damnatis pro hæresi; ut di-
xit Bal.in l.quicumque.C.de episc.& cle.
38 Quartò fallit † pro clerico ueniente contra
propriam ciuitatem; uel aliquid molientem con
tra custodem propriæ ciuitatis; ut est text. & ibi
notatur in d.l.quicunque. in fi.
39 Quintò fallit † pro damnato pro crimine pa-
triæ oppugnatę. cùm illi uideantur incidere in
crimen lęsę maiestatis, ut dicit Glos.notabilis in
l.fallaciter.C.de aboli. Ad hoc quod dicunt Do-
ctores in d.l.quisquis.vnde ille casus uidetur pos
se comprehendi sub primo.
40 Secundo uero casu, † quando prohibetur prę-
statio auxilij seu opis respectu certi actus aut ma-
leficij, & tunc an pręstans auxilium puniēdus sit
& quando? dicendum est, quòd aut tale auxilium
pręstatur post maleficium, puta ad euadendum
homicidam. & tunc non teneretur, ut pręstans
opem, sed alia pœna, uidelicet ex illo titu. de his
41 qui latrones. & si † impediret familiam capere,
teneretur lege Iulia de ui publica. ff. ad legem
Iul. de ui publica. secundum Baldum ibi, de quo
plenius per eundem Baldum in d.l.quicumque.
42 ff.ad leg.Iul.maiest.& hoc † nisi pręcessisset con-
silium, puta si dixisset, postquàm feceris hoc, te ad
iuuabo, cum tūc licet post factum sit species auxi
lij, & teneretur, prout tenetur alius pręstans auxi-
lium ante maleficium, ut quia pręstat ferramen-
tum uel domum ad faciendum factum, uel in ipso
maleficio assistendo malefactori, ut habilius cō-
mittat, uideatur pręstare opem maleficio, et pu-
nitur eadem pœna qua principalis delinquens. ff.
de furt.l.si pignore.§.ferramentum. & l.fin. C.ad
leg.Iul.de ui publ.& ff.de adulter.l.qui domum.
& C. de raptu uirgi.l.j. Sed licet regulariter prę-
stans opem teneatur eadem pœna qua princi-

palis,cum teneatur ex delicto propter opem præ-
cedentem,ut sentit Glos.in l.j.§.persuadere.ff.de
seruo corrup.& inst.de oblig. quæ ex delict.nasc.
§.opem.& est text.in Clemē.j.de pœn.& in c.la-
43 tores.de cler.excomm.ministr.& hinc est † q ip-
se præstans opem tenetur ratione qualitatum quę
insunt tempore delicti,ratione loci,temporis,uel
personæ,inquantum delinquitur in plus,prout &
ipse faciens,prout notat Bart.in l.is qui opem.ff.
de furt.& per Petrum de Ancha.in d.c.cum quis.
de sent.excom.lib.vj.Tamen fallit quandoque.
44 Et primò † in casu legis raptores. C. de raptu
uirg.secundum Bart.in d.l.is qui opem.Canoni-
* stæ communiter * in c.j.de off.deleg.
45 Secundò fallit † in casu l.vnicæ.C.de Nil. ag-
ger.non rumpen.& ibi per Cynum & Bartol.ubi
supra dicens ibi id esse : quia expressum.
46 Tertiò fallit: † quādo qualitates ex quibus au-
getur pœna in principali superuenerunt ex post
facto , facto & culpa ipsius delinquentis : ut puta
propter eius negationē:ut d.l.qui opē.& ibi Bar.
47 Quartò fallit: † quando in præstante opē adest
qualitas quæ augeret pœnam ut si sit forensis cui
maior pœna imponitur:ut l.qui seruo. ff. de furt.
esto quòd non augeretur in principali ; qui fortè
est ciuis , cui minor pœna imponitur : ut d.l. qui
seruo.& ut not.in l.si quis id.ff. de iurisd.om.iu.
48 & è conuersò † propter qualitatem inhęrentem
in principali augetur pœna in præstante opē,cui
talis qualitas non esset,ut l.utrum.ff.ad leg.Pom.
de parric.secundum Petrum de Anch.in d.c.cum
* quis.& communiter per Canonistas * in d.c.j.de
off.dele.extraneus.n.si Titium occideret, uti ex-
traneus pœna ordinaria homicidij puniretē,si aūt
filio patrē occidenti opē pstat parricidia censet.
49 Quintò fallit † in magna multitudine quæ opē
præstitisset,tunc.n.ad euitandam stragem princi-
pales fautores magis puniuntur,cęteri autem mi-
tius.c.latores,de cler.excom.min.Imol. in c.j.de
offic.delega.& Angelus in d.l.is qui opem.
Sextò limita secundum Ang.ubi supra,& in l.
50 in furti.§.opem.eod.tit.† in præstante simplicem
opem:quia delinquēs erat omninò aliàs facturus,
& sufficiens erat sine ope præstita ad illud delictū
perpetrandum . & sic per præstantem opem deli-
ctum non est auctum, nec facilius perpetratum.
51 Præstatur † quandoque auxilium cùm quis ut
principalis delinquit,& consocio æquè principa-
liter delinquenti auxiliatur : ut est cum plures si-
mul delinquunt:& tunc dicendum est q ant om-
nes simul fecerunt unum delictum : ut quia om-
nes simul subtraxerūt unam trabem, & tunc qui-
libet tenetur ut principalis.ff. de furt. l.vulgaris.
52 §.pen.& l.ita vulneratus.ff.ad leg.Aqui.Aut † cō-
miserunt diuersa delicta,ut quia vnus percussit in
capite,alter in brachio;& tunc quilibet potest te-
neri ut principalis in eo quod ipse fecit, & ut prę
stans opem in eo quod fecit consocius:ut l.qui ser
uo.§.si duo. ff.de furt.ubi Bar. Ad hoc quod not.
in Clemen.j.de pœnis, & cum Bar. communiter
* pertransierunt Docto. * Alio modo potest † quis
53 esse particeps delicti per alterum cōmissi,scilicet
consulendo,& in hoc Gl.uariarunt. Nam Glo.in
l.consilij.ff.de regu.iur.dicebat,aut delictum ca-
dit in spectale nomen maleficii, & tūc teneri quē
ex consilio, aliàs non, siue erat aliàs facturus, siue
non.Glo.uerè in l.sępe.ff.de uerb.sign.distinguit
utrum erat aliàs facturus uel non. Glo.in l.nō so-
lum.§.Proculus.ff. de iniur.uidetur dicere q non
interest sic distinguere. Glos.in l. qui seruo.ff. de
furt.uidetur concludere quòd tunc consulens te-
netur ex consilio, cum principalis tenetur de de-
licto, crederem sic posse concludi .
54 Aut † post consilium, secutum est delictum, &
tunc,aut delictū est leue,aut atrox,si leue,& tunc
aut delinquens erat aliàs facturus,& tunc non te-
55 netur . Quia † cum delictum est leue non puni-
tur nisi perfectum sit.l.j.§.fi.ff.quod quisq; iur.&
de iniur.l.item apud Labeonē.§. fine, sed propter
consilium eo casu non uidetur secutum nec per-
fectum delictū, ex quo erat aliàs facturus. Ad hoc
quod nota. in l.qui seruo.ff.de furt. quod eo for-
tius procedit si delictum secutum nullū sit . quod
licet regulariter uerum sit,tamen fallit.
56 Et primò † in consilio dato ad corrumpendum
seruum , cum consulens indistinctè teneatur de
consilio, siue delictum sit leue uel atrox secutum.
l.j.§.persuadere.ff.de seru. corrup.
57 In atrocioribus uerò † consulens punitur, siue
principalis delinquens erat aliàs facturus siue nō,
& siue perfectū sit delictum,siue nō.& hoc ex eo,
quia in huiusmodi punitur etiam qui attentat : ut
not.in l.si quis non dicam rapere. C.de episco.&
cleri.sed cùm quis delictum consulit attentat &
procedit inquantum in consulente est ad actum:
ut ff.de extraord.crim.l.j.& de pœn. dist.j. peri-
58 culosè.& canone sequenti . Quæ procedunt † in
persuadente seu instigante & instruente,cum om
nia ista consiliū capiant.l.in furti.ff.de fur.§.con-
silium.& hoc noluit Bar.in l.ij.ff.de dolo.Ad hoc
c.quicumq;.de senten.excom.lib.vj.Quo autem
59 † ad irregularitatem incurrendam indistinctè cō
sulens rem illicitam , etiam si postea casu homi-
cidium sequatur, imputatur cōsulenti;secus si su-
per licitis consulatur,secundum Inno.& Io.And.
in c.ad audientiam,de homic.ubi & Pe.de Anch.
60 Quandoq; † quis participat in delicto alterius
pītia uel assistentia, de quo dic ut nota.in c.sicut
dignū.de homici. & per Bal.in l.data opera.C.q
accu.pos.& in l.ob hæc uerba.ff.de his q no.int.
61 Quandoq; quis † censetur particeps in delicto
alterius,cum illud prohibere potuit & non prohi
buit,de quo dic, ut nota. ut in l. culpa caret. ff.de
regul. iur.& ibi Glos. & in canone negligere . &
ibi Glo. ij. q. vij.
Remanet ut dicamus de ratihabitione,qua quis
potest esse particeps delicti per alterū commisi,
62 & concludi potest, quòd regulariter † in malefi-
ciis ratihabitio mandato comparatur. l.j. §. deie-
cisse.ff.de ui & ui arma. cap.cum quis, de senten.
excom.

63 exco.lib.vi. quod intelligas † procedere si nomine ratum habētia maleficium fuerit commissum, cum alias quod meo nomine non est gestum ratum habere non possim.l.si seruus.ff. de precar.c. ratum. de regul.iur.libro vi. Quod licet regulariter sit uerum, tamen fallit.

64 Et primò† quo ad Deum in foro pœnitentiali, in quo licet maleficium non sit nomine meo commissum, si tamen ratum habeo, quo ad Deum & peccatum ligor. Ad hoc Glos. in c. cum quis. de sent. excom libro vi.

65 Alia præcedens regula fallit † in adulterio, fornicatione, & similibus, quæ per alium non possunt explicari, secundum Glos. in dicta l.1.§.quoties. ff. de vi & vi arma. & Bald. in l. quid ergo. ff.de infamib. & in l.obseruare. §. proficisci.ff.de offic. proc. in istis enim uidetur ratihabitionem

66 mandato nō comparari. sed certe † hoc non transit sine dubio: quia suasor & mandator adulterii tenetur lege Iulia de adult. l.hæc verba.ff.de adulter.& hoc volunt Iacob. de Rauenna & Petrus, quos sequitur Cynus in l. finali in secunda quæstione. C.ad Macedon.& Bartol.in dicto.§. quoties. pro fallentia stat etiam Glos. in l. hoc iure. §.deiecit.ff.de re iudi. Idem voluit Iaco.de Aren. pro quo l.1.§. ne autem.C. de caduc.tollen. Idem Glos.in c.sciant. de elect.libro vj.

67 Pro cōcordia crederē sic posse distingui.† Adulterium posse committi principaliter animo luxuriandi, & pro concupiscentia carnali, & tunc quia hoc per alium explicari non potest impossibile est quòd ratum haberi possit, etiam suo nomine factum. & hoc modo procedat opinio Glos

68 sarū & Iacobi de Arena & Bald.potest † & adulterium committi principaliter non animo luxuriandi, sed ad vituperium mulieris vel viri vel gentis. & tunc adulterium nomine meo factum ratū habere possum, & teneor: & ita procedat cōtraria opinio Iacobi de Rauenna, Petri, Cyni, & Bartol. per dictam l.hæc verba.& hoc videtur sentire ipse Bart. vbi supra. quæ nota.

69 Restat videre de retrotractione † quæ regulariter procedit; vt est textus in c.ratihabitionem retrotrahi & mandato comparari. de reg. iur.lib. vi.& in l.hoc iure,§.deiecit.ff.eodem titulo. quæ retrotractio operatur etiam in maleficiis. Idem ac si à principio actus interuenisset, vt dicto.c. cum quis. ibi, cum ratihabitio.

70 Sed dubium† stat in ista retrotractio intelligatur ne dum quo ad ipsum actum prius habitum, sed etiam ad eius tempus, & videtur dicendum quòd sic, cum à tempore eius gestionis præstigiū obligationis vel quasi videatur adesse, nec ex ipsa obligatione oritur obligatio, sed ex ipso actu propter ratihabitionem. Ad hoc quod notatur in l. si pupilli.§.item quæritur.ff.de neg. gest.& in l.i. §. persuadere.ff. de seru. corrupt. & in Clemen.i. vt lit.pendent. vt de loco actus qui pariter considerabitur. ut per Bartol.in l.si vt proponitur.§.1.de fideicommis.& in l.non solum.§.si mandato.ff.de iniuriis.& in l.qui ope.ff.de furt.& per Bartol. in l.finali.C.si à non comp. iudic. Quæ opinio limitanda tamen est.

71 Et primò † in ratihabitione actus, vnde successit excommunicatio ipso iure, vel in sententia ex communicationis, cum eius vinculum non possit pendere quando lata est purè, nam aut statim ligat, aut statim nulla est.c. pastoralis. de appel. & notatur.ix.q.ij.c.1.& in c.prudentiam.in Glos.ij. in fine de offic.de leg.quod sentit Glo.in dicto c. cum quis. de senten. excom. lib.vj. in verbo in curria. isto enim casu ratihabitio ligat vt ex nunc licet trahatur ad anterius actum. Ex quo infertur

72 vnum nota dignum quòd licet † actus medio tempore à die actus gesti ad diem ratihabitionis ob ratum habitum delictum aliàs vitiosa & culpabilis esset, isto casu minimè hoc dici posset. nam si ante ratihabitionem post delictum suo nomine commissum administrasset clericus in eius ordine, non propterea contra eum procedi posset: ita rgumento l.ij. & l.iiij.§. sed & Marcellus.ff. in diem adiect.ob dictam rationem: quia excommunicationis sententia non potest esse in suspenso, nec à tempore actus gesti ligat ob subsecutam ratihabitionem, quæ tantum in eo casu operatur, vt ex illo ex tunc ligetur, cum ratum habetur, non autem ex tunc, cum negotium gestum fuit, quod speciale est in sententia excommunicationis, c. licet. eodem titulo de sentent. excomm. lib. vi. secum Ioannem Andr. in dicta Glo.in d.c.cū quis. cum quo cæteri residere videntur.

CONCLVSIONIS & Regulę LXXXI.

ARGVMENTVM.

Communicans cum excommunicato an incurrat excommunicationem, & in mortale peccatum incidat.

SVMMARIVM.

1 *Communicans cum excommunicato ignoranter non incurrit excommunicationem, si scienter & in casibus à iure permissis, & idem nu.2. secus si aliàs. nu.5. etiam si per metum nu.6. & non solùm si in crimine, nu.7. sed etiam si extra crimen secundum communem opinionem. nu.8.*

3 *Participans cum excommunicato necessitate famis non incurrit in excommunicationem.*


4 *Creditor repetens ab excommunicato suo debitore sibi debitum non incurrit excommunicationem.*

9 *Intellectus ad c. fratris de his quæ vi. & nu. 11.*

Lex indistinctè loquens indistinctè intelligenda.

10 *Participans cum excommunicato ignoranter in casibus à iure non permissis non incurrit mortale peccatum, si scienter: secus nu.11. sed contra si licet quòd tantum venialiter peccet nu. 12. & hoc si non ex proposito, aliàs secus. num.13. imò indistinctè*

stinctè quod regulariter, mortaliter non peccet se
* *cundum communem opinionem nu. 14.* *
15 *Participans cum excommunicato scienter in contem-*
ptum clauium mortaliter peccat, idem si in con-
temptum superioris nu. 16.
17 *Participans cum excommunicato cum participibus*
suis mortaliter peccat,
18 *Participans cum excommunicato in crimine morta-*
liter peccat, idem si in diuinis nu. 19.
20 *Participans cum excommunicato nimis frequenter*
mortaliter peccat.

1 
OMMVNICANS † cũ ex-
communicato an incurrat ex-
communicationem? Iterum an
incurrat mortale peccatum? re-
colligendo dicta Ioannis An-
dreæ, D. Antonii D. Floriani,
Imolæ, D. Nicolai. in c. sacris. de hiis quæ vi. &
ea simul iungendo, & aliqua addendo: circa pri-
mum concludi potest.
Aut quis communicat excommunicato igno-
ranter, & tunc non incurrit excommunicationem
c. cùm desideres. de sentent. excom.
2 Aut † scienter communicat cum eo, & tunc,
aut in casibus à iure permissis seu inconsequen-
tiam actus permissi, & tunc non incurrit excom-
municationem, prout vult Glo. in dicto c. sacris.
Ad hoc canone quod præcessor. & cap. antecessor.
sor. xi. q. iij. & quod habetur in c. inter alia. & in
c. responso, & in c. cum voluntate. & in c. si ve-
3 rè. de sent. excommun. Et hinc est † quòd parti-
cipans cum excommunicato necessitate famis nõ
incurrit excommunicationem: vt c. inter alia de
sentent. excommun. & xi. q. iij. quoniam multos.
4 Nec † eam incurrit creditor repetens à debitore
suo suum vel sibi debitum; vt dicto. c. si verè.
5 Aut † participat quia cum excõmunicato scien-
ter in casibus in iure non permissis, seu non in cõ
sequentiam actus permissi, & tunc participans in
6 currit excommunicationem etiam † si per me-
tum participat: vt expressum est in dicto c. sacris.
7 Quod & locum habet † non solum si participat in
crimine (vt dixerunt quidam) propter quod in-
currit maiorem excommunicationem c. si concu
8 binæ. de sent. excommun. Sed etiam † si com-
municet extra crimen, puta in loquutione, con-
uiuio, vel similibus, propter quod incurrit mino-
rem excommunicationem, prout voluit in dicto
c. sacris. Innocent. & Hostien. & ita communiter
* tenetur. * per dictum c. secũdũ Io. And. ibidem.
9 loquitur † enim illa decretalis indistinctè, vñ indi
stinctè intelligenda est xix. dist. c. si Romanorũ.
10 Secundò verò casu † an participans cum excõ-
municato incurrat mortale peccatum? dicendum
est, quòd aut participat ignoranter; vel in casi-
bus in iure permissis, & non incurrit; vt c. cum
desideres. & dicto. c. inter alia. de sent. excommu.
cum similibus. Ad hoc quod habetur C. de adul
ter. l. Gracchus.

11 Aut † participat cum eo scienter, in casibus in
iure non permissis, & tunc an incurrat mortale
peccatum fuerunt opiniones, de quibus in eodem
c. sacris. per Ioannem And. Nam Goffredus in
sua summa de sent. excommun. §. vltimo uersic.
quæritur an peccet. & Raimundus similiter in
eius summa eodem titulo tenuerunt quòd peccat
mortaliter, per textum in dicto c. sacris. & per id
quod habetur in c. exceptionem. de except. & in
c. finali. & in c. pia. eodem tit. lib. vi. & quod no-
tat Innocent. de dol. & contum. in c. ueritatis. &
de cler. excommu. min. c. si celebrat. vbi uidetur
idem uelle.
12 Sed † Hostiens. in summa de sent. excomm. §.
ultimo uersic. sed nunquid tenet. quòd ueniali-
ter peccat, & non mortaliter. quod & tenet etiã
in dicto c. sacris. Petrus de Sanson. & in dicto c. si
celebrat. quem in eodem c. sacris. sequitur Abbas.
dicens meliorem esse opinionem Theologorum
tenentium quòd non peccet mortaliter: quam &
tenet etiam Archid. in canone. rogo. xi. q. iii. di-
cens beatum Thomam de Aquino in tertio sen-
tentiarum eam tenere, uidelicet: ut non peccet
mortaliter, quam & tenet in eodem c. sacris. Ioan
nes And. concludens quòd participare cum ex-
communicato, non est mortale peccatum sed ue
niale. esset enim nimis magnus rigor, si excom-
municatum in uia saluto, uel in conuiuio inuita-
tum non euito, ex hoc incurratur mortale pecca-
tum. ad hoc quod notatur in proœmio vi. Præ-
terea si omnis communio induceret mortale pec
catum, frustra distingueretur inter communionẽ
in crimine & communionem extra crimen, pro
ut distinguitur de sent. excom. in c. nuper. & c. si
concubinę. secundum ipsum Ioannem And. cu-
13 ius † dictum procedere posset quando quis parti-
ciparet cùm excommunicato ex quadam facili-
tate, ut si eundo per uiam occurrat excommuni-
catus notus & eum salutet ex consuetudine quæ
habet quòd salutentur noti, cum & tunc non pec
cet mortaliter: secus si communicet cum excom
municato ex proposito, cum & tunc peccet mor
taliter: ut in dicto c. sacris. secundum D. Floria-
num ibi, qui tamen dicit quòd bonarum mentiũ
est timere culpam ubi non est, potius debet quis
reputare quòd participare cum excommunica-
to sit mortale peccatum, ut habeat causam eum
retrahendi, & censura ecclesiastica habeatur in
maiori reuerentia. Imola verò ibidem finaliter.
14 post multa dicit quidquid dicat D. Florianus † cõ
* muniter * tamen teneri opinio Ioanni And. quæ
satia est secundum eum rationabilis, & in ea resi-
det. contra quam cõmunem opinionem secundũ
D. Nicolaum ibi, dicit facere textum in eodem c.
sacris. & can. excõmunicatos. & canon. cum excõ
municatũ. & canon fin. xi. q. iij. dicit tamen cõmu
nem cõmuniter teneri. unde & ipse cũ ea uidetur
residere, sed ad contraria non respondet. ad quæ
responderi potest prout uidetur respondere in eo.
c. sacris. Ioannes And. dicens, quòd licet regula-

riter hoc uerum sit ut ipse communicans cum excommunicato etiam scienter non incurrat mortale peccatum, prout communiter tenetur. tamen fallit in sex casibus in quibus incurrit mortale peccatum, & sic limitatur dicta communis sententia.
15 Et primò fallit, † quando sic communicat in contemptum clauium. Ad hoc quod habetur in c. tanta. de excess. prælat.
16 Secundò fallit † quando hoc facit in contemptum superioris. Ad hoc quod notatur in eodem c. tanta. & in d. c. si celebrat.
17 Tertiò fallit † qn ipse cum quo participat erat excõicatus cũ participibus suis ab illo qui habebat potestatem excommunicandi. Ad hoc quod habetur in c. statuimus. de senten. excom. lib. vj. tamen fallentia poterat includi sub secunda.
18 Quartò fallit † quando participat in crimine: d. c. si concubinæ.
19 Quintò fallit † quando communicat cum eo in diuinis, & præcipuè in casu c. significauit. de senten. excommu. ubi de hoc.
20 Sextò fallit † quando quis nimis frequenter communicat cum excommunicato propter frequentiam eius transit in mortale peccatum, etiam si per metum communicet, & ita intelligi poterit
21 dictum † c. sacris. & alia iura in contrarium allegata: prout uoluit Ioannes And. in dicto cap. sacris. & communiter tenetur.


CONCLVSIONIS et Regulæ LXXXII.

ARGVMENTVM.

Excommunicationis exceptio etiam post litem contestatam opponi potest.

SVMMARIVM.

1 Excommunicationis exceptio etiam post litem contestatam opponi potest, etiam in causa possessorij priuilegiata. nu. 2. & 3.
4 Excommunicatus etiam in causa possessorij priuilegiata, rescriptum impetrare non potest.
5 Excõicationis exceptio non obstat repetenti uxorem.
6 Excommunicationis exceptio non obest uenienti ut reo. & nume. 18.
7 Excommunicatio maior repellit quem à iudicio, secus minor.
8 Excommunicatus etiam si appellauerit, si notorium tamen sit appellationem non tenere, euitandus est, nõ solum in actibus iudicialibus uerùm etiam extraiudicialibus. nume. 9.
10 Excommunicatus etiam si appellauerit admittendus non est in actibus extraiudicialibus, etiã cum protestatione, & si admitteretur actus non ualeret.
11 Excommunicatus notorius ad sui utilitatem ualidè non contrahit.
12 Excommunicatus, si constat nullam esse sententiam, non uitandus, si dubitatur & tutius est eum uitare in actibus in quibus eis nullum inferatur præiudicium. nu. 13. in præ. uidelicet: secus & tunc cum protestatione. nume. 14.
15 Protestatio multum ualet in dubiis.
16 Excõicatus ab episcopo in absentia, ei admittendus à capitulo in electionibus, saluandus tamè non etiã.
17 Sententia ordinarij falsem in leuibus præsumitur iusta.
19 Excommunicatus in aliis actibus à legitimis euitandus est. In legitimis si lis inchoata nõ est super nullitate excommunicationis euitandus erit nu. 21. si inchoata sit & ficta & confirmata & idem. secus si nulla declarata. nu. 23. si pendet & dubitatur an sit lata post appellationem, dum disputatur uitandus erit, nisi per modicum tempus dum se præparet ad litem. nu. 24.
20 Intellectus ad c. solet. §. in secunda. de senten. excommunicatio. lib. vi.
22 Intellectus ad c. per tuas. de sent. excom.
25 Excommunicatus si appellauit & constat de legitima causa sed dicitur falsa non euitandus, quandiu potest ipsam appellationem extra iudicium proseq[ui] & si ex alia causa dicatur nulla sententia non euitandus. nume. 26.
27 Absolutio ad cautelam quæ est gratia propter manifestam offensam denegatur.
28 Excommunicatus si appellauit & nullam dicat sententiam & in extraiudicialibus, si cum protestatione admittitur, pendebit ualiditas eius uotis ab euentu, secundum communem. Si absque protestatione & idem nu. 29. in actibus uero in quibus non est euitandus statim ualet quod agit. nume. 30. actiuè & passiuè. nu. 31. secundum communem. Si euitetur & admittendus esset, actus nullus est. nu. 32. aliàs secus si admittendus erat cum protestatione & non fuit admissus, & tunc ualiditas actus pendet à futuro euentu.



1 EXCOMMVNICATIOnis † exceptio uelut omninò pertinens iudicium potest opponi quandocunque, etiam post litem contestatam, quidquid dixerit in contrarium Glo. in c. cum nostriq[ue] procu. secundum Host. & Ioã. And. ibi dicentem dominum suum ita tenuisse. Ad hoc qd' not. in Spec. de excep. §. ij. versi. idem quoque. & in c. i. de postulo. quos sequitur in eo. c. in nostra.
2 Imola. Unde † quantumcunque causa possessorij sit priuilegiata prout not. ibi cum lucris de rel. sp. nihilominus pagenti possessorio etiam recuperan-
3 da possessionis obstat exceptio excommunicatio nis: ut est textus iuncta Glo. si quæ tamen debet esse penultima in c. ex insinuatione. de procura. & idè uoluit Glo. in canone in nomine Domini. xxiii. dist. & Spec. in titu. de causa pos. & proprie. §. fi. uersi. xxi. & Inno. in c. cũ nostris. de concess. preb.
4 Imò † ipse excommunicatus non poterit impetrare rescriptum in tali causa, prout not. per Glo. in c. dilectus. el i. de rescrip. ubi de hoc de quo in c. i. eo. tit. lib. vi. & est textus in c. decreuimus. & ibi Glo.

Glo.de ſen.excõ.eod.titu.lib.vi. Quod licet regu
lariter ſit uerũ ut excõicato agenti obſtet exce-
ptio excommunicationis,ut ſupra,tamen fallit.
5 Et primò:† quando ipſe excommunicatus pe-
teret reſtitutionẽ uxoris: quia tunc ſibi non ob-
ſtat huiuſmodi exceptio,prout notatur per Glo.
xj.q.iij.canone,quoniam multos.in uer.uxores.
6 Secundò fallit: † quando ex communicatus ue-
niret non ut actor, ſed ut reus petendo ſibi re-
ſtitui poſſeſsionem in qua aduerſarius eſt immiſ
ſus,tunc,& offerendo cautionem, ſecundũ quod
notatur ut lit.non cont.c.quoniam frequenter.§.
in aliis.ſibi nõ obſtat talis exceptio prout ibi no-
tatur & in c.cum inter.de excep.Glo.in c.decer-
nimus.de ſent.excom.lib.vj.& per Barr.Ange.&
Imol.in l.i.§.qui remiſsionem.ff. de noui oper.
nunt.nam iſto caſu excommunicatus non cenſe-
tur actor cũ principaliter nõ petat reſcindi quod
factum eſt,ſed ut reus principaliter ad ſe defen-
dendum licet in conſequentiam ad reſciſsionem
tenutæ per l.ſi pupillus.§.i.ff.de priui.cred.& in
auth.ei qui iurat.C.de bon.auctor.iudic.poſſ.
quidquid in contrarium dixerint Iaco.de Aren.
& Oldrad. relati per Bar.ubi ſuprà.
7 Tertiò fallit † in excommunicato minori ex-
cõmunicatione; duplex eſt enim excommunica-
tio,una maior quæ ab agendo repellit,altera mi-
nor quæ non repellit.iij.q.iiij.Engeltrudam.in
Glo.& c.ſi quem.de ſent.excom.Ioannes Andr.
in Gloſ.in c.pia.uerbo ſpeciem.de except.lib.vj.
8 Quid autem dicendum † ſi diceretur per ex-
communicatum excommunicationis ſententiam
eſſe nullam,uel ab ea appellatũ eſſet, an interim
uitandus,& ab actibus iudicialibus & extraiudi-
cialibus repellendus. de quo in c.ſolet.§.in ſe-
cunda.de ſent.excõ.lib.vj. ubi Glo.& ſcribentes
quorum dicta recolligendo, aliquid addendo et
diſtinguendo,ſic concludi poteſt.
Aut ſententia excommunicationis non aſſeri-
tur nulla,ſed conſtat ipſam eſſe aliquam, ut quia
notorium ſit appellationem non tenere,& tunc
ipſe excommunicatus euitandus eſt non ſolum
in iudicialibus,ut in d.§.in ſecũda.& ibi Glo.ſed
etiam extra iudicium,& non ſolum ab iis expreſ-
ſis,ſed etiam aliis actibus,ut colligi poteſt ex di-
cto tex.à cõtrario ſenſu:ut ibi uidetur uelle Do-
minicus poſt Hoſtien.& Ioannem And. Ad hoc
quod dotatur in c.pia, de excep.eodem libro vj.
9 ita quod † ſi actus extraiudicialis fiat ipſo excõ-
municato euitato ualebit actus, nec ipſe agere
poteſt de contemptu,ut uidetur uelle in d.§.Ioã-
nes And.poſt Innoc.dicens quòd ſi ille qui fuit
excommunicatus fuiſſet præſens quando excom-
municatur uel denũtiatur,& nihil diceret de ap-
pellatione,uel alio quod annullet ſententiam,ua
leret tunc electio facta illo abſente, & non citato
& non caſſabitur propter contẽptum,cum in cul
10 pa fuerit nihil proteſtando. Nec † eſt admitten-
dus in talibus actibus ipſe excommunicatus,etiã
cum proteſtatione.imò & ſi admittatur etiam cũ
proteſtatione ad eligendum eius uox non præ-
ſtabit ſuffragium, nec ualebit uox coeligentium
qui ſponte eum admiſerunt etiam cum proteſta-
tione.c.fin.de procurat.& ut notatur in c.illa.de
electio.ſecundum Innocen.in dict.§.in ſecunda.
quem ibi ſequitur Ioan. And.
11 Si uerò † admittatur notoriè excommunica-
tus in contractibus,& tunc nõ ualebit quod ipſe
excommunicatus agit ad utilitatem ſuam: ut te-
net in dicto §.in ſecunda.Hoſtienſ. remittens ſe
ad notata in dicto c.pia.de excep.
12 Aut † aſſeritur nulla ipſa ſententia excommu-
nicationis, & conſtat eam eſſe nullam,& tunc ui-
tandus non erit: ut uidetur ſentire in d.§.Ioann.
And.poſt Innocen.Ad hoc quod dicetur in ſum-
mula abſolutionis ad cautelam in quinto memb.
13 Aut † aſſeritur nulla, & dubitatur an ſit nul-
la,& tunc,aut quæritur an tutius ſit admitti uel
non,& dicendum erit quòd tutius erit eum uita-
re in iis in quibus nullum præiudicium infertur
illi qui dicitur excommunicatus, ut eſt in priua-
ta familiaritate,maximè in occulto.xxiiij.q.i.om
14 nis qui,& xi.q.iii.curę.& in iis † autem in qui-
bus fieret præiudiciũ; ut in electionibus & aliis
actibus tutius erit eum admittere cum proteſta-
tione quàm euitare: argumento.vj.q.ij.c.ii.cum
15 † in dubiis multum ualeat proteſtatio.c.cũm,de
conſti.ſecundum Innoc.ubi ſupra.qui etiam di-
cit,quòd in electionibus ne dum anteaquàm re-
cipiantur probationes ſuper ueritate cauſæ ap-
pellationis,ſed etiam anteaquàm incipiat proſe-
qui appellationẽ, ſi dicat ille cui opponitur ex-
cõmunicatio ſe appellaſſe,admittetur cum pro-
teſtatione quòd alij non intendunt ſecum elige-
re uel celebrare ſi excommunicatus eſt.Imò plus
uidetur ſecundum Ioannẽ And.ubi ſupra.Quòd
16 † licet epiſcopus in pręſentia capituli excommu
nicet abſentẽ,etiàm expreſſa legitima cauſa;quia
tametſi ille poſſet iuſtas cauſas habere propter
quas non teneret excommunicatio, capitulum
citabit illum ad electionem,non tamẽ illum ſa-
17 lutabit in literis: quia † præſumitur pro ſenten-
tia ordinarij ſaltem in leuibus, & parum præiu-
dicialibus.c.in præſentiam.de renuntiat.ſed po-
net in literis quòd ordinarius excommunicauit
eum, & ſi putat excommunicationem tenere nõ
ueniat: quia cum excommunicato non inten-
dit eligere.
18 Aut quæritur † an ipſe excommunicatus ſit
euitandus de iure,& in hoc dicendum eſt,quòd
aut loquimur in iudiciis, et erit euitandus ſi ue-
niat ut actor: ſecus ſi ut reus ut ſuprà plenè di-
ctum fuit.
19 Aut in † extraiudicialibus, & tunc aut loqui-
mur in aliis actibus à legitimis de quibus in d.§.
in ſecunda.& euitandus eſt,ut colligi poteſt ex il
20 lo textu † à contrario ſenſu, ex quo tantum ad-
mittitur in legitimis propter ſpecialem rationẽ,
ut ibi patet,& ibidem dicit Hoſtienſ. & Ioannes
Andr.qui tamen dicit idem eſſe in communibus
actibus

actibus quod in legitimis: vt patet ex notatis in dicto cap. pia.

21 Aut † loquimur in electione,& aliis actibus legitimis,& tunc aut adhuc non est inchoata lis super nullitate ipsius sententiæ,& euitandus est ex-
22 communicatus.& ita intelligitur † c.per tuas. de sent.excommu.secundum Ioannem And.in c.licet.de sent.excom. lib. vj.

23 Aut † lis est inchoata super ipsa nullitate, & tūc aut est finita,& idem, siue sit finita ex eo quia appellatio propter quam dicitur nulla sit deserta ut c.personas.& c.cum sit.de appella.Ad hoc d.c. licet. siue alio modo dummodo non sit pronuntiatum super eius nullitate,cum eadem sit ratio.

24 Aut † non est finita,sed adhuc pendet lis super nullitate,& tūc aut dicitur nulla eo:quia lata post appellationem, & tunc aut in ipsa lite disputatur an sit appellatum uel non, & tūc quousque super hoc disputatur,euitādus est:argumēto c.per tuas. de appel.§.j.& ij. & hoc uilis fortè modico tempore dum quærit aduocatum,conducit hospitiū vel componit sarcinulas:argumento.ff.ex quib.caus. maio.l.ab hostibus.§.fi.ut dicit in d.§.in secunda. Ioan.And.& post eum Lapus & Dominicus.

25 Aut † cōstat causam legitimam.sed dicitur causam esse falsam,& super hoc disputatur,& tunc nō euitandus quamdiu potest ipsam appellationem extra iudiciū prosequi,ut ab electione & aliis de quibus in eodem §. in secunda . etiam à communibus actibus ut supra.

26 Aut † ipsa sententia dicitur nulla ex alia causa,puta ex eo:quia proferens non erat suus iudex, & tunc non est euitandus , sed eidem communicādum est in probatione huius articuli. an sit excōicatus uel nō:ut in d.§.quod procedit et si ipse excōicatus habeat ius cōmune contra se secundum
27 Innocen.ibi.qui ex hoc infert. quòd licet † propter manifestam offensam denegetur absolutio ad cautelam quæ est gratiæ,attamen non denegatur cōio,cum aliàs denegaretur iustitia , quē ibidem sequitur Ioan.And.Sed licet ipse excommunicatus cùm dubitatur an sententia excommunicationis ualeat quādoque sit admittēdus , & quā-
28 doque euitandus:ut supra. Attamen † si admittatur in ipsis actibus, quæ fiunt extra iudicium , an eius uox & quod ipse fecit ualeat & dependeat ex futuro euentu . & in hoc dicendum est quidquid dicat Glo.in d.§.in secunda.

Aut admittitur cum protestatione de qua supra,& tunc an ualeat eius uox, uel non , pendebit ex futuro euentu,secundum distinctionem ipsius Glos. prædictæ,ut uult Innocen.& Ioannes And.
✠ ibidem & communiter tenetur. ✠

29 Aut † admittitur absque protestatione,& tunc aut in casibus in quibus euitari debet ut supra , & idem,& ita procedat dicta Glo.

30 Aut † in casibus in quibus non est euitādus,sed admittendus,& tunc fortè statim quod facit ualebit,nec pendebit ex futuro euentu, ex quo ex dispositione iuris admittitur : ut in d. §. in secunda . prout est si ad iudicium admittatur , & hoc uidetur uelle ibi Inno.circa finem , tenendo quod tenuit Glo.in d.c.pastoralis.de appella.ubi hoc tenuit. Quod procedit nō solum si ipse excommunicatus admittatur ad eligendum ut supra ,& ut
31 notatur in Glos.in dicto §.in secunda . sed † etiā si ipse eligatur.nā electio facta de ipso tunc ualeat uel pendeat ex futuro euentu , sicut electio facta per ipsum. Ad hoc quod notat Innocen.& Ioan. And.& Hostien.in c.dilectus. in fine, super uerbo.inculpabiles.de appella. ubi dicunt idem esse in electo quod & electoribus,quos sequitur in eodem §.in secunda . Lapus , & ita procedat eius
✠ dictum cum id communiter tenetur. ✠

32 Si uerò † ipse excommunicatus non admittatur sed euitatur,eo casu quo omninò est admittēdus,& tunc cassabitur ipse actus. potest enim tūc agere de contemptu sicut & si non esset excommunicatus,ex quo admitti debuit. Ad hoc quod not.per Glo.in d.c.pastoralis. de appella.

33 Aut † euitatur eo casu quo est euitandus, & tunc non cassabitur, nec agere potest de contemptu ex quo iuris permissione euitatur ut supra .

34 Aut † euitatur eo casu quo admitti potest cum protestatione.& tunc si non admittatur contempta eius protestatione, pendebit ex futuro euentu , & si posteà apparebit quòd fuerit excommunicatus,actus ualebit.Sed si appareat quòd excommunicatio non tenuit, irritabitur ipsa electio : ut uoluit Ioannes And. in dicto §. in secunda . post Innocen. & ita etiam procedere poterit dictum Lapi ibi dicentis quòd si excommunicatus talis non admittatur ad eligendum , & tunc pendebit ex futuro euentu , cum possit suum contemptum prosequi constito quòd sententia sit nulla, sed nō prius donec pendet probationis articulus.

CONCLVSIONIS & Regulę LXXXIII.

ARGVMENTVM.

Suspensi si faciunt contra interdictum, an & quando incurrant irregularitatem.

SVMMARIVM.

1 ☞ Suspensi si faciant contra interdictum an irregulares fiant, remissiuè

2 Suspensi à temporalibus si contrafaciant, irregulares non fiunt.

3 Suspensus à spiritualibus uel ecclesiasticis, in his quæ absque ordine seu ordinis officio exercentur, si celebrat irregularitatem non incurrit. Idem si à participatione sacramentorum & contrafaciat secundum communem. ✠

4 Suspensus à spiritualibus & similis in his quæ exercentur ratione ordinis , si contrafaciat , efficitur

tur irregularis.

5 *Suspensus à põtificalibus, si cũ illis celebrat, nõ fit irregularis. sed contra nu. 6. & hoc si exerceat ea quæ competunt ratione ordinis uel officij nume. 7. Siue in sacris sit, siue in maioribus num. 8. Idem si suspensus sit ab homine; uel à canone. nu. 9.*

Suspensus à diuinis non ex natura ipsius suspensionis sed ex quadam accidentali consequentia, si contrafaciat, non efficitur irregularis. Idem in suspenso ob defectum personæ nu. 12. uel si diuinis ignoranter se immisceret nu. 13.

14 *Suspensus à diuinis à sacerdote in foro pœnitentiali si celebrat, non efficitur irregularis. Idem si à iudice extraiudicialiter. num. 15. uel à Deo nu. 16. Nisi propter tale peccatum quod post sententiam impediret executionem, nu. 17.*

18 *Suspensus ab ijs quæ exerceri possunt ratione officij ordinis, uel ipsius ordinis, & quæ absque ordine exerceri possunt, si contrafaciat irregularitatem non incurrit, nisi conferret sacramenta ipsi ordini deputata. & ratione ipsius ordinis. nume. 19. Vel exerceret iurisdictionem, exercẽdo illud quod habet admixtum ordinis ministerium. nu. 20.*



1 ISVM est de excommunicatis, quid autem † in suspensis si faciant contra interdictum an incurrant irregularitatem? recolligendo dicta Innoc. & Io. And. in c. i. §. caueãt de sen. excommun. lib. vj. & Dominici in dicto c. §. si quis autem. & aliquid addendo concludi potest.

2 Aut † loquimur de suspensis à temporalibus, ut ab ingressu ciuitatis, & tunc per contrauẽtionem nõ incurrunt irregularitatem. Ad hoc Glos. in §. & hic eadem in d. c. i. & quod ibi notatur, & quod notatur in c. fi. de excess. prælat.

3 Aut † loquimur de suspensis à spiritualibus: uel ecclesiasticis: seu circa ea quæ in suspensis ab iis exercẽtur absq; ordine seu ordinis officio, ut si elector ab eligendo, seu collator à conferendo suspendatur. Aut in iis qui suspenduntur ab iis quæ exercentur ratione ordinis uel officii ordinis. Aut in iis qui suspenduntur ab iis quæ exerceri possunt ratione ordinis: uel officij: & absque ordine uel officio.

Primo casu si elector ab eligendo: & isti celebrando non incurrunt irregularitatem; ut noluit Innocent. & Hostiens. in c. fina. de excesib. prælat. & Ioannes Calde. in c. si celebrat. de cleric. excomm. mi. secundum Petrum de Anchara. in dicto §. caucant. Ad hoc Glo. in dicto c. i. §. & hic eadem. & quod ibi notatur. & hoc etiam uoluit Innocent. in dicto §. caueant. dicens quòd suspensus à participatione sacramentorum, si contrafaciat non incurrit irregularitatem; ut in dicto c. si celebrat. cũ talia non sint ordinis, cum & laici sacramenta participent, cum quibus cæteri transeunt. ✻

4 Secundo uerò casu; † quando loquimur in suspensis ab iis quę exercentur ratione ordinis; uel officij ordinis, & isti si contra interdictum faciãt irregularitatem incurrunt, cum propriè ille sit irregularis; qui habens ordinem & eius executione caret, immiscet se diuinis; ut in dicto §. caneant, ut dicit Ioannes Monachus, & post eum Ioannes And. & hinc est quòd procedit in ipsis suspensis; siue sint suspensi ab ingressu ecclesię. e. is cui. de sent. excommun. lib. vj. siue à diuinis, siue ab officio; uel executione officij, siue à celebratione missę, siue ab alio quolibet huiusmodi ut c. cum ęterni. de re iudic. & c. si quis episcopus. de clerico excomm. secundum Innoc. in dicto §. caueant. Qui etiam dicit, † quòd si aliquis est suspensus à pontificalibus, & posteà cũ illis celebrat, & tunc (ut dicunt quidam & non male secundũ eũ hic) irregularis nõ erit, & hoc placet Guilhelm. in titulo ij. §. iuxta. uersic. quid si episcopum. cum nullo iure id caueatur. Non obstat dictum cap. is cui. quia pontificalia non sunt de substãtia ordinis uel officij, cũ sine illis quodlibet officium fieri possit secundum Ioan. Andr. ubi supra: qui post Ioãnẽ Monachũ hoc finaliter tenet: quia talis non est suspẽsus à diuinis, sed ab addicamẽto ad diuina, unde siue ordinet siue cõsecret non erit irregularis, esto † quòd aliud teneat Hostiens. tenendo quòd episcopatus ordo sit. super quo se remittit adnotata in c. unico. de sacr. untion. & in c. aqua. de consecr. eccl. de quo per Ioan. Cald. in tractatu de cleric. interdicto in secundo membro in quæstione. quæ incipit. sed si iis. & ibi ipse tenet quòd episcopatus sit ordo de per se, & per ipsum imprimatur character, & habeat officium omninò distinctũ ab aliis inferioribus ordinibus; ut in c. quanto. de consuetud. & xxiij. dist. episcopus. & ideò suspensus à pontificalibus irregularis efficitur, si exerceat officiũ diuinorum cõpetentium sibi ratione ipsius ordinis. & hoc etiã tenet Dominic. in d. §. si quis autem. cum potestas episcoporũ quoad sacramẽtalia dependeat à potestate characteris ordinis, & nõ à dignitate episcopali ut ipse plenius notat in procemio vj. unde cum depẽdeat à charactere ordinis si exerceat sacramenta ipsi ordini deputata suspensus irregularitatem incurrit; ut notat Innocent. in dicto c. fina. in benedicente aquam, secundũ Dominicum in d. §. caueant. Ex quibus concludi potest quòd suspensi ab ordinibus uel officiis ipsorum ordinum irregularitatem incurrunt, si contra interdictum faciant.

5

6

7 Quod procedit † si exerceant ea quæ competũt ratione ipsorum ordinum uel officiorum, & eis sunt deputata; ut in alia Glos. in eo. §. caueant.

8 Item procedit † siue sint in sacris ordinibus, siue sint in maioribus, ut in ordine episcopatus ut supra. Imò etiam si sint in minoribus ordinibus; ut uoluit Hosti. & post eum Ioan. And. in c. ij. de cleric. excommun. min. secundum Petrum de Ancha. in prædicto. §. caucant, quod ante alios uoluit Innoc. in d. c. tanta.

Item

9 Item procedit † siue sint suspensi ab homine,
siue à canone. Vnde ut dicit Inno.in d.§.caueāt.
& post eum Hostien.& Ioannes And. si notorius
fornicator celebraret irregularitatem incurre-
ret, cum talis suspensus sit per canones à diuinis,
de quo per ipsum in c.fi. de excess.prælat.& in c.
uestra. de cohab.cleri. & mulie.& uide circa hoc
ibi,& quod notatur in c.j.de re iud.lib.vj. Sed li-
10 cet † regulariter existentes in ordinibus suspensi,
ab ipsis ordinibus uel eorum officio seu executio
ne officij exercendo deputata ipsis ordinibus irre
gularitatem incurrant ut supra, tamen fallit.
11 Et primò † in suspensis, quibus interdicuntur
diuina nō ex natura ipsius suspēsionis, sed ex qua
dā accidentali consequentia:ut sunt excōicati mi
nori excōicatione:ut de cleri.excom.min.c.si ce-
lebrat. ut tenet in d.§. caueant. Inno. & Io. And.
12 Secundò fallit † in suspensis propter defectū per
sonæ:vt in illegitimis:uel corpore uitiatis: ut no
tat Inno.& post eum Io.And.in c.fin.de excom.
min.& in c.fi.de cohab.cle.& mulie.
13 Tertiò fallit: † quando ipsi suspensi immiscent
se diuinis ignoranter,& probabili ignorantia:ut
in c.apostolicæ.de cleric.excommu.min.
14 Quartò fallit † in suspensis à sacerdotibus in
foro pœnitentiali. Nam tales licet abstinere de-
beant:vt notatur in c.si quoniam.de sent.excom.
lib.vj.attamen celebrando irregularitatem non
incurrunt, cum hoc non reperiatur iure cautum,
secundum Pet.de Ancha.in d.§. caueant. Ad hoc
quod notat Inno.in c.fi.de cle.excom.& ita pro-
cedere poterit quædam eius opinio ubi infra.
15 Quintò fallit: † quando fuerunt suspensi à iudi
ce extraiudicialiter suspendendo.& ita procede-
re poterit alio modo ipsa opinio Inno.in d.c.fin.
secundum D.Antonium ibi.
16 Sextò fallit † in suspensis à Deo, cum isti irre-
gularitatem non incurrant, si contrafaciant:ut no
luit Specu.in tit.ij.§.iuxta.uersi.sunt quoque.&
vt notat Archid.in c.quia sępe.de electio.lib.vj.
17 Quod verum est † secundum Pet.de Ancha.in d.
§.caueant.nisi sint suspensi à Deo propter tale pec
catum quod post sententiam impediat executio
nem, ut est in homicidio, sodomia, hęresi, simo-
nia,& similibus, prout notat Host.in c.nisi.uersi.
intueri.de renunt. et ibi optimus textus.In istis
enim canon addit prohibitionem suam, secun-
dum Petr.de Ancha. ubi supra.
18 Tertiò uerò casu † quando sunt suspensi ab iis
quæ exerceri possunt ratione officij ordinis, uel
ipsius ordinis,& quæ absq; ordine exerceri pos-
sunt.ut est si sint suspensi à collatione sacramento
rum. & in istis dicebant quòd si ipsa sacramen-
ta conferant, irregularitatem non incurrunt,
cum sint quædam sacramenta, ut baptismus,
quæ per laicos exerceri possunt.de consecra.di-
stinctio. iiij. constat. Quod licet regulariter sit
uerum, tamen fallit.
19 Et primò † quando cōferrent sacramenta ip-
si ordini deputata, & ratione ipsius ordinis, ut
esset si sacerdos conferat corpus Christi, & sine
missa, tunc enim incurreret irregularitatem, ut
alii, ut uoluit Ioannes Calderinus in dicto tracta
tu in secundo membro, in uerbo per prædicta.
& Dominicus in dicto §. si quis autem. per no-
tata in cap. suspenso à pontificalibus. & in c.tan
ta de excess. prælat.
20 Secundò fallit † in suspenso à iurisdictione.
Nam licet ipse exercendo eam non incurrat ir-
regularitatem, cum exercet sine executione or-
dinis, attamen si exerceat iurisdictionem exer-
cendo illud quod habet admixtum ordinis mini-
sterium, ut puta, si absoluant excommunicatum
cum solennitate de qua. xj. quæst.iij.debet.& c.
sequenti. & tunc irregularitatem incurreret, ut
tenuit Innoc.& Hostiens.in d. c.tanta. quos se-
quitur Petrus de Anch.in d.§.caueant. cum qui-
* bus cæteri communiter transeunt. *

CONCLVSIONIS & Regulę LXXXIIII.

ARGVMENTVM.

Monachi claustralis correctio ad episcopum, an uerò ad abbatem pertineat.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Monachi claustralis correctio ad episcopum pertinet in criminalibus, si in forma iudicij agatur secundum communem opinionem, * secus si non in forma iudicij.nu.2. Sed contrarium uerius ad solum abbatem spectare, secundum communem opinionem. * nume.3.*

4 *Abbas dum cognoscit de crimine sui monachi habet illi prouidere de expensis aduocatorum, et in alijs sumptibus, & hoc si iudicialiter cognoscat: secus si secundum statuta regularia.nu.5.*

5 *Defensio in iudiciis excōicato, nec diabolo denegāda. Abbas si cognoscendo de crimine sui monachi uiam iuris elegit, pōt illam omittere, et ad aliā secūdū regularia instituta redire. et n.7. secus ecōtra.n.8.*

6 *Monachus humiliter obedire tenetur abbati de sua salute quærenti.*

7 *Vna uia electa ad aliam rediri non potest, et hoc uerum si rediretur cum damno & præiudicio tertij.*

9 *Abbas in corrigendo suum monachum non habet necesse capituli consensum requirere.*

10 *Intellectus ad c.reprehensibilis. de appel.*

11 *Capituli potestas est penes abbatem ex tenore regula, in quemcunque monachum, ubicunque ille delinquat.nu.12. cum ubicunq; monachus sit, in abbatis potestate sit, nu.13.et 14. sed contra quando in remotis esset.nu.15.*

14 *Monachus iuris fictione ubicunque sit semper censetur esse in claustro.*

16 *Abbas adhuc non consecratus, nec benedictus, dum modo confirmatus cognoscit de crimine sui monachi, secundum communem. * & nu.17.*

18 Monachus magis abbati quã Episcopo obedire tenet̃.

19 Abbas monachum rebellem de monasterio potest secundum regularia instituta expellere.

20 Superior cum quid approbat, uidetur etiam concedere ut ea quæ in eo continentur exequantur.

21 Abbas non cognoscit de crimine sui monachi, si ita dictat ecclesiæ consuetudo.

22 Consuetudo dat iurisdictionem & cõtentiosam. nu. 23

24 Consuetudo habet uim legis scdm. cõem opinionẽ. ✠

25 Abbas non cognoscit de crimine sui monachi, si priuilegium extaret in contrarium alterius superioris. Idem in notorijs. nume. 26. scilicet actu permanentibus. nu. 27. uel actu interpolatis. nu. 28. secundum communem. ✠

29 Abbas si in corrigendo monachum est negligens, episcopus punit.

30 Intellectus ad c. quanto. de offic. ordi.

31 Prælati appellatione includitur ne dum prælatus regularis uerum, & ipse episcopus.

32 Archiepiscopus ut de monachi claustralis crimine cognoscere possit, requiritur negligentia abbatis, & episcopi, & an aliqua, & cui fienda sit monitio. nume. 33.

34 Monachi correctio ad episcopum spectat, si agitur per uiam accusationis.

35 Intellectus ad c. monasteria. xviij. q. ij. & nu. 38.

36 Monachi correctio si sequi posset degradatio ad episcopũ & non ad abbatem spectat num. 41. etiam si per uiam inquisitionis seu denuntiationis procederetur. nu. 39. etiam si monasterium exemptum foret ab ordinarij iurisdictione. nu. 40.

37 Inferior ab episcopo nõ potest actualiter nec uerbaliter degradare, secundum cõem opinionem. ✠

42 Episcopus, si per uiam appellationis causa deuoluatur, cognoscit de crimine monachi claustralis, nisi in correctione, à qua non appellatur. nu. 43.

44 Monachus claustralis in ciuilibus conueniri non potest, secundum communem ✠ *etiam si interueniat iuramentum nu. 45.*

46 Monachus iurare non potest sine abbatis licentia.

47 Monachus non habet executionẽ propriæ uolũtatis. Monachus & in ciuilibus si de facto conuenatur, coram abbate conueniendus est nu. 48.

49 Monachus existẽs in studio de abbatis licẽtia, si ibi cõtrahat causa studij, ibidẽ cõueniri põt, scdm cõem.

50 Abbas in causa monachi pro quo monasterium esset obligatũ iudex esse nõ põt sed episcopus, nisi esset in remotis, cũ tũc iudex erit ordinarius loci nu. 51 et hoc si de licẽtia abbatis in lõginquis esset: aliàs secus, scdm cõem ✠ *nu. 52. Idẽ si de abbatis licẽtia sed qd ꝓpinquus hẽret expẽsas subministrare n. 53*

54 Monachus conueniri potest, ut administrator uel beneficij rector super contractu cum eo inito, et si in remotis esset posset etiam conueniri coram ordinario loci. nu. 55. & 56.

57 Monachus si ex contractu licet nullo effectus sit locupletior uel alterius rem detineret conueniri posset coram ordinario loci si à monasterio distet, sed imò etiam si non distet cum ob suspicionem abbatis sit in electione actoris. nu. 58.



1 MONACHI claustralis correctio † ad abbatem an ad episcopum in cuius diœcesi positum est monasterium pertineat, dubia est quæstio, & inter Doctores diuersæ sunt opiniones. Et quòd in criminalibus si agatur in forma iudicij spectet ad episcopum, & non ad abbatem, uidetur textus apertus in canone. de persona. xj. quæst. j. & in canone. i. xviii. q. ii. vbi Glos. quod & uoluit Hugo, ut recitatur in Glo. dicti c. de persona. pro hoc c. i. de priuileg. lib. vi. vbi exempti & delinquentes extra locum exemptum sunt per episcopum puniendi, per Hostien. in c. fina. de offic. archid. Ad idẽ est text. in canone monasteria. xviii. q. ii. vbi monachorũ correctio ad episcopũ territorij in quo monasteria sunt cõstituta dicitur spe-
2 ctare, secus † si nõ in forma iudicii, sed secundum regulã agatur de correctione, cũ tunc ad abbatem consentiunt pertinere, & istam opinionẽ si bene ponderentur, in effectu tenere uidentur Innocentius, Hostien. Abbas, Ioan. And. Collectarius & Aegidius Bellamera in c. quanto. de offic. ordina. & in c. quæ ab ecclesiarum. eo. tit. Idem Aegidius in Clemen. ne in agro. de statu monach. reg. & in consi. cv. concedunt namque abbati coertionalem potestatem secundum regularia instituta, non autem iudicialem cognitionem uia iuris. Et hoc idem uidetur tenere Do. Antonius in c. cum contingat. de foro competenti, licet discordẽt aliqualiter circa leuitatem & grauitatem criminum, pro qua opinione uidetur text. in canone, si quis monachus. xc. dist. Ex quibus patet episcopi esse iurisdictionem priuatiuè quo ad abbatem, dum agitur de pœna iuris, & uia iudiciaria, ✠ quod secundum aliquos cõiter uidetur teneri. ✠
3 Pro contraria opinione scilicet † iurisdictionẽ huiusmodi etiã in grauioribus criminibus (prælterquam in quibusdã exceptis) esse solius abbatis, ne dũ si agatur quo ad coertionẽ secundũ regularia instituta, uerũ & si agatur ad pœnã iuris, & uia iudiciaria, est tex. in c. ea quę. de statu monacho. & ibi Gloss. in uerbo. per abbatem. vbi dicitur ꝙ uisitatores capituli generalis suos monachos delinquentes per abbatem corrigi faciant. ubi expressè de pœna iuris, ibi. apostolica institutа. c. reprehensibilis. in fin. de appellat. canone corripiantur. xxiiii. q. iii. canone abbates. xviii. q. ii. & est tex. in c. quæ ab ecclesiarũ. de offic. ord. & ibi Glo. & in c. quãto. eo. tit. & ibi Glo. & in canone experientię. iuncta ibi Glo. xi. q. i. & in c. pen. & ibi Glo. eo. tit. de offic. ordin. Idẽ Glos. in dicto canone de persona. & Gloss. & quod ibi notatur in c. pastoralis. de offic. ordin. & quæ notantur per Archid. in cap. ut animarum. de constitu. lib. vi. Gloss. in uerbo salua. in cap. fina. de offic. archid. & istam opinionem tenuerunt in dicto c. quanto. Laurentius, Vincentius, Philippus, & Gofredus & D. Nicolaus qui idem tenet in cap. cum contingat. de foro compet. & in d. c. reprehensibilis.

hensibilis si de appel. quam ad partes discutien-
do diffusè firmat Ioan. de Lignano in Clemen-
tina ne in agro. de statu monachor. cuius dicta
* Aegidius ibi attribuit Lapo. Quod cõmunius *
est, & tenendum uidetur, & de consuetudine ser-
uatur. Quod Lignanus per casus speciales, & re-
gulam approbatam Beati Benedicti plenè com-
probat, & quòd ipse abbas seu eius commissarius
de crimine contra suum monachum inquirendo
sequi poterit formam iuris ut d. cap. ea quæ, ibi,
apostolica instituta. de qua forma habetur in c.
qualiter. §. debet. de accus. & quæ ibi concinentur.
Nam deberet uocari ad uidẽdum iurare testes. c.
in nomine Domini, de testib. poterit etiam proce
dere secundum statuta regularia ubi proceditur
simpliciter, & de plano & sine figura iudicij, cum
capitula non tradantur, de quibus in d. c. qualiter.
el ij. in fine. nec uocantur ad uidendum iurare te
stes; quia hoc nõ est de ordine iudiciario, de quo
in d. c. in nomine Domini Nec admittitur appel
latio. c. ad nostram. de appellat. & ibi Glo. & eod.
titu. cap. reprehensibilis. §. si tamen. & §. cum spe-
ciali. & §. fina. Nec alia subtilitas iuris seruatur;
sed proceditur secundum obseruantias regula-
res & diuersas obseruantias religiosorum, & insti
tuta. Et de ista forma habetur per Garziam & Io.
Monachum de relig. domib. cap. j. lib. vj. in fine
4 magnæ Glo. si primam† procedendi formam ab-
bas eligit habet monacho inquisito prouidere de
expensis aduocatorum, & in alijs sumptibus, cum
proprium non habeat. cap. ex parte. de accusat.
cum similibus per Lignanum allegatis nam aliàs
5 esset priuare eum defensione, quæ † excommuni-
cato nec Diabolo est deneganda, si in iudicio es-
set. canone cum inter. xij. quæst. iij. quas expẽsas,
sequendo aliam formam subministrare nõ habet
abbas; quoniã nec inquisitus eas facere habet, nec
admitteretur argu. dicti c. ad nostram. & c. repræ
hensibilis. & c. cum speciali. de appellat. quia uti-
lius esurienti panis tollitur, quam si securus de ci
bo iustitiam negligat. v. q. v. nõ omnis. Quinimò
† si abbas uiam iuris elegisset, posset illam amitte
re & ad aliam redire, & secundum regularia insti
tuta procedere, cum inter abbatem, & monachũ
lis esse nõ possit, nec abbas potest sibi legem im-
ponere à qua non liceat resilire. l. si quis. in princ.
6 ff. de legib. & qualitercunque † abbas de salute sui
monachi quærat, ille debet humiliter obedire,
vt dicto cap. repræhensibilis; nam siue plectendo
siue ignoscẽdo hoc solum bene agitur, ut uita ho-
minis corrigatur. xxiij. quæstio. v. prodest. ut ple-
nius per ipsum Ioannem de Lignano ubi supra,
cum quo residet Do. Nicolaus in d. cap. cum quis
contra. de foro compe. Nec distat de postulat. præ
lat. c. uno lib. vj. de elect. ut qui duas. & c. ab eo.
eod. tit. lib. vi. ubi una uia electa, nõ põt rediri ad
7 aliã: quia† illud uerum est cũ ad aliã reditur cum
damno, & præiudicio tertij: sed in casu supradi-
cto sine damno monachi: quia facilius procedetur
per formã regularium institutorũ, quàm si uia ordi
8 naria iuris. Ex quibus† infertur q; si primò abbas
elegisset procedere uia secundũ regularia institu-
ta, nõ uidetur posse mutare, & ad uiam iuris redi-
re, ex quo de tertij præiudicio ageretur. quod nota.
9 Nec† cùm abbas corrigit, habet istud facere si
nolit, cum consensu capituli, cum ipse solus pos-
sit. c. Ioannes. de regul. & ibi Do. Nicolaus. Nec
10 obstat† c. repræhensibilis. de appel. quia ibi secun
dum Ioan. And. capitulum non capitur pro colle
gio, sed pro loco ubi fit correctio, uel capitur pro
capitulo regulæ non cõuentuali, uel capitulo ge-
nerali, quem sequitur D. Nicolaus in dicto c. Ioã.
11 Nam† ex tenore regulæ tota potestas monasterij
est penes abbatem c. nullam. a viij. q. ii. Vel potest
dici quòd in d. cap. repræhensibilis. in fin. impo-
nitur pœna extraordinaria per abbatem & capitu
lum: quia, ut experientia docet sæpe solet statui
in quibusdam per abbatem & capitulum, & tunc
si uult abbas solus potest exequi, secundum Do.
Nicolaum ibi, & si capitulum vult admittere illo
casu potest, ut ibi probatur.
12 Quod ampliatur procedere† vbicũque mona-
13 chus delinquat: ut xviij. q. ij. abbates. cũ † mona-
chus vbicunque fuerit semper sit in iurisdictione
abbatis, qui uice Dei supra caput suũ punit. xix.
q. iij. statuimus. de elect. c. si religiosus. lib. vj. &
14 iuris fictione† semper censeatur esse monachus in
claustro: vt not. ipse Inno. & Abbas in c. cũ illo-
rũ. de senten. excõ. & Arch. in c. ut periculosa. ne
cleric. uel monach. & Glo. hoc dicit. probatur di
cta decretali, cũ illorũ. vbi si duo monachi diuer
sorũ monasteriorũ se percusserint pertinebit ad
vtrũque abbatẽ absolutio, & ita datur iurisdictio
extra claustra: q2 non põt fieri quòd ambo mona
chi essent in proprijs claustris, ut plenius per Io.
de Lignano in d. Clemen. quem sequitur D. Ni-
col. in d. c. cum contingat. de foro competẽ. & in
15 d. c. cum ab ecclesiarum. licet † cõtrarium uolue
rint in d. c. quanto Inno. & Hostien. nam licet eũ
monachus existens in aliena diœcesi si contrahat
actor tunc possit eligere ubi eum conueniat, sci-
licet coram abbate uel coram episcopo, & sic nõ
obstabit fori exceptio, si coram episcopo conue-
niatur. hoc isto casu permittitur: quando locus
ubi monachus residet est in remotis, in tantum
q; coram abbate ipsius per actorem commodè cõ
ueniri nõ posset, & sic intelligitur. & saluari põt
opinio Inno. & Hostien. & Abbatis, vt plenius
p alias rationes firmat, & declarat ipse Lignanus.
16 Quod ampliatur procedere † et in abbate adhuc
nõ cõsecrato, dũmodo sit cõfirmatus, licet nõ be
nedictus. Nã & ante benedictionẽ recipit iurisdi
ctionẽ statim q; est confirmatus, per notatã in c.
transmissam, & c. uenerabilẽ. de elect. Adhuc quod
notatur per Glo. in Clem. ii. de statu monach. &
hoc tenet in d. c. quanto. Hostien. D. Antonius,
* Imola, Do. Nicolaus & cõmuniter Doctores. *
17 Quod licet uerũ sit, † ut primo loco ad abbatem
18 monachi correctio spectet et abbati † magis obe-
dire monachus teneat quã episcopo. viii. dist. quæ

contra mores.xj.q.iij.q; resistit.cũ ibi not. & si ei
19 monachus† rebellis erit expellet eũ de monaste
rio,secundum regulam à superiore approbatã ne
inficiat alio. Ad hoc qđ habetur in c. in singulis;
20 de statu mona. & in d.c.ea quæ. Nam† ex quo su
perior eã approbauit,uidet̃ eidem concessisse,vt
exequatur ea quæ in regula cõtinent̃, prout nota
tur in c.ii.de regular.& c.Ioãnes.& c.fi. & si ab
bas ad hoc nõ sufficit,poterit auxiliũ episcopi im
plorare.xviii.q.ij.Abba.& c.seq. & d.c. quanto.

Non obstãt iura primo allegata pro contraria
parte,cum illa procedant in casibus specialibus,
de quibus infra patebit. Nam quod dictum est,
vt abbas cognoscat & puniat, regulare est,
sed fallit.

21 Et primò:† quando in contrarium extaret con-
suetudo,quę cuiusq; ecclesiæ consideranda et ser
22 uanda est,cum † ipsa det iurisdictionem.ix.q.iij.
conquestus,c.fi.& ibi Glo.de offi.ordi.l.j.& ulti.
C.de emanc.Ad hoc Gloss. in d. c. quanto.& ibi
Imo.& Glo.j.circa principium in d.c.quę ab ec-
clesiarum.& ibi Innoc.& Goffr.& Gl.in d. c.pa-
23 storalis.eod.tit. Consuetudo † enim dat iurisdi-
ctionem contentiosam.l.fi.& ibi Bart.ff.de aqua
24 pluuia arcend. habet † etiam uim legis. l.j.§.de-
niq;.ff.eod.tit.c.cum contingat.de foro compet.
✱ & ibi Glos.& communiter Doctores. ✱

25 Secundò fallit:† quando in contrarium extaret
priuilegium,secundum Imo.in eo.c.quanto. Ad
hoc Glo.in d.c.pen.de offi.ordinarij.& d.c.cum
contingat.& ibi Glo.& Doctores.

26 Tertiò fallit † in notoriis in quibus episcopus
corrigit & punit. Nam in his abbatis negligen-
tia excusari non potest,vnde sicut & crimen mo-
nachi,abbatis negligentia sit notoria, episcopus
cognoscit & corrigit.c.Romana.§.notoria. de cẽ
27 sib.lib.vi.Quod uerum est† in notoriis actu per-
manentibus. de cohab.cle.& muli.c.super eo.de
28 appel. c.dilectus. uel † actu interpolatis. c. cum
tu.de usur. non autem de actu transeuntibus, vt
si quis in platea commisit homicidium uel adulte
rium.c.fi.de cohab.cleri.& mulier.secundum ip-
sum Lignanum ubi supra Hostiẽ. & Abbatem et
✱ cõiter tenetur, ✱ nec in his necessaria est aliqua
monitio.quidquid dixerit D.Nico.in d.c.quan-
to.licet condecens esset si fieret.secundum Host.
in eod.c.quanto.argu.c.ad reprimendam.de of-
fic.ordinarii.quia textus per D.Nicolaum allega
tus non probat; nam si loquatur de regularibus
transeuntibus per curias principum, hoc tamen
esse potest citra quod dictum crimen sit notoriũ;
nam & si notorium sit quòd transeant per cu-
rias Principum, tamen, cum hoc facere possint
de licentia,prout est uerisimile & pręsumendum.
l.merito. ff. pro socio, non sequitur quòd pro-
pterea eorum crimen sit notorium, unde dicen-
dum huiusmodi circuitum & talem monitionem
in notoriis de necessitate non requiri per præ-
dicta, & id ipse Dominus Nicolaus simpliciter
tenuit in c.si quis contra.de foro competenti.

29 Quartò fallit † data negligentia abbatis in cor-
rigendo, cum tunc possit episcopus corrigere
monachum delinquentem:ut in d.c.quanto.cum
ibi notatis:& quod notat Archidia.in c.unico.in
uerbo hominis.de maiorit.& obe. secundum Li-
gnanum in dicta Clem.& D.Nicolaum in d.c.cũ
ecclesiarum.& negligente ipso episcopo, poterit
archiepiscopus eorum negligentiam supplendo
ipsum monachum corrigere,prout uoluit in d.c.
quanto.Inno.per illum textum,dicens in casu il-
30 lius † c.talem esse ordinem seruandum,primo ar-
chiepiscopus monere debet abbatem,quòd reuo-
cet monachum uagabundum cum proprio quod
tenet,& si abbas fuerit negligens, monebit secun
do loco diœcesanum ut suppleat negligentiam
abbatis:argu.c.Romana.§. sanè. de censib. lib.vi.
& si diœcesanus negligens erit,monebit tertio lo
co ipsum monachum uagabundum ut redeat ad
claustrum,& proprium resignet in manibus præ-
lati,& si obedire noluerit,poterit compellere per
suspensionem:ut colligitur ex d.c.quanto.secũdũ
unũ intellectum quem sequitur ipse Innoc. di-
31 cens† sub uerbo prælati,includi non solum præ-
latos regulares, sed etiam ipsum episcopũ, quasi
32 vtriusque negligentia requiratur† ad hoc ut ar-
chiepiscopus possit ipsum monachũ monere et
compellere,& hęc in nõ notoriis,cũ in notoriis
sublato tali circuitu possit archiepiscopus statim
punire & corrigere,ut patet in d.§.notitia.secun
dum Hosti.in eod.c. quanto. cui concordat Pet.
& Abbas. In notoriis secundum Host.non est fa
cienda magna uis an primò fiat monitio prælatis
secundo monachis,cum quo residet ibi Io. And.
33 Sed certè† uidetur ex ordine literæ einsdẽ.c.quã-
to. quòd primo monendus sit monachus, deinde
prælatus,& ipsis negligentibus poterit archiepi-
scopus exequi per suspensionem,per quam com-
pellere poterit non solum ipsum monachum, sed
etiam ipsum abbatem & diœcesanum,secundum
Imolam ibi.

34 Quintò fallit † cùm directè per uiam accusatio
nis ageretur,non autem indirectè inquirendo seu
per uiam denuntiationis, cum tunc coram episco
po agatur,& ipse non abbas cognoscat,secundum
Inno.in d.c.quanto.& ibi D.Nicolaus & Ligna-
nus in d.Clemen.& idem D. Nicolaus in d. c. cũ
35 contingat. de foro competen. & sic procedat † c.
monasteria. ubi dicitur ipsa sint sub correctione
episcopi,magis tunc conuenit iudiciorum strepi-
tus coram episcopo,quàm corã abbate,& sic exa-
cta uia iudiciaria cum contradictione seu accusa-
toris instantia, & ita procedat contraria opinio,
& iura pro ea allegata.

36 Sextò fallit:† quandò ageretur super crimine
ob quod sequi posset degradatio, cum tunc non
abbas sed episcopus cognoscat, & corrigat mo-
37 nachum, et est ratio:† quia inferior ab episco-
po non potest actualiter nec uerbaliter degrada-
re. cap. degradatio. in principio, de pœnis. capit.
✱ transmissam. de electio. Doct. communiter ✱ in

c.at si

c. at ſi clerici. de iud. et iſto etiã caſu intelligi po-
38 terit. † d.c. monaſteria. et alia in contrarium alle
gata, ſecundum Lignanum ubi ſupra. cum quo re
ſidet D. Nicolaus in d. cap. cum ab eccleſiarum. &
in d.c. cum contingat.

39 Quod procedit etiam, † ſi per uiam inquiſitio-
nis ſeu denuntiationis procederetur, cùm nõ ab-
bas ſed epiſcopus cognoſcat: ut eſſet in caſu hæ-
reſis. de quo in c. ad abolendam, de hæreti. Quod
40 etiam procedit, † ſi aliàs monachus ſeu monaſte-
rium exemptum foret, cùm in caſu hæreſis quo-
modocunq; procedatur epiſcopus cognoſcat. d.
41 c. ad abolendam. Idem † in falſario literarum Pa-
pæ, ſecundum Lignanum, ubi ſupra, & D. Nico-
laum in d.c. cùm contingat. & in dicto cap. quan-
to. & idem in aliis in quibus fieret degradatio
per prædicta.

42 Septimò fallit, quando † per appellationẽ ad
epiſcopũ cauſa deferretur. c. paſtoralis. & c. duo.
de offic. ordi. & ibi Gloſ. c. j. de off. lega. c. perue-
43 nit. xj. q. j. niſi † in correctione à qua non appel-
laturrut d.c. ad noſtram. ſecundum Lignan. quem
ſequitur D. Nicol. in c. cùm quis contra, de foro
comp. & in c. cum contingat. eo. tit.

44 In ciuilibus † ſimplex monachus clauſtralis cõ
ueniri non poteſt, cum non habeat proprium. xij.
q. j. nolo. ubi de hoc. & c. non dicatis, de ſtatu mo
nach. ubi de hoc notatur in c. monachi. in Glo. in
uerbo adminiſtratione. imputare ſibi habet qui
cum eo ſic imprudenter contrahit, & hoc tenuit
Innocentius & Hoſtienſis in dicto cap. quanto.
Lignanus in dicta Clementina. & D. Nicolaus in
dicto cap. cum contingat. & in dicto capi. ſi quis
* contra. quod & communiter tenetur. *

45 Ampliatur † hoc procedere etiam ſi interue-
niat iuramentum in contractu cum tali monacho
46 inito, † cum ille non poſſit nec iurare ſine abba-
tis licentia. cap. j. in fine, de iuramẽ. calum. & ha-
betur clarè in eorum regula Beati Benedicti. Non
47 enim † habet executionem propriæ uolunta-
tis, de electione quorundam. & capitulo ſi religio
ſus, libro ſexto. vnde pro non iurato habetur. ca-
none uides. x. diſt. l. non dubium. C. de legib. ar-
gumento. cap. non autem, de iure patronat. Non
obſtat cap. cum laicis, de foro compet. lib. ſexto.
ubi habetur quòd ratione iuramenti quia coram
eccleſiaſtico iudice conuenitur: quia abbas eccle-
ſiaſticus iudex eſt, & excommunicare poteſt, di-
cto cap. cum ab eccleſiarum. & dicto cap. quanto.
ſecundum Lignanum in dicta Clementina ne in
agro, de ſtatu monach. & D. Nicolaum in dicto
c. ſi quis contra clericos.

48 Sed ſi de facto † conueniatur, uel in illis caſibus
in quibus agere & conueniri poteſt, de quibus in-
fra, ubi ſit conueniendus. concludi poteſt cum Li-
gnano ubi ſupra, & D. Nicolao in d.c. cùm con-
contingat. idem dicendũ quod & in criminali-
bus, ſcilicet cõueniendum eſſe coram abbate per
prædicta iura, uideamus ergo qui caſus ſpeciales
ſint, in quibus monachus clauſtralis cõueniri po-
teſt, cum ut ſupra eſt concluſum regulariter cum
eo contrahi efficaciter non poſſit, quod fallit.

49 Et primò: † quando monachus de licentia ab-
batis eſſet in ſtudio; quia tunc uidetur data licẽ-
tia omnia faciendi ſine quibus bono modo in ſtu
dio eſſe non poteſt: ut notatur in capit. ex parte,
de accuſation. & poteſt ex cauſa ſtudij mutuum
accipere uſque ad probabilem ſummam, & mo-
naſterium obligare: ut notatur in Glo. in canone
non dicatis. ſecunda quæſt. prima. in uerbo nun-
quam pauperi. & per Archidiaconum in capitu-
lo ut periculoſa, ne cleric. uel monach. in Gloſ.
ad eorum. quod & vult Innocentius in dicto cap.
quanto. Lignanus ubi ſupra. Imola in eodem
capitulo quanto. D. Nicolaus in dicto capitulo
cùm contingat. & in dicto cap. ſi quis contra. &
* communiter tenetur * quòd ex tali cauſa mona-
50 chus agere & conueniri poſſit. Sed tunc † cum
monaſterium ſit obligatum, & abbas monaſteriũ
teneatur defendere. capitulo edoceri. de reſcript.
cum ibi notatis per Archidiaconum, Hoſtienſem
& Compoſtellanum, & Innocentium in dicto ca-
pitulo quanto. non poterit abbas eſſe iudex, ne
ſit iudex & pars. cap. nullus. quarta quæſt. quarta.
ſecundum prædictos, conueniendus eſt ergo co-
ram epiſcopo ſuo ordinario, ſecundum Innocẽ-
tium ubi ſupra, & D. Nicolaum in dicto capitulo
51 ſi quis contra. niſi † eſſet in remotis, cum tunc
coram ordinario loci uel ſtudij rectore, ſecundũ
Imol. in d.c. quanto. poſt Hoſti. argu. l. ſi longius.
ff. de iudic. & c. ij. de poſtula.

52 Iſtud ſublimitandum eſt † non procedere:
quando monachus eſſet in ſtudio ſine licẽtia ab-
batis, cum tunc ipſum nec monaſterium poſſit
obligare etiam pro neceſſitatibus ſtudii, & ſi pro-
pterea conueniatur, coram abbate conueniendus
eſt, qui hoc caſu cum ſuſpectus non ſit ſuam reti-
net iuriſdictionem, primum tenet Innocen. in
dicto capitulo quanto. & ibi D. Nicolaus & Ar-
chidia. in dicto cap. ut periculoſa. & Lignanus in
* dicta Clemen. & communiter tenetur * ſecun-
dum tenet Lignanus & D. Nicolaus, & ſatis ex
prædictis colligitur.

53 Secundò ſublimitatur, † quando in datione li-
centiæ actum eſſet ut aliud monaſterium, ami-
cus uel propinquus neceſſaria pro cauſa ſtudii
ſubminiſtraret, cum tunc proprium monaſteriũ
non obligaret, & ſi propterea conueniretur, ab-
bas ſuus ſuam retineret iuriſdictionem: ut ſen-
tit Archidiaconus in dicto capitulo ut periculo-
ſa. & Lignanus in dicta Clementina, & ex præ
miſſis ſatis liquet.

Fallit & ſecundò quod dictum eſt monachum
54 conueniri regulariter non poſſe: † quando con-
ueniretur ut adminiſtraret uel prior beneficij ſu-
per contractu aliquo cum eo inito, cum tunc age-
re & defendere poſſit nomine ſui beneficij. capit.
cùm deputati, de iudic. & ibi Inno. Hoſt. & Cõ-
poſtell. & Abb. in c. edoceri. de reſcrip. circa fi. &
túc ſi cõmodè põt adiri eius abbas coram eo con-

ueniendus est secundum dictam Glossam in dicto cap. quanto. & Lignanu in vbi supra, & D. Nicolaum in dicto cap. si quis contra. & in dicto c. cùm coniugat. quod uidetur etiam uelle Innocent. & Hostien. in dicto capitulo quanto. Si ue-
55 rò † in remotis monachus contraxerit, & resideat, & tunc erit in electione actoris, coram quo uelit conuenire. Nec obstabit replicatio exceptionis fori, cùm conueniri possit coram abbate uel episcopo. & hoc modo intelligendum est quod dixit in eodem capitulo quanto. Innocent. & Hostiens. secundum Lignanum ubi supra, &
56 D. Nicolaum. Et sic † etiã si monachus resideat in alia diœcesi, quàm in ea in qua positum est monasterium, semper remanet sub iurisdictione abbatis, nisi longinquitas & remotio loci aliud suaderet, secundum Lignanum. & quod dictum est de episcopo intelligas de ordinario loci in quo contractum est.
57 Tertiò fallit, † quando ipse monachus contraxisset in casu non permisso, siue illicitè. & sine licentia abbatis, & ex tali contractu fuisset effectus locupletior, uel rẽ alterius detineret, cùm & tunc licet non possit conueniri in detrimentum monasterij, nec ipsum monasterium, cùm non teneatur, prout sentit Innocen. in dicto capitulo quanto. & Archidiaconus ubi supra. tamen ipse monachus benè conueniri poterit coram ordinario loci, si à monasterio distet secundum D. Nicolaum in eodem capitulo quanto. & si non distet à monasterio conueniri poterit coram ipso abbate, ex quo causa ad eum nec eius monasterium pertinet, quod uoluit in dicto capitulo quanto. Innocentius, dicens quòd si monachus uel clericus alterius monasterij uel ecclesiæ subiectus sit abbati, poterit abbas causas talium audire & diffinire, etiam si sint in alienis diœcesibus, cum habeat iurisdictionem ordinariam, ut patet ex notatis in dicto capitulo quæ ab ecclesiarum. unde si potest coram ipso abbate cõueniri monachus alterius monasterij eidem subiectus, multo fortius poterit monachus sui monasterij, si causa non pertineat ad suum mona-
58 sterium: ut supra, sed, † quia cùm secundariò dici possit tractari de interesse monasterij, cùm monachus proprium habere non possit, & illud in manibus abbatis resignare habeat, ut conclusum est supra in præcedenti regula in quinta fallentia, & monasterium subiectum uideatur esse pars quodammodo, posset suspectus censeri abbas, ideo erit in electione actoris tunc adire quem uult, scilicet abbatem uel episcopum, uel alios ordinarios, secundum locorum commoditatem, ut supra est consideratum, & hoc modo procedere poterit quod tenet Innocentius & Hostiensis in dicto capitulo quanto. Ad hoc quod habetur in l. secunda. §. Scæuola. ff. de eo quod certo loco.

CONCLVSIONIS & Regulæ LXXXV.

ARGVMENTVM.

Monachus quando agere possit.

SVMMARIVM.

1 *Monachus nomine proprio agere non potest, nisi criminaliter accusaret abbatem, nu. 2. cùm etiã litis expensæ debent à monasterio subministrari, secundum communem opinionem * nu. 3.*
4 *Monachus etiam nomine proprio agere potest in causa sua electionis, secundum communem, * uel expulsus à monasterio peteret se restitui. nu. 5.*
6 *Intellectus ad c. cum dilecta, de rescript.*
7 *Monacho de claustro electo non datur actio sed officium iudicis ad petendam restitutionem.*
8 *Monachus proprio nomine agere potest pro alimentis: quando à monasterio expulsus foret, uel absens esset causa studij, uel præsens . . . prælatus esset in remotis. nu. 9.*
10 *Monachus in iudicio esse non potest, nec nomine alieno regulariter, nisi haberet mandatum. nu. 11. etiã tacitum. nu. 12. uel nisi spoliatus foret re monasterij, cuius ipse esset administrator. nu. 13.*
14 *Monachus cui commissa esset administratio alicuius prioratus uel abbatiæ potest illius nomine esse in iudicio.*
15 *Monachus agere posset pro electione sui abbatis confirmanda.*

1 
ED latius uideamus, † an monachus agere possit, de hoc habetur in c. olim, de accusat. per Innocentium, per Goffredum & Hostien. in c. item cum quis, de restitu. spol. per Glos. xvj. q. j. placuit. & Glo. in c. cùm dilecta, de rescri. & ibi Imola. Ex quorũ & aliorum dictis recolligi põt, quod aut q̃rit an agere possit nomine proprio, an uel suo nomine alieno, & si nomine proprio agere uelit, & non poterit, cũ non habeat nec habere possit proprium, ut in præcedenti regula conclusum est, unde si spolietur cappa cùm illam non possideat, sed potius nomine monasterij detineat, non poterit proprio nomine restitutionem petere, prout notatur. xij. q. ij. c. nolo. & c. non dicatis. Quod & licet regulariter uerum sit, ut nomine proprio agere non possit, tamen fallit.
2 Et primò † in causa criminali: quando accusaret abbatem. c. ex parte. ubi de hoc. de accusa. cũ enim malus est abbas, monachus nedum non tenetur ei obedire, imò potius tenetur illum denuntiare siue accusare, ut nota. in iuribus per Glo. in d. c. ex parte allegatis. quinimò † tunc expensas li-
3 tis necessarias de bonis monasterii habebit. sicut & ipse abbas accusatus, etiam ab administratione remotus ut se defendat, secũdum Alanum & Vincentium,

tentium, cum quibus residet Ioan. And. in eod. c. ex parte. & cæteri pertranseunt.

4 Secundò fallit: † quando agere vellet pro causa suæ electionis, cum possit; ut dicto c. cum dilecta. de rescript. Quod verum est quando eligeretur in prælatum monasterii cuius est monachus, aliàs si in prælatum alterius, & non poterit sine licentia sui prælati pro ut notatur. de elect. in c. nullus. & in c. religiosus. libro vj. & communiter tenetur.

5 Tertiò fallit † quando ipse monachus expulsus à suo monasterio peteret se restitui ad claustrum, cum tunc possit ita agere, pro ut colligitur in di-

6 cto † c. cum dilecta. secundum unum intellectum, imò plus ibi dicit Hostien. quòd monachus spoliatus claustro propter periculum animæ coram iudice clamare poterit morior morior &c. sicut piscis sine aqua: ut dicto canone, placuit. xvi. q. i. tunc enim iudex ad eius clamorem inquiret & si ita reperiet, restituat eum ad claustrum, ut. ff. de offic. præt. verb. l. i. §. quod autem. & instit. de his, qui sunt sui vel alien. iur. §. sed hoc tempore nec... dominorum. prout refert in dicto. c. cum dilecta. Ioannes And. ita residens. Ex quibus in-

7 fertur † quòd monacho de claustro eiecto nõ detur actio ad petendam restitutionem sed iudicis officium, tamen ipse Hostien. & Goffredus in c. item cum quis. de restit. spoliat. & Innocent. in c. olim. de accusat. uidentur simpliciter tenere quòd possit petere restitutionem, quòd plus placet D. Nicolao in eodem c. cum dilecta. argumẽto dicti c. olim. Nam sicut monachus obligatur monasterio, ita monasterium sibi ad alendum. vnde sicut videtur posse agere pro sua electione, fortius pro iure quæsito conseruando ex ingressu in monasterium, quod & verius videtur.

8 Quartò fallit † quando ipse expulsus à monasterio peteret alimẽta, cum ea petere possit, quod uerum intellige de alimentis in futurum præstandis: vt notatur in dicto cap. ex parte. de accusat. cum præteritis petere non posset, obstaret enim exceptio doli, ut ibi notatur, & per dominos de Rota decisione ccccvii. quæ incipit item quod monachus. Ad hoc quod notat Ioannes Monachus in c. cordi. in uerbo expensas. de appel. lib. vi.

9 Quintò fallit † quãdo monachus esset absens, puta: in studio, uel præsens & suus prælatus in loco remoto non dimisso procuratore, tunc enim monachus agere posset etiam pro recepta iniuria ex præsumpta licentia superioris. sicut dicitur in filio familiàs. ff. de iniur. l. sed si unus. §. ait prætor. secundũ Glo. magnam circa finem in dicto c. non dicatis. xii. q. i. & argumento. l. si longius. ff. de iudic. secundum D. Nicolaum in c. parochianos. de sentent. excõm. & in d. c. cum dilecta. de rescript.

10 Aut † agere uult monachus nomine alieno, & esse in iudicio pro alio, & alterius nomine, & concludendum est quòd etiam non poterit regulariter, etiam si uoluerit agere pro ecclesia seu monasterio. imò & si uelit agere pro possessione uel uilla sibi commissa, agere non poterit: ut uoluit Innocent. in c. edoceri. de rescript. & notatur in c. ex literis. de probation. adhoc quod dictum est in præcedentibus. Sed licet hoc regulariter uerum sit, ut agere non possit monachus pro alio etiam si agere uelit pro ipso monasterio uel ecclesia & eius nomine. tamen fallit.

11 Et primò: † quando haberet in hoc mandatum, ut quia fuisset cõstitutus syndicus uel procurator: ut uoluit Innoc. in d. c. edoceri. de rescript. Quod

12 † ampliatur procedere in tacito præsumpto mandato: ut dictum est in monacho de licentia Abbatis existenti in studio, cum mandatum uideatur habere ad ea sine quibus in studio esse non potest, per notata in dicta l. si longius. ff. de iudic. & in c. ii. ne cleric. uel monac. lib. vj. & sentit D. Nicolaus in d. c. cum dilecta. argumento. c. prudentiam. de offic. deleg. & l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procurat.

13 Secundò fallit † quando ipse monachus fuisset spoliatus re monasterii in qua commissa est eidẽ administratio, cum tunc agere possit pro ea, si eius ecclesia uacet, uel eius prælatus sit absens, ut uoluit Glos. in d. c. cum dilecta. in prima solutione & ibi D. Antonius & D. Nicolaus per notata in dicta. l. si longius. & in l. i. C. si per uim uel alio modo. & in Speculo de act. §. item excipit in ultima carta.

14 Tertiò fallit † quando eidem monacho commissa esset administratio alicuius prioratus uel abbatiæ, cum tunc agere possit pro eo; ut uoluit Innocent. in d. c. edoceri. Ad hoc c. cum deputati. de iudic. & quod notant Domini de Rota decis. ccxxij. quæ incipit. Item quòd moniales. ubi cõcludunt quòd moniales uel monachi habentes aliqua beneficia seu administrationes in monasterio uel extra, poterunt pro eis agere, & defendere, & procuratorem constituere, ut ibi plenius per eos de quo in d. c. cum deputati.

15 Quartò fallit: † quando ipse monachus agere uellet pro electione sui abbatis confirmandi, uel pro abbate suo capto relaxando, cum tunc agere possit sine aliquo mandato: ut notant Domini de Rota in decisione ccccxxxv. quæ incipit, item quod monachus.

CONCLVSIONIS & Regulæ LXXXVI.

ARGVMENTVM.

Alearum, Taxillorumque ludus quibus, & quando, censeatur permissus.

SVMMARIVM.

1 *Alearum taxillorumque ludus res antiqua, & exinde blasphemia & omnia mala.*

2 *Alearum taxillorumque ludus quando, & quibus, & quomodo permissus, remissiuè.*

3 Scacco-

3 *Scaccorum ludus & similes qui in ingenio consistũt permissus, secundum communem opinionem.* ✻
4 *Scaccorum ludus clericis an permissus, et quòd non, sed in contrarium est communis opinio. nu. 5.*
6 *Scaccorum ludus dato dolo uel fraude illicitus reputatur, et quod in eo amittitur repeti potest, secundum communem.* ✻
7 *Scaccorum ludo ludi non potest per clericum ultra aureum, imò et minus arbitrio iudicis. nu. 8.*
9 *Leges ciuiles iuri canonico non contrariæ allegari possunt, ne dum in foro contentioso ecclesiastico, uerum & pœnitentiali.*
10 *Scaccorum ludo etiam ultra aureum per clericos ludi potest, si id consuetudo permittit, sed contra nu. 12. primum uerius, et commune* ✻ *nu. 13.*
11 *Malafidei possessor dicitur qui cõtra iura mercatur.*
14 *Intellectus ad c. inter dilectos. de exceß. prælat.*
15 *Clericus etiam scaccis ludens cum non habente legitimam administrationem pecuniæ, si uincit, tenetur ad restitutionem. Idem si clericus amiserit de bonis ecclesiæ. nu. 16. restitutio tamen eo casu si timor esset de dilapidatione ecclesiæ et non clerico fienda esset. nu. 17.*
18 *Clericis scaccis ludere causa auaritiæ nõ permissum, imò nec laicis in foro conscientiæ. Tamen uincens non tenetur ad restitutionem, sed bene ad pœnitentiam peragendam de peccato auaritiæ. num. 19. sed contra cùm dandum sit pauperibus. num. 20. primum uerius. nu. 22.*
21 *Concesso uno limitatè, si exceditur fit non permissum.*
22 *Ecclesia non iudicat de occultis.*
23 *Clerico scaccis ludere non permissum causa expoliandi proximum.*
24 *Clerico scaccis ludere in ecclesia uel loco sacro non permissum.*
25 *Clerico scaccis ludere publicè non permissum.*
26 *Licitum aliquando ratione loci illicitatur.*
27 *Clerico scaccis ludere non permissum si per illum omitterentur diuina officia.*
28 *Clerico diebus festiuis non permissum scaccis ludere.*
29 *Argumentum ualidum de loco ad tempus.*
30 *Clericis non permissum scaccis ludere cum mulieribus, uel adolescentibus impuberibus.*
31 *Laicis etiam non permissus scaccorum ludus cum fraude, uel cum non habente administrationem legitimam pecuniæ.*
Laicis sicut & clericis scaccorũ ludus prohibitus in casibus de quibus supra, scilicet in foro pœnitentiali.
32 *Ludus taxillorum ad Azardum principaliter consistit in uiribus fortunæ.*
33 *Ludus tabularum, alearumq́ue mixtus est consistens in ingenio, & partim in fortuna, & ideò communiter* ✻ *per doctores pacificantur. nu. 34. & 47.*
35 *Alearum in ludo includitur et taxillorũ et tabularũ.*
36 *Clericis prohibitus est ludus omnis alearum, quin imò nec interesse possunt uel participare. & quo ad eos in contrarium consuetudo reprobatur nu. 37.*
38 *Intellectus ad c. inter dilectos. de excessib. prælat.*
39 *Clericus inuitus ad alearum ludum inductus excusatur, dummodo quod uincit in pauperes eroget.*
40 *Clericus infirmus si causa recreationis aleis ludat excusatur, si quod uincit pauperibus dispenset.*
41 *Clericus non sanus nec infirmus aleis ludens gratis, uel in modico excusatur.*
42 *Alearum usus etiam laicis, & in foro contentioso de iure prohibitus est supra unum aureum, secundum communem opinionem* ✻. *nisi in loco in contrarium extaret consuetudo. nu. 43. præcipuè in festiuitatibus natiuitatis. nu. 44.*
45 *Consuetudo derogare potest iuri positiuo quoad ludum in quo ingenium cum fortuna concurrit, secus quo ad ludum in quo tantum fortuna uersatur, sed contra nu. 46. cum secundum communem* ✻ *in utroque consuetudo deroget nu. 47. 48. & 53.*
49 *Taxillorum ludus de per se non censetur illicitus, sed propter prohibitionem iuris positiui.*
Vincens in loco ubi consuetudine ludus alearum permittitur, non tenetur quod uincit restituere, nec in pauperes erogare nu. 52. Tutius tamen est ut pauperibus elargiatur nu. 50. de quo uide n. 53. et 56.
51 *Cupiditas radix est omnium malorum.*
53 *Turpitudinis data pari causa potior est conditio possidentis.*
54 *Imperator statuta condendi etiam contra leges populis concessit.*
55 *Consuetudo an sit rationabilis relinquitur iudicis arbitrio.*
57 *Ludus alearum si per statutum prohibeatur, uel ludentibus pœna imponatur, uincens in eo tenetur restituere, & si nescias cui, eroget in pauperes.*
58 *Fiscus est uitiorum successor.*
59 *Vincens etiam in ludo permisso non habenti administrationem bonorum, tenetur ad restitutionem.*
60 *Vincẽs fraude uel dolo ĩ ludo, tenetur ad restitutionẽ.*
61 *Attrahens per uim, uel nimiam importunitatem quẽ ad ludum, si uincit, tenetur ad restitutionem.*
62 *Mutuans pecuniam existenti in ludo, si eam non perdidit, & in alium usum conuerterit, habet repetitionem, secus si in ludo perdidisset, sed uerius est quòd si expressum sit quòd causa mutui non dandam repetitionem, secus si aliter nu. 63.*
64 *Mutuans ludenti si non est collusor nec particeps habet repetitionem, secundum communem opinionem* ✻ *: nisi ludus prohibitus foret: quia cessaret consuetudo permittens, uel aliter per statuta seu bannimenta, num. 65. aliàs impunè esset delicti particeps nu. 66.*
67 *Ludum tenens in domo, si ludenti mutuo dat pecuniam, non habet repetitionem.*
68 *Ludum tenens in domo, si uerberatur non habet iniuriarum actionem, quod uerum si lucri causa id faceret: secus in honesta persona quæ recreationis causa ludum domi retineret. num. 69. & hoc quo ad euitandam pœnam, non quo ad hoc ut si mutuat habeat repetitionem nu. 70. 71.*
72 *Collusor mutuans pecuniam alteri colludenti non habet repetitionem, secundum communem opinionem* ✻ *etiam si ludus permissus foret nu. 73. sed in hoc contrarium uerius. nu. 74.*
75 *Legitimè factum pœnam non meretur.*

76 Mutuans pecuniam ludenti & si non habeat repetitionem, si tamen ex interuallo mutuum recipiens promisit restituere, uel praeceptum iudicis de restituendo spōte in se recepit repetere poterit. nu. 77.

77 Mutuans pecuniam ludenti in casibus in quibus aliàs haberet repetitionem si qui recepit ei erat bonis interdictum ad restituendum non poterit compelli.



LEARVM taxillorumque
1 vsus, † vnde blasphemiæ & om
nia mala iuxta l. finalem. C. de
religio. & sump. funer. antiqua
res est, adeoq; frequens vt impossibile
videatur quòd ab eo
2 abstineant gentes, ideò videamus † qui ludus dicatur
permissus, & qui prohibitus, & quibus personis,
& quo iure, & quid in foro pœnitentiali, &
quando censeatur licita retētio vel repetitio eius
quod vincitur vel perditur, & quid in mutuante ipsis
ludentibus? De his habetur in d. l. alearum
vsus. quæ est finalis. & per Gloss. in summa. c. j.
xxxv. dist. per Ioannem And. post Innocen. in c.
quia plerique. de immunitate ecclesiarum. per
Raymundum in summa de pœnis. §. j. versicu. clericum.
per Beatum Thomam in ij. ij. quæst. xxxj.
capite vij. per Ioannem Caldezinum, D. Petrum,
D. Antonium, D. Florianum, Imolam, & D. Nicolaum
in c. clerici. el ij. de vita & honesta. cleric.
per Bal. & Saly. in d. l. fi. alearum vsus. & alibi sparsim
& confusè per Doctores, quorum dicta recolligendo,
aliquid addendo, quid communiter teneatur
demonstrando, dici potest. Tria genera
ludorum posse considerari.
3 Nam quandoque & primò † ludus consistit in
ingenio & in industria, prout est ludus scaccorum,
& talis ludus licitus & permissus reputatur,
* & in hoc nemo dissentit * quinimò quod in eo
lucratur licitè retinetur, secundum D. Florianum
& D. Nicolaum in d. c. clerici. Ad hoc d. l. alearū
vsus. circa finem. & communiter tenetur secundū
Florianum & Imolam vbi supra, cum considerationibus
tamen de quibus infra, ut per dictos Doctores
& alios inferius allegādos. Sed dubium stat
4 an idem dicendum † in clericis? & quòd eis talis
ludus scaccorum non dicatur permissus voluit
Iacobus de Arena in l. si quis cum sciret. ff. pro
emptore. Idem voluit Petrus & Cynus in auctẽ.
interdicimus. C. de sanctis. episc. quod & tenuit
Martinus Syllimani, ac etiam Matthæus de Roma
in Cle. ij. de vita & hone. cle. potissimè octo rationibus.
Prima, propter damnatum desideriū lucrandi,
& sic propter cupiditatem, quæ ab eis abesse
debet. Secunda, propter voluntatē proximum spoliādi.
Tertia, ob blasphemiā, quæ inde solet euenire.
& sic fit hæresis. Quarta, ob mendacia & verba
ociosa. Quinta, ob corruptionē proximorū q̄ ad
inspiciēdū occurrūt. Sexta scādalū bonorū. Septima
cōtemptus ꝓhibitus sanctæ matris ecclesiæ.
Octaua, ob amissionē ipsis: q̄ a diuinis abstrahunt.
5 Contrariam opinionem † tenuit Glo. in d. auct.
interdicimus. & in corpore vnde sumitur. de sanctis.
episco. §. interdicimus. collatio. ix. vbi Gloss.
clarius hoc voluit. & idem Inno. in c. lator. de homicid.
& Archidia. post Laurentium in canone.
episcopus. xxxv. dist. Odoffre. Alberic. de Rosate,
Fulgosius in eadem auct. interdicimus. Vincentius,
Ioan. And. D. Florianus, Imola & D. Nicolaus
in d. c. clerici. quod & communiter tenetur
* tur * & regulariter verum est; cū non fortunæ viribus,
quis se committat, sed totum in naturali ingenio
consistat, secūdū prædictos. Quod tñ fallit.
6 Et primò: † quando in tali ludo interueniret
dolus vel fraus, cum tunc non solum non censetur
permissus, verū quod per dolū & fraudem lucratur
restituere tenetur, ac repeti potest. Ad hoc
quod habetur in l. j. ff. de dol. & per totum. & in l.
j. ff. de crimi. stellio. cum simil. & istud voluit D.
* Floria. & Imola in d. c. clerici. & cōiter tenetur. *
7 Secundò fallit: † quando ludendo luderetur
maior summa quàm vnus aureus, vt est tex. in d. l.
alearum vsus. ibi, vt si quem vinci contingerit, casum
grauem non sustineat, etiam si multum diues
sit, nam si vltra dictam quantitatē luderetur, permissum
non fieret, ideò quod illicitè lucraretur
repeti posset per d. l. & hoc voluit Do. Floria. vbi
8 supra. Imò † ex ratione dictæ legis dici potest
quòd nec vsque ad aureum liceat clerico pauperi,
ludere tali ludo. Nā si ibi cōsideratur, quòd satis
diues perdendo vltra aureum grauem casum sustineret,
grauiorem sustineret pauper amittendo
dimidium aurei, vnde hoc iudicis arbitrio remittendū,
inspecta qualitate personæ, nec absurdū ēt
in foro ecclesiastico allegare, & ex legibus Imperialibus
9 argumentare, cum † omnes leges quæ iuri
canonico non sunt contrariæ, & per iura canonica
cum nō sint abrogatæ sint seruandæ nedū in foro
cōtentioso verū pœnitētiali: vt in c. j. & ij. de nouis
oper. nuntia. et ut plenius aliàs diximus in alia
conclusione incipiente. Lex positiua.
10 Prædicta fallentia sublimitatur. † nō procedere,
vbi in cōtrariū esset cōsuetudo, quę licitū fecisset
ludi posse ēt vltra aureū; quia sicut reprobato
11 ludo reprobatur acquisitio per ipsum, cum † malæfidei
possessor dicatur qui cōtra iura mercatur.
l. quēadmodū. C. de agric. et cēsit. et sic è cōuersò,
permisso ludo, licitè retinetur qđ vincitur in eo,
secundū Ricardū. iiii. q. v. in iiii. q. articulo. xv. et
hoc voluit Imola in eod. c. clerici. et ibid. D. Nicolaus,
et ex infra dicendis clarius patebit.
12 Sed certè illa † cōsuetudo tāquā peccati nutritina
nō vr̄ valere. c. ex parte. de cōsue. et hoc voluit
D. Nicol. in d. c. clerici. et uidetur probari in textu
in c. inter dilectos. de excess. præla. vbi Pōtifex
reprobat illā Gallicanam cōsuetudinem clericorū,
qua ferè vniuersi licitū reputabant ludere.
13 In cōtrarium † stat cōis Doctorum opinio, *
* quòd dictæ l. alearum vsus. esset derogatū per cōtrariā
cōsuetudinem, secundum Bald. et Saly. in
eadem l. alearum vsus. ex mente Diui Thomæ, et
Raymundi vbi supra. Idem voluit Ioannes Andr.

Ioannes

Ioánes Calderinus, Petrus et Imola in dicto c.clerici, vix sustinetur communis opinio quoad clericos, nam & si illi legi derogatum est, remanet quoad clericos specialis prouisio prohibitiua dicti c. inter dilectos. nisi dicatur secundum Ioan-
14 nem Andr. ibi. dispositio dicti † c. procedere in publicis & usurariis alestoribus, & in uoluptuosis ludis, & non quando recreationis gratia, & sic per illud c. in eo casu limitari non destrui dicta communis opinio.

15 Tertiò fallit: † quando clericus etiam scaccis luderet cum non habente administrationem rerum suarum, ut sunt qui donare non possunt, ut minores, filijfamilias, institores, serui prodigi, religiosi, cum ludendo pecuniam cuius liberam non habent administrationem detur repetitio patri domino uel alteri legitimam habenti administrationem. Ad hoc l. finalis. ff. de aleator. & hoc sentit Ioannes And. in dicto c. clerici. & clarius ibi Imola.

16 Ampliatur † id procedere etiam in clerico, secundum Imolam in eodem. c. clerici qui lusisset de bonis ecclesiæ non modicum, cum ipse sit potius administrator, quàm dominus. c. ij. de dona. ubi de hoc. c. nulli. & c. si quis. de reb. eccl. non
17 alien. Non tamen † teneretur tunc uincens restituere ipsi clerico, nisi interueniret superioris auctoritas, si dubitaretur de consumptione. sed haberet conuerti in utilitatem ecclesiæ, prout uoluit Raymundus in dicta summa.

18 Quartò fallit: † quãdo clericus scacchis luderet causa auaritię, uel cupiditatis, cum talis ludus nõ censeatur clerico permissus; prout uoluit Archidiac. post Laurentium in d. c. i. xxxv. dist. Ad hoc c. uirum catholicum, c. bonorum. & sequẽti xlvii. dist. & isto casu licet talis ludus non uideatur permissus clericis, nec etiã laicis in foro conscientiæ, & clerici magis uideãtur peccare prout notatur in c. cum quidam, de iureiu. & C. de epi-
19 scop. & cler. in l. presbyteri. tamen † ex quo ludus est in se licitus, non tenebitur ipse uincẽs ad restitutionem, etiam in foro conscientię, nec etiã ad erogandũ in pauperes, sed bene debebit pœnitentiam agere de peccato auaritiæ & cupiditatis: argumento eorũ quæ habentur in simili. in c. fina. de simon. secundum D. Florianum & Imo-
30 lam in d. c. clerici. Quod tamen † non procedit sine dubitatione, cum uideatur deudum pauperibus propter prauam intentionem spoliãdi proximum: argumento xiiij. q. iiii. c. nec hoc quicũque, secundum dominum Nicolaum in eodem
21 c. clerici. Ad hoc facit † quod cum unum conceditur limitatè, si exceditur fit non permissum, & sic aliud. l. si ante. ff. ad Treb. l. diligenter. ff. mandat. sed ludus simpliciter uidetur prohibitus, dicta auctentica interdicimus, dicta l. alearum usus. dicto c. inter dilectos, permittitur tamen ex causa recreationis. si ergo ob auaritiam ludatur, & ipse ludus prohibitus esse censetur, quod tutius est, per id quod habetur in c. iuuenis. de sponsa. tamẽ auctoritas Imolæ est magna, & dici fortè
22 posset quòd ecclesia † nõ iudicat de occultis: sed de his quæ foris sunt. c. uestra duxit. & sequenti de cohab. clerico. & mulier. unde & in isto casu fortè de iure uerior est eius opinio, quod tamẽ iudicio Theologorum relinquendum est.

23 Quintò fallit † in clerico scaccis ludente causa expoliandi proximum, quod & licet includatur sub præcedenti, potest tamen & non includi, cum possit esse quòd principaliter quis odio collusoris & intentione illum damnificandi, potius quàm auiditate lucri ductus ad id ueniat, talis enim ludus cum tali praua intentione minimè licitus esset, & ita procedere poterit opinio Matthæi in dicta Clemẽtina. ii. quod & uidetur uelle etiam D. Nicol. in d. c. clerici, & alij.

24 Sextò fallit † ratione loci, ut in ecclesia aut loco sacro: argumento c. cum dicerent. de uita & honestat. cleric. & c. decet. de immun. ecclef. iuxta illud. Domus mea domus orationis uocabitur Isaya. lvi. Matth. xxi. & ita procedat opinio Matthæi & sequacium.

25 Septimò fallit † quando publicè clerici scaccis luderẽt, secundum Ricardum v. q. iiii. in quarta quæstione. arti. xv. & ita procedat opinio Matthæi. Ad hoc ratio dicti c. inter dilectos. de exces-
26 sib. prælat. Nam † aliàs licitum ex loco fit illicitum. ut in auct. ut liceat matr. & auiæ. §. si uerò. l. quod ait. ff. de adult. non enim transit sine bono tum scandalo uidere clericum per plateas & loca publica, etiam scaecis ludentem.

27 Octauò fallit † quando propterea omitterentur diuina officia, nec ipse clericus diuino cultui incumberet, secundum Ricardum ubi supra & hoc et modo procedat opinio Matthæi.

28 Nonò fallit † ratione temporis, puta diebus festiuis ex præcepto, quibus phibetur omne opus seruile. Exodi xx. l. enim finalis. C. de feriis. dicit dies festos nullis uoluptatibus uolumus occupari, magnum enim scandalum bonis esset, tempore quo agitur & agenda est pœnitentia, uidere clericum ludentem. Nam sicut illicitatur quid ra-
29 tione loci, ita & temporis, cum † operis de uno ad aliud arguatur. l. si res. ff. de eo quod cert. loc. & sic procedat opinio Matthæi & sequacium.

30 Decimò fallit † ratione personæ cum qua luderetur, ut puta cum muliere præcipuè iuuene & formosa. Idem forsan cum adolescentibus impuberibus, eadem ratione scandali, ut patet ex prædictis.

31 Quarum limitationum † prima, & tertia & laicis adaptari possunt etiam in foro iudiciali, aliæ uerò de honestate in foro pœnitentiali.

32 Quandoque & secundò † ludus consistit merè & principaliter in uiribus fortunæ, ut ludus taxillorum ad azardum. & de isto dicendum est ut dicitur in sequenti ludo.

33 Quandoquo & tertiò † ludus est mixtus consistens in ingenio, & partim in fortuna ut est ludus tabularum, alearumque, & quia isti duo ludi

uidelicet

videlicet taxillorum & tabularum, cui & alearum
quibus nsimur conformis est, cum partim in in-
genio & partim in fortuna consistat, & sic mixtus,
34 † communiter parificentur, & à pari iudicentur,
* per Doctores * exceptio quàm per Ioannē And.
ut infra patebit, super utroque simul procedendo
uideamus & quid in clericis dicendum sit. Vidi-
mus uix eis permitti ludus scaccorum in quo for
tuna nil habet, sed tantum ingenium exercetur,
35 propterea concludi potest, alearum † ludum sub
quo & taxillorum & tabularum ludi includūtur:
ut in rubrica C. de relig. & sump. fun. & aleæ usu
& aleator. prohibitū esse d. c. clerici. de uita & ho
36 ne. cler. & d. c. ij. xxxv. dis. Quinimò † clericos nec
aliis ludentibus interesse posse, nec esse participes
37 ut d. c. clerici. & d. auct. interdicimus. & quo † ad
clericos in contrarium consuetudo uidetur da-
mnata: ut probatur in d. c. inter dilectos. Ad quē
38 † textum licet Ioānes And. ibi respondeat quòd
loquatur in consuetudine mutuandi sub usuris lu
dentibus, tamen contrarium uidetur esse de men-
te illius textus, scilicet damnari in contrarium cō
suetudinem, quod & tenet Imola in d. c. clerici.
quod tenendum est, cum ut supra est conclusum,
consuetudo peccati nutritiua non valeat, experiē
tia enim docet, quot blasphemiæ & mala ex hu-
iusmodi ludis procedant. Qui & si tolerentur lai-
cis, secus tamen clericis, in quibus honestior uita
requiritur: ut per totum titulum de uita & hone.
cleri. extra & libro vj. & in Clementinis. Quod
& licet uerum sit regulariter, ut alearum usus sit
clericis prohibitus, tamen fallit.

39 Et primò † quando clericus inuitus per uim
uel nimiam importunitatem ad talem ludum tra
heretur, tunc enim quod in eo uinceret erogare
habet in pauperes. c. non sane. xiiij. q. v. secundum
Matthæum in dicta Clemen. ij. de uita & honest.
cleri. Ad hoc quod uult Innocen. in dicto c. quia
plerique. de immuni. eccle.

40 Secundò fallit: † quando clericus ad talem lu-
dum causa recreationis; quia infirmus esset dedu-
ceretur, ratione enim infirmitatis in parua quan-
titate tolerari posset, ita tamen quod uinceretur
ut supra in pauperes erogaretur, secundum Mat-
thæum in dicta Clemen. ij.

41 Tertiò fallit: † quando etiā non infirmus gra-
tis: uel in aliquo modico luderet, secundum Glo.
in d. c. inter dilectos. & quia in hoc cessant ratio-
nes iurium id prohibentium. Quod uerum est, dū
modo habeatur consideratio ad circūstantias de
quibus in limitationibus ad præcedentem regulā
& hoc fuit de mente Raymundi in dicta summa
& Imolæ in dicto c. clerici. dum ampliant illam
decisionē quæ est, quòd uincitur non habenti li-
beram administrationem illius rei, esse restituen-
dum, procedere etiam in clerico seculari, si quid
non modicum de rebus ecclesię luserit ad dictum
ludum alearum seu taxillorum, per id quod habe-
tur in c. ij. de dona. quod videtur tenere Innocen.
in dicto cap. quia plerique. & D. Florianus in di-
cto cap. clerici. Non tamen isto casu restituen-
dum esset ipsi clerico, nisi interueniret superio-
ris auctoritas, si dubitaretur de cōsumptione, sed
haberet conuerti in utilitatem ecclesiæ. prout uo
luit Raymundus in dicta summa.

42 Circa laicos autem concludi potest † quo ad
forum contentiosum, de iure, pari modo esse eis
prohibitum alearum usum supra summam unius
aurei, dicta l. alearum usus. circa finem, & quod
ultra superlucraretur restituendum esset, dare-
turque repetitio, secundum Gloss. in dicta l. fina
* li. ff. de aleat. quæ communiter tenetur * imò to-
tius summæ amissæ, ut ibi per Gloss. & quia tunc
non permissum fit ut supra. Quod licet uerum sit
regulariter, tamen fallit.

43 Et primò: † quando in loco in contrarium es-
set consuetudo. consuetudo enim derogare po-
test iuri positiuo in hoc, prout uoluit in dicto c.
clerici. Ioannes And. dicens quòd per talem con-
suetudinem uincens non obligatur ad restitutio-
nem, nec confessores facere debent eis de hoc cō-
scientiam. quod & tenet ibidem Ioannes Calde-
rinus, & Do. Florianus, nec quòd tunc teneatur
erogare in pauperes de necessitate si non uult, &
præcipuè quādo uincit in festiuitatibus Natiui-
44 tatis in quibus consueuit ludi. potest † enim cō-
suetudo transferre dominium de uno in alium.
ff. si seruit. vendic. l. venditor. §. si constat. secun-
dum D. Florianum in d. c. clerici.

45 Quod procedere uidetur † in ludo alearum seu
tabularum, in quo ingenium cùm fortuna vide-
tur concurrere, propter quam mixturam con-
suetudo ipsa iuri positiuo derogare potest: argu-
mento cap. sacris. de sepultur. aliàs secus, si ludus
consistat principaliter in fortuna, vt est in ludo
ad azardum, in quo daretur repetitio: quia non
existente dicta mixtura, consuetudo non cense-
tur derogare prohibitioni legis, secundum Ioan-
nem And. in d. c. clerici.

46 Sed certè † hanc differentiam inter ludum azar
di & ludum alearum seu tabularum non facit In-
nocen. in dicto cap. quia plerique. nec Gloss. in
dicto cap. secundo. xxxv. distinctio. nec Diuus
Thomas in dicto loco, nec etiam alij prædicti
Doctores. Imò videntur indistinctè parificare
omnem ludum taxillorum & alearum: quod vi-
detur etiam velle Bald. in rubrica C. de conditio.
ob turp. caus. & D. Florianus apertè in cap. cle-
47 rici. Ad hoc dicta † l. alearum. quæ loquitur
in ludo alearum, sub quo vt genere videntur cō-
prehendi species, vt est ludus azardi, & etiam lu
dus tabularum, per ea quæ habentur in dicto c.
clerici. & in l. finali, ff. de aleator. & quasi per
* totum. & hæc opinio videtur esse communis, *
ut non fiat differentia inter prædictos ludos, &
verior est de iure: quia etiam in ludo alearum seu
tabularum propter mixturam fortunæ sæpe in-
teruenniunt blasphemiæ & alia mala; quæ in-
teruenniunt in dicto ludo merè fortuito: vt vi-
detur velle dicta l. alearum vsus, & vt experien-

tia

tia docet secundum Imolam, qui ex iis infert in
48 eodem c. clerici. quòd † cum in utroque casu sit
eadem ratio probibitionis, idem ius in utroque
debeat esse.l.illud.ff.ad leg.Aquil.& c.translato.
de constit.& per consequens uidetur quòd ipsa
consuetudo in tali ludo azardi disponere possit,
ut & in ludo tabularum & alearum,eas uti specië
considerandò, adeò quòd id quod in eodem lu-
do azardi amittitur non possit repeti,nec tenea-
tur uincens restituere,sicut nõ tenetur de acqui-
sitis in ludo alearũ de quo supra.§.pro quo etiam
49 facit: quia † ludus taxillorum de se non est illi-
citus sed propter probibitionem iuris positiui,ut
uoluit Diuus Thomas in dicto loco. Nam secũ-
dum eum potest aliquid permitti sub conditione
quæ pendet ex iuribus fortunæ: ut ff.de uer.ob.
l.si quis ita stipulatus.prout refert Imola in d.c.
clerici. dicens probabiliter dici posse, tenendo
hanc opinionem † quòd in locis in quibus con-
suetudo nõ seruat tale ius positiuum,uincẽs non
teneatur ad restitutionẽ,nec etiam teneatur ero-
gare in pauperes. Quod & uoluit etiam Bald.in
dicta rubrica.& procedit si in ipso ludo etiam in-
teruenissẽt blasphemię,de quibus tamen ipse blas-
phemans debebat pœnitentiã agere, per id quod
50 notatur in c.fi. de simon. Tutius † tamẽ est pro-
pter uitãdas opiniones ut illud erogetur in pau-
peres: arg.c.iuuenis.de sponsa. cùm, prout uo-
luit D. Antonius in eodem.c.clerici. talis ludus
ut plurimum procedat ex radice cupiditatis,quæ
51 † radix est omnium malorum.xlvii.dist.quia ra-
dix.& canone bonorum.& ibi sit mixtura fortu-
næ,& appetitus cum damno proximi.unde putat
consulendum ludum talem iniustum fore,& per
consequẽs tutius esse,ut quod eo uincitur in pau
peres erogetur.xiiij.q.v.non sanè.

Circa quod tamen aduertendum est,quòd cõ-
52 cludi potest † quòd licet ualeat consuetudo di-
spones ut illud perditum non possit repeti, cum
53 non sit absurdum ut † in pari causa turpitudinis
potior sit conditio possidentis:ut l.ii.& l.iij.ff.de
cond.ob turp.caus.& in regula, in pari: libr. vj.
tamen potest probabiliter dubitari an ualeat cõ-
suetudo quæ licitum faciat dictum ludum ob ma
la inde prouenientia, ante factum sto cum dicen-
tibus illicitum esse ludum,nec licitari posse à di-
cta consuetudine, post factum nollem illaqueari
tot animas cum homines cõduci non possint ad
restitutionem,nec ad erogationem pauperes eius
quod uicerunt in dictis ludis. Nam ut supra est
conclusum ex reprobo ludo superlucratum re-
stitui debet, secundum Glo.in d.l.fin. ff. de aleat.
✻ quæ communiter tenetur ✻ & ut supra est uisum
est etiam communis sententia sic uincentes in ta-
libus ludis non teneri ad restitutionẽ,& per an-
tecedens necessarium præsupponunt retentis ter
minis ludum licitum, unde in foro contentioso
uix obtineretur contra dictam communem. Im-
54 perator † enim populo potestatẽ condendi sta-
tutum concessit etiam contra ius.l.omnes popu-
li.ff.de iust.& iur.& pariformiter inducendi ip-
sam consuetudinem: ut l.de quibus. ff. de legib.
55 quæ † an sit rationabilis quandoque arbitrio iu-
dicis relinquitur.cap.de causis.de offi.deleg.qui
passim ad euitandas opiniones eorũ edictis pro-
hibẽt dictos ludus, ut infra patebit,& hoc forsan
de iure uerius licet cõtraria magis tuta & pia. ta-
mẽ de consilio & nõ de necessitate ut innuit In-
nocen.ubi supra si eius uerba & mens bene pon-
deretur. In foro autem pœnitentiali relinquen-
dum est Theologis.

56 Ex quibus firmari potest regula † in foro cõ-
tẽtioso licitè retineri quod vincitur in huiusmo-
di ludo licito de iure uel cõsuetudine, tamẽ fall.
57 Et primò: † quando municipalia statuta: uel su
periorũ bannimenta seu edicta prohiberent talẽ
ludum, uel pœnam imponerent ludentibus, ut
cõmuniter fieri uidemus per Italiã,eũ tũc uincẽs
tenebitũ restituere ipsi perdẽti: ut d.l.alearum. &
si ignorat cui uicerit,debebit in pauperes eroga-
re.c.cum sit.de iudic.prout uoluit Bal.in d. rub.
& qui amisit si nõ repetat et vincẽs nõ eroget pau
peribus, episcopi locorum occurrere habent &
58 prouidere.d.l.fi.in fin.aliàs fiscus † uitiorũ suc-
cessor repetere poterit: ut d.l.fi.in fi.

59 Secundò fallit † in eo qui uinceret non habenti
legitimã administrationem pecuniæ: uel illius
rei quam ludendò amisit; ut est minor, filiusfa-
miliàs, seruus, religiosus, institor & similes de q-
bus supra plenius in tertia limitatione ad proxi-
mam primam præcedentem regulam. tunc enim
pater, dominus,& alius legitimus administrator
repetere poterunt.

60 Tertiò fallit; † qñ in tali ludo interueniret fraus
uel dolus, per ea quæ dicta sunt in prima limita-
tione ad dictam primam præcedentem regulam.

61 Quartò fallit † in uincente, qui per uim: uel
per nimiã importunitatem alium ad ludum at-
traxit.tunc quodammodo censetur uincẽtẽ dolo
uersatũ fuisse merito ab eo repeti potest.Ad hoc
quod habetur in l.eleganter. ff. de dolo.& in l.i.
ff.de aleato.& hoc uoluit Innoc.in d.c.quia ple-
rique. & Diuus Thomas in d. artic. cum quibus
residet Imola in d.c.clerici.

Ex prædictis decidi possunt multæ aliæ quæ-
stiones.Nam constito quòd ludus sit permissus
uel prohibitus, cętera de plano procedunt, ut est
62 si quæratur † an mutuas pecuniam existenti in
ludo possit illam repetere. Bulgarus fuit in opi-
ninne quòd si recipiens mutuo eam non perdi-
dit.sed in alium usum utiliter conuerterit, dari
creditori repetitio innuens quòd si eam luden-
do amisisset, non daretur repetitio, Pileus di-
63 stinguebat † an expressa fuerit causa mutui ad lu
dum & tũc non dandã repetitionem; secus si ali-
ter,& cum ista distinctione residet Ioan. Andr.
in additionibus Spec.in tit.de oblig. & solut. in
64 principio, Alij diltinguunt † inter collusorem &
✻ tertium mutuantem:& cõmunis est opinio ✻ q
tertius mutuans etiã ludenti repetere possit: quia
non

non ſtatim conſumpturo, imò ei qui ludendo po
terat uincere, ſecundum Azonem in ſumma in ti.
tu. de relig. & ſumpt. func. & Bar. in l. ſi quia cũ
ſciret. ff. pro emptore. & Bald. & Salycerum in d.
l. alearum uſua. D. Florianus. in l. j. C. de aleator.
Imola & Dominus Nicolaus in dicto c. clerici.
Idem Imola in dicta l. ſi quis cum ſciret. ubi Gl.
Ad hoc uidetur cum textua cum Gloſſ. in l. fina.
§. fina. ff. de aleator. in uerbo accipit. & Gloſſ. in
l. j. in uerbo ſimpliciter. in fine. ff. eodem titu. &
id in practica ſeruatur, per id quod notatur in l.
j. C. qui pro ſua iuriſd. Quod uerius eſt, & regu-
lariter procedit, ſed fallit.

65 Et primò † ubicunque ludus eſſet prohibitus:
vt quia in loco iuris ciuilis diſpoſitio ſeruaretur,
uel ſi ei per contrariam conſuetudinem deroga-
tum foret, in loco prouiſum fuiſſet per ſtatutum
ſeu bannimenta uel edicta; tunc enim etiam ter-
tius mutuans pecuniam ad ludum non repeteret,
duabus rationibus. Prima prout eſt textus in di-
cta l. ſi quis cum ſciret. & ibi Iacob. de Aren. &
Bartol. dicitur contractum non ualere ſi ille cui
mutuatur uel datur ſtatim in turpem uſum erat
conſumpturus. ſed propoſito ludo illicito, ergo
& in turpem cauſam, ut ſupra eſt concluſum, nec
ſibi contrariatur Bart. dum in fine dicit contra-
ctum valere: quia poterat uincere: quia tunc pręſ-
ſupponit ludum permiſſum. Secunda eſt ratio:
66 quia † ſi ludus eſt prohibitus, taliter mutuans pe-
cuniam mutuaret ad delinquendum, & ſic opem
& fauorem pręſtaret. l. cuiuſque. ff. ad legem Iul.
maieſta. & ibi Barto. & propterea ne dum non ha
beret repetitionem uerum puniendus foret, ut
præſtans opem maleficio. l. ſi pignore. §. qui fer-
ramenta. ff. de furt. Bart. in l. in furti. §. ope. ff. eo
dem titu. & ſic præcedens communis opinio pro-
cedit quando à tertio pecunia mutuatur alicui
ad ludum, ſcilicet non prohibitum, ut eſt ſecun-
dum eos ludus alearum & taxillorum (pręppoſi-
ta pro valida conſuetudine derogante. l. alearum
uſus.) Retentis enim terminis dictæ quęſtionis
ad alias ſucceſſiuè Doctores prædicti proce-
dunt ut & inferius etiam dicetur in ampliatione
tertię fallentiæ.

67 Secundò fallit; † quando mutuans fuiſſet ille,
qui tenet ludum in loco, ut tangit Gloſ. in l. j. §.
j. ff. de aleator. & Gloſ. in l. fina. ff. eodem titu. in
68 uerbo. accipit. Nam † & ſi uerberetur ipſe te-
nens ludum tempore ludi, non poterit agere con
tra iniuriantem. adeò tales perſonæ ſunt legibus
exoſæ, vt dicto §. primo. fortius ergo non pote-
rit ipſam pecuniã ſic mutuatam, ſecundum Imo-
lam in eodem c. clerici.

69 Sublimitatur iſta fallentia † non procedere
in nobili uel alia honeſta perſona: quia iuxta pa
triæ & eius conditionis qualitatem recreationis
gratia in domo ſua teneret hunc ludum, cum in-
telligatur procedere in uilibus qui emolumen-
ti gratia id faciunt: ſecus ſi nullum exinde emo-
lumentum caperetur, ſecundum Azonem in ru-
brica. C. de relig. & ſumpt. funer. & hóc uerum
70 † quo ad euitandas pœnas in tenentes huiuſ-
modi ludum ſtatutas, ſed ſi ludus eſſet prohibi-
tus de iure, uel conſuetudine, uel ſtatuto ſeu edi-
cto, et quilibet etiam nobilis & honeſta perſona
71 quæ ludum teneret, & ſi pœnam euitaret, † non
tamen ſi ludentibus pecuniam mutuaret, ei da-
retur repetitio contra dictam l. alearum uſus. &
ea quæ habentur in d. l. fin. & ibi Glo. ff. quarum
rerum actio. non detur.

72 Tertiò fallit: † quando qui mutuaſſet pecu-
niam ludenti, fuiſſet colluſor, id eſt, ille qui ſimul
cum illo luſiſſet, præſumit enim lex fraudem &
dolum, & in odium denegat repetitionem ſeu a-
ctionem; prout uoluit Gloſſ. in l. quod ſi minor.
§. penultimo. ff. de minori. & Gloſſ. in dicta l. ſi
quis cum ſciret. ff. pro emptore, & ibi Barto. Ad
hoc l. ij. ff. quarum rerum actio. non detur. & eſt
textus cum Gloſ. in l. j. ff. de aleator. & in l. pe-
nultima C. eodem titulo. & iſtud uoluit Domi-
nus Florianus, Imola & Dominus Nicolaus in
✽ d. c. clerici. & communiter tenetur. ✽

73 Ampliatur iſta fallentia † procedere ẽt ſi lu-
dus eſſet permiſſus. Nã & tunc contractus factus
cum ludente non ualet ob dictam præſumptam
fraudem ſeu dolum, ſecundum Gloſſ. ex mente
Roger. in l. fina. in uerbo, uendam, & in uer-
bo, aut ludam. ff. quarum rer. actio. non de-
74 tur. tu autem dic † contrarium uerius eſſe, ſci-
licet non reprobari contractum factum in ludo
permiſſo, ſi de fraude aut dolo aliter non con-
ſtet, ut tenuit Petrus cum quo reſidet Bart. con-
75 tra dictam Gloſſ. in eadem l. finali. Nam † quod
legitimè factum eſt, pœnam non meretur. Ad
hoc ſecundum Bart. ibi, bene facit l. ſi rem. §. ſi
quis ſpõſionia. ff. de præſcr. verb. & l. penul. ff. de
aleator. ubi eſt textus apertus.

76 Sublimitatur uerò dicta fallentia, † ſecun-
dum Albert. Galeot. in l. non ſolent. §. primo.
ff. de aleator. quem ſequitur Ioannes Andr. in
additionibua ad Speculator. in dicto titulo de
obligation. & ſolutio. in principio. & Imola in
dicto cap. clerici. quando ex interuallo poſtea
mutuum tale recipiens, ad cuius reſtitutionem
non tenebatur, promitteret reſtituere, uel præ-
ceptum iudicis de ſoluendo ſponte in ſe recipe-
ret. cum propterea videatur ſublata prima cau-
ſa turpitudinis, & ideò ualere. l. penultima. ff.
de. condit. ob turpem cauſam. & C. quod me-
tus cauſa. l. ij.

77 Quintò fallit: † quando mutuaretur ei luden-
ti, cui bonis eſſet interdictum per id quod habe-
tur. ff. de uerbo. obligatio. l. ia cui bonis. & ibi
Barto. ſecundum Imolam in dicto cap. clerici. et
in d. l. ſi quis cum ſciret. de quo ſupra in alia ge-
nerali limitatione de bia qui non habent legiti-
mam rerum adminiſtrationem. Quæ omnia no-
ta cum ſint quotidiana, & confuſè per Docto-
res tractata.

CONCLVSIONIS & Regulę LXXXVII.

ARGVMENTVM.

Emere uel uendere inuitus, an quis cogi possit, & tunc an pro euictione teneatur, quid si interueniat læsio in pretio.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Nemo inuitus cogendus ad uendendã rem suã, nec alienam emendam, etiam si rem suam uenalem exposuerit. nu. 1.*

2 *Quilibet in re sua est moderator & arbiter.*

3 *Priuata nec publica persona potest publico nomine quem rem suam ad sibi uendendum cogere.*

4 *Inuitus quis rẽ suã cogitur uẽdere fauore religionis. Itẽ fauore libertatis. n. 5. odio malè utẽtis re sua. nu. 6. Fauore ultimæ uoluntatis. nu. 7. Ratione accessionis. nu. 8. Ratione rei indiuisibilis. nu. 9. Ratione consuetudinis nu. 10. Ratione pacti. nu. 11. Item pro bono publico. nu. 12.*

13 *Via publica si fluminis impetu uel aliter amißa est, uicinus inuitus cogitur eam præstare.*

14 *Inuitus quis cogitur uendere rem suam ratione euenientis necessitatis. Item ratione agnitionis legati. nu. 15. & Ratione facilius inuenienda ueritatis. nu. 16. Fauore fisci. n. 17. Etiã si res cõis cõmodè diuidi possit. nu. 18. Itẽ ratione specificationis. nu. 19.*

20 *Caristia tempore inuitus quis cogitur uendere uictualia, etiam minus iusto pretio. & communiter tenetur ✠ si necessitas urgeat nu. 21.*

22 *Inuitus quis cogitur uendere rem suam ubi de hoc staret statutum.*

23 *Inuitus quandoque quis cogitur etiam emere, præcipuè fauore religionis nu. 24. idem fauore reipublicæ nu. eod.*

25 *Vendens inuitus, si res euincatur ad pretij tantum restitutionem tenetur.*

26 *Venditio solo consensu pretij & rei perficitur. Quid autem in huiusmodi contractibus interuenire necesse sit uide nu. 27. 28.*

29 *Venditor, si est dominus, facit tradendo rem, accipiẽtis, secus si non est dominus nu. 30. cum & rem alienam uendere possit. nu. 31.*

32 *Venditor de euictione non tenetur dare fideiussorem regulariter, fallit quando ante pretiũ solutũ moueretur quæstio super re uendita. nu. 33. & hoc nisi malitiosè foret per emptorem procuratum. nu. 34*

35 *Dolus dans causam cõtractui bonæfidei ipsum uitiat ipso iure: secundum cõem opinionem. ✠ Secus autem si deceptus uellet contractum approbare. nu. 36. Et hoc uerum, si contractus ob aliud non esset, à iure reprobatus. nu. 39*

40 *Consensus nõ adest in dolo aperto, dolus enim apertus uidetur inducere errorẽ, p quẽ excluditur cõsensus,*

41 *Voluntas coacta, uoluntas est.*

42 *Incidens in metum sua culpa non subuenitur, secus in causa matrimonij. nu. 43. etiam si iuramentum interuenerit. nu. 44 Quid si per dolum. nu. 45.*

46 *Dolus inducens quem ad spiritualia bonus dolus censetur, nec uitiat actum. idem nu. 48. Ratio ponitur nu. 49. Secus ubi dolus esset talis qui remoueret consensum ab actu. nu. 47. Secus etiam quo ad bona ingreßi in monasterium per dolũ secundũ cõem opinionem ✠ nu. 50. Quod uerum est si ob auaritiã principaliter fuerit procuratum. nu. 51. & per totum monasterium. num. 54. sed uerius est sufficere prælati seu abbatis culpam. nu. 56.*

52 *Intellectus ad c. constituit. xx. q. iij.*

53 *Dolus, quòd principaliter fuerit per prælatũ seu abbatem adhibitus ob auaritiam bonorum eius qui seductus dicitur ad religionẽ, probatur cõiecturis.*

55 *Prælati delictum nõ debet ecclesiæ nocere.*

57 *Lucri & damni non est par ratio.*

58 *Dolus adhibitus in cõtractu dotis, licet matrimoniũ non uitiet annullat contractum quo ad dotem.*

59. *Dolus apertus dans causam contractui, si adhibeatur per tertiam personam, non reddit contractum nullum, sed aliter succurritur dolum passo,*

60. *Dolus incidens in contractu illum non annullat, sed aliter sibi succurritur.*

61 *Læso ultra dimidiã iusti pretij, etiam in uno nummo, succurritur remedio l. ij. C. de rescind. uend. secundum communem opinionem ✠ & nu. 72.*

62 *Contrahentibus licet de rigore iuris inter se decipere. & nu. 63. Quod uerum est non tamen ultra dimidium iusti pretij. nu. 64. Nec quando interuenit dolus nu. 65. & 165.*

66 *Læso in dote etiam minus quàm in dimidio succurritur, etiam si dolus non interuenit.*

67 *Minori & ecclesia læsis etiam minus quàm in dimidio, et sine dolo subuenitur, nõ ipso iure, sed beneficio restitutionis in integrum. Quod uerũ est in foro contentioso, tam ciuili quàm canonico. nu. 68. secus aũt in foro pœnitentiali. nu. 69. Nisi soluens plus iusto, id sciens sponte faciat. nu. 70.*

71 *Scienti nulla fit fraus uel deceptio.*

73 *Remedium l. ij. C. de rescinden. uend. habet locum nõ solum in contractu emptionis & uenditionis, sed in omnibus contractibus bonæfidei, secundum communem opinionem. ✠ Idem nu. 77*

74 *Remedium dicta l. ij. habet locum in contractu locationis & conductionis.*

75 *Remedium dicta l. ij. habet locum in contractu permutationis, secundum communem opinionem. ✠ Quod uerum est in permutatione rerũ temporaliũ, secus autem in permutatione beneficiorum. nu. 76*

77 *Remedium dicta l. ij. habet locum in contractu diuisionis.*

78 *Remedium dicta l. ij. habet locum etiam in stipulatione super contractu bonæfidei, Dummodo non adhibeatur animo nouandi, sed multiplicandi uinculũ, imò etiam si animo nouandi, cum nouet eum qualitatibus, & priuilegiis suis. nu. 79.*

80 *Intellectus ad l. aliam. ff. de nouationib.*

81 *Remedium l. ij. C. de rescind. uend. an habeat locum in contractibus stricti iuris.*

82 *Remedium dicta l. ij. an habeat locum in contracti-*

bus feudalibus uel emphyteusis. & quod sic. nume. 83. & 85.

84 Emphyteuticus contractus æquiperatur locationi.

86 Remedium dictæ l. ij. habet locum in quibuscunque contractibus, etiam stricti iuris. dummodo hinc inde par nascatur obligatio.

87 Ius canonicum innitur potius æquitati. 93.

88 Remedium dictæ l. ij. non habet locum in contractu aditionis hæreditatis, cum perficiatur consensu solum unius.

89 Remedium dictæ l. ij. an habeat locum in transactione. quid autem in quasi transactione. nu. 94.

90 Transactionis in contractu an consideranda deceptio ultra dimidium iusti pretij, habito respectu ad ueram æstimationem rei, an ad ualorem rei, considerato dubio euentu litis. Et quòd cōsiderato dubio euentu litis communiter tenetur * & nu. 92.

Intellectus ad §. fina. l. lucius. ff. ad Treb.

91 Remediū dictæ l. ij. nō habet locū in actu liberatorio.

95 Remedium dictæ l. ij. non habet locum in eo, qui uerè non foret deceptus, cū sciret ualorem rei. Quod nō procedit in muliere uel rustico, qui potius ex simplicitate, quàm ex deliberatione uendere censeantur. nu. 96. et hoc in rustico opere & sermone. nu. 97. Idem in minore uel ecclesia. nu. 98.

99 Ecclesia æquiperatur minori.

100 Administrator minoris uel ecclesia non habet potestatem donandi.

101 Remedium dictæ l. ij. an habeat locum si in instrumento apposita fuerit clausula, si appareret ipsam rē uenditā plus ualere, ipse uenditor donat &c. et si sciens cessat remedium, secus si ignorās, cū tūc ad modicum referatur donatio. nu. 102. Nisi uenditor sic donans usus esset uerbis uniuersalibus, ut est quādo dicit omne id & totū quod plus etc. n. 103

104 Remedium dictæ l. ij. non habet locum in contractu emptionis in quo esset clausula, quod plus ualeret siue in magna siue in modica &c. donauit. &c.

105 Renuntiari potest beneficio l. ij. C. de rescind. uend. & tunc eius remedium cessat.

106 Renuntiatio generalis per quam renuntiatur omnibus beneficijs, non excludit quem a remedio dictæ l. ij. de rescind. uend.

107 Remedium dictæ l. ij. non habet locum, si apponātur uerba ex quibus appareat de certa scientia, ut est, quādo dicitur nō per errorem sed ex certa scientia.

108 Intentans remedium dictæ l. ij. quid deducere debeat pro uictoria.

109 Intentanti remedium dictæ l. ij. sufficit pro uictoria quòd in libello dicat, quòd ductus errore uendidit uel emit cariori quàm sit dimidium iusti pretij, licet quantitatem non exprimat. Sed an teneatur tunc se offerre paratum restituere pretium nu. 110

111 Libellus in quo intentatur beneficium dictæ l. ij. alternatiuè concludere debet, uidelicet, ut uel rescindatur uenditio, & res restituatur, uel suppleatur iustum pretium secundum communem opinionem Canonistarum. * in foro canonico. secus autem in foro ciuili, secūdum communem opinionem Legistarū * qua tenetur sufficere, simpliciter petirem restitui. Sed uerius est, ut in utroque foro libellus alternatiuè concipiatur. nu. 112.

113 Iurans non uenire contra contractum, si est maior, & si læsus sit ultra dimidium iusti pretij, excluditur a remedio dictæ l. ij. secundum communem opinionem * nu. 114. secus si minor, nisi iurasset super renuntiatione beneficij ætatis, & beneficij dictæ l. ij. dicto nu. 114.

115 Maior qui iurauit non petere absolutionem, si læsus est ultra dimidium iusti pretij, an excludatur à tali facultate, pro & contra, tandem cōcluditur excludi secundum communem opinionem. * nume. 116. 117. 118. & 119.

116 Iuramentum præstitum super contractu solenniter inito, tollit beneficium restitutionis aduersus illum, secundum communem opinionem. *

117 Iuramentum interpositum ad fauorem priuatum etiam contra legem ad fauorem priuatorum editam seruandum est, si seruari potest sine interitu salutis æternæ.

Intellectus ad authen. sacramenta puberum. C. de rescind. uend.

118 Anima præferenda est rebus temporalibus.

120 Absolutio a iuramento iustè petitur & obtinetur, si illud in contractu interpositum fuit metu, & metus fuit probabilis. nu. 122. 124.

121 Malefactor non debet ex sua improbitate præmium consequi.

123 Iuramentum metu extortum de iure ciuili non obligat, sed nullum est, de iure uerò canonico sperni non pōt propria auctoritate, sed petenda est absolutio.

125 Dolo inductus ad uendendum, & uenditionem roborandam iuramento, licet eo ligetur de iure canonico, tamen iustam habet causam petendi de eo absolutionem, & impetrandi.

126 Enormissima læsio etiam ultra dimidium iusti pretij, est iusta causa petendi, & obtinendi absolutionem a iuramento.

127 Iuramentū non debet esse uinculum iniquitatis.

128 Enormissima læsio demonstrat dolum re ipsa: et ideo etiam si fuerit ei renuntiatum, tamen adhuc extat iuxta causa petendi & obtinendi absolutionem à iuramento: secundum communem opinionem * & nume. 129

130 Renūtians enormissimæ læsioni præsumitur potius dolo inductus quā uerā uoluntatē donādi habuisse.

131 Dolus re ipsa interueniens & dolus ex proposito parificantur.

132 Mulier potius ex sexus fragilitate & simplicitate, & rusticus etiam maiores ex simplicitate et ignorantia quàm ex deliberatione præsumuntur renuntiare, & iurare.

133 Promittens simpliciter non uenire contra contractum, uel generaliter renuntiauit, non uidetur renuntiasse beneficio l. ij. C. de rescind. uend.

134 Renuntiatio & promissio non trahitur ad ea quæ quis præsumitur ignorasse.

135 Minor iurans nō uenire contra contractum, an excludatur à beneficio dictæ l. ij. de rescind. uend. certioratus uel non de eo. nu. 136. & 137.

138 *Minor deceptus ultra dimidium iusti pretij, si iurauit non uenire contra ratione minoris ætatis, non excluditur à beneficio dictæ l. ij. de rescin. uend. secundum communem opinionem.* ✱

139 *Iuramentum in uno specifice interpositum, idem & si generaliter potius restringendum quàm extendendum ad hoc et minus obliget iurantem.*

140 *Minor deceptus ultra dimidium iusti pretij, si iurauit non uenire cõtra ratione deceptionis uel læsionis, præiudicat si quo ad remedium d. l. ij. non tamen quo ad beneficium restitutionis in integrum, secundum communem opinionem.* ✱ *nu. 141.*

141 *Habens duo remedia renuntians specialiter uni, nõ præiudicat sibi in alio.*

142 *Minor iurans non uenire cõtra ratione minoris ætatis, & ratione deceptionis, seu læsionis, uel ratione ætatis, uel alia causa, excluditur à beneficio dictæ l. ij. per utrunque caput, non tamen propterea excluditur à facultate petendi absolutionem, sicut posset & maior. nu. 143.*

144 *Minor iurans simpliciter non uenire contra, si coniecturari posset quòd uoluerit sentire de beneficio minoris ætatis, tunc non præiudicaret sibi in altero. Imò et si de hoc aliter per cõiecturas non appareret. nu. 145. Sed contra nu. 146. Quod procedit si fuit certificatus. nume. 147. 151. & 155. Imò uerius secundum communem opinionem, etiam si non fuit certificatus si iurat præiudicat sibi. nu. 152. 156. & 160.* ✱

148 *Iuramentum non extenditur ad ea de quibus nõ est uerisimile iurantem sensisse.*

149 *Solennitas extrinseca non præsumitur.*

150 *Certificatio est quædam solennitas extrinseca, ideò non præsumitur.*

153 *Minor cõtrahens cũ curatoris auctoritate præsumitur certioratus: cum curatoris scientia ipsius censeatur.*

154 *Iudex supplet defectum curatoris.*

157 *Intellectus ad c. quamuis. de pact. lib. vi.*

158 *Intellectus ad auth. sacra. pub. C. si aduer. uen. & c.*

159 *Ius diuinum non licet ignorare.*

161 *Mutuum contrahere uolentes simulando uẽditionẽ pignus, et interuenit fœnus, talis cõtractus ut simulatus nõ ualet: secus si partes uolunt ut uera sit uẽditio. n. 162. si uerò dubitatur pro et cõtra. n. 163.*

164 *Intellectus ad c. ad nostrã. de emp. et uen. n. 170. 171.*

165 *Pactum de reuendendo, & paruitas pretij, an sufficiant, ut præsumatur cõtractus simulatus & usurarius. et nume. 166. 167. 168. 169.* ✱ *170. 171. 172. & 173.* ✱

169 *Emptor nõ tenetur computare fructus in sortem, cũ ea sit emptionis natura: secus de natura pignoris.*

173 *Intellectus ad c. illo nos. de pignor.*

Modicitas pretij considerabilis & pactum de retro uendendo, etiam in non consueto fœnerari, facit præsumi contractum usurarium, secundum cõem opinionem: ✱ *et nu. 174. etiam si dictum sit, quòd uendidit uerè et non fictè. nu. 175. Ac etiam si renuncietur omnibus exceptionibus competentibus. nu. 176. Quod uerum est si in ipso contractu seu eius instrumento fuerit dicta renuntiatio facta. nu. 177. procedit etiã dicta præcedens cõis opinio in cõtractu in quo appositũ sit iuramentũ. n. 178. Secus autem quando post cõtractum foret renuntiatum exceptionibus competentibus. nu. 180. Idẽ quando in instrumento iuratum foret omnia et singula esse uera. nu. 181. Idem si post cõtractũ uenditor fassus esset uenditionẽ uerã & non fictã. n. 182. Quæ tria nõ excludunt propterea iurãtem à facultate petendi à iuramento absolutionẽ. n. 185.*

Dictio præsertim, importat idem quod maximè.

174 *Contractus qualitas pſumitur ex modicitate pretij.*

175 *Clausula non consueta apponi non solum non tollit suspicionem fraudis, uerum auget.*

176 *Renuntiatio præsumitur simulata, sicut & contractus super quo apponitur.*

179 *Consensus non interuenit in contractu simulato, unde nec ad illum extenditur iuramentum.*

182 *Confessio partis admittitur contrà præsumptionem iuris & de iure.*

183 *Confessio partis admittitur contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam.*

184 *Iuramentum interpositum super contractu simulato et pignoratitio non obligat, adeò quòd potest contrauenire, etiam non petita absolutione.*

186 *Periculum rei uenditæ & casuum fortuitorũ regulariter pertinere ad emptorem. nisi uẽditio esset facta sub scriptis & modus non esset completus. nu. 187. Idẽ si uenditio fuit conditionalis. n. 188. Idẽ si uẽditio fuit facta in genere cũ ante traditionem periculum spectat ad uenditorem. nu. 189. Idẽ si in specie esset facta uenditio tamen incertitudinaliter. nu. 190. Idem si uẽditor fuit in culpa seu dolo. nu. 191. Vel in mora tradendi. n. 192. siue res esset peritura penes emptorem, siue non. nu. 193.*

194 *Periculum rei uenditæ furto subtractæ, si à uenditore ab est, culpa transit in emptorem.*

195 *Periculum rei uenditæ adhuc nõ traditæ, et propter inimicitias uenditoris ui ademptæ, nõ trãsit in emptorem: secus si ob inimicitias ipsius emptoris.*

196 *Custodia aduersus uim parum proficit.*

197 *Promittens defendere rem uenditã de iure, et de facto, etiam post traditionem, si illa ob sui inimicitias ui adimat, ipsius et nõ emptoris erit periculũ.*

198 *Periculum rei uenditæ ante uel post traditionẽ est uenditoris: quãdo ob eius delicta illa publicaretur.*

199 *Euictio debetur ex natura contractus, etiam si expresse non fuerit per uenditorem promissa in quocunq; contractu ex causa onerosa, & idẽ nu. 214. Quod procedit etiam si uenditor pactus sit nolle teneri de euictione, cum propterea re euicta, non liberetur à pretij restitutione. num. 200. Quod uerum est, si ignoranti uenditum sit, secus si scienti. nume. 201.*

202 *Euictionis actio cessat ante secutam euictionem, etiam lite mota nec interim uenditor tenetur ad expensas. nume. 203. Nisi aliter foret conuentum. nume. 204. Vel quis scienter uendidisset rem alienam ignoranti. nume. 205. Vel ante pretium solutum immineret euictio in limine contractus. nume. 206. Quod uerum est, nisi emptor*

ut habeat fideiussorem dolosè submittat tertium, qui moneat litem. nu. 207.

208 *Euictionis actio non cessat etiam ante secutam euictionem: quando uenditur res alteri obligata ignoranti, sed dandus est fideiussor. Idem si uenditor requisitus ut defendat, non defendit: tunc agitur ad interesse. nu. 209.*

210 *Emptor sciens rem esse mouentis litem & restituit, agit de euictione: sed quid facere debeat ante. n. 212.*

Intellectus ad l. emptorem. ff. de act. empt.

211 *Emptor non tenetur respondere positionibus super dominio ipsius agentis. & id quare.*

213 *Emptor sciens rem esse mouentis litem, si illam restituat rectè agit actione ex empto de euictione seu ad interesse, non tamen ad lucrum, quod stipulatione promissum foret.*

214 *Venditor regulariter re euicta tenetur emptori de euictione ad interesse actione ex empto, uel ad duplum actione ex stipulatu, si stipulatio intercessit: secus si non denuntiauit, & debito tempore. nume. 215. Nisi latitādo uēditor eius culpa id euenerit. n. 216. Vel aliter emptor impeditus foret. n. 217.*

218 *Denuntiatio quomodo fienda, & eius practica, ut releuet denuntiantem. & nume. 220. & sequentibus. et nu. 235.*

Ioannes de Imola Excellentissimus Doctor & eius opiniones ut plurimùm de mente iuris.

221 *Denuntiatio ut releuet denuntiantem quando tractatur de euictione ex causa lucratiuaua: fieri debet ante litis contestationem, etiam si causa lucratiua sit ex causa donationis. nu. 221.*

222 *Denuntiatio non est necessaria quando ei est renuntiatum, ut hodie communiter fit in instrumentis.*

223 *Venditor sciens litem motam emptori super re uendita, etiam non sibi aliter facta denuntiatione, tenetur de euictione. contrarium uerius est de iure, & communiter tenetur etiam scienti fore denuntiandum. n. 225. 226. 227. ✻ Ad hoc ut defendat.*

224 *Certus certiorari non debet.*

226 *Denuntiatio ubi non fit ad aliū finem q̄ certificādi, nō est necesse ut scitè & certo fiat, secus quādo et ad alium finem, uidelicet ut defendat. nu. 227.*

228 *Denuntiatio non necessaria, ubi emptor & uenditor simul conuenti sunt ab eo qui rem euicit. Idē si uēditor absq; alia denuntiatione, uel ꝙ aliter conueniretur sponte iuisset ad defendendum. nu. 229.*

230 *Denuntiatio necessaria non est: quando uenditor iurasset defendere, cum tunc absq; quòd requiratur, si sciat & non defendit tenetur de euictione, secus ubi iuramentum nihil addit contractui, sed illum roborat, ut in materia euictionis. nu. 231. Et hoc practicatur, & communiter seruatur.*

232 *Emptor non agit de euictione: quando sententia lata est contra eum in eius contumacia.*

233 *Sententia contra unum lata, si tendit in praeiudiciū alterius, tunc ei praeiudicat, si lata est in praesentem et non in contumacem. etiam si à principio astiterit, demum tamen contumax fuerit. 234. Et hoc nisi parte praesente planè discussum foret et liquidatum de iure alterius, licet tempore sententiae fuerit absens. num. 235. Vel nisi quando ex inspectione actorum apparet de bona iure repetentis rē suam. nume. 236.*

236 *Venditor de euictione non tenetur: quando sententia fertur contra emptorē per iniuriā, seu nō iustè.*

237 *Iniuria iudicis numeratur inter casus fortuitos, quorum periculum post perfectam emptionem pertinet ad emptorem.*

238 *Venditor de euictione non tenetur re euicta per sententiam arbitri, etiam si dictum foret quòd arbiter deberet prout de iure pronuntiare. nu. 240. Et hoc nisi cōpromissum esset factum uoluntate uenditoris. n. 243. Vel ex necessitate ex forma statuti uel alio mō, secundum cōem opinionem, & n. 244.*

239 *Sententiae arbitri stādum est siue iusta siue iniqua.*

241 *Arbiter si de iure nō pronuntiet eius sn̄ia nō ualet.*

242 *Intellectus ad §. si cōpromisero. l. si dictū. ff. de euic.*

245 *Venditor ad hoc ut teneatur re euicta per sententiam arbitri necessitate electi, in illius electione est citandus.*

246 *Venditor de euictione non tenetur: quando sententia fertur contra emptorem à non suo iudice, sed effecto per prorogationem. Idem si ipse emptor potuit usucapere & non usucepit, nisi in mala fuisset fide constitutus. nume. 246, 247. Idem si ipse emptor sciens rem alienam emisset. nume. 249. Idem si praescripsisset, & postea euinceretur. nume. 250. Nisi per restitutionem in integrum res praescripta euinceretur. nu. 251.*

252 *Venditor de euictione non tenetur: quando emptor sua culpa factus est de possessore petitor.*

253 *Emptor non agit de euictione, si emat seruum alienum quàm uenditoris, & ipsum manumisisset, tunc enim non censetur habere damnum. Idem si seruus emptus mortuus foret, licet alienus esset. num. 254. Idem quando emptor propter factum suum desineret rem habere. nume. 255. Idem quando habuit rem pro derelicta. nume. 256. Vel quando uenditor uel alius sciente ipso fuisset sepultus in loco empto. nu. 257. Idem si habens bonam causam permisisset labi tempus appellationis prosequendae. nu. 258.*

259 *Emptor per casum fortuitum rem perdens non agit de euictione. Idem si euinceretur facto ipsius. numero 260. Idem si uendita haereditate, uel peculio, res particularis euincatur, nisi aliud specialiter actum foret. nu. 261.*

262 *Euictionis actio non datur in officiales pignora distrahentes.*

263 *Venditor requisitus consulens emptori ut unum remedium intentet, si aliud emptor faciat in eum non haberet recursum.*

264 *Vendens rem iure pignoris nō tenetur de euictione.*

265 *Donans si expressè euictionem non promittat, ad eam non tenetur.*

266 *Venditor paciscens de euictione nolle teneri, tenetur re euicta ad pretij restitutionem tantum.*

267 *Vendens rem in alea de euictione non tenetur.*

268 *Emptor qui in causa in peritum habuit aduocatum, si succumbit, non agit de euictione, idem si per uio-*

lentiam, etiam in executione sententia ei res auferatur. nu. 269. Idem si succubuit per obiectum exceptionis, quæ ab ipso emptore traheret originem. nu. 270. Idem si non appellauit infra tempus. nu. 271. & hoc uerum si ex actis constaret sententiam iustè latam. nu. 273. Aliàs secus. num. 272. Idem si dubitaretur. nu. 274. Quæ locum habent & in fideiussore. nu. 275.

276 *Denuntiatio facta uenditori an afficiat illius fideiussorem.*

277 *Euicta re, non in totum sed pro parte agitur de euictione actione ex empto ad interesse, non autem ex stipulatione ad duplum, quod qualiter procedat plenè declaratur. Quæ omnia cessant, si eis renūciatus esset. nu. 278.*



MPTIONIS & uenditionis materia, frequens est, & utilis: & diffusè tractata per Doctores. sed nos breuiter aliqua magis necessaria discutiemus. Et primò, an inuitus quis cogatur uendere, & emere. Secundò, si inuitus uendat, & res euincatur, ad quid teneatur. Tertiò, si libens uendat, ad quid teneatur emptori, & è contrà. Quartò, quid si in contractu interueniat dolus apertus? quid si uelatus? quid in temporalibus? & quid in spiritualibus? quid autem si incidenter interueniat? Quintò, si interueniat deceptio ultra dimidium iusti pretij, quomodo decepto succurratur, & quando, quid si iuramentum interuenerit? quid in maiore? quid in minore? Sextò, uenditiones quando dicantur simulatæ. Septimò, periculum rei uenditæ, & casuum fortuitorum ad quem pertineat. Octauò & ultimò, de materia euictionis, & quando anteaquàm euincatur, de ea agi possit, & quādo posteà.

1 Circa primum, dicendum regulariter † neminem esse cogendum ad uendendum rem suam, nec ad emendum alienam. l. inuitum. C. de contrahen. empt. l. dudum. eod. titulo. l. nemo. C. de iudæis. & l. nō enim. ff. rer. amot. l. nec emere. C. de iure delib. l. uenditor. §. si constat. ff. com. pd. l. Iulianus. §. idem Celsus. ff. de act. emp. & l. quāuis. in fine. ff. de pignor. act. Glos. in uerbo utatur. in §. finali. institu. de his qui sunt sui uel alien. iur.

2 Ampliatur dicta regula procedere, etiam † si quis rem suam uenalem exposuerit, ut dicta l. inuitum. & est ratio: † quia in re sua quilibet est moderator & arbiter. l. in re mandata. & l. non enim. ff. rerum amot.

3 Ampliatur & secundo, etiam procedere, † si quis non solum priuato nomine emere quærat, uerum & publico: ut dicto §. constat.

Fallit tamen in pluribus casibus, & primò,
4 † fauore religionis. ut l. si quis sepulchrum. ff. de religios. & sumpt. funer. & ibi Glos. Nam uicinus non habenti iter ad sepulchrum uendere cōpellitur. Ad hoc dicta Glos. in uerbo utatur. in §. fin. instit. de his qui sunt sui uel alie. iur.

5 Secundò fallit, † ratione libertatis. institut. de donat. §. fi. ad hoc Glos. in uerbo utatur. instit. de his qui sunt sui uel alie. iur. §. fi.

6 Tertiò fallit † odio malè utentis re sua. institu. de his qui sunt sui uel alie. iur. §. finali. ubi Glos. Crudeles enim domini seruos inuiti uendere coguntur. l. si dominus. ff. eodem titulo. patres etiam seu domini qui filiabus uel seruis peccandi imponunt necessitatem eorum potestate priuantur. l. si lenones. C. de episco. aud. & ibi Glo.

7 Quartò fallit † fauore ultimæ uoluntatis. l. si fideiussor. §. meminisse. ff. de lega. j. secundum Glo. in uerbo utatur. de his qui sunt sui uel ali. iur. institut. in fine.

8 Quintò fallit † ratione accessionis. institut. de rer. diuisio. §. literæ. & §. sequenti. ff. comm. diuid. l. communi diuidundo. §. fi. & l. si mulier. §. si fundus. ff. de iure dot.

9 Sextò fallit † ratione rei indiuisibilis. instit. de offi. iudi. §. quod si commodè.

10 Septimò fallit † ratione consuetudinis. d. l. uēditor. §. si constat. ff. commun. præd.

11 Octauò fallit, † ratione pacti. l. qui fundum. ff. de contrahen. empt.

12 Nonò fallit, † pro bono publico. l. si locus. ff.
13 quemadmod. seruit. amitt. Via † enim publica si fluminis impetu, uel ruina amittitur, uicinus proximus eam prestare cogitur. l. Barbarius. ff. de offic. præt. argumento à contrario sensu. l. iij. ff. de annona. circa principium. & quandoque pretio non soluto. dicta l. Barbarius. ubi Glos. & in dicta l. si locus.

14 Decimò fallit, † ratione euenientis necessitatis. l. item uerberatum. §. primo. ff. de rei uendicat.

15 Vndecimò fallit † ratione agnitionis legati. l. si re. C. de fideicom. libert. Agnoscens enim legatum cogitur uendere seu emere quod legans mādat. ut ibi notatur.

16 Duodecimò fallit † ratione facilius ueritatis inueniendæ, ne delicta remaneant impunita. l. si postulauerit. §. iubet. ff. de adulter.

17 Decimotertiò fallit † fauore fisci, qui suam & socii partem, & sic rem communem inuito socio uendit. l. multum interest. C. commun. rerum alien. & l. secunda. C. de uendit. rerum fiscal. libro decimo.

Quod ampliatur procedere secundum Glo. ibi
18 † etiam si res communis commodè diuidi possit.

19 Decimoquartò fallit † ratione specificationis. ff. de acquir. rer. dom. l. adeo. §. cùm quis.

20 Decimoquintò fallit, † quando res ad uictum spectans auctoritate publica destinatur ad uendendum. tempore enim caristiæ coguntur habentes uictualia, ne indigentes fame pereant, ad illa uendenda. l. i. C. de episc. aud. & l. i. §. cura carnis. ff. de offic. præf. urb. & in usibus feudorum in titulo de pace tenend. §. post natalem. l. ii. §. cùm in eadem. in fine & ibi Glos. cum notatis in dictis iuribus, & in l. finali. §. qui præsunt. ubi Glo. notabilis

bilis.ff. de muner. & hono. textus est in l. anno-
nam.ff.de extraordin.crimin.
21 Quod ampliatur procedere † etiam minus iu-
sto pretio dicto tempore caristiæ: ut l.iii.§. quæ-
sita deinde.ff.ad leg.Rhodiam de iactu. & ibi no-
tatur. Bart.l.in dicto.§.cura carnis. Quidquid di-
xerit Glos.in dicta l. annonam. ibi, non cogi lo-
cupletes uendere. cum tempore necessitatis con-
* trarium uerius sit.quod & communiter tenetur *
& in practica obseruatur. secus si necessitas non
urgeret, tunc enim bene possent cogi ad uenden-
dum, sed tamen iusto pretio: ut per Bart.in d.§.
22 Decimosextò fallit, † ubi de hoc staret statu-
tum, cum in his illud à ciuitatibus fieri possit.l.
Antiochensium.ff. de priuil. credit, & ibi Bart.l.
omnes populi.ff.de iustit. & iure, & ibi notata.
23 Decimoseptimò fallit, etiam quo † ad emptio-
nem, nam quis inuitus cogitur quandoque eme-
re.l.cotem.§.finali.ff. de public. & uectig. tribus
tamen concurrentibus ut ibi.
24 Decimooctauò fallit † quo ad necessariam em-
ptionem fauere religionis, ut in authen. de alien.
& emphyt.§. si uerò secundum. collatione.ix.
Decimononò fallit † fauore reipublicæ quæ co
gere potest, ciuem equos uel mulos non haben-
tem ad illos emendum ad hoc ut eidem reipubli-
cæ præstare possit secundum Bart.in l.munerum.
§.patrimoniorum.ff.de munerib. & honor.
Ampliatur † ista fallentia secundum Bart.ibi,
quod ad hoc cogi potest forensis qui in loco ha-
beret pecuniam.
25 Circa secundum principale, cōcludi potest † quod
quando quis inuitus cogitur uendere, si res euin-
catur, dumtaxat ad recepti pretii restitutionem
tenetur.l. item uerberatum.§.i.& ibi Bart.ff. de
rei uindic.secus si uolens, ut infra patebit.
Circa tertium principale, quod est, ad quid te-
neatur uenditor emptori, & è contra, concludi
26 potest, quòd cùm † uenditio solo consensu pre-
tii & rei perficiatur, institut. de obligat. ex con-
27 sen.in principio † in huiusmodi contractu inter-
uenire debet rei uenditæ datio ex parte uendito-
ris, & pretii solutio ex parte emptoris.l.exemplo.
28 ff.de action.emp. Item † emptor de natura ipsius
contractus tenetur dare dictum pretium, & face-
re quòd illud quod soluit efficiatur accipientis,
ex quo tenetur ad quantitatem in genere; aliàs
non liberatur.ff.de leg.iij.l.si concubina.§.si ędes.
29 Sed uenditor † licet tradendo ipsam rem uendi-
tam faciat eam accipientis, si sit dominus; cum te-
neatur ad ipsam rem in specie.ff.de act.empt.di-
30 cta l.exempto.in principio, tamen † non tenetur
facere ipsam rem accipientis l.i.ff. eodem titulo
31 de act.empt. Cum † rem alienam uendere possit
ff.de contrah.empt.l.rem alienam. sed bene tene-
tur ipsam rem tradere, ut dicta l.exempto.& l.i.
ff.de contrah.empt.& etiam de euictione tene-
tur: ut.ff.& C.de euiction. per totum. & pro ipsa
euictione promittere de duplo, si sit res pretiosa,
aliàs de simplo. prout habetur.ff.de euict.l.ij.&
32 l.emptori. Non † tamen tenetur dare fideiusso-
rem: ut ibi notatur. Quod uerum est regulariter
tamen fallit.
33 Et primò quando † moueretur quæstio ante
pretium solutum. ut.C. de euict.l. si post perfe-
ctam, quo casu non teneretur soluere pretium, do
nec fuerit satisdatum de euictione: ut dicta l. si
post, cum satisdare tunc debeat non solum pro il
la re, sed etiam pro omni lite & euictione, ut pro-
bat textus in l.finali. ff. de rescind. uend.
Illud tamen sublimitandum est, non procede-
34 re † quando malitiosus emptor ut fideiussorem ha
beat, dolosè submitti, tertium qui moueat litem,
secundum Ioannem And.in additionibus Specu-
lat.in tit.de empt.& uend.§.i.uersi.uerumtamen.
Circa quartum principale, dicendum est, quòd
35 quando † dolus dat causam contractui bonæfidei,
ut puta tibi habenti pulcherrimum corpus iuris
non aliàs uenditurо, quidam ut sibi uenderes per
suasit, ex eo quòd de proximo noua compilatio
erat publicanda, tunc enim contractus & uendi-
tio non ualet ipso iure. textus est in l. & elegan-
ter.ff.de dolo, non uiolando literam, & in.l.iij.ff.
pro socio. Glos.in l.dolo.C. de inutil.stipul.facit
in argumentum. xii.q.ii.quisquis Episcopus. in
fine. & c. cùm uniuersorum. de rer.permut.Glo.
in c.cum dilecti.de empt.& uend. & ibi Hostien.
Ioannes And.Imola, & D.Nicolaus. & ita com-
* muniter tenent Doctores * esto quod Petrus
de Bellapertica aliud uoluerit: ut refert Cynus in
l.ii.C. de rescind.uend. & Bart. in dicta l. & ele-
ganter. & non bene secundum eos. Quod licet sit
regulariter uerum, tamen fallit.
36 Et primò, quando † deceptus uellet illum con
tractum approbare, & quòd ualeat. cum possit: ut
dicta l.& eleganter & tenet Ioannes And.ubi su-
pra. & est ratio: quia hoc inductū fuit in fauorem
decepti, & in odium dolosi decipientis, ut in d.l.
Quod licet uerum sit, tamen sublimitandum
37 est, † cùm non procedat quando talis contractus
esset ob aliud à iure reprobatus, cùm tunc ex ap-
probatione huiusmodi non confirmetur. ut uo-
luit Glos.ff.de ritu nuptiar.l.à diuo.
38 Secundò fallit † etiam in contractu bonæfidei,
cui causam dedit dolus uelatus, uel dolus inclusus
sub metu, tunc enim talis dolus regulariter non
reddit contractum nullum.l.si cum exceptione.§.
eum qui. & l.metum.§.uolenti.ff. quod met.caus.
Glos.in uerbo coactus. in c.Abbas.eodem titulo
quod metus causa. & Glos. in dicta l.dolo. Quod
39 ideò est, quia † in dolo uelato, qui est in metu,
adest consensus licet coactus.l.si mulier.§.penul
40 timo. ff. quod metus causa. qui † consensus non
adest in dolo aperto, cum talis dolus uideatur in-
ducere errorem per quem excluditur consensus.
ff.de iurisdict.om.iudic. l. si per errorem.& in d.
41 c.cùm dilecti. coacta † enim uoluntas, uoluntas
est.xvj.q.j.merito quęritur.sed contra hoc datur
actio quod met. causa. & probato metu restitui-
tur per officium iudicis quod dedit uel tradidit,
aut

aut absoluetur si promisit cũ ex eo elidatur actio
ope exceptionis.l. metum.§. sed quod prætor.ff.
quod met.caus.Glos.in dicto uerbo.coactus. & l.
si quis cum aliter.ff.de uerb.obligat.& l.cum po-
steà.C. de pactis.
42 Quod tamen sublimitandum est † non proce-
dere, quando quis sua culpa in metum incidisset
dicta.l. si mulier. & xxii. q.iiii.c. inter cætera. &
ibi Glos. Quod licet uerum sit regulariter tamen
43 † & istud fallit.
Et primò, in causa matrimonii, in quo qualis-
cunque interuenerit metus qui cadat in constan-
tem uirum cum sui culpa uel sine, tamen contra-
ctum matrimonium per metum non tenet, etiam
44 † si iuramento fuerit firmatum, c. ueniens. de spon
sal. Matrimonia enim libera esse debent c. requisi-
uit. de sponsal. & c. cum locum. solo enim consen
su contrahuntur xxvii.q.ii.c. sufficit.
45 Quid autem † si dolus sine metu interuenisset,
aliud dicendum esset, secundum Glos. in uerbo ca
ptiosè. in c. ueniens. quod met. causa.
46 Nam † dolus inducens quem ad spiritualia (in
ter quæ & matrimonia reputantur) bonus cense-
tur, nec uitiat contractum, secundum Glos. in l. à
diuo pio.ff. de ritu nupt. quam sequitur D. Nico-
laus in c. cum dilecti. de emp. & uend. ad hoc Glo.
in uerbo falsa. in c. ex parte. el ij. de conuers. con-
iug. & Glos. in c. cum dilectus. & ibi Imola & D.
Nicol. quod met. causa.
Quod tamen limitandum est non procedere:
47 † quando dolus talis fuisset qui remouisset consen
sum ab actu, secundum dictam Glos. in d.c. cum
dilectus. & ibi Imola. & ea tunc est ratio prohibi
tiua: quia ut dictũ est, matrimonia solo consensu
cõtrahũtur, quo sublato, deficit spiritus salutaris.
48 Tertiò fallit dicta regula † q dolus apertus dãs
causam contractui ipso iure faciat illum nullum
generaliter in spiritualibus, in quibus quantum-
cumque talis dolus dederit causam contractui, il-
lum tamen non uitiat, per id quod habetur in c.
cum dilectus. de his quæ met. caus. in Glo. fi. & in
c. dudum. de conuers. coniug. in Glo. antepenult.
49 & canone cõstituit. xx.q.iii. & ratio † diuersitatis
secundũ Glo. in d.c. dudum est: quia in spirituali-
bus talis dolus pro dolo bono habetur: & ideò nõ
prohibetur. l.i.ff. de dolo. Nam propterea dece-
ptus tali dolo ad malum non inducitur, imò con-
ditionem suam facit meliorem: & ideò non uitiat
contractum, secundum Imolam in d.c. cum dile-
cti. esto quòd aliud sit in dolo uelato, per notata
in c.i. & ij. & in d.c. Abbas. quod met. causa.
Hoc tamen sublimitandum est non procedere
50 † quo ad bona eius qui dolo inductus foret ad in-
grediendum monasterium, nam licet ingressus
factus per dolũ teneat, tamen dolus nocet quo ad
bona, quæ illo casu non acquiruntur monasterio,
sed hæredibus, & consanguineis: secundum In-
nocentium in c. dudum de conuers. coniugat. per
cap. constituit. xx.q.iii. & cum Innocentio com-
* muniter pertranseunt Doctores. * Idem Ioan-
nes Andr. & Imola in c. præterea. de offic. deleg.
51 Quorum opinio † restringenda est, secundum D.
Nicolaum in eodem c. dudum. procedere, quan-
do principaliter ob auaritiam, & bonorum aui-
ditatem monasterium seduxisset dolo quem ad
52 religionem: & ita propriè loqui † dictum. c. con-
stituit. quo casu licet non uitietur ingressus, pri-
uatur tamen monasterium bonis, & sic tenet prin
cipale & uitiatur accessorium, quem intellectum
ad dictum c. constituit. ante eum posuit Glos. fi-
nalis quam ipse non allegat in dicto cap. præte-
53 reà. de offic. deleg. qui † dolus quod principali-
ter respexerit bona, & non ingressum: cum in
animo consistat & directè probari non possit:
coniecturis & perspicuis indiciis probandus erit,
c.ii. de renun. libro vi. cap. pastoralis. de caus. pos-
sess. & propriet. l. dolum. C. de dolo. unde si opu-
lentia bonorum prælato esset nota, nec in dolo
inducto inesset aliqua uirtutis seu literarum ex-
cellentia, potius credendum foret principaliter
inhiatum esse bonis, quàm ad meliorem uitam
inducere illum.
Quod licet uerum sit, ut si principaliter fuerit
adhibitus dolus propter bona, monasterium il-
lis carere debeat, tamen & hoc intelligendum est
procedere, secundum D. Nicolaum in dicto cap.
54 dudum. quando totum † monasterium fuisset in
culpa: secus si singularis persona, etiam præla-
55 tus, cuius † delictum non debet monasterio no-
cere: ut probatur in c. cum uenerabilis. de excep.
& in cap. si episcopum. xvi. quæst. vi. ubi dicitur
prælati delictum non debere redundare in dam-
56 num Ecclesiæ. Sed contrarium † uerius puto in
casu prædicto, in quo ad priuandum dictis bo-
nis monasterium, sufficit dolus, & sic delictum
prælati. casus est apertus. in dicto c. constituit.
ibi. episcopi & abbates. Præterea hic de lucro
57 & non de damno, quorum † non est par ratio. l. fi
nali. C. de codic. Glos. in l. post legatum. §. qui ac
cusauit. in uerbo affuerit. ff. de his quib. ut indig.
aliàs raro uel nunquam communis opinio de qua
supra haberet locum si totius monasterii & sic ca-
58 pitulariter requireretur dolus. Qui dolus † ui-
tians accessorium & non principale, procedit
etiam in contractu dotis, licet non uitiet matri-
monium, secundum Bald. in l. cùm Arthemido-
ram. C. ut in poss. leg. & Imol. in l. si cum dotem. §.
si mulier. ff. solu. matr. & ea est ratio: quia dolus
quo ad trahendum quem ad spiritualia bonus re-
putatur, secus in eo quod bonis inhiatur.
59 Quarto fallit: † quando in talibus contractibus
quibus dolus apertus causam dedit, non fuerit da
tus per aliquem contrahentium, sed per tertiam
personam, tunc enim tenet contractus, sed datur
actio de dolo contra illã intermediã personã: ut
dicta. l. & eleganter. §. i. ff. de dolo, secundũ Glos.
in dicto cap. cum dilecti. de empt. & uendit. quod
* communiter tenetur. *
60 Si uerò talis dolus † non dedit causam contra-
ctui; sed incidit in contractum, ut puta cum ba-
berem

berem aliquam mercantiam persuasisti quòd uen
derent ex eo: quia dixisti habere literas quòd
multæ similes mercantiæ debebant portari ad lo-
cum illum, propter quod induxisti me ut uēdere
minori pretio, licet alias fuissem uenditurus, uel
persuasisti ut emere cariori pretio, ex eo: quia dice
bas, quòd multæ huiusmodi mercantiæ perierant in
quadā naui, qua de causa de his penuria erat suc-
cessura in loco, propter quod emi carius, & sic
per dolum incidentem in contractum, & tunc
contractus tenet, sed agitur ad supplementum re-
sidui, uel restitutionem pluris. ut ff. de actio. emp.
l. Iulianus. §. sed & si uenditor. & actione ex eo
contractu, & non actione de dolo ut d. §.
Circa quintum principale, quod est, quan-
61 do interuenit † læsio ultra dimidium iusti pre-
62 tij, dicendum est, quòd licet † de iuris rigore li-
ceret contrahentibus se decipere. l. item si pre-
tio. §. quemadmodum. ff. locati. & l. in causæ.
§. penultimo. ff. de minor. cap. cum causam, à
contrario sensu. de empt. & uendi. tamen Im-
peratoria humanitate occursum fuit; ut quando
deceptio esset magna, utputa etiam in uno num-
mo ultra dimidium iusti pretij, competeret actio
ex eo cōtractu, ut uel restituto pretio res uendita
redderetur uenditori uel arbitrio emptoris pre-
tium suppleretur. l. secunda. C. de rescinden. uen-
di. & ibi Gloss. in uerbo iudicis. cum quā resi-
dent ibi Bartol. Bald. Salycetus & Angelus &
* communiter tenetur * quicq̄ id in contrarium
dixerant Petrus & Cynus, in concordantiam est
textus in cap. cum causam. de empt. & uendi. &
in capitu. cum dilecti. eodem titulo. & est ratio
quare in uno toleretur læsio, secus in altero: quia
cum res participat de pluribus regulariter à po-
tentiori denominatur, sed ubi læsio non est ultra
dimidium, & sic pretium est maius uel æquiua-
lens ipsi læsioni, tunc fauor pro sustinendo con-
tractu attenditur, secus autem ubi præponderat
nimium deceptionis. Et quod dictum est quando
non adest læsio ultra dimidium permitti dece-
ptio, intellige cessante dolo, ut superius con-
clusum est.
Ex quibus firmari possunt duæ regulæ, & ad
ipsarum quamlibet applicari fallentiæ. Prima
63 ergo erit, † quòd contrahentibus inter se deci-
pere licet, dicta l. in causæ. §. penultimo, dicta
l. item si pretio. §. quemadmodum. dicto cap.
64 cum causam. à contrario sensu. & hoc † quan-
do deceptio non est ultra dimidiam, ut dicta l.
65 ij. & quando † non interuenit dolus, ut supra.
Quod licet uerum sit regulariter: tamen fallit,
66 Et primò, in dote † in qua si mulier decipia-
tur, etiam in minus dimidia, & sine dolo, suc-
curritur eidem, ut ff. de iure dot. l. succur-
sum. §. finali. & notatur in capitu. penultimo.
de emp. & uendi.
67 Secundò fallit † in persona priuilegiata, puta in
minore, uel ecclesia, quibus subuenitur nō ipso iu
re; sed beneficio restōnis in integrū, per nota. in d.
l. in causæ. §. in pretio. & in c. j. de restitu. in integ.
Et intelligas regulam prædictam procedere
68 † de iure ciuili & canonico in foro contentioso,
69 ut dictis iuribus. cùm fallat † in foro pœniten-
tiali, ubi peccatum est uendere rem carius, &
plus quàm sit iustum pretium. cap. primo, de em-
ptio. & uendi. & canone qualitas. de pœnitent.
distinctio. quinta. & quod notatur per Gloss. x.
quæstio. secunda. in uerbo. ut plus. ubi Glos. di-
cit quòd si ecclesia uolenti uendere rem suam of-
feratur iustum pretium, recipere non debet, &
ita tenet Hostien. in dicto capitulo primo. Quod
licet regulariter uerum sit, tamen limitandum
70 † non procedere quando maius pretium offerre-
tur à sciente ualorem ipsius rei, & sponte, tunc
enim & illud recipi potest licitè, etiam in foro
pœnitentiali & ab ecclesia, secus si ab ignorante
71 ualorem rei. & est ratio; quia ubi † adest scientia,
nulla est fraus seu deceptio: argumento regulæ,
scienti, de regul. iuris. libro sexto. & ita procedat
opinio Laurentij qui in dicto cap. primo. contra-
rium ab Hostiense uidetur sentire, secundū Imo-
lam ibi, & post eum Do. Nicolaum. de quo per
Ioannem Calderinum in c. nauiganti. de usur.
72 Secunda erit regula, † ut ipsi uēditori uel em-
ptori decepto ultra dimidiā iusti pretij subuenia
tur remedio dictæ l. ij. C. de rescin. uend. Quod re
medium non solum habet locum in contractu
73 emptionis, uenditionis. † sed in quibuscumque
contractibus bonæfidei, secundum Glos. in dicta
l. secunda. & Bart. ibi ad id adducentem legē in
contractibus. & quod ibi notatur. ff. ex quib. caus.
& ff. commun. utrius. iud. l. maioribus. Ad hoc
Glos. in dicto cap. cum dilecti. quod communi-
* ter tenetur. * Vnde locum habebit † in con-
74 tractu locationis & conductionis, qui bonæfi-
dei est. institut. de actionib. §. actionum. & quia
similis est ipsi emptioni l. ii. ff. locat. & l. item si
pretio. §. finali. & hoc uoluit in dicto c. cum dile-
cti. Ioannes Andre. & communiter tenetur se-
* cundum Imolam ibi. * Ad hoc quod notatur
per Glos. ff. de bon. auct. iud. poss. l. in uendit. ubi
Glos. hoc uoluit.
75 Item locum habebit † in contractu permuta-
tionis, cum similis sit emptioni, ff. ex quib. caus.
in poss. eat. l. finali, l. permutationem. C. de re-
rum permutation. & ibi Bald. & Salyc. & Ioan-
nes Andr. in dicto cap. cum dilecti. & ita com-
* muniter tenetur. * cum sit eadem ratio. Ad
76 hoc cap. ii. de translat. prælat. quod tamen † re-
stringe in permutatione rerum temporalium, cū
in permutatione beneficiorū nō procedat, ex quo
titulus non habetur à parte superiori: ut in c. j. de
rer. permut. libr. vj. secundum Petrum de Anch.
& D. Anto. in d. c. cum causa.
77 Item locum habebit † in contractu diuisio-
nis, prout uoluit Gloss. C. commu. utriusque iu-
dic. l. maioribus. & sic generaliter concludi po-
test, quod locum habeat in quibuscumque con-
tractibus bonæfidei, prout sentit Gloss. prædi-
cta, in

cta in dicto cap. cum dilecti. & ita communi-
* ter tenetur, * prout notatur d. l. ii. & ibi per Bal. & in l. si quis cum aliter. ff. de uerbo. obligatio. & ibi per Bartol. ubi dicit quòd locum habet etiam
78 † in stipulatione si interponatur super contractu bonæfidei, dummmodo ipsa non imponatur animo nouandi, sed multiplicandi uinculum prout in dubio præsumitur, prout notatur. ff. pro socio. l. si duo societatem, esto quòd ipsa stipulatio sit stricti iuris ut d. §. actionum.
79 Si uerò interponatur † animo nouandi, & tūc etiam habebit locum dictum remedium, cum nouet cum qualitatibus & priuilegiis suis. ff. de nouat. l. aliam prout uoluit Barto. in d. l. si quis. cum
80 aliter. Sed certè † dicta l. aliam, hoc non probat, cum loquatur de priuilegio prælationis, quod intelligi potest repetitum in stipulatione nouante, non autem loquitur de priuilegio quod attribuitur contractui bonæfidei, quod non uidetur habere locum in ipsa stipulatione nouante, nec intelligitur in eo repetitum, cū sit contractus stricti iuris in quo locum non habet, ut sensit in d. c. dilecti. Ioannes de Imola. In contractibus uerò
81 † stricti iuris an habeat locum remedium dictæ l. ii. maius est dubium Glo. enim in d. c. dilecti. uidetur sentire quòd non, sed subueniatur ipsi decepto ultra dimidium iusti pretii remedio exceptionis, de quo in dicta l. si quis cum aliter: & hoc clarius uoluit Glos. in d. l. ii. & in l. si quis cū aliter. & ibi per Bar & Imolam in d. c. cum dile-
82 ct. Ex iis dicens quòd cum contractus feudi † & emphyteusis non sit contractus bonæfidei sed stricti iuris, in eis non habeat locum remedium dictæ l. ii. quod & tenuit Speculat. in tit. de empt. & uend. §. nunc dicendum, uersi. sed nunquid, per prædicta. & Ioannes And. in eodem c. cum dilecti. sed bene in eis habebit locum remedium dictæ l. si quis cum aliter. secundum ipsum Imolam ubi supra, quidquid in contrarium ibi dixerit D. Antonius. Sed certè quidquid dicat ipse Imola dī
83 ci fortè poterit, quòd remedium dictæ l. ii. † & eius æquitas locum habeat non solum in contra-
84 ctu emphyteutico, qui † æquiperatur locationi. institut. locat. §. adeò, prout uoluit Bald. in d. l. ii.
85 & D. Antonius ubi supra. sed etiam † in cōtractu feudi, ut uoluit Gl. in c. ad nostrā. de reb. eccl.
86 non alien. iuncto ibi textu. Imò † & in quibuscunque aliis contractibus etiam stricti iuris. Dummodo hinc inde par nasci debeat obligatio secundum naturalem æquitatem; prout uoluit Bald. in dicta l. ij. in eius repetitione. Quod ma-
87 ximè procedit de iure canonico. Quod † innititur potius æquitati, quàm stricto iuris rigori, c. dilecti. de iudic.
88 Quid autem † in contractu aditionis hæreditatis? dic non habere locum beneficium dictæ l. ii. & dicti c. cum causa. & ratio est: quia talis contractus perficitur solo consensu unius. institu. de hæred. qual. & diff. §. finali, secundum Petrum de Ancharano in dicto c. cum causa.

89 In transactione † uerò sunt opiniones ita quasi casus uideatur pro amico ut infra. Nam Gloss. in dicto c. cum causa. residet quòd non habeat locū, quam tenet ibi Ioannes Andr. Petrus de Ancharano & Imola, quod & tenuit etiam Tancredus & Vincentius in c. ad nostram. eodem titulo de emptio. & uenditio. & Specul. in titu. prædicto. §. nūc uidendum restat. uers. quid de transactione. Dyn. in l. Lucius. §. finali. ff. ad Treb. Guiliel. de Cuneo. in l. ex causa. C. de usucap. pro emp. Petr. & Cynus in d. l. ij. Bal. in l. ordo. C. de except. rei iud. & in l. ij. §. j. ff. de trāsac. & in l. j. C. com. dele. Sed Bartol. in d. l. ij. & in d. l. si quis cum aliter. ff. de uerb. obl. tenuit contrarium dicens Glo. dicti. §. finalis. hoc uoluisse: uidelicet quòd remedium dictæ l. ij. & dictæ l. si quis cum aliter. locum habeat in transactione, sicut & in aliis contractibus quando reperitur deceptio ultra dimidium iusti
90 pretij, differte tamen in hoc: quia † in contractu transactionis ad considerandum deceptionē ultra dimidium iusti pretij, non debet haberi respectus ad ueram æstimationem rei super qua est facta transactio: sed ad ualorem rei considerato dubio euentu litis, propterea, res censetur minus ualere prout plenius notatur per ipsum Barto. in d. l. ij. & in d. l. si quis cū aliter. pro quo facit quod notatur in c. Quintauallis. de iureiur. & per Glo. in d. §. fina. ubi Glos. hoc etiam uidetur uelle & ibi Raynerius & Barto. & Angel. hanc opinionē uidentur tenere, quam tenet in d. c. cū causa. Petr. de Perusio, D. Florianus & D. Nicolaus, quorū opinio licet æquior uideatur, tamen alta opinio
* communiter tenetur * & de iure uerior esse uidetur, secundum Bal. in d. l. ij. in octaua oppositione per textum in d. §. fina. † qui simpliciter & indistinctè loquens, uidetur innuere quòd si interuenisset transactio nullum remedium daretur. Ad hoc etiam l. j. C. de plus petit. pro quo facit:
91 quia † in actu liberatorio non habet locum remedium, dictę l. ii. ut notatur in l. sub prætexto. C. de transac. facit etiam ad hoc l. si intra. & l. tale pactum. ff. de pact. secundum Bald. ibi, qui ex iis concludit remedium dictę l. ij. nō habere locum in trāsactione. dūmodo cesset dolus: per id quod habetur in l. in summa. ff. de cond. indeb. & illud etiam tenet Petrus de Ancharano & Bartho. de Salyceto in eadem l. ii. C. de rescin. uend. Nam ut dicit Imola in dicto c. cum causa, licet Bartoli opinio posset sustineri, tamen difficile erit probare tale dubium euentus litis, & eius æstimationem.
Sed licet hoc uerum sit ut difficile sit hoc pro-
92 bare, tamen † si probari possit, locum habebit dicta l. ii. prout tenuit Bar. cuius opinio non solum est æqua, sed etiam fortè uerior de iure. cū per dictum. §. non tollatur remedium dictæ l. ii. probata ipsa deceptione ultra dimidiū iusti pretij, habito respectu ad dubium euentū litis, quod uidetur procedere non solum quando interuenisset dolus, ut dicta l. in summa, sed etiā si non inter-

intervenisset, maximè si transactio fiat super con-
tractu bonæ fidei, cum in ipsa transactione par
obligatio nasci debeat, secũdum naturalem æqui-
tatem, unde in ea locum uidetur habere dictum
remedium, prout uoluit Bal. in contractu stricti
iuris in dicta l. ii. Quod maximè procedet de iu-
93 re canonico, quòd ut aliàs dictum fuit † inniti-
tur æquitati. cap. dilecti. de iudi. & ita uidetur te-
nendum prout & consului quidquid aliàs dixe-
rim legendo. & hoc in uera transactione, in quasi
94 uerò † transactione: ut est arbitramentum, de
qua tetigit Bartol. in dicta l. ii. ubi Bald. & Imola
in dicto cap. cum causa. dicendum est ut plenè
dixi in c. Quintauallis. de iureiur.
95 Ista regula fallit, & primò, † quando ipse uen-
ditor uel emptor in uero non fuisset deceptus, ut
quia fuisset sciens de ualore rei, cùm & tunc non
competat eidem tale remedium, & hoc uoluit Spe
culator in titulo de empt. & uendi. in §. nunc di-
cendum. uersiculo, quid si aliquis. cum quo uide-
tur transire Ioannes And. in dicto cap. cum cau-
sa. & ibi Do. Antonius & Bart. in dicta l. ii. quod
licet uerum sit, tamen sublimitandũ est non pro-
96 cedere in persona † quæ potius ex simplicitate ui
deatur uenditionem facere quàm ex deliberatio-
ne, puta in muliere, uel rustico, secundùm Bal. in
dicta l. ii. in secunda quæstione. Quod intellige
97 † in rustico simplici opere & conseruatione. Ad
hoc l. regula. ff. de iur. & fact. ignoran. & multo
98 magis si esset minor † ut ibi. Vel ecclesia † quæ
99 æquiperatur minori, cap. i. de restitutio. in inte-
grum. Quæ sublimitatio ampliatur procedere
etiam si seruerit administrator ipsius minoris uel
100 ecclesiæ, cùm & talis † non habeat potestatem
donandi. ff. de pact. l. contra iuris. §. finali. & ff. de
dona. l. si filius. & uoluit Bal. in dicta l. ii. & D. An
tonius & Imola in d. c. cum causa.
101 Secundò fallit, † quãdo in tali contractu ap-
posita fuissent uerba, ut plurimum consueta appo
ni, uidelicet, & si appareret ipsam rem uenditam
plus ualere, ipse uenditor ipsam quantitatẽ in quo
plus ualeret donat & c. uel similibus uerbis uten-
do: nam tunc dixerunt quidam prout fuit Azo in
summa de rescin. uend. & Nicolaus de Matarel-
lis, ut refert Bald. in eadem l. ij. in sexta quæstio-
ne, ipse uenditor excluditur à remedio dictæ l. ij.
& c. cum causa. propter ipsam donationem, per id
quod habetur. ff. de contrahen. emp. in l. cum in
uenditione. & in l. si quis uenditionis. Quod ue-
rum est si fuisset sciens, cum & tunc excludatur,
etiam si non fuissent apposita talia uerba, seu clau
102 sula ut supra. Aliàs uerò † si fuisset ignorans
cum tunc hæc donatio (in quantum donat id in
quo plus ualeret) uideatur referri ad modicam
quantitatem: argumento ff. de uerb. obliga. l. hæc
adiectio. & ff. de in lit. iur. l. cùm furti, non exclu-
deret ipsum deceptum ultra dimidium iusti pre-
tij à remedio dictæ l. ij. & dicti c. cum causa. ut uo
luit Bar. in d. l. ij. & in d. l. si quis cum aliter. Quod
& similiter uidetur tenere Bal. in ead. l. ij. in casu
prædicto: quando fuisset dictum. & si plus ualet il
lud donauit & c. & in hoc uidetur inclinare ipse
Imola in d. c. cum causa.
Tertiò fallit, quando non fuisset simpliciter di
ctum & si plus ualet illud donauit, sed fuisset di-
103 ctum, † quòd omne id & totum quod plus ua-
leret donauit, ita quòd locutus fuisset per uerba
uniuersalia, cum tunc excludatur à remedio dictę
l. ij. prout uoluit Bal. in eadem l. ij. in septima quę
stione: argumento l. quæ extrinsecus. ff. de uerbo.
obliga. cum quo uidetur tenere Imola in dicto
cap. cum causa.
104 Quartò fallit: quando fuisset dictum † in di-
cto contractu emptionis & uenditionis, uideli-
cet quòd id quod plus ualeret siue sit in magna
quantitate, siue in modica dedit & donauit: cùm
& tunc excluditur à remedio dictæ l. ij. & d. c. cum
causa. ut uoluit Bar. in d. l. si quis cum aliter. dicẽs
quòd tunc proinde est ac si renuntiaretur benefi-
cio dictæ l. ij. cui renuntiari potest, secundum eũ,
ex quo infertur alia, & sic quinta fallentia.
105 Quintò fallit: quando † ipse uenditor uel em-
ptor renuntiasset beneficio dictę l. ii. cui renun-
tiari potest, non solum expressè, sed etiam tacitè:
ut uoluit Bal. post Nicolaum de Mattarellis in d.
l. ii. in v. quæstio. dummodo specialiter renuntie-
106 tur, cùm generalis † renuntiatio, per quam re-
nuntiatur omnibus beneficiis, non sufficiat, prout
uoluit ipse Bal. in eadem l. ii. in quinta quæstio.
argumento l. cum Aquiliana. ff. de transac.
107 Sextò fallit; quando † fuissent apposita uerba,
ex quibus appareret de certa scientia: ut quia fuis-
set dictum, quòd non per errorem, sed ex certa
scientia: & quòd ita profiteatur uenditor, prout
uoluit ipse Bal. in d. l. ii. argumento. l. si cum te-
stator. C. ad leg. Falcid. Quę omnia notanda sunt:
quoniam ex his colligi potest qualiter ipse dece-
ptus in ipso pretio ultra dimidium iusti pretii agẽ
do remedio dictæ l. ii. agere debeat. Debet
108 † enim in libello suo narrare & deducere tria.
Primò quòd res ualebat tantum tempore contra-
ctus. Secundò quòd uendidit pro tanto quod nõ
ascendit ad dimidium, uel quod emit pro tanto,
quod transcendit dimidium iusti pretii. Tertiò
quòd errore ductus, & sic deceptus hoc fecit, &
109 hoc uoluit Bar. in d. l. ii. Sed imò sufficit † quòd
in libello dicatur quòd ductus errore uendidit
uiliori pretio, uel emit cariori quàm sit dimidiũ
iusti pretii, licet non exprimat quantitatem, quæ
sit ultra dimidium, secundum Do. Antonium, &
Imol. in d. c. cum causa. ut probatur in d. c. iun-
cto. c. cum causam. de testibus, debet etiam ultra
110 hoc † ipse uenditor agens offerre se paratum re-
stituere pretium quod recepit, prout uoluit Bart.
in eadem l. ii. pro quo facit dictum c. cum causa.
de empt. & uendi. Quod licet ad cautelam bonum
sit, tamen non est necesse, cum procedat libellus,
etiam si non sit facta dicta oblatio, cùm sufficiat
quod præsente iudice ante sententiã offeratur, prout
uoluit ipse Bal. in ea. l. ii. circa fin. in pen. charta.

per id quod habetur.C.de transact.in l.si maior.
111 Finaliter cócludi debet† alternatiuè,videlicet,
ut rescindatur uenditio,& sic ipsa res uédita resti
tuatur,uel suppleatur iustum pretium, quod &
tenet Hostien.& Ioannes And.in dicto c.cum di
lecti.de empt.& uend.& notatur ex Glos. in d.c.
cum causa. cum utrunq; sit in obligatione,ut pa-
tet in dictis capitulis, quod sequitur in eodem c.
cum causa D.Antonius.Et hanc opinionem cō-
* muniter approbant Canonistæ. * Vnde secun-
dum Imolam in proximo allegato c.seruanda es-
112 set in foro Canonico † & in foro Ciuili seruan-
da esset opinio Gloss. in dicta l.ij.quæ uoluit,ut
simpliciter petatur rem restitui ,cum hoc sit in
obligatione,& pretium suppleri in facultate sol-
uentis,quam opinionem tenuit Cyn.& Bald.ibi.
* & communiter Legistę. * Quidquid tamen di-
cāt,melius est ut etiam in foro Ciuili libellus al-
ternatiuè concipiatur,ut uoluit Bar. in dicta l.ii.
per id quod habetur in l.i.C.si maior fac.rat.hab.
& hoc etiā tutius est,ad opiniones euitandas,cū
& talis conclusio toleretur, etiā si pretiū supplen
dum esset in facultate soluentis,per id quod ha-
betur in d.l.i.& in l.miles.§.decem.ff.de re iudi.
secundum Imolam in eodem c.cum causa. qui
etiam dicit q̄ sicut tutius est ut libellus alterna-
tiuè concipiatur:quia si præcisè condēnaretur ad
restitutionem,licet toleraretur secundum opi-
nionem Legistarū,tamen non toleraretur secun-
dum opinionē Canonistarū.per id quod habetur
in d.c.cum dilecti.ut plenius per eum ubi supra.

Videamus quando interuenit iuramentum,&
pro clariori intelligentia istius articuli , Primo
uidendum quid in maiore , demum quid in mi-
nore,postremo quando peti & cōcedi possit ab-
solutio à tali præstito iuramento , Doctores di-
scordarunt.Glo.in l.ii.C.de rescinden.uendi.&
113 Glo.in c.cum causa.de empt.& uend.tenēt† ma
iorem,qui iurauit non uenire contra uenditionē
nec audiri si postea dicat se læsum,etiam ultra di-
114 midium iusti pretij.secus in minore,qui† pro-
ptereà & si excludatur à beneficio ætatis,non ta-
men à beneficio iuris communis,& sic dictæ.l.ij.
& hoc nisi super utroque.Et istam opinionē se-
quitur Ioānes And.in d.c.cum causa. dicens esse
* communem * intelligas quoad maiorem : de
minore inferius dicetur. Iacob. Butrigarius in
dicta l.ii.dicit prædicta procedere si ipse maior
fuerit certificatus de hoc remedio : aliàs secus.
Archidiaconus in c.quamuis.de pact.libr.vj.con-
trarium tenet,dicens quòd eo ipso quòd iuramē
tum est præstitum in contractu , præsumitur iu-
rans certificatus de eo super quo iurauit,cum ad
iurandū de facili nō ueniat.quem sequitur Ioan.
And.in d.c.cum causa.pro quo facit quod notāt
in l.duo patroni.§. idem Iulianus. ff. de iureiur.
& quod notāt in auct.sacramēta puberū.C.si ad-
uers.uend.& ab ista opinione cōmuni non est re
cedendū,nec de ea dubitandum.Sed maius dubiū
115 est,an proptereà † ipse maior excludatur etiā à
facultate petendi absolutionem à dicto iuramen
to.cū hoc non reperiatur iure decisum.Quod nō
excludatur , uidetur ex eo : quia errore facti du-
ctus fuit ad iurandū sicut ad cōtrahendū,quādo
interuenit læsio ultra dimidium iusti pretij,vnde
uidetur subesse iusta causa,propter quam possit
petere absolutionem : argu.l.ii.ff.de iur. & fact.
ignor.Ad hoc etiam quod notatur in c. quanto.
de iureiu.secundū opinionem Tancredi quā se-
quitur ibi.Host.Ad hoc etiam quod notatur per
Innoc.& Ioannē And,in c.venerabilem. de elec.
& in c.ad aures.quod met.caus. & in cap. debi-
tores.de iureiurand.& per Gloss.& Archidia.xv.
q.vi.auctoritatem. & in Speculo titulo.ij.§. nunc
dicendum. versicu. xxxiiij. In contrarium facit,
116 quia † iuramentum præstitum super contractu
solenniter inito tollit beneficium restitutionis
aduersus illum,per textum in l.j.C.si aduers.uēd.
* ubi Bar.Bal.& cōmuniter scriptores * iuramen-
117 tū† enim interpositū ad fauorem priuatum etiā
cōtra legem principaliter ob cōmodum priua-
torum editam, seruandum est si seruari potest si-
ne interitu salutis eternę,per notata in c.si uerò.
de iure.& in c.venerabilem. de elec. iuncta auct.
sacramenta puberum.C.si aduers.uend.& si † in
differētet peti posset absolutio,illa auct.de nihi-
lo seruiret,nec inuiolabiliter seruaretur.Damnū
enim rerū tēporalium post ponēdū est religioni
118 iuramenti,cū † anima sit præferenda. c.cū con
tingat.eod.titu.de iureiur.iuncto canone præci-
pimus,xij.q.i.& c.Matthęus.de simon. & ab ista
opinione non est discedendum cum sit cōmunis
ut supra,& tenet Imola in eo.c.cum causa . scili-
* cet Glo.& Docto.cōmuniter tenere * quòd iu-
119 ramentum † pręstitum per maiorem de nō ue-
niendo contra contractum,simpliciter præiudi-
cet ipsi iuranti,ut non possit intentari remedium
d.l.ij. licet contraria secundum Imolam uidea-
tur satis æqua, & fortè de iure defensari possit.
Sequendo igitur communem dicendum est id re
gulariter uerum esse.sed fallit.
120 Et primò:quando † tale iuramentum,uel cō-
tractus super quo interponitur fuisset metu ex-
tortum,tūc enim licet tale iuramētū obliget, ta-
mē iusta subest causa petēdi & obtinēdi absolu-
121 tionē.Incōueniēs enim esset q̄ † improbus ma-
lefactor ex sua improbitate cōsequeretur cōmo-
dū,cōtra l. itaque fullo.ff.de fur.ut plenius tenet
Glo.xv.q.vj.auctoritatem.& uoluit D.Nic.in c.
peruenit.de iureiu.per illū textū & text.in d.c.si
uerò.idem D.Nicol. in c.uerū.eo.tit.Quod ue-
122 rum† est,si sit talis metus qui in constantem ui
rum cadat: aliàs secus,c.cū dilectus . & ibi nota-
123 ta . quod met. caus. iuramentum † enim metu
extortum,licet de iure ciuili nullum sit , ut dicta
auctenti.sacramenta puberum.tamen de iure ca-
nonico non potest sperni auctoritate propria ,
sed petenda & concedenda est absolutio , ut in c.
ad audientiam . quod metus caus. & per Inno-
cent.in c.uenerabilis.de electio.& in c.ad aures.

quod

114 quod met.cau. Sed certè†uerius est, vt & metus non ita atrox & probabilis, si etiam iusta causa cōcedēdæ absolutionis in odium cogentium. & hoc placuit Host. quē sequit D.Nic. in d.c.verū.
125 Secundò fallit: quando†contrahens dolo inductus foret, puta ad uendendū, & per cōsequens ad roborādam uenditionem iuramento. Tunc enim tale iuramentum & si de iure canonico obliget, nihilominus cū sit talis quod auferas consensum, iuxta notata per Io. And. in c. vnico. comod. non impedit, quin possit peti, & impetrari absolutio, per ea quæ vult Inno. in c. ad aures. & in c. cùm dilectus. quod met. can. & quia dolosus aduersarius ex suo dolo inconueniēs est ut reportet cōmodū vt supra in præcedenti limitatione. & per ea q̄ superius dicta sunt: q̄n dolus dat causam cōtractui.
126 Tertiò fallit: †quando in cōtractu uenditionis adesset enormissima læsio, ut esset: quando esset ul
127 tra dimidium iusti pretij, iuramētum†enim tūc non debet esse uinculū iniquitatis. c. si Christus. de iureiu. & notatur in auct. quod ei a. C. de nup.
128 ex qua † enormissima læsione apparet de dolo re ipsa: vt l. si quis cum aliter. de verb. obl. meritò dicendum est talem læsionem esse iustā causam petendi, & respectiuè concedendi absolutionē à tali iuramento, vt uoluit D. Anto. in c. cum contingat. de iureiuran. Idem ibi D. Nico. & Pet. de Ancha. in repetitione. c. canonum statuta. in ij. principali quæst. & in quadam sua disputatione
* quæ incipit. C. laicus. & cōmuniter tenetur. *
129 Ampliatur ista fallentia procedere, †etiam si per maiorem fuerit renuntiatū enormissimæ læsioni, vel dictū q illud quod plus ualeret donat, ēt si fuerit in magna quantitate; quia omnia ista & similia restringuntur ad modicā læsionem, & quia hæc apposita censent potius ex consuetudine notariorum, qui nec & ipsi vt plurimū sciunt quid dicant, sed contractus & huiusmodi scribūt ex formularijs, vt uoluit in d. c. cum contingat.
130 D. Nicol.† in huiusmodi enim renuntiationibus vbi adsunt enormissimæ læsiones præsumitur potius dolus quàm verus consensus donādi. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. credit. l. qui testiū.
131 ff. de prob. per quæ indicatur†dolus qui interuenit re ipsa, & ex proposito, d. l. si quis cū aliter. Nec his obstant allegatæ Glo. supra in regula, & dicta per Doctores: quia & si firmēt maiorem sic iurantem non audiri, non loquuntur in relaxatione iuramenti, sed solum an habeat locum in eo remedium illius l. ij. & hoc consuetudo approbat, cum in dies per episcopos concedantur huiusmodi relaxationes seu habilitationes ab hmōi iuris.
132 Quartò fallit†in muliere seu rustico, ēt maioribus, mulier enim potius ex sexus fragilitate & simplicitate, & rusticus ex simplicitate & ignorantia, quàm ex deliberatione præsumitur q sic renuntient, & iurent. Ad hoc l. regula. ff. de iur. & fac. igno. §. j. & notatur. ff. de probat. in l. cum de indebito. §. primo. & ff. de edend. §. fina. in quibus minus dubium est, nam nedum quo ad beneficium dictæ l. secundæ. in quo requiritur læsio vltra dimidium, sed in aliis casibus, in quibus non ita enormissimè læderentur, facilius occurritur per prædicta. & hoc in rustico, opere & conuersatione.
133 Et hæc quando maior iurauit. Si uerò†non iurauit sed promisit simpliciter non uenire cōtra, uel generaliter renuntiauit beneficio sibi competenti, tunc non uidetur per hęc renuntiasse bene-
134 ficio d. l. ij. cum talis renuntiatio † & permissio nō trahatur ad ea quæ quis præsumitur ignorasse per ea quæ habentur. ff. transac. in l. cum Aquiliana. vnde non obstante tali renuntiatione uel promissione, poterit uenire contra intentando remedium dictæ l. ij. secundum Imolam in d. c. cum causa, dicētem quòd si excipiatur de tali cōuentione, poterit replicari, quòd dicta conuentio non præiudicat, cum uideatur erroneè facta, pro ut habetur in l. ij. §. circa. ff. de exceptio. doli. Ad hoc etiam quod habetur in l. fina. §. idem quæsit. ff. de condi. indebi.
135 Veniamus ad minorem, †& an ipse iurans excludatur ab omni beneficio fuerunt opiniones. Glo. in l. sciendum. ff. de uerbo. obliga. & Glos. in d. cap. cum causa. & Ioan. And. & Cardinalis, Host. in cap. cum contingat. de iureiuran. Dyn. in quodam suo consilio. Federicus de Senis consil. ccxix. Cyn. in d. l. ij. Salyc. in d. auct. sacramenta puberum. C. si aduers. uend. Bal. in l. si duo patroni. §. Iulianus. fuerunt in opinione iuramen-
136 tum † in minore operari solum respectu beneficij ætatis, et sic per illud prohiberi petere restitutionem in integrum, sed non excludere ipsum minorem à beneficio dictæ l. ij. et dicti cap. cum causa. nisi specificè de illo iuris beneficio fuerit
137 certioratus, contrarium tenuerunt scilicet †excludi etiam non certioratum ab omni beneficio Pet. de Bellapertica in d. l. ij. ubi Idem Bar. & Bal. in viij. colum. dum vult quòd iuramentum facit eum maiorem. Idem Bar. in d. l. sciendum. et Archidia. et Io ā. And. io c. ij. de pact. lib. vj. et Collectarius. in c. l. eod. tit. quos sequitur Imola in eadem l. sciendum. & in c. cum contingat. de iureiurand. cum quibus uidetur adhęrere Dominus Antonius de Butrio in dicto cap. cum causa. dum vult certiorationem præsumendam, nisi contrarium appareat, & tenet in eodem cap. Do. Nicol. circa quæ dicendum esse arbitror huoc articulum clarius declarando, prout colligi potest ex prędictis, & his quæ in dicto cap. cum causa. dicit Dominus Florianus. Quatuor esse casus considerandos.
138 Nam quandoque & primò, ipse minor†cōtrahens est deceptus ultra dimidiam iusti pretij, & iurauit non uenire contra ratione minoris ętatis, & tunc non pręiudicat sibi in remedio dictę l. ij. & dicti c. cum causa. sed tantum in beneficio restitutionis in integrum ratione ætatis vt volunt
* dictę Glo. & sequaces & communiter tenetur. *
et tūc quo ad illud remediūdictę l. ij. non habet.

V necesse

necesse petere absolutionem,cũ ad illud iuramen
139 tum tũc non extendatur,iuramentum† enim ne
dum quando in uno specificè est interpositum,
verum & si generaliter præstitum foret, potius
restringendum sit,quàm extendendum,adhoc vt
minus obliget iurantem. Ad hoc quod notatur
in cap.ad nostram.el ij. de iureiur.& in cap.j. de
iureiur. lib.vj.

Quandoque & secundò iurauit èconira, uide-
140 licet† nõ venire cõtra ratione deceptionis seu
lęsionis vltra dimidiũ iusti pretii,& tũc præiudi-
cat sibi in remedio dictæ l.ii.& dicti c.penul.Sed
nõ in beneficio restitutionis in integrum. Nam
141 quando† quis habet duo remedia,& in uno spe-
cialiter renuntiat,non præiudicat sibi in alio, vt
tenuit ipse Pet. de Bellapertica & Ioan. And. &
Imol.in d.c.pe.& Bartholom.de Salyceto in di-
cta auten. sacramenta puberum. & isto etiam
casu sic iurans,quoad beneficium ætatis non ha-
bet necesse petere aliquam à iuramento absolu-
tionem,cum super eo non intelligatur iurasse, &
✻ hoc etiam communiter tenetur. ✻
142 Quandoque & tertiò† ipse minor iurauit non
uenire contra ratione minoris ætatis,& ẽt ratio-
ne deceptionis seu læsionis,uel iurauit non ueni-
re cõtra ratione minoris ętatis, uel alia causa: &
tũc præiudicauit sibi in vtroq; remedio, adeò ꝙ
nõ poterit petere restitutionẽ in integrum,nec ẽt
poterit agere remedio dictę l.ii.de quo per Glo.
in d.c.cum causa,qđ est penultimum.& apertius
vult Bart.in d.auct.sacramenta puberũ.& Bal.in
d.l.ii.& Imol.in d.c.pen. per ea quæ habentur in
l.ii.§. sed uidẽdum.ff.de successorio edict.& isto
143 casu† minor censebitur,ut maior, & propterea
non excludetur à facultate petendi relaxationem
ab huiusmodi iuramento, in illis casibus, in qui-
bus permittitur & ipsi maiori,ut supra,imò faci-
lius cum maior in eo uideatur subesse iusta cau-
sa,vt superius dictum est.
144 Quandoque & quartò,ipse† minor iurauit sim
pliciter non uenire contra, & tunc,aut ex aliqui-
bus cõiecturis apparet quòd voluerit se restrin-
gere ad beneficiũ ratione minoris ætatis, ut quia
dixit talis sciens se minorem iurauit non venire
contra,& tunc ex tali iuramento non præiudicat
sibi in remedio dictæ l.ii.vt voluit ipse Bar.in d.
auct.sacramenta puberum.& Imol.in d.c. pen.

Aut non apparet ex aliquibus coniecturis: vt,
145 quia† simpliciter iurauit nõ uenire cõtra, & tũc
Glo.in d.l.ii.& in d.cap. penult. & in dicto cor-
pore, tenent quòd præiudicet sibi in beneficio
ætatis, & non in remedio dictæ l. ii. Quod & te-
net etiam Do.Nicol. de Mattarellis.Bart.& Bal.
in dicta l.ii.& Do.Florianus in dicto cap.penult.
pro quo facit l.i.C.si maior factus.secundũ Imo-
lam in eodem cap.penult.secundum quem tutius
est tenere hanc opinionem,cum sit ęquior.quòd
quis in dubio non uideatur renuntiare tam ma-
gnæ deceptioni,quando est læsio ultra dimidium
iusti pretii.esto quòd Petrus de Bellapertica, cũ
quo videtur tenere Ioan. And. in d.cap. pen. &
Bartholomęus de Salyc.in dicta auten.sacramẽ
146 ta puberum.aliud uoluerit,† tenendo quòd etiã
præiudicet sibi ipse minor iurans, in utroque re-
medio maximè per id quod habetur in d.l. ii. §.
sed uidendum. ff. de successor. edict. quod & te-
net etiam D.Nicol.in d.c.penult.per ea quæ ha-
bẽtur.xix.dist.si Romanorũ.Quorũ opinio pro-
cedere posset, prout voluit D.Anto.in co.c.cum
147 causam,quando† ipse minor fuisset certificatus
de vtroque remedio sibi cõpetẽte,aliàs si nõ fuis-
set certificatus, & tunc nõ excluderetur propter
tale iuramentũ.etiam à beneficio restitutionis in
integrũ,prout consuluit Dyn.quẽ sequitur Cyn.
in d.l.ij.dicens quòd si minor iurauit non venire
contra contractum de iure vel de facto,quód si
fuit læsus enormiter,& nõ fuit certificatus de be
neficio restitutionis.quòd poterit petere restitu-
148 tionem in integrum: quia† iuramentum nõ ex-
tenditur ad illa,de quibus nõ ẽst verisimile iurã-
tem sensisse.ff.ad municip.l.fin.in princ. Ad hoc
etiam quod habetur. ff. de iure patronatus in l.
adigere.§.fina.& C.de non numer.pecu.l.fin. pro
149 quo etiam facit, quia† solennitas extrinseca nõ
præsumitur l. quecunque.§. fina. ff. de publican.
& in l.sciendum.ff. de uerbo. obligat. vnde cum
150 † certificatio sit quædam solennitas extrinseca,
non pręsumitur nisi aliud appareat. Ad hoc quod
notatur in muliere, vt certificari debeat de Vel-
leiano,quando renuntiat.ff. ad Vellcian. l. fina.
§.pen.& ideò de cautela est in practica, ut mino-
res & mulieres certificẽtur de beneficiis compe-
tentibus,secundũ Dyn.cũ quo transit in d.c.pen.
Io.And.Petr.de Auch.& D.Florianus, qui ex his
151 videntur uelle ꝙ † iuramentum non noceat in
beneficio restitutionis,si minor nõ fuit certiora-
tus:quod & tenuit Federic.de Sen.in dicto consi.
aliàs consilio lxxxiiii.Similiter & in beneficio di
ctæ l.ii.& hoc etiam uidetur tenere in d.cap.pe-
nult.Do.Antonius & Do.Florianus, esto quòd
Bart. in dicta auten. sacramenta puberum. &
in dicta l. sciendum. & in dicta l. ii. & in consi-
lio suo, quod incipit. dilecto domino Francis-
co.tenuerit contrarium, dicens secum sensisse
152 plures canonistæ, uidelicet† quòd si minor iu-
rat non uenire contra contractum, præiudicet
sibi, licet non appareat aliter certioratum. per
id quod habetur in dicta auten. sacramenta pu
berum. quæ simpliciter loquitur. & in l. si duo.
§. Idem Iulianus.& in l. duobus. §. si quis iura-
uerit.ff. de iureiuran. Pro quo etiam facit: quia
licet de hoc non fuerit cogitatum in specie, ta-
men fuit cogitatum in genere, quod sufficit
per notata in l. sub prætextu.C.de transact. & in
l.qui iure. ff. de testamen. milits. Ad hoc quod
uoluit Ioannes Andr. post Archidiacon. in cap.
quanuis.de pact. libro vi. vbi uidetur idem sen-
tire.Quorum opinio procedere posset secundum
Bald. in dicta auten. sacramenta puberum. &
153 in dicta l.ii.quando† minor contraxisset cum

auctoritate

auctoritate curatoris, cum tunc sibi præiudicet:
quia scientia curatoris censetur esse scientia ip-
sius minoris.ff.de acquir.hære.l.pupillus. Aliàs si
cõtraxisset sine curatore, & tunc quantumcunque
interuenerit decretum iudicis, nihilominus sibi
nõ præiudicabit, cũ præsumatur ignorare ius sibi
cõpetens.ff.de eden.l.j.in fin.& ff.de iuris & facti
ignor.l.regula.§.j. Nec reperitur hoc iure cautũ,
quod scientia iudicis suppleat scientiã ipsius mi-
noris, & ita procedere poterit opinio Dyni & se-
quacium secundũ Bald.in dictis iuribus. Sed cer-
tè hæc distinctio nõ uidetur bona: quia imò repe
154 ritur iure cautum † quòd iudex supplet defectum
curatoris.l.bonorũ.C.qui admitti.& l.si infanti.
C.de iure delibe. vnde eius sciẽtia supplebit sciẽ
tiam minoris. Præterea quantumcunque minor
contrahat cum auctoritate curatoris, & ipse cu-
rator sciat, nihilominus ex quo ipse minor qui
principaliter cõtrahit, & de cuius præiudicio tra
ctatur, præsumitur ignorare beneficium sibi com
petens, & ideò non nocebit sibi, si non fuit alter
certioratus, vt voluit ipse Bartholomæus in dicta
auctẽn. sacramenta puberum, qui tamen non de-
clarat quæ opinio sit de iure uerior.
155 Circa quæ videtur posse dici quòd † debeat de
iure certificari ipse minor, sicut & certificãda est
mulier de beneficio Velleiani, cũ aliàs nõ fiat sibi
præiudiciũ: prout notatur in d.§.penult.& ita in
muliere seruatur communiter in practica, sed nõ
in minore, & nihilominus iuramentum serua-
tur, & sic consuetudo uidetur approbare opinio
nem Bart. pro qua facit Gloss. in dicta l. ij. & in
dicto cap. penult. quæ simpliciter dicunt iuran-
tem sibi præiudicare, & non requirunt certifica-
tionem aliquam, secundum Imolam in dicto cap.
penult. qui tamen dicit quòd opinio Dyni, cum
qua uidentur residere, Ioannes Andr. dominus
Petrus de Ubal. Florianus & D. Antonius videtur
esse multum æqua, & ita etiam in dicto cap. pe-
nult. & in dicto cap. cum contingat. Sed licet hæc
opinio sit multum æqua, tamen contraria opinio
156 uerior uidetur de iure, † ut non requiratur ip-
sa certificatio, ex quo non reperitur iure cautum,
157 imò potius textus † in dicto c. quamuis. & in di-
158 cta † auctẽn. sacramenta puberum, simpliciter
loquentes uidentur innuere contrarium, ex quo
certificationem non requirunt, & satis uidetur
esse quòd in genere uoluerit minor à se abdicare
facultatem ueniendi contra. Ad hoc quod nota-
tur in cap. fin. de maior. & obed. Præterea iura-
159 mentum est de iure diuino, quod † non licet ali
cui ignorare. C. de in ius voc. l. ij. & xxix. dist. si
tuæ: secundũ D. Nicol. qui hoc idem uidetur tene
re in d.c. penu. & Collectarius in d.c. ij. de pact. qd
& tutius est uidetur, ne periurium incurratur. Ad
hoc quod notatur in c. iuuenis. de sponsal. & hoo
160 fuit uerius cõiter tenetur per Modernos, & in
* practica obseruatur, & hoc nõ petita absolutione
cũ illa petita sit eidẽ cõcedẽda ut supra est cõclu
sum. & tũc uenire poterit contra. quæ omnia not.

21 Circa sextum principale quando uenditiones
dicantur simulatæ, tres casus sunt considerandi.
161 Nã quandoque & primò, † contrahentes uolen
tes mutuũ contrahere, & pro ipso mutuo pignus
dare, simulant venditionẽ, & hoc apparet, & tunc
clarũ est, quòd contractus taliter simulatus nõ ualet,
sed de eo dubitatur, ut de mutuo, & pignore pro
eo dato.l.iij.C.plus ualere quod agitur.
162 Quandoque, & secundò, ipsi contrahentes † uo
lunt quòd sit in uero uenditio, & hoc constat quòd
uoluerunt quòd uenditio sit, & tunc ualebit, ut
uenditio, quantumcunque sit appositum pactum
de reuendendo, ut d.l.ij.
163 Quandoque & tertiò, dubitatur, † an sit uendi-
tio uel pignus, & mutuum, & tũc quid in dubio
164 dicẽdum sit Glo. in c. ad nostram. † de empt. &
uend. relata ad text. uidetur uelle quòd in dubio
præsumatur contractus simulatus loco pignoris,
& in fraudem vsurarum factus, & non uera uendi
tio, si concurrant coniecturæ de quibus in illo
textu, qui uidetur duo requirere adhoc ut con-
tractus præsumatur simulatus, vel vsurarius, vi-
165 delicet † paruitas pretij, de qua in alia sequenti
Glo. in eo. c. ad nostram, quæ tamen sola nõ suffi
cit, cũ licitum sit contrahentibus se decipere ces-
sante dolo, dummodo deceptio non sit ultra dimi
dium iusti pretij.ff.de minorib. l. in causæ. §. in
pretio. vbi de hoc, de quo in c.j.& in c. cum dile-
cti.de emp.& vend. Item pactum de reuendendo
ad certum tempus solũ non sufficit ad præsumen
dum contractum pignoratitium, vt d.l.ij. sed be-
ne si ambo cõcurrant, secundũ dictã Gl. relatam ad
dictũ tex.c. ad nostrã. & hãc opinionẽ tenet Glo.
notab. in c. conquestus. de vsur. & Inno. Io. And.
D. Anto. Imol. & Do. Nicol. in d. c. ad nostram.
Archid. xiiii. q. iii. plerique. Goffred. & Hostien.
in eorũ summis. in titu. de pign. & pro ista parte
consuluit Signorolus de Homod. Mediolanensis
in quodam suo consilio, cui subscripserunt plu-
res eminentissimi uiri. Contrarium tamen tenuit
Iacob. de Arena in l. iiii. C. plus ualer. quod agit.
quem ibi sequitur Dyn. & sequitur Cyn. & Bald.
& idem Bald. in c. j. in titu. de feud. dat. in vic. leg.
cõmiss. in vsib. feud. Io. And. in d. c. illo uos. de pi-
gnor. vbi Laurẽt. de Pinu. Pet. de Anch. & Cardi.
Flor. in d. c. ad nostrã. Quorũ dicta recolligẽdo,
& quantũ fieri poterit ad cõcordiã redutẽdo, &
quæ uerior sit opinio declarando, cõcludi potest,
166 Quod aut apparet † quòd originalis causa fuit
mutuũ, vt quia apparet, quòd ego petii à te certã quã-
titatẽ sub mutuo offerẽs pignus, & tu dixisti quòd vo
lebas mutuare, sed nõ cõficere instrumentũ in for
ma mutui seu pignoris, sed pactũ eras emere, &
pro eodẽ pretio ad certũ tẽpus reddere: & ita fuit
factũ, & tũc præsumetur procul dubio cõtractus simula
tus, & in fraudẽ vsurarũ factus, maximè si modicũ
pretiũ interuenit, vt voluit in d. c. ad nostrã Host.
argu. illius c. Ad idẽ. ff. ad Velleian. l. quãuis. §. si
sũ essem. cũ quo ibid. residet Io. And. & hoc etiã
* uoluit Bal. in d. l. iii, & ita cõmuniter tenetur. *

167 Aut non † apparet quòd originalis causa fuit
mutuum, & tunc, aut fuit factum pactum de reuē
dendo pro maiori pretio quàm non sit primum
pretium, & ex hoc præsumitur contractus pigno
ratitius & simulatus, prout uoluit in eo.c. ad no-
stram D.Flor. per ea quæ habētur in d.c. illo uos.
& hoc uoluit D.Nico. in eodem c. ad nostram. &
* communiter tenetur. *
168 Aut † fuit factum pactum de reuendendo pro
eodem pretio. & tunc, aut cum tali pacto cōcur-
rit aliud pactum, uidelicet de computando fru-
ctus in sortem, & ex his præsumitur contractus
pignoratitius, & simulatus: ut d.c. illo uos. secun
dum D.Florianum in eodem c. ad nostram. pro
169 quo facit, quia † de natura emptionis est, ut fa-
ciat fructus suos, & nō teneatur cōputare in sor-
tem, quod est de natura pignoris, secundū Imol.
ibidem. Ad hoc quod habetur in d.l.ij. & in d.c.
illo vos. quod et tenet D.Nicol. in d.c. ad nostrā.
* & etiam communiter tenetur * quidquid dixe-
rit D.Anto. in d.c. illo uos.
170 Aut † tale pactum de computandis fructibus in
sortem, nō interuenit, & tunc, aut cum pacto de
reuendendo nō interuenit paruitas pretii, sed iu
stū pretium, & ex hoc non præsumitur cōtractus
pignoratitius, & simulatus, prout uoluit Gloss. in
d.c. ad nostram. per d.l.ij. quod fortè procederet,
etiā si contrahens sit usurarius. prout uoluit Bal.
post Cyn. in d.l.iij. quorum dictum ita procede-
re poterit, & similiter dictum Petri & D. Floria-
ni, dicentium quòd etiam si tria concurrant, non
præsumitur contractus simulatus et pignorati-
tius. inter quę est paruitas pretii, ita quod fortè eo
rum dictum procederet, si interueniat pretiū nō
iustum sed paruū, dūmodo nō sit ita paruū quod
sit dimidium iusti pretij, uel etiam minus, non
tamen modicum, cum tunc non habet locum di-
spositio d. cap. ad nostram. pro ut infra patebit.
Quod tamen non procedit sine dubio in consue
to fœnerari, cū cōtra eum de facili præsumatur,
pro ut infra patebit, unde in hoc casu relinquēdū
erit hoc arbitrio iudicis: arg. l. dolum. C. de dolo.
171 Aut † cum tali pacto de reuendēdo cōcurrit par
uitas pretij, ut quia fuit uendita res pro dimidia
uel minus dimidia iusti pretij, et tunc, aut pactū
de reuendendo fuit limitatum post certum tēpus,
ut quia fuit promissum reuendi post certum tem
pus, et tunc pręsumitur contractus simulatus et pi
gnoratitius. et est ꝓpriè casus d.c. ad nostrā. secū
dum D.Flori. et D.Nico. ibi. Quod maximè pro
cedet: quando concurrit quædā alia coniectura.
videlicet ꝙ esset usurarius, prout erat ille de quo
ibi, secundum Aegidium et D.Pet. ibidem. Quod
licet in se uerum sit, tamen ex litera dicti c. non
apparet, ut ibi per Imo. qui post D.Anto. uidetur
uelle quòd hoc procedat etiam si non appareat
quòd sit usurarius. Ad hoc quod notatur in d.c.
illo. et ita, procedere poterit quod uoluit Glo. in
d.c. ad nostram. relata ad textum ibi. Ad hoc nota
tur per Glo. in dicto. c. conquestus. de usur.

172 Aut non fuit ita † limitatum, sed fuit factum pa
ctum de reuendendo simpliciter. uel de reuēden
do quandocunque uenditori placuerit: et tunc
pręsumetur cōtractus simulatus, et pignoratitius,
prout uoluit Gl. in d.c. ad nostram. et Inno. & cla
rius, d.Glo. in d.c. conquestus, quę dicit ꝙ par-
uitas pretij cōcurrens cum pacto de reuendēdo,
quandocunq; uenditori placuerit, facit præsumi
contractū usurarium, & pignoraticium pręcipuè
si consuetus sit usuras exercere. per id quod habe
173 tur in d.c. illo vos. † ubi ponitur dictio, præser-
tim, quæ importat idem quod maximè, & sic vide
tur uelle quòd idem sit, si nō sit consuetus fœne-
rari, & hoc uidetur voluisse Archid. xiiij. q. iii. in
canone plerumq;. & D. Anto. in eo.c. ad nostrā.
* Quod vt supra communiter tenetur * & satis vi-
detur rationabile propter fraudes quæ quotidie
fiunt in fraudem usurarum & pro eis palleandis,
istud pessimum genus hominū excogitat. quod
& tenent in d.c. Imo. & D.Nicol. maximè ex eo:
174 quia † ex modicitate pretij præsumitur qualitas
contractus. prout uoluit Glo. notabilis. in l.j.ff. de
superfic. esto quòd Cynus & Bald. in d.l.iij. & D.
Petr. & D.Floria. in prædicto c. & alij supra alle-
gati aliud tenuerint, & non bene, nisi eorum opi-
nio dicatur procedere, prout supra dictum fuit.
Vnde cōcludi pōt, ex modicitate pretij aliquali-
ter cōsiderabili, & ex pacto de retrouēdo dici pos
se cōtra cōtractū vēditionis de simulatione & pi
gnore. & hoc ex prædictis uerū esse regulariter.
175 Quod ampliatur & primò, ēt procedere † si in
huiusmodi contractu adiecta sint illa verba, ꝙ vē
dēs vendidit uerè & nō fictè seu simulatè, cum ta-
lis clausula non cōsueta apponi, non tollat præ-
sumptionē simulationis. Imò inducat maiorē su-
spicionē & fraudis præsumptionē: vt voluit Bal.
in d.l.iij. & Imo. in eodem c. ad nostram. Ad hoc
quod notatur per Glo. ff. de cond. instit. l. si quis
sub conditione. optimè faciunt notata per Bart.
in l. nemo potest. ff. de legat. iij.
176 Ampliatur & secundò procedere, † etiam si in
contractu sit renuntiatū omnibus exceptionibus
cōpetētibus: quia tunc nihilominus poterit oppo
ni exceptio simulationis, cū ēt talis renuntiatio
censeatur simulata, ꝓut & ipse contractus, et in
quo apponitur. prout uoluit Bar. in l. nemo pōt.
ff. de leg. j. & in l. j. §. j. ff. quod vi aut clam. & hoc
177 quando † talia renuntiatio fuisset facta in ipso
contractu, seu eius instrumento.
178 Ampliatur & tertiò procedere, † etiam si in ta
li contractu appositum sit iuramentum, cùm iura
mentū appositū super contractu simulato non
impediat dici de simulatione, prout uoluit Glo.
in d.l.iij. & ibi Bald. & D. Petr. & Do. Floria. &
179 D.Nicol. in d.c. ad nostram. ex eo quia † cum
deficiat consensus in tali contractu simulato,
non extendetur iuramentum ad ipsum, per id
quod habetur in l. fina. C. de non numerat. pe-
cun. Et quia sicut est simulatus contractus, ita
uidetur interpositum simulatè iuramentum, ut
dicit

dicit Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. quod ubi deficit consensus, uel cōsensus est limitatus certa conditione, eodem modo intelligitur iuramētū.

Fallit tamen dicta regula in tribus casibus, & 180 primò: † quando post contractum & instrumētum ex interuallo per uenditorem renuntiatum foret omnibus exceptionibus cōpetentibus: nam tunc non posset postea opponere exceptionem simulationis; ut uoluit Bar. in dicta l. nemo potest. per id quod habetur in l. ij. C. quod met. cau. secundum D. Floria. & Imol. in d. c. ad nostram.

181 Secundò fallit: † quando expressè esset iuratum omnia & singula in instrumento contenta esse uera: quia tunc allegando simulationem ueniret contra iuramentum, secundum Imolam ubi supra. Ad hoc quod notatur per Bartol. in l. post mortem. ff. de adopt. & per D. Antonium in d. c. cùm contingat. ubi hoc clarè uult D. Nicolaus.

182 Tertiò fallit: quando † post contractum & instrumentum ex interuallo uenditor fateretur uēditionem fuisse ueram, non fictam, non simulatā, seu pignoratitiam, secundum D. Nicolaum in d. cap. cùm contingat. ex eo: quia uidemus quòd 182 † contra prǽsumptionem iuris & de iure admittitur in contrarium partis confessio, ut an-deo. sed iam necesse. C. de dona. ante nupt. & cap. is qui fidem. de sponsal. Facit quod notanter uult Innocent. in c. quia plerique. de immu. eccles. ubi uult, 183 quòd † contra sententiam quæ transiuit in rem iudicatam, admittatur partis confessio detegens iniquitatem. & sic reuocetur.

Quæ omnia sanè intelligas. Nam secundum 184 quod dictum est regulare esse, † ut concurrente paruitate pretij, & pacto de retrouendendo, dici posse contractum simulatum & pignoratitium, tunc de simulatione excipi posset, etiam non petita absolutione à iuramento, secundum allegatā Glos. notabilem in l. ij. C. plus ualere quod agit. quæ firmat iuramentum non obstare, quin opponi possit de simulatione: ut & ex superius dictis 185 clarè patet. Sed istud minimè procedere † in supradictis tribus casibus & fallentiis, in quibus iuramentum obligat, non tamen excludit iurantē, quin & ab eo non possit peti absolutio habitis cōsiderationibus, de quibus supra.

186 Circa septimum quod est † periculum rei uenditæ, & casuum fortuitorum ad quem pertineat: dicendum est regulariter pertinere ad emptorē. insti. de empt. & uend. §. cùm autem. l. si ea res. ff. de act. emp. l. Lucius Titius. ff. de euict. Quod licet uerum sit, tamen fallit.

187 Et primò: quando † uenditio facta fuit in scriptis, tunc modo non completo periculum est uēditoris. d. §. cùm autem. & l. cùm inter emptorem. C. de peric. & commod. rei uend. & l. contractus. C. de fid. instr. ubi ponitur ratio, quæ est: quia ex tali contractu imperfecto nullum oritur ius uel actio, quinimò locus est pœnitentiæ, secus si sine scriptis. cū tunc ptineret ad emptorē, ut in regula.

188 Secundò fallit: quādo † uenditio non fuit pura, sed cōditionalis, cū tunc si res uendita pereat uel deterioretur, periculum non transeat in emptorem. l. necessario. §. quod si pendente. uersicu. sané si res extat. ff. de pericu. & commodo. rei uendi.

189 Tertiò fallit: qñ † uenditio fuit facta in genere. puta, uendo unum seruum, tunc periculum spectat ad uenditorem, & non transit in emptorem ante traditionem. l. cum quæ. & l. quod si neque. ff. de peric. & commod. rei uend. & ratio est secundum Glos. in d. l. quod si neque. Quia quando in specie fit uenditio pacto emptor in se suscipit periculum, secus si in genere: quia genus non perit. l. in ratione. §. uerum. ff. ad legem Falcid.

190 Quartò fallit: † quando & si in specie est facta uenditio, tamen incertitudinaliter: ut quia dictū uendo hoc uel illud, cū tunc primum si perit, periculum sit uenditoris, & non transeat in emptorē. l. si in emptione. §. si emptio. ff. de cōtrah. emp.

191 Quintò fallit: † quando ipse uenditor fuit in culpa seu dolo, tunc enim ipsius & non emptoris esset periculum. d. §. cùm autem. & §. quod si fugerit. insti. de empt. & uendi.

192 Sextò fallit, † quando in tradendo mora ipsius uenditoris intercessit, tunc enim ipsius est periculū, nec tunc in emptorē trāsit. l. cùm emptorē. C. de peric. & commo. rei uēd. & l. illud. ff. eo. tit. & d. l. si ea res. ff. de act. emp. in si. principij.

193 Quod amplia, pcedere † siue res fuisset peritura penes emptorē siue nō. l. cū res. §. si. ff. de leg. j. & hoc uerū distinctione de qua in d. Glos. §. cū autē. & Glo. in l. item si uerberatū. §. si. ff. de rei uē.

194 Septimò fallit: † quando furto res uendita periit, si cōim à uenditore culpa abest periculum ētā si in emptorem: secus autem si uenditor in culto dia fuit in culpa. l. quod sæpe. §. si res uendita. & ibi Bartol. ff. de rei uendic.

195 Octauò fallit: quando † res uendita & nō tradita ui adēpta esset pp inimicitias personæ ipsius uenditoris. Nam licet si aliàs non teneretur & pe 196 riculū esset emptoris, cū custodia † aduersus vim parū proficiat. l. si ea res. ff. de act. empt. teneaē quoque, tūc tamē cedere actiones, secus tamē quando ob suas inimicitias id euenisset: tūc enim uidet deperdita sui culpa: & propterea eius & non emptoris erit periculū. l. si merces. §. culpæ. ff. de action. empt. l. penult. in principio. ff. sol. matrim. secundum Bartolum in dicta lege si ea res. aliàs secus vt l. finali. C. de actiou. empti.

197 Quod ampliatur procedere: qñ uenditor † promisisset rem uenditam defendere de iure & de facto: tūc enim etiam post traditionem, si ob inimicitias uenditoris res uendita emptori ui adēpta fuerit, periculū erit ipsius uenditoris & nō emptoris, secūdū Bar. in l. stipulatio ista. ff. de verb. obl.

198 Nonò fallit: quando † res uendita siue ante traditionem siue post, publicata foret maleficio uenditoris, tunc enim uenditoris & non emptoris esset periculum. l. si fundus. ff. locat. & ibi Glos. secus si delicto emptoris, ut l. Lucius Titius. ff. de euict. & ibi Glossa.

esse euictam per sententiam, ff. de euict. l. habere licere, ut plenius per ipsum Imolam. quod nota quia est notabilis fallentia et ad sequentē regulā.

Visum est uenditorem teneri de euictione, sed regulariter non ante secutam euictionem. pro complemento istius utilis materiæ restat uidere. Quando re euicta per sententiā, de euictione uenditor teneatur. & dicendum est ut supra regula-
214 riter † uenditorem re euicta emptori teneri de euictione. dicta l. qui rem. & l. non dubitatur. C. de euict. agendo hoc modo uidelicet uel ad interesse actione exempto, uel ad duplum, actione ex stipulatu, si stipulatio intercessit, pro ut plenius notatur in l. exempto. ff. de act. empt. & in l. euicta. & l. habere licere. ff. de euict. Quod licet uerum sit regulariter, ut agere possit emptor tunc de euictione, tamen fallit.

215 Et primò, quando † ipse emptor non denunciasset omnino, uel non debito tempore. prout est textus in dicto c. si uenditori. & ibi Glo. & textus in l. emptor fundi. & l. auctore. C. de euict.

Quod tamen sublimitatur, & primò non pro-
216 cedere, † quando stetisset per uenditorem quo minus ei denunciatum sit, ut quia latitauit, uel impediuit ne citatio ad eum peruenire posset; nā & tunc teneretur de euictione. l. si ideò. §. præsenti. & l. si dictum. §. si præsente. ff. de euict. Glos. in dicto c. finali. de empt. & uendit.

217 Et istud ampliatur procedere † quomodocunque aliàs emptor denunciare non posset: secundū Abbatem, relatum per Imolam ubi infra. sed tu-
218 tius erit seruare practicam † Clementinæ causam, de elect. secundum Glo. in d. Clem. & Imolam in d. c. fin. uidelicet, si copia ipsius uenditoris haberi non possit, fiat denunciatio ad domum, in qua communiter consueuit habitare, & si de illa non appareat, poterit fieri apud ecclesiam cathedralem in scriptis, ut plenius in d. Clemen. & etiā in loco ubi est res de qua fit quæstio. Ad hoc quod notatur. ff. de damn. infec. in l. iiij. §. prætor, secundum Imolam ubi supra, † qui fuit excellentissimus doctor, & ut plurimum eius opiniones sunt ueræ de mente iuris. & ista denunciatio ut dicatur legitima & excuset, considerandus est modus & tempus. modus: quia non sufficit simpliciter denunciare litem motam, sed quòd mota est à tali. & quòd ueniat ad defendendum, ut plenius per Barto. in l. non solum. §. morte. circa tempus. Glos. in d. c. finali tenet fieri posse quolibet tempore, dummodo nōn nimis iuxta sententiam, per l. si rem. §. quolibet. ff. de euict. Petrus de Sansono fuit in opinione posse fieri quandocunque antè quàm sit in causa conclusum ita intelligendo di-
219 ctum. † §. quolibet. pro quo facit quod habetur in c. cum dilectus. de ordin. cognit. Vel potest dici, ut tenet Hostien. in d. c. fin. quòd fieri potest donec ius sit saluum uenditori, argumento eorū quæ habentur. ff. de optio. legat. l. mancipiorum. cum l. sequenti. Imò & plus uoluit Glos. in d. §. quolibet, quòd si fiat denunciatio per emptorem uenditori in causa appellationis, ualebit, dummodò omnia iura sint integra ipsi uenditori circa testes, & alia: & nihil deperierit. per id quod habetur in dicta l. mancipiorum. & l. sequenti, & etiam tenet in d. cap. finali. Vincentius, cum quo residet Ioannes Andr.

Circa quod dicendum est, hæc dicta coniun-
220 gendo, quòd hæc † denunciatio fieri poterit in causa principali, & proderit, dummodo fiat ante conclusionem in causa, ex tali tempore quòd omnia iura uenditoris sint integra. & similiter fieri poterit in causa appellationis ante conclusionem in causa, & proderit, dummodo iura ipsius uenditoris sint salua, ut supra, & hoc quando ius agēdi de euictione, propter quod fit ipsa denunciatio surgit ex causa onerosa, ut est contractus emptio-
221 nis, uel similis, aliàs si surgeret † ex causa lucratiua: & tunc debebit denunciare ante iudicium cœptum, hoc est ante litis cōtestationem, ad hoc ut agere possit de euictione; ut l. si concubinam, §. si hæres. ff. de legat. iij. ubi Dynus hoc tenet, quem sequitur Ioannes Andr. in d. c. fina. quod & tenuit Bart. in d. §. si hæres. & Cynus in l. quoniā. C. de euic. non enim est par ratio, l. fin. C. de codi. cum magis astringatur ille qui uult agere de euictione, si prætendat causam lucratiuam, quod procedit siue causa lucratiua sit ex causa legati, ut d. §. si hæres, cum in certis casibus hæres teneatur legatario de euictione de quibus. C. de legat. l. cum alienam. siue sit lucratiua ex alia causa quàm legati, † ut donationis, cum aliquando agi possit de euictione contra donantem, prout est quando in ipsa donatione expressè esset promissum de euictione, cum tunc teneatur de euictione, etiam si donatio incipiat à traditione. l. ii. C. de euictio. uel quando donatio incepisset à promissione seu à conuentione, secundum quod habetur. C. de donat. l. si quis argentum: prout plenius habetur per Cynum in d. l. quoniam. si uerò incepisset à traditione, ut quia simul donatum & promissum. & tunc agi non poterit de euictione ad totale interesse; ut dicta l. ii. sed bene ad interesse particulare, puta; quo ad expensas, quando donans fuisset in dolo. prout notatur. ff. de donat. l. Aristo. secundum D. Nicolaum in eodem c. fina. circa quæ uide plenius notata in l. i. C. de iure dot. per Glo. & per Bart. in d. l. quoniam. ubi Cyn.

Supradicta prima fallentia quæ est; quando non denunciasset; uel si denunciauit non denunciauit debito tempore, ut supra sublimitatur.

222 Et primò; quando † fuisset remissa ipsa denunciatio seu necessitas denunciandi, prout hodie cōmuniter fit in instrumentis, cum tunc non sit necesse quòd denuntietur. per id quod habetur. ff. de euiction. in l. Hærennius.

223 Secundò sublimitatur: quando † ipse uenditor fuisset sciens, cum tunc teneatur de euictione absque, alia denuntiatione, non enim tunc est necesse quòd aliud denuntietur, ut uoluit Glo. C. de euict. l. emptor. dicens tutius tamen esse ut denūtietur.

tietur.in casu præmisso: argumento l.denuntias-
214 se.§.quod tamen.ff.de adulter.certus† enim cer
tiorari oon debet.l.i.in fine.ff.de act.empt. Istam
sententiam secutus fuic Cynua in dicta l. emptor.
hoc idem uolnit Dyn.in regula, eum qui. de reg.
iur.lib.vi. Contrarium uoluit Speculator in ti-
tulo de empt.& uend. in fine, uidelicet, quòd etiã
225 tunc† teneatur denuntiare, per l.nõ solum.§.is
qui.ff.deliberat.leg.cum quo uidetur residere Io-
annes Andr. ibi in additionibus in fine. & in di-
cto.c.finali. ex eo: quia licet ubicunque requiri-
226 tur† denuntiatio solum ad finem certificandi,
noo requiratur quòd fiat denuntiatio ei qui cer-
227 tus est, tamen ubi † denuotiatio fit ad alium fi-
nem quàm certificandi, ut contingit in casu isto,
in quo denuntiatio fit ad fioem ut ueniat ad de-
feudendum & producendum probationes, & tunc
cum ex sola scieutia licet habeatur certificatio,
oon habetur tamen alius finis propter quem fit
denuntiatio. ideò ea igitor tunc denuntiatio. per
dictam l.denuntiasse. ubi Bart: hoc idem tenuit
& idem Bart. in l. non solum.§. morte.ff. de noui
oper. nuntiat.& idem Bart.Bald.& Ange.io l.qui
absentem.ff.de procurat.quam opinionem uti ue
riorem tenent in dicto cap. finali. D. Petrus, &
D. Florianos & D. Antonius, per ea quæ haben-
tur in l.si parentea. & in l. cum successores.C. de
eniction.in quibus iuribus patet quòd talia de-
ountiatio fit ipsi ueuditori, ut defendat, & liti as-
sistat, de quo uideiur casus in l.si rem.§.fina.ff.de
euict. & in dicta l.absentem. & ab ista opinione
* communiter retenta non est recedendum. *
Quartò sublimitatur dicta fallentia: quando
228 †emptor & uẽditor in eodem iudicio essent si-
mul conuenti ab eo qui rem euicit, tunc enim &
si emptor aliter uenditori noo denuntiauerit, su-
peratus tamen agere poterit de euictione contra
uenditorem, secundum Glo.singularem in uerbo,
posit.in l.si dictom.§.si pręsente.ff.de euic.quam
sequitur Bald.io l.fio.C.de usu.re.iud. & in l.si li-
bera.C.de sentent.& interlocut.omo.iud. & tum
* ea communiter transeunt Doctores. *
229 Sublimitatur & quintò: quando† uenditor abs
que alia denuntiatione, uel quòd aliter conueni-
retur, sponte fuisset ad defendeodum, tunc em-
ptor superatus agere posset de euictioue contra
eum. nec posset replicari de non facta denuntia-
tione. Ad hoc ratio decisionis proximæ fallentię.
& est de mente Glos.in oerbo, non afficit. in l.em
ptor. C.de euictioni. ubi dicit non affuit, quo ca-
su magis propter absentiam suam quàm propter
malam causam quam habuit amisisse uidetur: er-
go si affucit & superatus est, uidetur uelle quòd
sufficiat ut agere posit de euictiooe. Præterea
cessat utraq; ratio, quare dicitur requiri denuntia
tio, & uterq; finis, si adest & defendit, instructio
enim maximè in hoc cõsideratur, ut l.si fuodo.ff.
de euict. & audio ita cõsuluisse Raphaelẽ Fulgo.
230 Sublimitatur & quintò: † quando uenditor
iurasset defendere. tunc enim absque eo quòd re-
quiratur si sciat & non iuit ad defendendum, ui-
detur contra eum agi posse de euictione re euicta
per sententiam: esto quòd illi aliter oon denun-
tiatum sit. ut uidetur uelle in c. breui. de iureiur.
Ioannes And. D. Antonius & Imola, & D. Nico
laus. dum dicunt quòd si oasallus uel alius pro-
misit defendere ecclesiam, & ita iurauit. si iurans
sciat necessitatem ecclesiæ, quòd tunc non est ne
cessaria alia requisitio. per id quod uoluit Specu
lator in titulo de aduocato.§.i.uersi.quid si is qui
iurauit. Glos. tamen io d.c. breui. dum arguit ad
partes, uidetur residere io contrariũ. pariter Glo.
io c.cupientes.§.si uerò. de elect. libro vi. in uer-
bo, contempserit. unde & si uera opioio sit Spe-
culat. & sequacium licet & illa iuribus oon fir-
231 metur, non tamen † uidetur fortè procedere in
casu nostro, cum iuramentum nihil addat con-
tractui, sed contractum roboret, & intelligatur
secundum naturam illius.l.fi.C.de non nomerata
* pec.& ita practicatur & cõmuniter obseruatur. *
Secundò fallit regula, de qua supra, quæ est
re euicta emptorẽ agere posse de euictione; quan
232 do † sententia fuisset lata contra ipsum em-
ptorem in eius contumacia, pro ut notatur in te-
xtu.c.finalis. de emp.& uend.ibi, uel contumaci-
ter. per D. Antonium & Imolam, & est textus.in
l.i.C. de peric. & commod. rei oend. ubicunque
233 enim sentẽtia † lata contra unum tendit in præ
iudicium alterius, iuxta notata in c.cum super.de
re iudic.& io c.penultimo eodem titulo, tunc de-
mum ipsa sententia præiudicat tertio; quando
lata est in præsentem & noo in contumacem.l.si
ideò.ff.de euict. & l.qui repudiantis, §.finali.ff.de
inoff.testam. & in l.præses. C. de interrog.act.ex
234 quibus patet quòd & si emptor † denuntiaue-
rit uenditori litem motam, & ut ueniat ad defen-
dendum, si postea desistat, & in eius contumaciã
feratur contra eum sententia: quòd de euictioue
agere non poterit in uim illius rei iudicatæ cõtra
uenditorem: non enim denuntiatione facta exi-
mitur emptor à prosecutione litis; nã debet in ea
perseuerare, secundum Glos.& Doct.in l.si ideò.
ff.de euiction. Quod licet uerum sit, tamen subli-
235 mitandũ est, & primò, non habere locum† quã
do parte præsente plenè discussum foret & liqui-
datũ de iure alterius partis, licet tẽpore sententiæ
fuisset absens, tunc enim psumitur oon ex contu-
macia, sed ppter iniustitiã fuisse condẽnatũ. unde
de euictione agere poterit. secundũ Bart. io l.si su
patus.ff.de euic.quẽ sequit D.Nico.in quodã suo
cõsilio quod incipit. uidet primo dictã legatariã.
Sublimitatur & secundò secundum Bald. in l.
res inter alios. C.qoib.res iud.non noc. non pro-
236 cedere † quando ex inspectione actorum po-
test apparere de bono iure repetentis rem suam,
& sic quòd sententia fuit lata ob illius bonum ius,
& noo ob absentiam seu contumaciam ipsius, nõ
propterea excluditur quin posit de euictione age
re contra uenditorem, quem sequitur D. Nico-
laus in dicto consilio.

235 Tertiò

235 Tertiò fallit; quando † emptor tardè denuntiauit, ut l. si rem. in fi. ff. de euict. & quando tardè dicatur denuntiatum superius discussum est.
236 Quartò fallit: † quando sententia lata fuisset cõtra emptorem per iniuriam seu non iustè, l. emptor. C. de euic. l. si venditor. l. si per imprudentiã. ff. de euict. Iniuria enim iudicantis potius nocet emptori quàm uenditori dictis iuribus, quod
237 ideò est: quia quando † iudex facit iniuriam vi detur interuenire casus fortuitus, cuius periculũ post perfectam emptionem pertinet ad emptorẽ. ff. de pericu. & com. rei uend. l. j. & l. necessario.
238 Quintò fallit: † quando res fuisset euicta per sententiam arbitri. l. si dictum. §. & si compromisero. ff. de euic. & est ratio secundum D. Anto. in
239 d. c. fi. de emp. & uend. quia † sententiæ arbitri stari debet siue sit æqua siue iniqua. ff. de arbit. l. diem proferre. §. stari. vnde si emptor compromittendo perdidit causam, uidetur potius perdidisse dicta de causa, quàm ex eo: quia non haberet iustam causam.

Ampliatur ista fallentia secundum Do. Anto.
240 ubi supra, sub dubio fortè procedere etiam † si factum fuerit compromissum cùm hoc quòd arbiter debeat pronuntiare de iure. nihilominus
241 idem & in isto casu dicendum, esto † quòd si arbiter non pronuntiet & de iure, non ualeat eius sententia, prout uoluit Bar. in d. §. stari. de quo ibi plenius not. & in c. Quintauallis. de iureiuran. sed quidquid sit nihilominus dici potest absque forte, quòd idem sit dicendum, ut tunc non agat de
242 euictione. cùm ratio † dicti §. si compromisero. locum habeat & in isto casu, quæ est quòd ideò emptor qui compromisit non agit de euictione si ex uoluntate sua factum est compromissum: quia uidetur ex uoluntate sua euinci, & non ex necessitate, quæ consideratur in d. §. quæ ratio cessat, quando euincitur per sententiam iudicis cùm iudicium reddatur in inuitum. ff. de uerb. signifi. l. inter stipulantem. §. j.

Ista ampliatio & fallentia sublimitanda est,
243 & primò: † quando compromissum huiusmodi factum foret ex uoluntate ipsius uenditoris, secundum Glo. in d. §. si compromisero. per l. ij. §. si conseruatis. in fi. ff. ad leg. Rhod. de iactu.
244 Sublimitatur & secundò: quando tale † compromissum fieret ex necessitate, ut quia ex forma statuti, vel alio modo, ad hoc fuisset coactus ipse emptor. cùm tunc locum non habeat ratio d. §. si compromisero. & ideò tunc emptor perdens causam coram ipso arbitro necessariò agitatam, agit de euictione uoluit in d. c. fi. de emp. & uend. D. Petrus & D. Florianus qui dicit ita se de facto cõsultus respondisse. pro quo facit quod habetur in l. si fideiussor. in §. si necessario. ff. qui satisda. cog. & C. de iudic. l. finali. & in cap. ab arbitris. de offic. delega. libro sexto. secundum Imolam in eod. cap. finali. qui cum dictis in hoc residet: & hoc idem voluit Bartol. & Bald. in dicto §. si compro-
* misero. quod & communiter tenetur. *

245 Quod tamen sublimitandum esset: † quando ipse venditor ad requisitionem ipsius emptoris non citaretur in electione ipsius arbitri, tũc enim agere non posset si succumberet, citari enim debet uenditor: quia poterit arbiter eligi suspectus sibi: argumẽto eius quod notatur in auct. de triet. & semiss. §. quod sæpe. & voluit ipse Bald. in d. §. si compromisero.
246 Sextò fallit: quando † sententia lata foret contra emptorem à non suo iudice, sed effecto per prorogationem: ut est textus in dicto §. si compromisero. ibi, nulla necessitate cogente, ubi bona Gloss. id tenet & ibi Batto. cum quibus communiter transeunt Doctores. *
247 Septimò fallit: † quando ipse emptor potuit vsucapere & non fecit, ut quia ad tempus possidere desiit, quod si non fecisset vsucepisset, propter quod non esset secuta euictio. textus est in d. l. si dictum. §. si cum posset. ubi Glo.

Sublimitatur ista fallentia non procedere:
248 † quando emptor ob malam fidem non potuisset vsucapere, & hoc quando in mala fide constitutus fuisset ex dicto alicuius ultro referentis. Secus si ipse perquisiuisset, tunc enim sui culpa id factum esse uideretur, secundum Gloss. in dicto §. si cum posset.
249 Octauò fallit: quando † ipse emptor sciens rem esse alienam emisset, cùm tunc agere non posset de euictione, si non fuit eam stipulatus: l. si fundum. C. de euic. potest enim etiam sciens euictionem stipulari, vt ibi per Glo. idem Gloss. in verbo, emptor. in l. j. ff. de euic.
250 Nonò fallit: quã † emptor vsucepisset uel præscripsisset rẽ emptã & si alienã, demũ et illa postmodũ euinceretur, tunc enim non ageret de euictione aduersus venditorem. l. qui alienam. ff. de euict. l. si obligata. C. eodem titulo. Nam vsucapta vel præscripta non potest amodo sine iniuria euinci, de qua venditor non tenetur: vt supra. et voluit Glo. ii. in d. l. qui alienam.
251 Quod tamen sublimitandum est: quando † per restitutionem in integrum etiam ipsa res vsucapta vel præscripta euinceretur: vt est textus in l. si cum venditor. §. si is. ff. de euic. & hoc voluit Glo. i. in d. l. qui alienam.
252 Decimò fallit: quando † ipse emptor sua culpa factus est de possessore petitor, et sic grauauit se onere probandi, cùm tunc si succumbat, erit ei imputandum. ff. de euic. l. si rem quã. §. si duplæ.
253 Vndecimò fallit: quando † ipse emptor emisset seruum alienum quàm venditoris, & ipsum manumisisset. ff. de euic. l. si seruum. secundum Ioan. Andr. in d. c. fi. tunc enim si euincatur non censetur emptor habere damnũ, cùm & si fuisset suus, effectus fuisset liber ex manumissione. ff. de iusti. & iur. l. manumissiones, nec habebitur ratio de iure patronorũ, quod habuisset per id quod habetur in l. planè. la ii. §. finali. ff. de legs. i. secundum Imolam in d. c. finali.
254 Duodecimò fallit: quã † seruus emptus mortuus fuisset,

fuiffet, licet fuerit alicous: quia tunc oon habet actionē de euictione.ff.de euic.l.si ferunt. Quod uerum,eſt quando mortuus eſſet ante litem conteſtatam, aliàs ſi poſt litem conteſtatam, & tunc ſecus erit.cum poſsit ad ſententiam deueniri. l. utique.ff.de rei uendic.

255 Decimotertiò fallit:quādo† emptor propter factū ſuum deſinit rem habere,ut eſt quādo euincitur ex eo:quia emptor contra legē uenditionis uerſatus eſt, ſeu fecit. ff. de euictio. l. ſi mancipium.in principio.

256 Decimoquartò fallit: quando † habuit rem emptam pro derelicta: ut ff.de euic.l.ſi.& eſt ratio: quia donare uidetur,ut ibi per Glo.

257 Decimoquintò fallit:quando † uenditor uel alius ſciente emptore fuiſſet ſepultus in loco empto:quia tunc cum locus efficiatur ſacer,religioſus,ſeu eccleſiaſticus.& ſic non habeat intereſſe, de euictione agere non poterit.l.ſi per imprudentiam.§.ſi quis locum.ff.de euic.

258 Decimoſextò fallit:quando † ipſe emptor habens bonā cauſam iuris præſumptione per præſcriptionem temporis eam perdidiſſet: ut quia permiſiſſet labi tempus appellationis proſequēdæ.l.Herennius.§.fin.ff.de euict.ſecundum Ioānnem And.in dicto c.finali de emp.& uend. Tenetur enim emptor ex quo appellauit appellationē proſequi: quia licet præſumatur pro ſententia anteq̄ appelletur, tñ poſt appellationē non pſumitur pro ipſa, cum ipſa appellatio reſcindat ſententiam.l.j.in fine.ff.ad Turpilian, & c. uenientes.de iureiu.& ſic tollat præſumpt. ex ipſa ſententia inductam:prout notatur in d. l. Herennius. §.fi.quod & uoluit Imo.in d.c.fin.

259 Decimoſeptimò fallit:† quando emptor rem emptam per caſum fortuitum perdidit: ut quia Imperator de plenitudine poteſtatis aufert rem ſuam quam emit.l.Lucius Titius.ff.de euict.nam ut ibi Glo.prima ſolent principes modico dato rem alterius accipere.& quandoque nihil, & malè,ut experientia docet.

260 Decimooctauò fallit: quando †.res euinceretur facto emptoris, etiam antecedēte emptione, tunc enim non ageret de euictione contra emptorem.l.fundum meū.& ibi Bar.ff.de euict.

261 Decimononò fallit: quando † uendita foret hæreditas,uel peculium,tunc ſi res particularis euincatur,pro ea niſi ſpecialiter hoc ſit actum emptor non agit contra uenditorem de euictione,l.i.C.de euiction.

262 Vigeſimò fallit † in apparitoribus ſeu officialibus, qui ſententias exequentes pignora diſtrahunt; nam in ipſos nō datur actio de euictione. l.ſi pignora.ff.de euict.

263 Vigeſimoprimò fallit:† quando uenditor reliquis conſuluit emptori ut unum remedium intentaret,ille uerò aliud executus fuit: & ſuccubuit.ut eſt in caſu l.ſi cum uenditor in principio.ff.de euiction.

264 Vigeſimoſecundò fallit † quando uendidit rem iure pignoris,tunc emptori ſi euincatur,nō tenetur de euictione uenditor. ut per totum titulum in rubro & in nigro,C.creditor.euict.pign. non deb.& l. cum ea.ff.de euic.

265 Vigeſimotertiò fallit † in eo qui donauit: nā ſi res donata euincatur, donator,niſi expreſsè hoc promiſerit, de euictione non tenetur, l, qm̄. C. de euic.& l.ad res donatas.ff.de ędili.edic.& ſuperius dictum eſt.

Vigeſimoquartò fallit ut dictum fuit in am-
266 pliatione ſupra ad regulam, quando † uenditor pactus eſſet nolle teneri de euictione; nam ſecuta euictione nō teneretur ad intereſſe niſi ad pretij reſtitutionem.l.emptorem.§.pen.& finali ff.de acti.empt.& notatur in d.l.non dubitatur. imò nec ad pretij reſtitutionem,ſi ſciens uendiderit.l.ſi fundum.C.de euic.

267 Vigeſimoquintò fallit † in re uendita in alea, tunc emptor ſi ei res empta euincatur, non agit de euictione contra emptorem.l.iii.§.ſi in alea.ff. quarum rer.actio non datur,

268 Vigeſimoſextò fallit in emptore † q. malū habuit in cauſa aduocatum & inexpertū, tunc enim ſi ſuperatus rem emptā amittat,non aget de euictione contra uenditorem,ſecundum Glo.notabilē in l.quod ſi nolit.§.culpā.ff. de ędilit. edict.

269 Vigeſimoſeptimò fallit, † quando ipſi emptori per uiolentiam etiā in executione ſententię res foret ablata,tunc enim non ageret de euictione contra uenditorem.l.euicta.§.i.& l. habere licere.ff.de euict.coniuncta.l.fina.ubi Cynus. C. de actio. empti.

270 Vigeſimooctauò fallit † quando emptor in cauſa ſuccubuerit per obiectum & impedimentum alicuius legitimę exceptionis, quæ traheret ab ipſo emptore originem; ut in l.hoc iure.cum l.ſequenti & in l.ſi rem.§.ſi duplex.ff.de euic.

271 Vigeſimononò fallit: quando † emptor ſuccumbens non appellauit infra tempus pręfixum, ut d.l.Herennius.§. fina.ſecundum Vincentium & Hoſtien.in dicto c.fina.de emp.& uend.quod tamen aliis non placet,ſecundum Ioannem And. ibi,q ſe remittit ad notata in c.nō iniuſtè de procurat.ubi etiam per D.Antonium & Gloſ.& per Barto.& per Bald.in dicto §.fi.& per Imolam in d.c.fi. Ex quorum dictis recolligendo,concludi poteſt. Quòd aut conſtat ex actis ſententiam iu-
272 ſtè latam,† & non tenetur appellare. Ad hoc quod habetur.ff.ad Sillan.l.propter ueneni.§.fi. & C.de adm.tut.l.ſi bona.

273 Aut conſtat † ex actis ſententiam fuiſſe iniuſtè latam.& tunc debet appellare per ea quę habentur in dictis iuribus.

274 Aut dubitatur,& tunc † non tenetur appellare,prout uoluit Glo.in d.§.fin.& ibi Bar.& Bal. & etiam Bald.in d.l.propter ueneni.§.fin. Quod
275 & locum habet pariformiter in fideiuſſore,† ſi quæratur an teneatur appellare,cum eadem ratio ſit in eo,quæ & in emptore,ut uoluit Barto. in d.§.fin.& D.Antonius in d.c.non iniuſtè, &

Imola

Imola in d. c. fina. de emp. & uend. si uerò quoad
276 fideiussorem † quæratur ad denuntiatio facta principali uenditori secuta euictione obsit etiã ipsi fideiussori, licet ei aliter nõ sit denuntiatum, & dicendum est quòd sic. per textum in l. auctore laudato. C. de euict. & in l. mora. ff. de uerb. obl.

277 Trigesimo & vltimò fallit: † quando ipsa res non fuisset euicta in totum, sed pro parte, cũ tunc licet agi possit actione ex empto ad interesse. ff. de euict. l. naue, tamen non poterit agi ex stipulatione de duplo, licet fuerit interposita saltem respectu partis, quod verum est, qñ euincitur pars quædam, non tamen quota, ut una tabula nauis: vt d. l. naue. alias si tota, vt medietas vel tertia, & tunc agi poterit ex ista stipulatione dupli respectu illius partis, prout notatur in d. l. naue. & ibi per Bart. & per Imol. in d. c. fi. de emptio. & uenditio. de quo plenius notatur in l. j. & in l. quoniam. C. de euictio.

278 Huiusmodi omnes fallentiæ † sublimitantur locũ non habere: quando per uenditorem ex cõuentione remissæ forent, vel eis renuntiatum. vt l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædil. edicto. & d. l. Herennius, in principio.

CONCLVSIONIS & Regulæ LXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Sterilitas, casusque fortuiti causam iustam remissionis pensionis seu mercedis præstar.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Pensionis seu mercedis remissio fienda est ob sterilitatem casusq; fortuitos.*

2 *Sterilitas dicitur quando non recolligitur etiam semen, sed communiter reijcitur hæc opinio.* ✻ *sed quomodo procedas uide. nu. 11.*

3 *Sterilitas tunc dicitur quando ultra expensas nihil percipitur, & hæc reprobatur, de qua. nu. 13.*

4 *Sterilitas tunc dicitur quando computata pensione reperitur conductor deceptus ultra dimidium iusti pretij, sed & hæc reprobatur. nume. 5. & 14.*

6 *Mercedis remissionem fieri ob magnum damnum bona fides suadet.*

7 *Mercedis remissionem fieri pro rata quando magno incommodo afficitur colonus æquitas suadet.*

8 *Sterilitas ut dicatur esse, vulgi opinio est attendenda secundum communem opinionem.* ✻ *et nu. 11. Sed an tunc damnum contingens pro tertia parte eius quod consueuit percipi habeat inducere sterilitatem pro econtra. nu. 9.*

10 *Sterilitas ut dicatur, inspicienda est consuetudo redituũ, & tunc esse quãdo colonus sit deceptus ultra dimidiã iusti pretij, et q̃ sit eius ratio. de quo. n. 15.*

16 *Fortuiti casus circa sterilitatis materiã, qui dicãtur.*

17 *Remissio mercedis quando ob casus fortuitos fienda, & sic noceat ipsa sterilitas domino. nu. 18.*

19 *Casus fortuitos ad dominum spectat: secus in casu ubi sterilitas eueniret propter uitium territorij, cuius fructus corrũpuntur. nu. 20. nisi interueniret culpa coloni. nu. 21. In fructibus autem adhuc non separatis à solo uitium in qualitate uel pretij utilitas nocet colono nisi uitiositas perueniat uitio territorij. nu. 22.*

23 *Fructuum paucitas si non inducit sterilitatem, nõ causat mercedis remissionem: secus si afficiat magno damno colonũ. nu. 24. Quod procedit nedũ in uero contractu locationis, uerum ẽt in contractu innominato, ut quando locatur res pro certa quantitate, uel do, ut des. nu. 25. Et nedum in prædijs locatis, uerũ et domibus seu hospitijs. nu. 26. Et hoc nisi contrarium sit conuentũ scilicet periculũ fore coloni et remissio pẽsionis peti nõ possit. num. 27. vel nisi sterilitas cõtigat culpa ipsius coloni. n. 28.*

29 *Culpa cum culpa compensatur.*

30 *Mercedis remissio cessat: quando colonus dimisisset agrum incultum, & illo anno sterilitas cõtigisset. Idem si sterilitas proueniret ob possessionis uetustatem. nu. 31. Vel fuisset consueta. nu. 31. Vel quando contractus locationis transiuisset in contractũ societatis. nu. 32. Quid si cõtractus locationis trãslatus sit in stipulationem. nu. 33.*

34 *Sterilitas non operatur in contractu emptionis et uẽditionis, etiam si talis contractus emptionis sit ita similis locationi quòd dubitetur an sit emptio uel locatio. nu. 36.*

35 *Emptoris est periculum post perfectam emptionem etiam ante traditionem.*

37 *Cõductor largo sumpto uocabulo appellatur emptor.*

38 *Verba si clara sint, attẽdenda et ab eis nõ recedẽdũ.*

39 *Venditis fructibus futuri annis, uel plurium pro uno pretio, si sequatur sterilitas non fiet mercedis remissio: secus si dicatur, uendo decem corbes frumẽti nascituros in tali fundo. nu. 40. Vel nisi appareat ex forma contractus quòd emptor habet percipere de manu uenditoris. nu. 41.*

42 *Remissio mercedis cessat, si locatur opera, uel res pro certa mercede, & impedimentum superueniat casu fortuito, & hoc nisi interuenerit culpa uel mora ipsius locantis operam. nu. 43. uel nisi operatus fuerit alteri pro tempore promisso. nu. 44.*

45 *Famulus locans operas pro certo salario, si impeditur ob infirmitatem, consequitur totum salarium. sed contrarium uerius. nu. 46. Nisi impedimentũ sit ex parte conducentis. nu. 47.*

48 *Sterilitas vnius anni compensatur cum ubertate alterius anni, & sic cessat remissio, & communiter tenetur.* ✻ *nu. 52. vbi declaratur.*

49 *Sterilitas seu damnum quantum esse debeat, ut habeat fieri mercedis seu pensionis remissio, & concluditur quòd si deductis expensis nihil fuerit recollectum, quòd in totum fiat remissio, secundum communem opinionem.* ✻ *si uerò ultra sumptus dimidium eius quod consueuit recolligi fuerit recollectum non fiet remissio. nu. 50. Si uerò minus dimidia, fiet remissio pro rata. nu. 51.*

53 *Ex diuersis non infertur.*
54 *Vbertas quanta esse debeat, ad hoc ut fiat compen-
satio cum sterilitate.*
55 *Pensionis augmentatio quando fiat ob ubertatem,
& tunc quanta debeat esse ubertas. nu. 60.*
56 *Dominus præsumitur scire qualitatem & bonitatem
rei suæ.*
57 *Intellectus ad §. uis maior. l. si merces. ff. loca.*
58 *Contrariorum eadem est disciplina.*
59 *Molendina si omnia sint destructa propter impetum
aquarum, unde conductor lucratus sit ultra dimi
dium: iustè peteretur augmentum pensionis.*



1 REGVLARITER † ob steri-
litatem fit remissio pensionis seu
mercedis, uel aliàs ob casus for-
tuitos: de quibus in l. ex condu-
cto. in prin. & §. j. ff. loca & in c.
propter. extra eod. tit. Sed antea
quàm de regula uideatur. & eius fallentijs, discu-
tiamus. Primò quando dicatur esse sterilitas. Se-
cundò qui casus inducant sterilitatem, ita ut fiat
remissio mercedis seu pensionis. Tertio, an, &
quando damnum seu sterilitas eueniēs casu for-
tuito noceat ipsi domino ita ut fiat mercedis re-
missio. Quartò, quātum debet esse tale damnum,
seu quota sterilitas, ut fiat in totum remissio, uel
pro parte. Quintò quando debeat fieri compen-
satio sterilitatis cum vbertate. Sextò quota de-
beat esse ubertas, ut fiat compensatio cum steri-
litate. Septimò an per vbertatem superuenien-
tem fieri debeat augmentatio mercedis, & quo-
ta esse debeat.

Circa primum Glo. j. in dicto c. propter. uide
tur velle, quòd magnum incommodum seu da-
2 mnum, & consequenter † sterilitas dicatur esse:
quando non recolligitur etiam semen. & ita fuit
una opinio, ut colligitur ex dicta l. ex conducto.
§. j. & l. si uno. §. ubicunque. ff. eo. tit. & ex l. licet
certis. & ex l. excepto. C. eod. tit. Sed hæc opinio
licet sit uera in se, tamen non uidetur generalis,
cum locū non habeat in uineis & pratis, in qui-
bus non seminatur. Præterea non uidetur bona,
cum iure non probetur, iura enim uolunt quòd
consideretur an interuenerit casus propter quem
afficiatur conductor magno incommodo, non
autem uolunt ut sit talis sterilitas propter quam
nihil percipiatur. Præterea, & si sterilitas ita ca-
peretur, ipsa pensio semper remitteretur in totū
& nō pro rata. prout dicto c. propter. & ideo hæc
* opinio communiter non tenetur. * Sed datur
alia opinio aliorū dicentium, prout refert Ioan.
3 Andreę in eo. c. propter. quòd tunc † dicitur ste-
rilitas, quando ultra expensas, nihil percipitur.
ff. de annuis. legat. l. legatum, & ff. de uino & tri-
tico legato. l. ex eo. & hanc opinionem uidetur
tenere Bar. ff. eo. tit. l. si merces. §. vis maior. Sed
certè hæc opinio licet sit magis generalis quàm
præcedens, & uera in se, tamē nō uidetur bona &
pfecta, cū & tūc similiter fieret remissio in totū,
& nō pro rata, cum fructus dicantur deducti ex-
pensis. ff. solut. matri. l. fructus. & C. de fructibus
& litium expen. l. i. & ideò D. Antonius & D. Ni
colaus in eo. c. propter. eam reprobant. maximè
per illum textum & tex. in dicta l. si uno. §. ubi-
cunque. Vnde datur alia & tertia opinio aliorum
4 dicentium, quòd tunc dicitur † sterilitas: quan-
do cōputato canone seu pensione reperitur con-
ductor deceptus ultra dimidium iusti pretij. per
l. ii. C. de rescindenda uenditio. & per c. pen. de
emptio. & uendit. secundum. Io Andreę in eo. c.
propter quod voluit Iacobus de Arena dicens, q
sterilitas dicitur quando consideratis expensis
occurentibus circa fructus, quæ eos diminuunt.
ut supra patet, & ipsa pensione ipse conductor
reperitur deceptus ultra dimidiam iusti pretij. ut
quia fructus qui superfuerunt non ascendunt ad ua
lorem dimidij pretij. quod soluit colonus pro
pensione, cū tūc dicatur colonus ut effici magno
incommodo, & dicatur tunc subesse sterilitas.
per dicta iura, & hanc opinionem tenuit. D. An-
tonius in eodem c. propter. & Cynus in dicta l. li
cet. eam referēdo, & etiam ibi Bar. & in d. §. ubi-
cunque. quam uidetur tangere, & sequi etiā Bal.
in eadem l. licet. sed certè hæc opinio non uide-
5 tur bona: quia † in consideranda deceptione ul-
tra dimidium iusti pretij, considerari debet tem-
pus contractus, l. si voluntate. C. de rescind. vend.
& c. cum dilecti. de emp. & uend. Et ideò hæc opi
nio non placet Salyceto in dicta l. licet. Nec in ea
residet Ioannes Andreę in d. c. propter. vnde non
uidetur bona, nisi dicatur eam defendēdo prout
uoluit Barto. in d. l. si merces. §. uis maior. quòd
debebit haberi respectus ad ualorem fructuū qui
erant tempore cōtractus, et nō ad ualorē fructus
qui ex post facto sunt percepti, per dictam l. si uo
luntate. Sed certè hoc nō uidetur bene aliquo iu
re probari, unde non uidetur esse totum illud te
nere, per ea quæ habentur in l. illam. C. de collat.
& in c. ij. de translatione prælat. Sed bene potest
dici illam defendendo, quòd ideò hoc procedit:
quia talis cōtractus locationis fit sub spe rei quæ
nondum est in rerum natura, cum in effectu fiat
sub spe fructuum percipiendorum. & ideò opor
tet expectari futurum euentum, & eum conside-
rari, quod non est quando fit contractus super re
quæ est in rerum natura. ut dicta l. si uoluntate.
Sed certè licet hæc opinio sit uera in se, et possit
fortè ita defensari, tamen non uidetur bona ex
alio: quia iura non ponderant quòd ideò fiat ta
lis remissio, quia resultat quædam tacita uendi-
tio, ex est similis uenditioni, sed bene dicūt quòd
remissio talis fieri debet propter magnum da-
6 mnum: quia † bona fides id exegit, ut dicta l. li-
7 cet. & quia æquum est † quòd pro rata fiat remis
sio: quando magno incommodo afficitur colo-
nus ut dicto c. propter. Et ideò datur alia et quar
ta opinio quam posuit. Glo. in dicta l. licet. et in
dicta l. si uno. circa principium, quæ est, ut inspi-
ciatur communis opinio uulgi, uidelicet, quòd
tunc

8 tunc † dicatur sterilitas: quando opinio vulgi, ita
habet quod sit sterilitas, & similiter ubertas.
Vnde sterilitas & ubertas intelligentur & consi-
derabuntur ex communi locutione agricultorum,
secundum prædictam opinionem, pro quo facit,
quia in talibus videtur attendenda opinio vulgi
per id quod habetur. ff. de fluminibus. l.j.§.j. &
ff. de fundo instruc. l. cum de laniouis. §. asinam.
& c. ex literis. de sponsalibus. Vnde si coloni di-
cunt optimas messes habemus, non sufficimus ad
colligendum fructus, vel ad reponendum omnia,
vasa sunt plena, iste annus erit fertilis, si uerò sic
dicant. Nihil ualent messes, operas omnes per-
didimus, via semen recolligitur, iste annus dice-
tur sterilis. & ista opinio uidetur Goffredo pla-
* cere, & communiter Doctoribus, * secundum
Ioannem Andreæ in eod. c. propter. Secundum
quem nō obstat si dicatur prout dixit Petrus cui
hæc opinio non placuit, quòd in uno solo prędio
poterit sterilitas interuenire: quare & quo ad il-
lum considerabitur communis opinio uulgi, se-
cundum ipsum Io. Andreæ, qui etiam dicit quòd
si de tribus stariis terræ locatæ pro tribus soli-
dis seu florenis communiter soleat haberi quin-
decim, si habeantur triginta, erit fertilis, si
uerò decem uel minus, erit annus sterilis. Et
propter ipsam sterilitatem fiet remissio, quando-
que in totum, ut quando nihil illo anno percipi-
tur, & quandoque pro rata, ut est si solum de-
cem percipiantur, & tunc soluet duos tertio re-
tento: quia pro tertia parte est sterilitas, secun-
dum ipsum Ioannem Andreæ, qui ex his uidetur
9 uelle post Hostiensem quòd damnum † contin-
gens pro tertia parte eius quod consueuit per-
cipi habeat inducere sterilitatem, seu quod ex hoc
dicatur annus sterilis, quod & videtur placere
Domino Nicolao in dicto capit. propter. hanc
opinionem sequenti. Sed certè hoc non reperi-
tur iure cautum, nec videtur hoc verum: quia ex
hoc non censetur colonus affici magno incom-
modo, prout requiritur, ut patet in textu dicti
cap. propter. vnde dicta opinio non uidetur ue-
ra, nec procedere. licet hoc uerum sit, ut stetur
* communi opinioni, vt tenent communiter, *
Doctores, ut supra, & inferius patebit. Vnde da-
tur alia & quinta opinio per Dominum Anto-
nium in eodem cap. propter. dicentem quòd ad
10 iudicandum sterilitatem † considerari debet con-
suetudo redituum. Vnde si contingat quòd in re-
ditibus, attento eo quod consueuit percipi sit
tanta sterilitas quòd reperiatur colonus dece-
ptus vltra dimidiam iusti pretij, & tunc poterit
agere ut fiat remissio mercedis, aliàs secus, vn-
de dicit quòd si consueuit percipere viginti, &
percipiet octo uel nouem, cum tunc non habue-
rit dimidiam eius quod consueuit habere, & pro
quo soluit pensionem, & ideò tunc censetur ste-
rilitas, secus autem si recipiet decem vel vltra,
& hanc opinionem dicit sibi placere, quæ fuit
originaliter Glo. in dicta l. si uno. in principio.

& Azonis in summa eodem titulo. §. primo. ver-
siculo item agitur ex conducto. & sequenti. pro
quo facit secundum eum: quia dici potest, quòd
quando fit locatio fundi colono, videatur fieri
quędam tacita venditio de spe perceptionis fru-
ctuum, unde si decipiatur in hac spe ultra dimi-
diam iusti pretii habebit remedium dictæ l. ij. C.
de rescindenda vēditio. Sed certe si consideretur
hæc ratio deberet inspici tempus contractus, per
ea quæ habentur in dicta. l. si uoluntate. & in di-
cto c. penul. de emptio. & venditio. ita quòd debe-
ret considerari si communiter pro tali spe fuisset
datum tantum pretium: quia si minus dedisset,
dummodo non dedisset minus dimidio quàm cō-
muniter fuisset datum, non haberet locum reme-
dium dictæ l. ij. licet posteà euenerit quòd tan-
tum non percipiat prout sperabat, ad hoc. l. si pa-
ctum. ff. de actio. empti. vnde hæc ratio non vide-
tur bona, sed melior ratio videtur esse tenen-
do hanc opinionem: quia quando percipit minus
dimidio eius quod consueuit communiter perci-
pi, & tunc dicatur colonus affici magno incom-
modo. Sicut & in simili dicitur esse magnum in-
commodum, & enormis læsio: quando à princi-
pio tempore contractus quis decipitur ultra di-
midiam iusti pretij. & istud fortè fuit de mente
Gloss. in dicta l. si uno. & Azonis in dicta sum-
ma, & hæc opinio satis potest de iure sustentari
prædicta ratione, secundum Imolam in d. c. pro-
11 pter. Et cuius mēte † reduci pōt hęc opiniones ad
concordiam, videlicet, quod ut appareat de sterilita-
te secundum communem opinionem uulgi & il-
li stabitur, quòd stetur in hoc communi opinio-
ni uulgi, ut communiter tenetur, ut supra patet,
quod & sequitur in eodem capitu. propter. Do.
Florianus, & illud sufficit ut fiat remissio pro
rata pro qua qualiter fiat infra patebit.

Aut de uulgi opinione non apparet, & tunc
12 dicetur sterilitas † quando semen uix non recol-
ligitur, ut dictum fuit supra in prima opinione.
13 Aut recolligitur, ultra semen & tunc † aut re-
colligitur tantum quod nihil supersit deductis
expensis, & idem ut dictum fuit supra in secun-
da opinione.

Aut deductis sumptibus seu expensis aliquid
14 superest, & tunc † aut non superest tantum,
quod ascendit ad dimidiam partem pretij quod
soluitur seu pensionis, & poterit dici quòd
tunc sit sterilitas, prout dictum fuit supra in ter-
tia opinione.
15 Aut superest vltra † dimidiam & id quod sol
uitur, & tunc, aut est percepta dimidia eius
quod consueuit percipi, uel ultra dimidiam, &
non censetur sterilitas, aliàs si minus dimidia,
& censetur sterilitas, prout uoluit in dicta l. si
uno. & Azo in dicta summa & Dominus Anto-
nius in dicto cap. propter. propter fructuum
enim paucitatem non fit remissio mercedis, ut
dicta l. si uno. §. ubicunque. & hoc nisi sit tan-
ta quòd magno incommodo afficiat conducto-

rem, vt quia ascendat ultra dimidiam eius quod consueuit percipi. cum & tunc inducatur sterilitas, propter quam fienda est remissio, vt in dicta l.licet.& in d.c.propter.

16 Circa secundum dicendum est, quòd † casus fortuitus inducens damnum seu sterilitatem euenit, quandoque propter incendium, quandoque propter tempestatem, quandoque propter inundationem aquarum, & quandoque propter deuastationem fructuum per aues, vel feras, vel locustas, per ea quæ habentur in l. ex conducto. §.j. ff.loca. vbi Gloss. hoc tangit, & ibi hoc videtur sentire Innocen.& Hostien. in summa eod. titu. §.quæ actiones, versiculo dicitur autem sterilitas. cum sequentibus. Imò & quandoque euenit tale damnum propter terremotum vel casma prout habetur. ff. eod. titu. dicta l. ex conducto. §. si

17 ager. & hæc quando † propter talem casum fortuitum euenit magnum damnũ fit remissio mercedis, secus si paruum, vt voluit Gloss. in dicto §. primo. & Do. Florianus in dicto cap. propter. Ad hoc quod habetur. ff. locat. l. si merces. §. vis maior.

18 Circa tertium quod est an, & quãdo damnum † seu sterilitas eueniens casu fortuito noceat domino, vt fiat remissio mercedis, dicendam est prout recolligi potest ex dictis Iacobi de Arena & Cyni in l.licet. C.locat. Ioannis Andreæ in dicto c. propter. & Bart. in dicto. §. vis maior. & in dicta l. si uno. §. vbicunque. & Do. Antonij Do. Floriani & Imolæ in eod. cap. propter. Quòd aut tale damnum casu fortuito eueniens contingit in ipsa re locata, ut quia ipsa res perijt casmate, uel terræmotu, vel ruinositate, & tunc tale damnum nocet domino cum propter illud fiat remissio, vt dicto §. si ager. Aut tale damnum casu fortuito contingit non in ipsa re, sed in fructibus ipsius rei, & tunc aut euenit in ipsis fructibus recollectis, & à terra separatis, vt quia fuerunt ablati in cursu hostium, vel aliter perierunt, & tunc cum sint effecti ipsius coloni, damnum erit suum, & sibi imputabitur. ff. de furt. l. si uas. §. j.

19 Casus † enim furtuitus spectat ad dominum l. que fortuitus. C. de pigno. actio. vnde non fiet hoc casu mercedis remissio. Quod verum est regulariter

20 hoc casu, sed fallit, quando † euenit propter vitium territorii cuius fructus, & in eo nati corrumpuntur: nam tunc debet fieri remissio mercedis, prout notatur in dicto cap. si propter, & ita procedere poterit opinio Hostien. ibi, secundum

21 Imol. & hoc nisi † interueniat culpa coloni, vt patet in eod. c. propter.

22 Aut † tale damnum prouenit in ipsis fructibus pendentibus, vt quia nondum sunt separati à terra, qui ad huc nõ sunt coloni, sed potius domini, ff. de rei vendi. l. fructus pendentes. & tũc, aut tale damnum casu proueniens non diminuit fructus sed eos uitiat, ita quòd ipse colonus allegat fructuũ vitiositatem, vt quia vinũ acerbum recolligit, vel simile, & hoc nocet colono, vnde propter hoc nõ fit remissio pensionis, vt d. l. ex conducto. §. si quæ tamen vitia, quod & pariformiter locum habet si allegat fructuũ vtilitatem, vel non bonitatem propter magnam abundantiam, cum & tunc similiter non fiat remissio mercedis, ut dicta l. ex conducto. §. i. & dicto §. si quæ. quod uerum intellige nisi uitiositas proueniet uitio territorii, ut supra est dictum.

Aut tale damnum inducit fructuũ paucitatem,

23 & tũc, aut † nõ est tanta paucitas fructuum quòd inducat sterilitatem, seu afficiat magno incommodo colonum, & non fit remissio, vnde tale damnum nocet ipsi colono, vt patet in dicto cap. propter locati. & ff. eo. tit. l. si vnò. §. cũ quidã.

24 Aut † tale damnum afficit magno incommodo ipsum colonum seu sterilitatẽ inducat, quod quando fit supra est discussum, & tunc regulariter nocet ipsi domino, & non colono vnde fit remissio mercedis in totum, uel pro parte prout patet in d. cap. propter. & ibi in Glo. & in d. l. licet. C. eod. tit. locat.

Ampliatur dicta regula procedere, non solũ in contractu locationis proprio & vero, de quo lo

25 quitur dictum c. propter. sed etiam † in contractu simili, vt quando locatur res pro certa quantitate frumenti, & non quota, cum & tunc licet censeatur contractus innominatus, tamen locum habet quod dictum est, vt tale damnum noceat ipsi domino, & fiet remissio, vt in d. cap. propter, & ibi Glo. & in dicta l. licet. vbi Iacobus de Arena dicit hoc locum habere in contractu innominato simili, uidelicet, do ut facias, vel facio ut des, cũ talis contractus iudicetur secundum naturam contractus cui assimilatur. l. i. §. si quis ferunm. ff. de posi. & ff. de pr æscrip. uer bis. l. naturalis. prout voluit Imol. in eod. c. propter.

26 Ampliatur secũdò dicta regula, ut procedat † nõ solũ si locetur prædiũ, sed et si locetur domus vel hospitiũ, & propter guerras nullus ibi hospitetur cum tũc fiat remissio prout in d. c. propter. ubi D. Anto. D. Petrus & Imol. & ut uoluit Bart. in l. cum plures. §. i. ff. locati.

27 Fallit tamen dicta regula, & primò † quãdo esset conuentum in contrariũ uidelicet, quod periculũ sterilitatis seu damnũ spectet ad colonũ, ita q̃ nõ possit peti remissio mercedis, cũ tũc ad ipsum spectabit, nec poterit petere ipsam remissionẽ, ut est casus, in d. l. licet. & ad hoc quod habetur. C. cod. tit. l. legem. & l. si uno. in princ. l. ff. eod. titu.

28 Secũdò fallit † quando tale damnum seu sterilitas contingeret culpa coloni, ut appatet ex text. dicti cap. propter à contrario sensu, ad hoc. l. si merces. §. culpæ. ff. locat. prout esse potest si colonus non soluisset decimas, cum tunc sterilitas uideatur euenire eius culpa, per id quod habetur xvi. quæst. j. reuertimini, secundum Ioan. And. in eo. c. propter qđ tamẽ non transit, sc̃dm Imol. ibi, sine dubio, in locis, in quibus nõ soluũtur, decimę de consuetudine, quæ consuetudo, an hoc ppetã possit in alia conclusione discussum est,

est. Imò & tunc cum ipse dominus non soluat ip-
sas decimas in dictis locis censetur esse simili-
ter in culpa, propter quod de culpa ipsa oppone-
29 re non poterit, cum † culpa compēsanda sit. ff. de
compensationibus. l. si ambo. & ff. solut. matri. l.
vir. & §. pen. & fin. de adulteris.
30 Tertiò fallit † quando colonus dimisisset agrū
incultum, & post, â illo anno contigisset sterili-
tas, cum & tunc non fiet remissio, cum tunc dici
possit quòd ipsa sterilitas, non abstulerit fructus,
qui non fuerunt nati, nec nascituri. l. ex cōducto.
§. cum quidam. ff. loca.
31 Quartò fallit: † quando ipsa sterilitas prouenis-
set propter possessionis vetustatem, vt quia vinea
erat vetusta. Nam tunc non fiet remissio, cū ipse
colonus hoc perpendere potuerit, vt d. l. ex cōdu-
cto. §. j. & seq. secundum Imol. in d. c. propter.
32 Quintò fallit: † quando sterilitas fuisset consue-
ta, cum & tunc similiter non fiet remissio, ex quo,
videtur verisimile illam seruisse, secūdum ipsum
Imol. vbi supra, qui ad hoc aducit quod habetur
in d. l. ex cōducto. §. sed si ager. & §. seq. Facit etiā
ad hoc quod notatur per Bart. in d. §. vbicunque.
& in d. §. vis maior.
32 Sextò fallit: † quando contractus locationis trā-
siuisset in contractum societatis, vt quia locata es-
set res pro certa quota, puta pro medietate vel ter-
tia parte fructuum, cū tunc non fiet remissio, sed
damnum erit commune, & ratio est: quia tunc
iste non dicitur propriè conductor, sed potius so-
cius, & hinc est quòd damna sunt communia in-
ter ipsum, & dominum, vt dicto §. vis maior. &
iura loquētia de societate locum habēt in eo pro-
ut notabiliter voluit Bart. in eo. §. vis maior.
33 Septimò fallit: † quando contractus locatio-
nis fuisset translatus in stipulationem: quia cum
ipsa sit stricti iuris, non potest peti remissio mer-
cedis, quæ locum habet in contractu bonæ fidei,
prout uoluit Albert. Papiensis in dicta l. licet. se-
cundum quod refert in d. cap. propter D. Anto-
nius, qui in hoc tenet contrarium, per notata in
c. cùm dilecti. & in cap. penult. de emptio. & ven-
dit. & l. siquis cum aliter. ff. de verb. obliga. Nam
& locum habet in contractu locationis etiam si
transeat in contractum innominatum, vt tenuit
Jacob. de Arena in ead. l. licet. vnde & fortius lo-
cum habebit in contractu locationis quantum-
cunque translatus sit in stipulationem, cum &
ipsa stipulatio trahenda sit ad naturam actio-
nis bonæ fidei, cuius loco est subrogata. ff. si quis
cautio. l. si cum. §. qui iniuriarum, & vt lite pen-
dente. cap. ecclesia. il primo. secundum ipsum D.
Antonium. Quod sine dubio procedit: quādo sti-
pulatio non esset facta animo innouandi, cum &
tunc nihilominus remaneat actio ex conducto,
aliàs si sit interposita animo innouandi, & tunc li-
cet sit maius dubium, tamen dicendum est, prout
dicit Imol. in d. c. cū dilecti. & in d. c. propter. Sed
quicquid ipse dicat dicendū erit, et tūc procedat
etiam dictum ipsius Do. Antonij, cum locum
habeat in contractu locationis quantumcunque,
transeat in contractum innominatum, qui stri-
cti iuris est, prout habetur Institu. de actio.
§. actionum.
34 Octauò fallit † in contractu emptionis, et ven-
ditionis quantumcunque sit similis ipsi locatio-
ni. ff. loca. l. ii. in ipsa enim non fit remissio, vel
liberatio propter sterilitatem, prout uoluit Glo.
35 in dicto. §. item cum quidam, post † emptionem
enim perfectam periculum regolariter pertinet
ad emptorem, etiam ante traditionem. C. de pe-
riculo. et commodo rei uendit. l. i. quod et locum
36 habet etiam † si talis contractus emptionis sit ita
similis locationi, quòd dubitetur an sit emptio
uel locatio, prout est si publicanus emat à com-
munitate pedagium, et fructus seu reditus, et
prouentus qui percipiuntur, et percipi poterunt
ex ipso pedagio, uel ex molendino ipsius com-
munitatis vsque ad decem annos pro mille flore-
nis, cum et tunc non fiat remissio si propter guer-
ras vel innundationem aquarum non potuit ali-
quid percipi, per id quod habetur in dicta l. j.
quod procedit: quando emisset pro mille non di-
stribuendo solutionem pro rata annuatim, sed
vnica tantum solutione, cum tūc censeatur emis-
se potestatem percipiendi reditus ex pedagijs vel
molendino, & sic quodammodo quandam spem.
Ad hoc l. si iactum. ff. de actio. empti. aliàs uerò
si solutio ipsius pretij fieri debeat annuatim, ea
annuatim distributa, & tunc cùm talis contra-
ctus videatur quasi quidam contractus locatio-
nis, per id quod habetur. ff. de superficiebus l. j.
& C. de iure emphyteu. l. j. fieri debebit remissio
ipsius mercedis propter sterilitatem, largo enim
37 sumpto vocabulo † cōductor appellatur emptor.
C. loc. l. fina. iuncta Glo. & ff. de publi. l. Cæsar.
& l. quotiens ferro. §. fin. & ibi per Bart. quem se-
quitur Do. Pet. in dicto cap. propter. Sed imò &
dici potest quòd quantumcunque solutio distri-
buta sit per tempora, nihilominus dici potest
contractus emptionis ex quo emit, & sic fien-
da non erit remissio, nihil enim repugnat quòd
possim emere perceptionem redituum plu-
rium annorum dando quolibet anno tantum, vt
est text. iuncta Gloss. quæ incipit sed quid. in l.
Pomponius. ff. quib. mod. vsusfructus amitta. &
hoc quando in contractu fuit facta mentio de
emptione, quæ, quia dicitur quòd communitas
uendidit tale pedagium &c. cum ab eius uer-
38 bis, cum † sint clara, recedi non debeat. ff. de leg.
iij. l. ille aut ille. §. cum in verbis. Aliàs verò
si in ipso contractu non fuit facta mentio de
ipsa emptione, & uenditione, sed simpliciter
dicatur talis communitas dedit, cessit, & con-
cessit tali publicano pedagium, & fructus ex eo
pedagio, redigendos, pro pretio mille flore-
norum, soluendo annuatim pro rata, & tunc in
dubio dici potest quòd sit locatio, & fiet re-
missio per id quod habetur in dicta l. prima. §. j.
ff. de superficie, & in dicta l. i. ff. de iure emphy-

teu. ſecundum Imolam in eodem c. propter. qui
dicit idem dicendum, ſi in contractu fuiſſet di-
ctum quòd communitas ipſa uendidit & locauit,
cum & tunc dici poſsit quòd verbum vendidit
improprietur, per rationem Bartho. per id quod
habetur. ff. de publi. l. Cæſar. Ad hoc etiam quod
habetur. ff. de vſuris. l. ſi ſtipulatus. Imò & plus
39 † ſi uendantur fructus futuri unius anni, uel plu-
rium annorum, pro uno pretio, propter ſterilita
tem non fiet remiſsio, prout voluit Barto. in d. l.
quotem ferro. §. fi. quem ſequitur Imola vbi ſu-
pra, concludens quòd regulariter non ſit remiſ-
ſio, per id quod habteur in dicta l. prima. ff. de pe
ricu. & commod. rei vendi. non ſolum ſi uendan-
tur fructus pendentes, per id quod habetur in l.
cùm manu ſata. §. cum emptio. ff. de contrahen.
emptio. ſed etiam ſi vendantur fructus futuri, vt
40 dicta l. prima. Quod tamen † fallit: quando in
ipſa venditione exprimeretur certa quantitas fru
ctuum, vt quia vendantur decem corbes frumen-
ti naſcituri in tali fundo, cum tunc fiet remiſsio
pro rata, ſi pauciores naſcantur. ff. de contrahen.
41 emptio. l. ſi debitor. § primo. Vel † niſi appareat
ex forma contractus vel aliunde, quòd emptor ha
bet percipere de manu venditoris, cum tunc non
cenſeatur emptio uſusfructus, vnde debebit fie-
ri remiſsio pro rata. Ad hoc quod habetur in l. ſi
quis ita. cum ſua Gloſ. ff. de vſufruc. prout vo-
luit ipſe Barto. in dicto. §. fin. et Imola in eodem
c. propter. Circa quæ vide notata per Bal. in l. ſi
cum. C. de vſuris.
42 Nonò fallit: † quando non fuiſſet locata cer-
ta res, uel corpus certæ rei, ſed opera vel res &
opera pro certa mercede, tunc enim præſtabitur
integra penſio, nec fiet remiſsio, ſi impediatur
præſtare operas per caſum fortuitum, ſiue caſus
contingat in perſona conducentis, ſiue in perſo-
43 na locantis, & hoc † niſi interuenerit culpa uel
44 mora ipſius locantis operam, vel niſi alteri † fue-
rit operatus à quo mercedem habuit pro tempo-
re, pro quo non potuit operari illi: vt voluit In-
nocent. & poſt eum Ioannes Andreæ in dicto
cap. propter. ad hoc allegantes quod habetur
ff. locati. l. ſed ædes. §. penulti. & fina. & l. qui
operas. ff. de ſtatu liber. & l. cum hæres. §. ante-
penulti. & ff. de variis & extraordin. cognitio. l.
prima. §. diuus. & C. de conditio. ob cauſam l.
45 penult. Ex quibus videntur velle quòd † ſi fa-
mulus locet operas pro certo ſalario, & impe-
diatur illas præſtare, fortè propter infirmitatem
ſuperuenientem, quod nhilominus poterit totum
ſalarium petere pro tempore infirmitatis, et hæc
fuit opinio Azonis in ſumma locati. §. primo. quã
tenet finaliter Glo. ff. locati. l. ſi uno. §. item cum
quidam. & ff. de vſufructu. l. arboribus. §. de il-
lo. & Salycetus in dicta l. licet. Sed Barto. in dicto
46 §. item cum quidam † tenuit contrarium videli-
cet quòd dominus non teneatur præſtare ſala-
rium, niſi pro rata temporis qua ſeruiuit, per
ea quæ habentur in dicto §. item cum quidam. &
hoc idem voluit ipſe Bart. ff. de annu. legatis. l.
opere. & in dicto §. diuus. & Bald. in d. §. de illo.
& Dominus Petrus, & Dominus Antonius in di-
cto cap. propter. quod & fortè verius eſt de iu-
re per text. dicti §. item cum quidam. ſecundum
Imolam in eodem c. propter. pro quo facit quod
notatur in c. ad audientiam, de clericis non re-
47 ſiden. & hæc quando caſus fortuitus † contingit
ex parte ipſius locantis operas, aliàs ſi ex parte
conducentis & mercedem præſtare debentis, &
tunc debebitur tota merces, & ſic totum ſala-
rium, per id quod habetur. ff. ad leg. Rhodiam.
de iactu l. ſi uehenda, & notatur in dicto §. cum
quidam.
48 Decimò fallit: † quã ipſa ſterilitas compenſa-
ri poteſt cum vbertate præcedentis, vel ſequen-
tis anni, cum tunc propter ipſam ſterilitatem nõ
fiat remiſsio: vt patet in dicto. cap. propter. quod
etiam ibi voluit Glo. quod qualiter procedat pa-
tebit infra in quarto membro.
49 Circa tertium quod eſt quantum † debeat eſ-
ſe damnum, vel quota ſterilitas, ut fiat remiſsio
mercedis in totum vel pro parte? dicendum eſt
prout voluit Gloſſ. in eodem cap. propter. quòd
quando colonus propter ipſum caſum fortui-
tum nihil percipit, & tunc fit remiſsio merce-
dis in totum, vnde ſi ſterilitas fuerit tanta quòd
illo anno nihil fuerit recollectum deductis ſum-
ptibus, & tunc fiet remiſsio mercedis in totum,
ita quod ſi pro tribus ſtareis ſoluuntur tres flore-
ni, omnes illi tres remittentur, ſi fuerit ſterili-
tas tanta quòd nil fuerit recollectum, de ipſis ſta-
reia deductis ſumptibus, ſecundum Hoſtienſem.
Ioannem Andreæ, Dominum Antonium, &
Imolam in dicto c. propter. tunc enim iſta eſt ra-
ta. Ad hoc lex illud. §. minus. de tributoria. quod
✻ & communiter tenetur. ✻ ſi autem † deductis ſum
50 ptibus aliquid eſt perceptum, & tunc ſi illud a-
ſcendit ad dimidiam eius quod conſueuit perci-
pi, vel vltra, & non cenſebitur tunc ſterilitas
prout dictum fuit ſupra, & ideò non fiet re-
miſsio mercedis, licet aliud voluerit in hoc Ho
ſtienſ. Ioannes Andr. et Dominus Antonius vbi
ſupra dicentes quòd ſufficit quòd ſit ſterilitas
pro tertia parte eius quod cõſueuit, ut fiat remiſ-
ſio pro tertia parte, & non bene, ut ſupra fuit
concluſum, ſecundum Imolam in eod. c. propter.
51 aut fuit † perceptũ minus dimidia eius quod con
ſueuit percipi, & tunc fiet remiſsio pro rata. Vn-
de ſi conſueuerunt percipi triginta, & perci-
piantur ſolum decem: quia pro duabus partibus
ex tribus eſt ſterilitas, fiet remiſsio penſionis pro
rata. hoc eſt pro duabus partibus penſionis, & per
conſequens ſolùm pro tertia parte ſoluetur pen-
ſio, & pro aliis duabus remittetur. Si autem cõ-
ſueuerũt percipi quindecim, & ſunt percepti tã-
tùm ſex, & tunc, quia percepta eſt tertia pars, pro
tertia parte ſoluetur penſio, & quia vltra tertiam
partem eſt perceptus vnus corbis, qui eſt quinta
pars vnius alterius tertiæ partis, ſoluetur vltra ter
tiam

ita in partem, quinta pars vnius alterius tertiæ partis pensionis, & pro quatuor partibus ipsius tertię partis in qua est sterilitas, & similiter pro alia tertia parte in qua est sterilitas fiet remissio, ita quod debebit soluere colonus tertiam partem mercedis, & vnam quintam partem alterius tertię partis, & in residuo fieri debebit remissio, & sic de similibus, prout dicit Imola vbi supra.

52 Circa quartum quod est, † an, & quando fiat compensatio sterilitatis, cum vbertate, dicendum est quòd ipsa compensatio de ipsa sterilitate fit cum vbertate pręcedentis uel sequentis anni proximi & immediati, non autem cum vbertate anni mediati & interpollati, vt voluit Innocent. in d.c. propter. Sed certè contrarium verius est, cùm fiat ipsa compensatio etiam cũ vbertate anni mediati & interpollati, cùm sit eadem ratio; vt voluit Hostiensis in summa in titulo de loca. §. quæ actiones. versiculo fit autem, & sequenti. cuius opinio rationabilior & iustior videtur, secũdum Imolam vbi supra, cum qua resident & alij communiter, & tunc fit remissio sterilitatis vnius anni cum vbertate alterius anni: quando † ambo anni continentur sub eadem locatione; aliàs verò si non sub eadem locatione contineantur, & tunc secus erit, esto quòd vtraq; locatio sit facta inter easdem personas, vel de eadem re, prout vult Bald. in d.l. licet. & Imola in d. cap. propter. pro quo facit: quia ex quo locationes sunt separatæ & diuersæ, de vna ad aliam, vel de anno vnius ad an-

53 num alterius † inferri non debet: arg. ff. de calum. l. fin. & ff. de minori. l. Papinianus exoli. & q. filij sint legit. c. per venerabilem, secundũ Imol.

54 Circa quintum quod est, quanta † vbertas debeat esse ad hoc vt fiat compensatio cum sterilitate, quod tetigit Glo. in dicta l. si vno. in princi. ff. loca. & Azo in summa loc. versi. item agitur. fuerunt opiniones de quibus ibi, & per Salycetum in d.l. licet. eas impugnantem & finaliter concludentem quòd recurrendum est ad opinionem vulgi: quando dicatur sterilitas, vel vbertas, per quod tamen non datur perfecta intelligentia huius materiæ. vnde D. Anton. in dicto c. propter. dicit quòd debet esse tanta vbertas vltra solitum, vt æquiualeat sterilitati cum qua debet fieri compensatio, ex hoc dicens, quòd si ex re locata secundum communem cursum percipiebantur triginta corbes, & in vno anno sunt percepti decem tantùm, & in pręcedenti & sequenti percepti sunt triginta pro quolibet anno, & tunc non fiet compensatio aliqua, cum nulla videatur fuisse vbertas in anno præcedenti, uel sequenti. sed si in anno pręcedenti fuissent percepti quadraginta corbes, & sic decem ultra triginta, & tunc illa decem cõpensabũtur, & contribuentur cum aliis perceptis in anno sterili, & sic pro rata fiet compensatio, vnde cẽsebitur in anno quo percepit decem percepisse uiginti, & sic solum fienda esset remissio mercedis pro illis decem qui non sunt percepti, & sic pro tertia parte secundum ipsum D. Antonium, qui tamen in hoc non residet, sed ponendo aliam opinionem dicit quòd hoc casu, cum compẽsatis illis decem ultra solitum perceptis in anno fertili censeatur colonus habere de reditibus ultra dimidiam, non fiet remissio mercedis pro illo anno in quo fuerunt percepti solùm decem corbes. sed quidquid ipse dicat, dici poterit quòd in hoc casu fiet remissio mercedis pro tertia parte, ut supra dictum fuit, quia negari non potest: quoniam in anno in quo percepti sunt solùm decem corbes non fuerit sterilitas, ex quo colonus percipit minus dimidiam eius quod consueuit percipi, ui detur quòd de duabus partibus fieri debeat remissio mercedis, ut patet in dicto c. propter. & in dicta l. licet. uerùm, quia anno præcedenti sunt percepti quatraginta, & sic decem ultra solitũ, illa decẽ debebũt cõtribui cũ aliis decem annis sterilibus. & cũ illis compensari, prout patet in d. cap. propter. & in d. l. licet. & similiter uidetur quod habeat hoc operari, quòd ubi pro duabus partibus de tribus, ipsius mercedis fieri debeat remissio attenta sterilitate illius anni, debebit modo fieri remissio ipsius mercedis colono solùm pro tertia parte, ex quo illa decem anni ubertatis contribuuntur in anno sterilitatis, & compensantur cum illis decem ex duabus partibus, in quibus fuit sterilitas, prout uoluit in d. c. pp. Imola, ubi ad hoc bonus text. secundum quẽ Imolam non obstat si dicatur, prout dicit ibi Do. Antonius, quòd ex quo illi decem contribuuntur cum anno sterili, non fit remissio, cum censeatur percepisse ultra dimidiam: quia ad hoc respondere potest, sicut & in simili dicitur. C. de rescind. uend. l. ij. & c. cum dilecti. & c. pen. de emp. & uendi. in quibus dicitur, quòd si deceptus ultra dimidiam iusti pretij est aliquis, nõ sufficit quòd emptor uelit supplere tantum quod non reperiatur uenditor deceptus ultra dimidiam iusti pretij, sed oportet quòd suppleat totum iustum pretium. Ita & in proposito si reperiatur colonus deceptus ultra dimidiam eius, quod consueuit percipi, debebit fieri remissio in toto eo quòd ulterius reperitur deceptus, & sic nõ sufficiet quòd restitueret tantum quòd non censeatur ultra dimidiam deceptus, cum eadem ratio sit utrobique, & eadem regula reguletur. l. ij. ff. loca. secundum Inoocen. in d. c. propter.

55 Circa sextum quod est, an † propter vbertatem fiat augmẽtatio pensionis seu mercedis, & quota esse debeat, duo sunt videnda. Et primò, an fienda sit dicta augmentatio, & circa hoc dicendum est, prout recolligi potest ex dictis Gl. in l. si merces. §. uix maior. ff. loc. secundum Ioannem And. & Imolam in eod. cap. propter. quòd aut colonus multum lucratur, non ex eo; quia multum recolligat, sed ex eo quia fructus multum ualent, & sic euenit ubertas, & tunc non poterit peti ob hanc causam augmentatio pensionis, sicut & non posset peti diminutio seu remissio propter utilitatẽ ipsorum fructuum, ut & uoluit Ioannes And. ubi

supra per d.l.si uno.§. item cum quidam.

Aut ipsa ubertas seu augmentum contingit
propter ipsorum fructuum abundantias, & tunc,
prout uoluit Ioã.And.in dicto loco, & Bar.post
Glos.in d.§.nis maior, aut talis abundantia con-
tingit propter diligentiam ipsius coloni, & non
debebit fieri augmentatio ipsius pensionis. per id
quod habetur in l.j.& l.ij.C.de fundo reipu. & in
l.fi.C.de omni agro deserto. lib.xj. Ad hoc quod
notatur in c.cùm M.de constit. secundum Imol.
in d.c. propter. aut cõtingit talis ubertas propter
bonitatem territorij, & non propter diligentiam
ipsius coloni. & idem: quia de ea fuit uerisimi-
56 liter habita consideratio in pretio, cum † domi-
nus præsumatur scire qualitatem & sic bonitatem
rei suæ.l.quisquis.C.de rescind. uendi. unde non
fiet tunc augmentatio ipsius mercedis, prout vo-
luit Imola vbi supra.

Aut puenit talis vbertas casu fortuito insoli-
to, ita quod non fuit habita uerisimiliter cogitatio
de tali augmento, & tunc fienda erit augmen-
tatio ipsius pẽsionis, prout uoluit in d.c.propter.
Ioan.And.dicens Iacobum Balduini Azonem, &
Dominum suum hoc tenuisse, per id quod habe-
tur in d.l.j. & fin. quod & tenuit Glos. in d.§. nis
57 maior. † Et Bart.ibi.pro quo bene facit tex. ibi à
contrario sensu secundum vnum intellectum, in
quantum uult quòd modicum lucrum non de-
beat auferri; secus ergo si lucrum sit magnum, cũ
illius haberi debeat consideratio, ut apud condu-
ctorem nõ remaneat, ut ibi uidetur innui, & ideò
fiet augmentatio ipsius pensionis, sicut & fieret
diminutio propter sterilitatem. prout tenuit Gl.
* ibi, quam sequuntur communiter Docto. * ex-
cepto Cyno qui contrarium tenuit in l.legem.C.
58 loca. & non bene: quia † contrariorum eadẽ de-
bet esse disciplina.ff.de vulga.& pupill. l.cum cõ-
tra. & ff.de legat.iij.§.fina. per quem dicit Barto.
59 si omnia † molendina sint destructa propter im-
petum aquarum vno excepto, propter quod ille
qui cõduxit illud est multum lucratus, & ultra di-
midiam eius quod consueuit percipi, poterit ab
eo peti augmentum pensionis secundum Imol.
ubi supra, quod est menti tenendum.

60 Secundò uidendum est quanta † debeat esse
vbertas vt augmentetur pensio, quod communi-
ter Doctores non tangunt, dicendum est, prout
uoluit Imola in eod.cap.propter.quòd si tanta sit
vbertas quòd percipiat duplũ eius quod consue-
uit percipi, & tunc augmentabitur pensio in du-
plo, vnde si soluebat tres florenos pro pensione
soluet sex, & sic tres pro augmento, & tres pro pri
ma pensione, si uerò non recipiat duplum, & tunc
si recipiat tantum quantum consueuit percipere,
& ultra illud percipiat dimidiam eius quod con-
sueuit percipere, uel minus dimidia, ut si consue-
uit percipere triginta corbes, & ultra illud perci-
piat quindecim corbes quæ sunt dimidia, uel mi-
nus, & non fiat augmentatio pensionis sicut è
conuerso nõ fieret remissio, ut supra dictum fuit,
si uerò percipiat illud quod consuetum est perci
pere, & ultra illud percipiat tantum quòd trascen
dat vltra dimidiam eius quod consueuit percipi,
vt quia percipiat quinquaginta corbes, & tũc fiet
augmentatio pensionis, quia percepit duas par-
tes ex tribus, vltra id quod cõsueuit percipi vltra
debitum, vnde pretium soluere debebit duas par-
tes ex tribus dicti pretij sicut èconträ, fit pro rata
sterilitatis remissio pẽsionis, ut supra dictũ fuit,
secundum Imolam, qui ex hiis dicit colligi aliud
esse quando agitur de vbertate, ad finem vt aug-
mentetur pensio: quia non dicetur vbertas, nisi
sit perceptum id quod est consuetum percipi, &
vltra dimidium eius quod consueuit percipi, &
aliud esse quando agitur de vbertate vnius anni
compensandi cum sterilitate alterius: quia tunc
sufficit quòd vltra solitum sit aliquid perceptũ,
etiam si non sit vltra dimidiam eius quod consue
uit percipi, sed dimidiã vel minus, prout patet su-
pra in quinto membro, quæ nota cùm non ita de
facili alibi reperies hanc materiam ita declaratam
& ad practicam reductam.

TRACTATVS DE PERMVTATIONE BENEFICIORVM SVB REGVLIS ET FALLENTIIS REDACTVS.

SVMMARIVM.

1 Beneficiorum permutationis materia frequens & practicabilis.
2 Permutatio quid sit, & quid eius appellatione contineatur. nu. 13. 14.
3 Permutatio qualiter perficiatur. nu. 15.
4 Actio quæ ex permutatione detur? nu. 16.
5 Beneficia permutare qui possint? nu. 17.
6 In beneficiorum permutatione qui debeant consentire, ac auctoritatem interponere, nu. 41. 45. 58. 60. 64. 65. 66. 67. 68.
7 Beneficia quæ possint permutari. nu. 78. 79.
8 Permutatio ratione reseruationis papæ, uel aliter, si non teneat, an ualeat resignatio ex causa permutationis facta? nu. 95.
9 Permutatio an possit fieri ex interuallo? nu. 106.
10 Superiores in quorum manibus resignata sunt beneficia ex causa permutationis, infra quantum tempus teneantur conferre. nu. 112.
11 Permutare ad inuicem promittentes cum auctoritate requisita, an alter altero inuito pœnitere possit? nu. 114.
12 Beneficiorum permutatorum inæqualitas, siue ratione redituum, uel alia, an reddat permutationem nullam? nu. 119. 120. 121.
13 Permutans beneficium, an in ea debeat facere mentionem de alio beneficio quod habet? nu. 122.
18 Episcopi an possint episcopatus permutare?
19 Abbates & alii prælati an possint ad inuicem beneficia permutare?
20 Beneficia manualia habentes an possint permutare?
21 Commendatarii an possint commendas permutare?
22 Commenda est titulus canonicus. nu. 23. & 24.
24 Commenda licet sit titulus canonicus, tamen non inducit ut beneficium non dicatur uacare; cum finita commenda duret antiqua uacatio.
25 Commenda non est propriè titulus beneficij, cùm fiat ad tempus.
26 Beneficium commendatum permutari non potest cum beneficio collato in titulum.
27 Cōmenda titulus est, sed diuersus à titulo principali.
28 Permutari potest res temporalis pro re perpetua. Commenda ad uitam permutari an possit cum beneficio perpetuo?
29 Expectatiuam habentes, an dicta eorum iura permutare possint?
30 Permutare an possint habentes ius in re licet possessionem non habeant?
31 Canonici eiusdem ecclesiæ, an sine auctoritate superioris permutare possint præbendas.
32 Permutare an possint hospitalia habentes?
33 Transitus facilior est in habentibus similitudinem.
34 Hospitale non est propriè beneficium, nec tamen titulus profanus.
35 Spirituale cum quasi spirituali permutari potest. Hospitale constructum episcopi auctoritate permutari non potest cum beneficio: secus si aliter.
36 Beneficium curatum habens an permutare possit cum beneficio non curato?
37 Beneficia plura habens an permutare possit cum habente unum? uel è contrà.
38 Dispensatio ut personalis non transit ad alium.
39 Dispensatio facta super duobus curatis, intelligitur de primis. ideò non iuuat in nouiter acquisito ex permutatione: secus tamen si permutatum beneficium & acquisitum est simplex. nu. 40.
41 Beneficiati inuiti transferri regulariter non possunt de suis beneficijs, siue sint episcopi, siue prælati: uel alij inferiores.
42 Beneficiati manuales inuiti transferuntur de eorum beneficijs.
43 Beneficiati inuiti de eorum beneficijs ad libitum per papam transferuntur.
44 Beneficiati inuiti de eorum beneficijs etiam per inferiorem de eorum beneficijs transferuntur, subsistente tamen iusta causa.
45 In beneficiorū pmutatione requiritur consensus eorū ad quos spectat collatio, electio uel præsentatio.
46 In beneficiorum permutatione necessaria sufficit consensus maioris partis patronorum, secus in permutatione uoluntaria.
47 Prælati ecclesiarum collegiatarum inuitis collegijs, si ad ea spectet electio, collatio uel præsentatio permutare non possunt, nisi papæ auctoritate.
48 Papa in beneficialibus pōt de iure unius dare alteri.
49 Permutatio facta contemptis his quorum consensus requirebatur, an sit nulla ipso iure uel annullanda. nu. 50. 53.
51 Permutatio facta contemptis his quorum consensus requirebatur potest ratificari & tenet. nu. 54.
52 Hi ad quos spectat electio collatio seu institutio, si in permutatione beneficiorum contempti fuerunt antequàm permutatio annulletur eligere, seu conferre aut instituere non poterunt.
55 Contempti in permutatione beneficiorum agere poterunt de contemptu infra sex menses à die notitiæ, nisi tacitè consentiant seu expressè. nu. 56. uel nisi legitimè citati non comparuerint. nu. 57.
59 Renuntiatio beneficij facienda est in manibus electoris uel collatoris, & per ipsum fieri debet electio uel collatio. Sed tamen requiritur superioris auctoritas, qui de consensu electoris uel collatoris potest totum expedire. nu. 58. 60. 61.

62 Episco-

62 *Episcopus uel quilibet alius superior qui in beneficiorum permutationibus habent auctoritatem præstare, quis eã præstet, si totum ut supra expediant. Episcopus licet possit resignationem recipere ex causa permutationis, non poterit illam perficere, si ea erant papæ reseruata.*

63 *Permutatio facta de beneficijs reseruatis sine speciali mandato papæ non ualet.*

64 *Beneficia permutanda si habent in curia uacare, in permutatione inferior à papa non potest auctorare: secus si extra curiam. nu. 65.*

66 *Beneficia permutanda si sunt diuersarum diœcesum, quis habebit auctorizare.*

67 *Beneficium ut in eius permutatione episcopus præstet auctoritatem non sufficit quòd sit in eius diœcesi cum necesse sit, quòd ipsi sit subiectum.*

68 *Inferior ab episcopo, imò nec eius uicarius, etiam si tales haberent potestatẽ instituẽdi, uel aliàs cõferre uel eligere possent, non poterit auctoritatem præstare in permutatione beneficiorum. nu. 69. 70. 71.*

72 *Inferior ab episcopo in permutatione beneficiorum auctorizat, si ius illud præscripsit.*

73 *Inferior ab episcopo in permutatione beneficiorũ auctorizat sede uacante ob episcopi mortem, si ad ipsum inferiorem spectabat collatio, uel ad eum unà cum episcopo.*

74 *Capitulum sede uacante an possit in permutationibus beneficiorum auctoritatem præstare?*

75 *Capitulũ sede uacante potest beneficiatos priuare, & eadem ratione resignationem quæ fieret ex causa permutationis recipere, nõ tamen perficere. nu. 76.*

77 *Episcopus posteà creatus, potest auctoritatẽ præstando, resignationem factam ex causa permutationis in manibus capituli sede uacante perficere.*

78 *Beneficia quæcunque ecclesiastica dummodo uacent per resignationẽ regulariter pmutari possũt. n. 79.*

80 *Beneficia generaliter papæ reseruata, uel specialiter proprio motu permutari sine illius speciali consensu non possunt.*

81 *Reseruatio specialis facta motu proprio est fauorabilis, & amplianda sicut generalis.*

82 *Reseruatio specialis ad impetrationem alterius & non proprio motu sicut litera papæ expectatiua, non impedit permutationem. nu. 83.*

84 *Beneficia uacantia in curia permutarĩ non possunt sine papæ auctoritate.*

85 *Beneficia cum permutantur ob ecclesiarũ auctoritatẽ, etiam si in eis locum habet optio, permutari possunt: secus si aliàs. nu. 86. 87. 88. & 89.*

86 *Beneficia reassignata ex causa permutationis alijs nõ sunt conferenda sed permutantibus.*

87 *Permutatio quæ fit propter utilitatem ecclesiæ est fauorabilis, & amplianda: secus si ad utilitatem permutantium. nu. 88.*

89 *Optionis cõsuetudo disponens super ipsis beneficijs ex causa permutationis uacantibus attendenda est.*

90 *Beneficia unita puta monasterio cedentibus uel decedentibus rectoribus, rectores ipsi ea permutare non possunt.*

91 *Permutatio locum habet in beneficijs uacantibus.*

92 *Canonici de duodecim suo permutare non possunt, etiam interueniente auctoritate legati, si dictus numerus ad minorem restrictus fuerit cedentibus uel decedentibus aliquibus eorum iuramento interueniente.*

Legati auctoritas non tollit statutum ecclesiæ.

93 *Legati auctoritas excusat à periurio. contra ibidem & hoc nisi illi qui numerum restrinxerunt consensissent permutationi. nu. 94.*

95 *Permutatio beneficiorum si nulla est aliqua causa, an ualeat reassignatio & reassignantes possint propria auctoritate ad eorum beneficia redire, uel sit opus noua collatione, & quid de æquitate, quid autem de iuris rigore?*

96 *Permutatio beneficiorum ob papæ reseruationem nõ occultam, sed quodam modo publicam cum nulla sit, reassignãtes nõ redeũt ad beneficia reassignata.*

97 *Permutatis beneficijs, quorum alterum occupabatur à simoniaco, uel alter à non habente titulum, & sic nulla permutatione, an alter recuperabit suum beneficium. nu. 98. quid si non iusto errore ductus permutando reassignauit? nu. 99.*

100 *Permutans beneficium si in permutatione committit fraudem, si nulla quacunque causa, esset permutatio, fraudolentus non redit ad suum beneficium. Sed an priuatus uel priuandus; & qui exinde effectus. uide. nu. 101. 102. 103. 104. 105.*

104 *Titulus beneficij per mortem instituti dissoluitur.*

106 *Permutatio beneficiorũ an fieri possit ex interuallo?*

107 *Beneficium curatum unum uacat ex acquisitione alterius.*

108 *Permutatio beneficiorum perficitur renuntiatione, & collatione, quid autem si permutare uolentes præsentes petantur ab episcopo reassignationem admitti, & collationem hinc inde fieri, & episcopus respondeat, placet nobis, & ita nos permutamus. nu. 109. quid autem tutius. nu. 111.*

110 *Actus medius propter celeritatem actuum contrarium gerendorum interdum occultatur & habetur pro expresso. nu. 110.*

112 *Superior in cuius manibus beneficia permutãda sunt reassignanda, infra quantum tempus teneatur illa conferre.*

113 *Reassignantes eorum beneficia causa permutationis, si superior eisdem ea tardet conferre, an post sex menses possint propria auctoritate ad eorum beneficia redire.*

114 *Tractantes permutare & promittẽtes si pœniteant, an possint compelli?*

115 *Conuentio de permutando beneficia etiam cum superioris auctoritate, an censeatur prohibita pro & contra nu. 116. 117. & 118.*

119 *Fraus si in permutatione beneficiorum respectu inæqualitatis, an permutatio uitietur? & an circunstantiæ seu coniectura ad fraudem delegandam sufficiant. nu. 120. & 121.*

122 *In permutatione beneficiorum an fieri debeat mentio alterius beneficij.*

123 *Permutatio beneficij non est propriè impetratio.*

124 *Stylus curiæ seruandus est.*



BENEFICIORVM permu
1 tationis materia † frequens &
practicabilis eſt, de qua per
Federi. in tractatu permutatio
nis,per Petrum de Peruſio in c.
quæſitum. extra de rerum per-
muta. per D. Anto. in c.cum olim.eo.tit. per Pe-
trum de Ancharano & Imo.in c.exhibita.eo. tit.
quorum & aliorum dicta recolligendo, ad cer-
tas concluſiones & regulas cum fallentiis pro fa-
ciliori declaratione redigam, uidelicet: in duo-
2 decim principales partes. & primò,†quid ſit per-
mutatio & eius appellatione contineatur.
3 Secundò†qualiter permutatio perficiatur. Ter-
4 tiò † quæ actio ex permutatione detur. Quartò
5 † qui poſsint beneficia permutare. Quintò qui de-
6 beant conſentire† & auctoritatem interponere in
7 permutationibus beneficiorum. Sextò † quæ be-
8 neficia poſsint permutari. Septimò†quid ſi non
teneat permutatio, ratione reſeruationis Papę,
vel alia ſimili ratione, an valeat reſignatio facta
9 ex cauſa permutationis. Octauò, †an poſsit fieri
10 ex interuallo ipſa permutatio. Nonò†infra quan
tũ tp̃s,ſuperiores in quorũ manibus reſignata ſunt
beneficia ex cã p̃mutationis,teneant illa cõferre.
11 Decimò†quid ſi tractantes de permutatione ſuo
rum beneficiorum per illos quorum intereſt, &
facere quòd auctorizent,qui auctorizare poſſunt,
ſi alter ipſorum uelit pœnitere, & non renuntia-
re ex cauſa prędicta alteri inſtanti an poſsit ad p-
12 mutationem compelli. Vndecimò† an inęquali-
tas beneficiorum, ſiue illa ſit ratione redituum,
vel ex alia de cauſa reddat permutationem nul-
13 lam. Duodecimò, †an in permutatione fieri de-
beat mentio de beneficio quod habet permutãs,
de quibus ſingulariter videamus.

Circa primum quod eſt de ipſa permutatione
quid ſit, & quid ſub ea contineatur dicendum eſt,
14 quòd licet lato ſumpto uocabulo permutatio†cõ
prehendat omnem contractum per quem fit rei
pro re in aliũ translatio,tamen propriè & ſtricto
ſumpto uocabulo eſt qñ datur ſpecies ꝓ ſpecie.l.
j.C.eo.ti.& in l.j ff. e.ti.vt voluerunt in d.c. exhi
bita.Ioan.And.Anto.& Imola. Quod locum ha-
bet in permutatione rerum temporalium. In per-
mutatione uerò beneficiorum dicendum eſt, ꝙ
eſt translatio beneficiorũ hincinde per ſuperio-
rem facta:ut uoluit Do.Florianus in allegato. c.
quæſitum. ubi de hoc.

15 Circa ſecũdum†quod eſt qualiter permutatio
perficiatur,dicendum eſt quòd contractus p̃mu
tationis non perficitur ſolo conſenſu,cũ ſit cõtra
ctus innominatus, imò ad eius perfectionem re-
quiritur,ꝙ ſit deuentũ ad actũ traditionis,ad hoc
vt pariat actionem.ff.eo.tit.l.j. & ij. ſecundũ Io.
And.in d.c.exhibita. Quod procedit in permuta
tione rerum temporalium. In permutatione ve-
rò beneficiorum requiritur hincinde renuntia-
tio,& per ſuperiorem collatio:ut eod.tit.c.quæſi-
tum.& c.cum olim.& inferius patebit.

16 Circa tertium† quod eſt, quæ actio detur ex
permutatione,dicẽdum eſt, quòd ex permutatio
ne oriũtur duæ actiones,oritur enim primò actio
præſcriptis verbis quæ datur implenti ex parte
ſua contra nõ implentẽ,vt ipſe adimpleat ſeu præ
ſtet intereſſe,ſi nõ det quod dare debet.C.eo.tit.
de rer. permu.l. rebus. Secundò oritur ſeu datur
conditio ob cauſam quæ datur implenti ad repe
tendum rem datam,ſi per aliam partem nõ adim
pleatur: vt d.l.rebus.& l.ex placito.c.eo.tit.
17 Circa quartũ†quod eſt q poſsint beneficia per-
mutare,quod reſpicit merè materiam beneficia-
lem,ſicut & alia ſequentia. Decẽ ſunt videnda &
18 primò†de epiſcopis an poſsint ad inuicẽ permu
tare?& dicendũ eſt,ꝙ non,ſine auctoritate Papę,
cũ nõ poſsint ep̃atus renuntiare ſine eius licẽtia.
c.j.& per totum de tranſlatio. pręla. Ad hoc quod
notatur in c. fi.de poſtula.præla.
19 Secundò†videndũ eſt de abbatibus & aliis pręla
tis?& iſti poſſunt beneficia adinuicẽ permutare
ſeruata tñ forma d.c. q̃ſitũ. Quod & locũ habet
etiam in habẽtibus præbendas. vt in d.c.quæſitũ.
20 Tertiò†videndum eſt de habentibus beneficia
manualia,& iſti poſſunt talia beneficia permuta-
re,cũ & vacare poſsint per mortẽ: vt in Cle. quia
regulares.de ſupplen.negligen. præl. dummodo
talis permutatio fiat ſolenniter,& ſeruata debita
ſolennitate: vt voluit Federic. in conſil. cc. & in
tractatu prædicto in q.xvj.
21 Quartò † uidendum eſt de habentibus commẽ
das, & iſti poſſunt ad inuicem permutare, cum
22 † commenda ſit titulus canonicus, prout nota-
tur in cap. nemo deinceps. de electio. in ſexto.
Quod procedit non ſolũ ſi ſit facta cõmenda per
Papam ad uitam,ſed etiam ſi ſit facta ad tempus,
ſecundum formam dicti c.nemo deinceps. ut uo
luit ipſe Federic. in dicto tractatu in quæſtione.
xv.& Petrus de Peruſio in d.c.quæſitum. Imò &
23 plus:quia uidetur, ꝙ cũ commenda † ſit titulus
canonicus approbatus,poterit permutari cum be
neficio in titulum collato. prout uoluit Federi.
in dicta quæſtione.xv.& Petr. de Peruſio in d. c.
quæſitum. In contrarium tamen facit: quia licet
24 commenda†ſit titulus canonicus,tamen non in-
ducit vt beneficium non uacet,cùm & duret an-
tiqua vacatio,etiam finita commenda: ut notatur
in Clem.j.ut lite pend. & redeat poteſtas confe-
rendi ad ordinarium prout notatur in c.inter di-
lectos. de exceſſ. prælato. ſecundum Petrum de
Ancharano in dicto c. exhibita. qui licet ita re-
ſideat, tamen uidetur uelle quòd non poſsit per-
mutari ipſa commenda, quod uidetur etiam te-
nere Dominus Florianus in dicto cap.quęſi-
25 tum,dicens,ꝙ cũ commẽda † non ſit propriè ti-
tulus beneficii cum fiat ad tempus: ut dicto cap.
26 nemo. non poterit beneficium†commendatum
permutari cum beneficio collato in titulum.pro
quo facit quod notat Ioannes And.in cap. unico
eo.tit.in vi. ſecundum Imolam:qui licet ibi tran
ſiuerit cum ipſo Domino Floriano,tamen prout
ipſe

ipse dicit in d.c.exhibita,potest sustineri opinio
27 ipsius Federici. Quia commenda † titulus est,li-
cet sit diuersus à titulo principa.cum hoc nō im-
28 pediat.Potest enim una † res temporalis permu-
tari pro alia re perpetua,unde poterit hunc titu-
lum perpetui beneficij permutare cum titulo tē-
porali,sicut & potest beneficium pingue cum se-
nui,secundum ipsum Imolam ; qui dicit hoc ma
ximè procedere ; quando commenda fuisset cō-
cessa ad vitam,& sic perpetua,cum tunc cesset di-
cta ratio.& hoc tenuit Petrus de Perusio , in d.c.
quæsitum.tenendo opinionem ipsius Federici,
dicens, quòd ubi fit talis permutatio, si collator
cōferat ut in commenda,durabit per sex menses,
si in titulum collatio erit perpetua.ut ibi per eū.
& ista opinio usu præualet.
29 Quintò uidendum est ad expectantes † pro qui-
bus sunt affectæ præbendæ , uel habentes ius ad
rem possint dicta sua iura permutare ? & circa
hoc dicendum est,quòd cum utrunque sit ius spi
rituale , poterit talis permutatio fieri . & hoc te-
net Federic.in d.tractatu.quæst.xiij.Sed contra-
rium tenuit Petrus de Perusio & D. Florianus in
d.c.quæsitum.& Imola in d.c.exhibita. maximè
ex eo : quia ad hoc ut permutatio fieri possit re-
quiritur quòd beneficia sint sua seu habeat ius in
eis.prout est expressum in c.uni.eo.tit.in vj. ubi
* de hoc.quod & communiter tenetur. *
30 Sextò uidendum est † de habentibus ius in ipsis
beneficiis,& sic ius in re,& in illis dicendum est,
quòd permutare possunt,licet possessionem non
habeant,cum sufficiat quòd habeant titulum per
quem beneficia efficiuntur eorum.Ad hoc quod
notatur per Innoc.in c.inter cætera. de præben.
& quod notatur eod.titu.in c.si tibi. & cap. fin.
in vj.& c.unico eodem titu. in vj. & communi-
* ter tenetur. *
31 Septimò uidendum † est de canonicis eiusdem
ecclesiæ,an ad inuicem possint permutare præ-
bendas sine auctoritate superioris ? quod tangit
Petrus de Ancharano in d.c.exhibita . & plenius
Innoc.in d.c.quæsitum.dicens quòd etiam præ-
bendę eiusdem ecclesię sicut si essent diuersarum
ecclesiarum,quando censentur diuerso iure per-
mutari non possunt ; vt quia onus speciale incū-
bat uni,quod non incumbit alteri,puta si una sit
deputata uni officio,ut cātori, alia alteri officio,
uel una habeat onus sacerdotij annexum , altera
uerò non,iuxta ea quæ habentur,de præb,in c.si-
gnificatum.cum tales præbendę permutari non
possint sine auctoritate superioris, sicut & diuer
sæ dignitates eiusdem ecclesiæ,ut uoluit ipse In-
noc.ubi supra. Si uerò ipsæ præbendæ eiusdem
ecclesiæ censeantur eodem iure : ut quia una ha-
bet simile onus annexum,quod habet altera ; uel
sint ambę deputatæ eidem officio seu simili , &
tunc habentes tales præbendas poterunt ad inui
cem permutare , etiam sine auctoritate superio-
ris,dummodo interueniat consensus illius ad cu
ius collationem & inuestiturā pertinet talis pre-
benda.secundum ipsum Innoc. Non enim uide-
tur tunc fieri quodammodo alienatio , ex quo fit
canonico eiusdem ecclesiæ.Ad hoc quod in simi-
li notatur.ff.de leg.ij.in l.vnum ex familia,tutius
tamen est ut fiat cum auctoritate superioris pro-
pter connexitatem quam habet præbenda & ca-
nonia, secūdum Hostiensem cum quo resider in
d.c.quæsitum Ioannes Andr. & Petrus de Peru-
sio,quod tenendum est propter periculum simo-
nię secūdum D.Antoniū in eodem c. quæsitum.
sed imò non solum hoc tutius est quòd fiat cum
auctoritate superioris , sed est necesse quòd au-
ctoritas superioris interueniat : ut tenuit Ioan-
nes de Lignano , secundum quod refert in c. fin.
de rer.permu.Petrus de Ancharano. & hoc pro-
pter connexitatem quam habet præbenda cum
canonia.c.cum M.de constit. & per id quod di-
citur in dicto c.quæsitum.versi.præsertim.Quod
procedit quando fieret permutatio de ipsis prę-
bendis,hoc est de titulis ipsarum præbendarum.
nam cum tales sint spirituales.c.dilecto.de præb.
non poterit fieri talis permutatio sine auctorita-
te superioris,secundū quòd dicitur in d.c.quęsi-
tum. Secus autem si permutarentur prębendæ,
hoc est,prędia præbendarum : quia cum illa cō-
sistant in temporalitate fieri poterit talis permu-
tatio sine auctoritate superioris.& ita procede-
re poterit opinio ipsius Innocentij . secundū D.
Florianum ubi supra. cuius distinctio satis est
rationabilis , secundum Imolam. & cum ea cę-
* teri transeunt. *
32 Octauò uidendum est † de habentibus hospi-
talia an permutare possint, quod tractat Federi.
in dicto tractatu,quæstione xiij.& ibi ipse tenet,
quòd sic , quod procedit quando utrumque non
confertur in titulum sed ut bono uiro,in haben-
33 tibus † enim similitudinem facilior est transitus.
ff.de rei uendic.l.si in rem.§.item si quæcunque.
Si uerò unum confertur in titulū,& aliud ut bo-
no uiro, & tunc poterunt ad inuicem permutari
cum & permutari possit illud quod confertur ut
bono uiro cum beneficio ecclesiastico : ut uoluit
34 Federic.in d.q.xiiij.Nam licet † Hospitale non
sit propriè beneficium,tamen nō est titulus pro-
fanus : sed titulus ecclesiasticus, unde uendi non
potest : ut c.consuluit.de simon.& potest acce-
dere spirituali . ut in Clementina per literas . de
præb.ut plenius per ipsum Federi.in d. quæstio-
ne . qui ex hoc uidetur uelle quòd spirituale †
permutari possit cum quasi spirituali . Vnde
poterit permutari ius patronatus cum ecclesia .
Quod est notandum secundum Petrum de An-
charano ubi supra , qui ita residet , & hoc etiam
uoluit Petrus de Perusio in dicto c.quæsitū. Sed
certè Ioannes And.in c.unico eodem titulo ui-
detur in hoc tenere contrarium,uidelicet, quòd
hospitale non possit permutari cum beneficio:
quando hospitale non confertur in titulum , sed
ut bono uiro,etiam si sit concessum clerico , pro
quo facit quod notatur in Clemen,quia contin-
git.

git.de relig.domi.secundum Florianum qui hoc
idem tenuit in d.c.quæsitum. Sed quid dicam,
uidetur quòd ꝓbabilior posſit sustineri opinio
ipsius Federici, quia ex quo utrunque est ius spi-
rituale, uidetur quòd posſit fieri permutatio per
quod dictum fuit in simili de beneficio commen-
dato, secundum Imolam, cuius dictum procedere
posſet, quando tale hospitale fuiſſet constructum
auctoritate episcopi cũ & tunc cẽseatur quid spi-
rituale, per notata de religio.domib.in c.de sino-
dochis.& c.ad hæc.aliàs aliud esset prout nota-
tur in dictis iuribus. Vnde tunc procedere posſet
opinio ipsius Io.And.& D.Floriani.

36 Nonò uidendum est, an† habens beneficium
curatum permutare posſit cum habente beneficiũ
simplex seu non curatum: vel econtrà. & dicendũ
est ꝙ sic, prout tenuit Ioã.de Lignano secundum
quod refert Pet. de Ancha. in d.c.exhibita.de re-
rum permut. sufficit enim quòd ambo sint intitu-
lata, licet qualitates sint diuersæ. Ad hoc textus in
distinctè loquens in c.vnico. eodem titu. in vj. &
c.cum olim.extra eo. & cap.proximo. secundum
Imolam.& hoc etiam uoluit Petrus de Perusio. in
✱ d.c.quæsitum.& communiter tenetur. ✱

37 Decimò uidendum est,† an habens plura bene
ficia posſit permutare cum habente unum uel è
contra? & circa hoc Ioan.And.in c.cum uenerabi-
lis.de except.tenuit, quòd posſit per illum textũ:
ubi plenius de hoc.de quo per Federicum in d.tra
ctatu.in q.xii.vbi dicit quòd si habens duo bene-
ficia curata ex dispensatione uelit permutare cũ
habente unum curatum vel vnum simplex. quod
38 id fieri non poterit: quia dispensatio† ut persona-
lis non transit ad alium, cum quo vult permuta
re c.sane. de priuileg. Nec episcopus poterit in
hoc dispensare cum non posſit dispensare in cu-
ratis.c.de multa.de præben. Imò & si habeat quis
ex dispensatione duo beneficia curata, & unum ex
illis uelit permutare cum alio curato, uacabit il-
lud quod sibi remanet, cùm dispensatio facta su-
39 per† duobus curatis intelligatur de primis ꝑ no-
tata de filiis presby.c.j. & ij.in vj. & in Clement.
40 si plures de prębend. Secus autem † si permutet
cum simplici, cum illud retinere posſit cum alio
curato saltem ex dispensatione episcopi. prout
notatur de electio.in c.dudum.el ij. & de concess.
præbend.literas.secundum Imolam in d.c. exhi-
bita. Quod & uoluit Pet.de Perusio in d.c.quæsi-
✱ tum.cum quibus cæteri transeunt. ✱

41 Circa quintum principale quod † consistit in
hoc videlicet: qui debeant consentire & auctoriza
re in ipsis permutationibus, seu quorum cõsensus
& auctoritas requiratur dicẽdum est, quòd requi-
ritur primo consensus ipsorum permutantiũ, cũ
inuiti transferri nõ posſint de suis beneficiis, siue
sint episcopi, siue prælati, uel alij inferiores bene-
ficiati ut notatur in d.c.quæsitum.per Io.And.&
per Io.de Deo.vij.q.j.episcopus de loco. Ad hoc
c.quàm sit.de elect.in vj.& c.si tibi.de pręben.eo.
titu.& lxxiiij.dist.gesta.

Quod & licet regulariter sit uerum, tamen fal-
42 lit, & primò† in beneficiis manualibus, prout ha-
betur in Clem.quia regulares.§.permiſſa.de sup-
ple.neglig.prælat.

43 Secundò fallit: † quando talis permutatio fieret
per Papam, ipse enim Papa põt inuitos transferre
ad libitum, etiam non apparente legitima causa. ꝑ
notata de conceſ.præb.in c.proposuit.secundum
Imol.in d.c.exhibita. Ad hoc quod nota. de iudi.
✱ c.cum uenissent.& communiter tenetur. ✱

44 Tertiò fallit: † quando subsisteret legitima cã,
cum causa subsistente posſint inuiti transferri, ẽt
per inferiorem à Papa, puta per episcopum uel
eius superiorem, prout notatur de renuntiat. c.
nisi cum pridem.§. propter malitiam. & ibi per
Innocen.& per Host.in d.c.quæsitum.& per Ar-
chid.in canone. episcopus de loco. per Federic.
in dicto tractatu, in q. xxv. ubi dicit, quòd si nõ
potest consuli necessitati ecclesiæ per dationem
coadiutoris: nec alio modo, poterit inuitus trans-
ferri: ita tamen quòd fiat bona recompensatio in
alio beneficio, cum publica utilitas præferri de-
beat priuatæ, vii.q.j.scias. Quod uerum intellige
subsistente legitima causa possunt inuiti trans-
ferri hoc modo uidelicet: prout uoluit ipse Fe-
deri. in q. xxx. quia poterunt cogi vt de nolenti-
bus fiãt volentes per subtractionem redituum, vel
alio remedio, imò & priuari poterunt titulo, quẽ
habent, demum poterit vnum ex ipsis beneficiis
conferri vni, & alterum alteri, & ita fieri poterit
permutatio eis inuitis, quam facere poterit epi-
scopus cum consensu & consilio sui capituli, sicut
& facere potest institutiones & collationes. de
his quæ fiunt à pręl.c.nouit.non autem poterit eã
facere episcopus solus sine illo consensu, nisi pręs
scripsiſſet, vt sine consensu facere posſit. per id
quod habetur.in c.iij.de consuetud.in vi.& in c.
cum ex eo.de elect. in vi. vt uoluit ipse Federic.
in dicta quæstio. xxv. Petrus de Ancharano, &
Imola in dicto cap.exhibita. & utrunque com-
✱ muniter tenetur. ✱

Secundò requiritur in ipsis permutationibus
45 † consensus illorum ad quos spectat collatio, ele-
ctio uel præsentatio. eodem tit. de rer. permu. c.
unico.in vj.& si in tali permutatione collegium
46 debeat consentire, uel patroni, cum ecclesia † ha
beat plures patronos, sufficiet consensus maio-
ris partis ipsius collegij uel patronorum. per id
quod habetur. in c.iij. de iure patronat. Quod ve
rum intellige: quando talis permutatio esset ne-
cessaria uel utilis ecclesiæ: aliàs si uoluntaria. &
tunc requiretur consensus omnium, cum melior
sit conditio prohibentis. per notata in d.c.vnico.
& in Clementina. unica eodem titu.& de con-
stitut.cap. cum omnes. & hoc voluit Federicus
in quæstione. ix. xx.& xxj. vbi ex his dicit, quòd
47 duo prælati † ecclesiarum collegiatarum inui-
tis collegiis permutare non possunt, si ad ipsa
collegia spectet electio, collatio uel præsentatio,
cum aliàs aliud sit, et hoc nisi talis permutatio
fiat

fiat per Papā uel eius auctoritate, cum possit per
48 ipsum fieri etiā eis inuitis. Potest enim ipse† Papa de iure unius dare alteri: ut in c. proposuit. de concess. prębend. et ut notatur de releg. domib. in c. constituius. secundum Imolam in d. c.
49 exhibita. Circa quod aduertendum est: quia† licet in ipsa permutatione interuenire debeat cōsensus electorum uel collatorum uel patronorum ut
50 supra, tñ si fiat† ipsa permutatio contēptis electoribus uel collatoribus non erit nulla, sed annullanda: ut uoluit Feder. in quęstione xxx. & Paulus in dicta Clementina unica. cum possit ra-
51 tificari† quod non esset, si fuisset nulla, per notata in cap. auditis. de electio. Ad hoc etiā quod habetur in cap. cum sicut. de electio. & in cap. cū in ecclesijs. de prębend. in vj. & hinc est quòd
52 facta permutatione† auctoritate episcopi sine eō sensu ipsorum electorum uel collatorum, non poterunt ipsi collatores uel electores alium eligere uel conferre, ante cassationē ipsius permutationis, per notata in d. c. auditis. & in c. inter dile
53 ctos. de excess. prælat. & similiter si fiat† collatio uel pmutatio auctoritate epī, non requisito patrono uel contempto talis collatio uel permutatio, non erit irrita ipso iure, sed irritanda, per id quòd habetur de iure patron. in c. illud. & secundum hoc text. in canone decernimus. xvj. q. vij. dum dicit irrita exponi debebit prò irritanda secundum ipsum Imolam in d. c. exhibita. Imò
54 † & si diceretur quòd nulla esset, nihilominus posset per ipsum patronum ratificari, cum hoc inductum sit in eius fauorem. Ad hoc quod notatur. ff. de iniust. testam. in l. filio prǽterito. & ff. de lega. iii. l. iij. in principio: ut plenius in d. c.
55 exhibita. per ipsum Imolam. Qui etiam dicit† q̄ illi qui fuerunt contempti in actu permutationis agere poterunt de contemptu infra sex menses à tempore notitiæ ipsius permutationis: ut uoluit Fed. in d. tractatu in quęstione xxxi. per id quod
56 notat Inno. in c. ij. de concess. pręb. dicens † hoc procedere nisi consentiant tacitè uel expressè, eū tunc non audiantur ulterius, per id quod habetur
57 in c. ex ore. de his quę fiunt à prælat. Vel nisi† citati per edicta, prout fit in electionibus, non cōparuerint intra tempus edicti, cum tunc faciant sibi præiudicium, per id quod habetur in c. finali de elect. in vj. ut uoluit Ioannes Andr. in d. c. ex ore. saluo tamen eo quod notatur in c. fina. qui matrimo. accusat. possess. secundum Imolam in dicto c. exhibita. Circa quę uidenda sunt notata in d. c. unico.
58 Tertiò requiritur in † ipsis permutationibus auctoritas superioris. prout notatur in d. c. quæsitum. & in Clementina unica eod. titu. & per Hostien. in summa eodem tit. §. quid potest. uer-
59 sicu. & numquam. Nam & si electio† uel collatio beneficij spectet ad alium quàm episcopum, uel superiorem, fieri debeat renuntiatio in manibus electoris uel collatoris, & per ipsum fieri debeat electio uel collatio, prout notatur de re-
nunt. c. admonet. & cap. quod in dubiis. tamen
60 ultra hoc requireretur † auctoritas superioris, ut episcopi uel alterius superioris. per id quod habetur in simili. xxii. q. ii. abbatibus. & xviij. q. iiij.
61 in uenditionibus. Imò † & poterit ipse episcopus uel superior totum expedire de cōsensu electorum, uel collatorū, prout uoluit Fede. in d. tractatu in q. vij. per id quod habetur in d. c. quęsitum. Ad hoc quod notatur in simili in c. consuluit. de iure patro. & per Paul. in Clem. j. ad siue. de foro comp. prout uoluit in d. c. exhibita. Imola post Petrum de Anch.
62 Sed tunc cadit dubitatio quis † sit ipse superior qui habeat consentire & auctoritatem præstare, & in hoc dicendū est, quòd aut tractatur de permutatione beneficiorum quæ reseruata sunt Papam, & tunc licèt episcopus possit recipere resignationem ex causa permutationis, non tamen poterit ipsam permutationem perficere, sed Papa, unde requiritur eius auctoritas, prout uoluit Federicus in dicto tractatu in quęstione. iij. Petrus de Anchara. & Imol. in d. c. exhibita. Ad hoc quod habetur in extrauaganti Benedicti xij. quæ incipit, dudum. & in extrauaganti execrabilis §. quia uerò. & §. cæterum. in quibus habe-
63 tur quòd permutatio † facta de beneficiis reser-
64 uatis Papæ nō ualet. Aut sunt beneficia† quæ nō sunt reseruata. & tunc aut beneficia permutanda sunt uacantia in curia, & tunc non poterit inferior à Papa auctorari, sed requiretur auctoritas Papæ, per id quod habetur in c. ij. de præb. in vj.
65 Si uerò non sunt uacantia in curia, † & tunc requireretur auctoritas episcopi, cum ipse tunc auctorari possit: ut in d. c. quæsitum. Ad hoc & dicta Clementina unica. & quod notat Hostien. in dicto uersi. sed numquam. Et si beneficia permu-
66 tanda † sint diuersarū diœcesum requiretur auctoritas utriusq; episcopi: argumento. c. pro illorum. de senten. excommun. quod uerum intel-
67 lige si ipsis episcopis † sint subiecta, non enim sufficit quòd beneficium sit in diœcesi, nisi & sit subiectum, cum episcopus ille cui beneficium est subiectum, habeat interponere auctoritatem, ut uoluit Innocent. in cap. pastoralis. de priuileg. Ad hoc quod notatur in Clementina ne in agro. de statu monach. in §. ad hoc. censetur autem subiectum episcopo siue pertineat ad eius collationem, siue ad eius confirmationem, uel institutionem: ut dicta Clemen. unica. prout uoluit ipse Petrus de Perusio in d. c. quæsitum. Inferior
68 † uerò ab episcopo non poterit auctoritatē præstare in permutatione fienda, per id quod habetur in textu & Glo. in Clem. uni. eod. tit. & dicto c. quęsitum. secundum Petrum de Ancha. & Imo.
69 in d. cap. exhibita. Qui etiam dicunt quòd † vicarius episcopi non poterit auctorizare in permutatione fiēda, quod procedit etiam si talis in-
70 ferior† ab episcopo habeat potestatem instituēdi. Imò & etiam si sit talis ad quem pertineat collatio uel electio ipsius beneficij. Cum regulari-

ter ipsa permutatio sit prohibita.c.maioribus. de
præbend.prout uoluit Petr.de Peruf.in d.c.quæ-
71 situm. Sed licet hoc† regulariter sit uerum,ut in-
ferior ab episcopo non possit auctoritatem præ-
stare in ipsis permutationibus,tamen fallit.
72 Et primò:† quando ipse inferior prælcripsisset
hoc ius auctorizandi in ecclesiis sibi subiectis, cũ
præscribere possit,ex quo est dignitatis & iuris-
dictionis & non ordinis.c.audiens.de pręscript.
prout uoluit ipse Petrus de Perusio in d. c. quæ-
* situm. cum quo cæteri transeunt . *
73 Secundò fallit† in capitulo, uacante sede, cum
possit auctoritatem pręstare in permutatione be-
neficiorum: quando collatio spectet ad ipsum uel
ad ipsum & episcopum,per id quod habetur in c.
his quæ.de maiori.& obed.& in c.unico. ne sede
74 uacant.in vj. Si uerò spectet † collatio ad solũ epi
scopum,& tunc cũ capitulũ non possit talia bene-
ficia conferre: vt dicto c. unico.non poterit ip-
sam,permutationem perficere: ut tenuit finaliter
in d.c.exhibita. Imola: adducens quod notatur in
simili per Federi.in d.iij.q. Quod & tenet etiam
Petr. de Perusio in d.c.quęsitũ. adducens ad hoc
quod notatur in Clem.unica eodem tit.per Glo.
75 Sed licet† capitulum non possit perficere ipsam
permutationẽ tamen poterit recipere reassigna-
76 tionem ex causa permutationis,cum possit † be-
neficiatos priuare,& sic renuntiationes recipere,
77 per notata in d.Clem.vnica. Vnde poterit† epi-
scopus posteà creatus eam perficere,prout uoluit
ipse Petrus de Perusio in d.c. quæsitum. quod &
etiam voluit in d.c. exhibita . Imola cum quibus
* pertranseunt cęteri, * quidquid voluerit Fede-
ricus in quæstio.xxxvi.
78 Circa statum principale quod cõsistit† in hoc
videlicet: quæ beneficia permutari possint, dicen
79 dum est,quòd regulariter† quæcunque beneficia ec-
clesiastica dummodo uacent per resignationem
permutari possunt: vt dicto c. quæsito. & dicto c.
vnico. eodem titulo in vi.& in Clementina uni-
ca.eodem titu.
80 Tamen fallit & primò: † quãdo talia beneficia
fuissent per Papam generaliter reseruata uel spe-
cialiter proprio motu,tunc talia beneficia permu-
tari non possunt sine speciali mãdato Papę,prout
probatur in dicta extrauaganti Benedicti , quæ
incipit. Dudum.& in dicta extrauaganti. execra-
bilis , Inferior enim à Papa intromittere se non
poterit de his quę Papa generaliter uel specialiter
sibi reseruauit. per id quod habetur in c. vt nostrũ.
81 de appell. Quod procedit† in reseruatione specia
li: quando esset facta proprio motu , cum talis sit
fauorabilis & amplianda,sicut generalis reserua-
tio per notata in c.si pluribus.de pręb.in vj. Aliàs
82 si sit facta† specialis reseruatio ad impetrationẽ
alterius,& non proprio motu, & talis non impe-
83 diet ipsam permutationem,sicut & eã† non impe
dit litera Papę expectatiua. prout habetur in d.c.
unico.& hoc fuit de mente Feder. in consi.cxii.se
cũdum Pet.de Anch.& Imol.in d.c.exhibita.cu

* ius opinio communiter approbatur. *
84 Secundò fallit† in beneficiis uacantibus in Cu
ria,cum talia ex quo uacant in Curia nõ possunt
permutari sine auctoritate Papæ. per id quod ha-
betur in c.ij.de præb. in vi. vbi de hoc.de quo per
Archid.in c.fin.de consue.lib.vj. ubi hoc uoluit .
85 Tertiò fallit † in beneficiis in quibus locũ hẽt
optio seu potestas optandi. nã cum in illis habeat
locum optio, si uacent .ut d.c. fin. non poterit fie-
ri permutatio,& hoc tenuit disputãdo Guido ne
pos Archid. quod procedit de iure, cum de æqui
tate aliud uideatur,cui tamen standum non est ,
ex quo non reperitur scripta, iuxta notata in c.
fin. de transact. pro quo facit: quis non uidetur
eadem ratio æquitatis in casu illo quæ est in ca-
su dicti c.unici. eod.tit.in vi. secundum ipsum :
ut refert Federic. in consil.lx.& in dicto tractatu
in quæstione xxviii. in quibus tractat de hoc.ibi
tamen uidetur tenere contrarium. uidelicet quòd
86 locum habeat † in his permutatio & non optio.
per id quod habetur in d.c. unico. & in d. Clem.
vnica. in quibus apparet quòd quando fit reassi-
gnatio ex causa permutationis , beneficia debent
conferri permutantibus & non aliis , cum aliàs
non fuissent reassignaturi , & hoc tenuit Paulus
in dicta Clementina unica per dictam Clementi-
nam,ut ibi plenius per eum,& per ipsum Federi-
cum in d. consil. & quæstione . cum quo residet
in d.c.exhibita. Petrus de Anchar. Quod proce-
87 dit: † quando permutatio fieret propter utilita-
tem ecclesiarum,cum talis permutatio ut fauo-
rabilis sit amplĩãda,aliàs si fiat ob utilitatem ip-
88 sorum permutantium,& tunc cum sit† odiosa,&
sic restringenda,habebit locum optio, ut uoluit
Lapus in additionibus ad dictam quęst.xxviii.di
89 cens hoc procedere,nisi consuetudo † optandi
disponeret super ipsis beneficiis ea causa permu
tationis uacantibus : quia tunc esset attendenda
ipsa consuetudo d.c.fin.& c.cùm dilectus.de con
suetud.ut plenius ibi per eum.& in d.c.exhibita.
per Imolam, qui hoc idem tenet. Cum quibus
* alii pertranseunt . *
90 Quartò fallit † in beneficijs unitis puta,si duę
ecclesię uel beneficia unita sint cuidam mona-
sterio & eius mensę cedentibus uel decedẽtibus
rectoribus, cum tũc dicti rectores ea permutare
non possint,nam ea quo per talem unionem fa-
cta sunt de mensa , non possunt ammodò uacare:
ut in Clementina unica. versiculo quid etiam. de
91 excess.pręlat. vnde non† poterit habere locum p
mutatio,que locũ habet in beneficijs uacãtibus.
ut in d.c. unico.et in d.Clementi. unica. Ad hoc
quod notatur in c.j.ne sede uacan. secundum ip-
sum Petrum de Ancha.& Imol.ubi supra.
92 Quintò fallit: quando† certus numerus puta, decem
canonicorum & prębendarum esset restrictus ad
octauum numerum cedentibus uel decedentibus
aliquibus ex eis iuramento uallatum . cum tunc
duo de numero excessiuo , & sic ultra octauum
nõ poterunt permutare, ét interueniente aucto-

ritate legali, cuius† auctoritas non uidetur posse
tollere statutum ecclesiæ, vt uoluit Archid. in c. si
93 à sede. de præben. in vi. Sed licet† non posset tol-
lere ipsum statutum, tamen eius auctoritas excu-
sat à periurio, si eius mandato contraueniatur:
argumen. c. j. & c. debitores. de iureiur. & ita uide
tur residere Federic. de Senis. in quæst. xxxiiij. &
Petr. de Anch. in d. c. exhibita, Sed certè ipsius le-
gati auctoritas non uidetur excusare à periurio,
ea quo non potest tollere tale statutum: argu. c.
pro illorum. de præben. secundum Imolam, qui
94 tamen dicit hoc procedere, nisi illi qui † nume-
rum restrinxerunt consensissent tali permuta-
tioni, cum tūc valeat permutatio, ex quo per actū
contrarium uidetur recessum à restrictione nu-
meri. per c. cum accessissent. de constit. prout vo-
luit ipse Federicus in dicta quæstione, circa quod
dicendum est, vt aliàs dicetur in distinctione &
regula. canonicos nō posse ultra numerum statu-
tum iuratum vel confirmatum alios recipere, ne
materias inculcemus.
95 Circa septimum† quod consistit in hoc, uideli-
cet si nō teneat permutatio ratione reseruationis
Papæ, uel ex alia causa, an saltem ualeat reasigna
tio, & an posaint redire ad priora beneficia? Dicē
dum est q aut talis pmutatio non tenuit ratione
reseruationis Papæ, & tunc nihilominus tenet re
nuntiatio ex causa pmutationis facta, in tantū q
poterit fieri prouisio seu collatio ipsis permutan
tibus per papam: argumen. c. quidam. de renunt.
& hoc tenuit Federic. in q. iij. dicti tractatus, sed
licet teneat talis renūtiatio nihilominus ipsi per-
mutantes si non possunt consequi beneficia, po-
terunt redire ad eorū beneficia, taliter resignata.
per c. si beneficia. de præben. in vj. non solum in-
teruueniente noua collatione vel institutione de
æquitate dicti c. si beneficia. vt uoluit Io. And. ibi
quod & æquius est, ut euitetur circuitus, ut uoluit
Feder. in quæstio. viij. licet forte uerius sit de iure
q opus sit noua collatione, ut tenuit Feder. in cō
96 sil. clvi. Quod procedit† quando talis reseruatio
fuisset occulta; aliàs limitanda esset dicta conclu-
sio: quādo generaliter fuisset nota, & sic quodam
modo publica, cū tunc nō possent redire, adnota-
ta in d. c. si beneficia. ut uoluit ipse Feder. in d. tra
ctatu in q. iij. & q. viij. secundum Imol. in d. cap.
exhibita. qui adhoc adducit quod not. in c. j. de
postul. prælat. & in c. ij. de consuetud. in vj. Aut
97 permutatio† nō tenet ex eo: quia vnus ex permu
tantibus non habet ius, puta: quia sit simoniacus,
vel non habeat aliàs titulū canonicum, & tunc si-
militer tenet renuntiatio, licet nō teneat permu-
tatio, cum permutationē nō contrahat dans rem
alienā. iuxta notata in c. cum uenerabilis. de exce-
98 ption. meritò† non acquirit ius in beneficio qd
cōsequitur per episcopū ex causa permutationis
ipse dans beneficiū in quo iura nō habet, vt voluit
Federic. in d. tract. in q. x. ne sequatur absurdū ui-
delicet: vt quis per fas, & nefas conetur sibi acqui
rere beneficium, ipse verò tradēs beneficiū cano
nicè p ipsum possessum ex causa pmutationis, cū
nō cōsequatur ius aliquod seu titulū canonicū in
beneficio qd recipit, nō canonicè possesso p illū
à quo recipit ex collatione episcopi ex causa per-
mutationis factæ, ēt si tale beneficiū ad aliū non
pertineat, poterit recuperare beneficiū suū, quā-
tūcunque teneat reasignatio ex causa pmutatio
99 nis facta, qd verū est qn† ductus iusto errore be-
neficium ex causa permutationis reasignauit, &
aliud nō potuit obtinere, ut dictū est, & notatur
in d. q. viij. & in cōsi. clxiiij. vel si in ipsa pmuta-
tione ipsi vel aliqs ipsorū cōmisissent fraudē, &
tunc cōmittēs fraudē ad suū beneficiū redire nō
posset, sed priuatus esset taliter fraudē cōmittens
iure suo vt c. cū olim. de rer. pmu. secdm Pet. de
Ancha. in c. exhibita. eo. tit. Sed certè ibi nō dici-
100 tur q † sit priuatus, sed priuādū, vt ibi patet, qd
tū uerius est; argu. regulę. in poen. lib. vj. esto q te
neri posset q priuetur ipso iure, vt tenet ipse Fe-
deric. per d. c. cū olim, sumēdo ibi. spoliare, pro
spoliatione facti, quæ præsupponit priuationē ip
so iure, prout notat. in c. cōquerente. de resti. spo-
liat. qd tamē ibi nō uidetur bene colligi, secundū
Imol. in d. c. exhibita. & ultra ēt dicendū est q si
101 † illi qui cū fraude permutauerūt posiderīt be-
neficia taliter permutata: vt qa fraus fuit occulta,
ipsis mortuis, & fraude detecta dicētur dicta bene
ficia vacare p priuationē iuris, cū ius uideatur pri
uare taliter pmutātes cū fraude: ut d. c. cū olim. &
hoc tenuit Feder. in q. viti. allegata, per c. cū qui.
de præb. in vj. Quod forte procedet tenēdo q pri
uētur ipso iure vt supra; aliàs si teneatur, q ueniāt
priuandi per sententiā ut supra, & tūc aliud esset,
cū uideātur tunc uacare morte, ea quo adhuc nō
sunt priuati, & hoc uoluit Pet. de Perusio in d. c.
quæsitum. Itē procedet qn permutatio nō tenuit
102 propter fraudē seu culpā. Aliàs si permutatio†
fuisset nulla ex alia causa, ut qa beneficia erāt re-
seruata, & tūc dicētur talia beneficia similiter ua-
103 care morte, & nō reasignatione, cū illa† reasi-
gnatio uideatur facta sub conditione saltem taci-
ta, uidelicet, si permutatio sortiatur effectum quo
104 effectu nō secuto, prior† titulus uidetur durasse
se, qui per mortem dissoluitur, & hoc uidetur te-
nere Io. And. in c. unico eod. tit. in vj. super Glo.
& hoc etiā finaliter tenet Feder. in q. vi. secundū
Imol. in d. c. exhibita. qui materiam plenius pro-
105 sequitur. Sed imò & dici poterit quòd† tunc ua
cet renuntiatione ex quo renuntiatio tenuit, ut
supra, & hoc tenuit Petrus de Perusio in d. cap.
quæsitum. quod mihi uerius uidetur.
Circa octauum quod consistit in hoc uidelicet,
106 an permutatio† fieri posit ex interuallo, puta si
beneficiati in diœcesibus pmutare uelint, dicēdū
est q melius, & utilius est ut fiat in instāti, & non
interuallo, & sic q ambo episcopi simul cōueniāt,
& sint pñtes in uno loco. p id qd habet de sent.
excōmunic. in c. cū illorum. & ita expedit simul
permutationem fieri; nam aliàs posset dilatio
& intricatio cōtingere, cū posit cōtingere quòd
unum

unű ex iſtis beneficiis nõ vacaret ex reaſsignatio
ne ex cauſa pmutationis, ſed acquiſitione puta, ſi
ego renunciē beneficio meo ex cauſa permutatio
nis, qđ tibi collatum & traditum fuerit ea cauſa
permutationis: nã ſi interueniat interuallum tem
poris non dicetur uacare tuű ex reaſsignatione,
107 ſed ex acquiſitione mei, & hoc † ſi ambo erant
curata: ut in d. c. de multa. de præbē. prout uoluit
Io. And. in c. unico. eo. titu. lib. vj. ubi plenius de
hoc. & per Feder. in q. xj. & per Imolam in d. c.
108 exhibita. Qui etiam dicit ꝙ licet † in permuta-
tione interuenire debeat renuntiatio & collatio,
109 tamen ſi epiſcopua † præſentibus permutare uo
lentibus, & petentibus reaſsignationē admitti, et
collationem hinc inde fieri, dicat & reſpondeat,
placet, & ita permutamus vos, ſufficiet, cum per
hanc tenuem locutionē uideantur iſti renũtiaſ-
ſe, & Epiſcopus renuntiationem recepiſſe, & con
110 tuliſſe. Nã propter † celeritatem actuum econ-
uersò gerendorum, actus medius interdum occul
tatur, & habetur pro expreſſo. ff. ſi cert. peta. l. ſin
gularia. & ff. de donat. inter uir. & uxor. l. iij. & ff.
de acquir. hære. l. illud. Adhoc etiam facit quod
notat Innocen. in c. inter cætera. de præben. &
Ioan. And. poſt Innocen. & Hoſtien. in c. ex ore.
de iis quæ fiunt à prælat. & hanc opinionem di-
cit Federic. in quæſtione xxvii. quòd de ſubtili-
tate iuris ſuſtineri poſſet, ſed tutius & ſecurius
ſit ut & conſulit Hoſtien. in d. cap. ex ore. quòd
111 fiat expreſſa † renuntiatio, & collatio, & ſic etiã
ſeruat conſuetudo, quæ ſatis probatur in d. cap.
vnico eod. tit. in vj.
112 Circa nonum quod conſiſtit in hoc uidelicet: †
infra quantum tempus ſuperior, in cuius mani-
bus ſint reaſsignata beneficia ex cauſa permuta-
tionis, teneatur illa conferre, dicendum eſt, pro
ut dicit Paul. in dicta Clemen. vnica eod. titu. ꝙ
non reperitur tempus in hoc à iure expreſſum,
ſed compelli poterit per ſuperiorem ſuum ſi de-
prehendatur negligens. Per id quod habetur in
c. nullus. de iure patron. Adhoc quod notatur in
ſimili per ipſum Paulum. in Clemen. quia conti-
git. de relig. domib. & in Clemen. ſi beneficio. de
præben. & per Ioannem. And. poſt Hoſtien. in c.
cum eccleſia Vulterana. de electio. & in c. ex par-
te. de conceſſ. præben. Imò & cum non reperia-
tur tempus à iure præfixum, licet aliud ſit in be-
neficiis ſimpliciter vacantibus, prout notatur in
c. ij. de conceſſ. præb. poterit ipſe ſuperior cer-
tum tempus præfigere ipſi ſuperiori in cuius ma
nibus eſt renuntiatum ex cauſa permutationis,
ad conferendum infra quod ſi non conferat, po-
terit ipſe ſuperior facere id quod incumbit: ar-
gumento eorum quæ notantur in cap. irrefraga-
bili. §. exceſſus. de offic. ordin. Imò tenuit Lapus
abbas prout refert Petr. de Ancha. in dicto cap.
exhibita. quòd elapſo termino per ſuperiorem
præfixo, uel elapſis ſex menſibus, erit in arbitrio
113 cõferentia redire ad priora † beneficia, vel ipſum
collatorē per ſuperiorē cõpelli ad cõferendű, per
id quod habetur in c. ſi beneficia. de præbē. in vj.
& in d. c. irrefragabili. & in c. i. de ſupplē. negli.
prælat. Quod tñ non procedit ſine dubitatione, vt
ꝓpter morã uel culpam collatoris poſsint redire
ad priora beneficia ſcđm ipſum Petrű, qui vlte-
rius non dicit, ſecundű Imol. in d. c. exhibita. qui
dicit hoc verum eſſe vt redire non poſsint ex quo
aliud remediű habere poſſunt, videlicet: vt faciãt
cogi ſuperiorē ad cõferendű per id quod habetur
in d. c. ſi beneficia. qđ tũ demű permittit redire
ad beneficia: quando aliud remedium non com-
petit, vt ibi ſatis innuitur ſecundum ipſum Imol.
114 Circa decimű qđ cõſiſtit in hoc uidelicet. † an
tractãtes de pmutatione ſuorű beneficiorű adin-
uicē data fide procurare permutationē illorű be
neficiorű per illos quorű intereſt, & facere ꝙ au-
ctorizent qui auctorizare poſſunt, ſi poſteà alter
ipſorű velit pœnitere, & nõ velit reaſsignare ex
cauſa prædicta de qua eſt facta mentio, altero in-
ſtãte poſsit cõpelli ad permutationē, cõcludi põt
prout voluit Federic. in q. xxxviij. ꝙ iure actio-
nis cõpelli nõ põt, ſed officio iudicis, iuxta id qđ
habetur in d. c. quæſitum. de rer. permut. Ad hoc
qđ notatur in c. quod in dubijs. de renũtiat. & in
c. pen. quod met. cauſ. Nã licet in ſpiritualibus pa
ctio nõ videatur licita. j. q. ii. quam pio. & c. fi. de
115 pact. Imò † & pactio ſeu conuentio de permu-
tando etiã cũ ſuperioris auctoritate uideatur pro
hibita, p notata in d. c. quæſitű, tñ permutatio ſu
perioris auctoritate valet, vt ibi notat. nec eſt ꝓhi
bita ibi, & ſimiliter nõ eſt prohibita, nec reproba
116 ta ſimplex † manifeſtatio & declaratio volunta-
tis beneficia poſsidētiű, qđ velint permutare, nec
ẽt additio ſuperioris, & imploratio officii eius ſu-
per hoc, prout ſentit Glo. in Clem. i. eo. tit. in ver.
volētibus. & Archid. in c. i. eo. tit. in vi. & ita reſi
det Pet. de Ancha. in d. c. exhibita. Sed certè hæc
117 deciſio † nõ videtur tuta: quia aliud eſt manifeſta
re voluntatē nõ præcedente pactione vel obliga-
tione, cũ hoc videatur eſſe permiſſum: vt voluit
Glo. in d. Clem. i. & aliud per pactű ſe aſtringere
ad procurandű permutationē, quod non uidetur
eſſe licitű. Imò videtur eſſe prohibitű vt d. c. quæ-
118 ſitű. Vnde † talia cõuentio nõ uidetur valere, &
ab ea abſtinendű eſt, cű ſpeciē mali videatur ha-
bere. Ad hoc quod habetur per Federic. in quæſt.
xxxviii. dicti tractatus ſecundum Imolam in di-
cto c. exhibita. & communiter tenetur. *
119 Circa vndecimű, in quo queritur, an † inæqua-
litas beneficiorű reddat permutationē inualidã?
dicendű eſt ꝙ eam non vitiat, ſiue talis inæquali
tas ſit ratione redituű, vt quia vnű habet maiores
reditus quã aliud, ſiue ratione oneris incũbentis,
vt quia vnű ſit curatum, & aliud nõ; nam licet ex
hoc ſit aliqualis ſuſpicio fraudis, tamē nõ eſt tãta
120 ꝙ niſi aliud appareat † ex hoc vitiet pmutatio;
& iſtud tenuit Io. Monach. & Io. And. in c. vnico
eo. tit. lib. vi. Quod ꝓcedit niſi appareãt aliæ cõie
cturæ & circunſtãtiæ ex quibus fraus præſumatur
à iure. Cum tũc videtur, per id quod habetur in

c.ij.de tenunt.in vi. Quod est notandum,cum ex
121 hoc habeatur quòd solatinęqualitas beneficiorum non reddit permutationem inualidam, nisi aliæ coniecturæ sufficientes concurrant: ut uoluit Ioánes Andr. in.d. c. unico & Federic. in q. ultima dicti tractatus cum quibus cęteri residens, circa quod uide notata.in c.quia uerisimile.de psumptioni. & in d.c.ij.

Circa Duodecimum quod consistit in hoc uidelicet, an† in permutatione fieri debeat mētio
122 de alio beneficio quod habet permutans, dicendum est quòd licet in permutationibus fieri debeat mentio de beneficio impetrātis iuxta notata in Clemen.j.de prębend. tamen in permutatione nō est necesse quòd fiat mentio de beneficijs quę habent permutantes, siue permutatio fiat auctoritate ordinarij, prout notatur in c.fina.de offi. legat.in vj.& in Clem.j.de offic.ordin. siue fiat auctoritate Papæ vel legati.ut uoluit Federic. in d. quæst. vltima. quia permutatio non est propriè impetratio, nec collatio simpliciter facta, quod dicit uerum esse, nisi stylus curię aliter se habeat, cum debeat seruari. si de illo appareat. c. quàm graui.de crimin. falsi.Imola in d. c.exhibita. circa quæ uide notata in d.c.fi.& in d.Clemen. j. & quæ dixi supra. in fine quarti membri principalis. Laus Deo.


CONCLVSIONIS & Regulę LXXXIX.

ARGVMENTVM.

Beneficia non conferuntur inuitis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia inuitis non conferuntur præterquàm fauore libertatis.nu.2. uel fidei susceptæ.n. 3. Idem si ageretur de peccati correctione. nu.4.*
5 *Beneficia inuitis conferuntur si hoc utilitas seu necessitas ecclesiæ suadeat.*
6 *Beneficium per obliquum inuito conferri potest.*



1 BENEFICIA † regulariter non conferuntur inuitis, textus est in l. inuito. ff. de regul. iur. vbi Glo. adducit l. si quis in cōscribendo.C. de pact. ubi patet quòd priuilegio fori à lege uel principe indulto pōt renūtiari.& l.si iudex.ff. de min. vbi minor inuitus nō utitur beneficio restōnis.Quod licet uerū sit regulariter, tamen fallit.
2 Et primò† fauore libertatis.l.ij.iij.& iiij. ff. de libe.cau.ubi parentes & cognati uendicāt in libertatem filium & cognatū inuitū, qui ingenuus stabat vt seruus nec uolebat cū posset petere se in libertatem, simile in l.ij.§. si is qui. ff. quando appell.sit.& in l.non tantum.ff.de appel.
3 Secundò:† fallit fauore fidei susceptæ. canone de iudæis.xlv.dist.& canone displicet. xxiij.q.iiij. & canone non uos.xxiij.q.v.
4 Tertiò fallit,† ubi agitur de correctione peccati, canone qui emendat xlv. distinct. ubi Glo. plura adducit.
5 Quartò fallit: † quando hoc suaderet necessitas ecclesiæ seu utilitas in d. canone placuit. & canone,consuluit.lxxiiii.distinct.
6 Quintò fallit: † quando non directè sed per obliquum beneficium confertur, ut si quis soluat debitum pro aliō inuito, vt eum liberet, ut d.regula inuito.& ff.de negō.gest.l.soluendo.

CONCLVSIONIS & Regulæ XC.

ARGVMENTVM.

Acceptatione beneficij curati & illius habita possessione, an vacet primum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij acceptatione ac apprehensa possessione an primum uacet: & quòd sic nu.22.non solum si esset curatum, uerum si esset dignitas uel personatus, esto quòd curam non haberet et in diuersis ecclesijs detinerentur siue essent seculares seu regulares n.23.et 24.Idem in uicarijs perpetuis ecclesiarum curatarum nu.25. etiam si ex dispensatione obtinerentur nu.26. Idem si iniusto titulo, uel de primo spoliatus foret nu.27.& 28.quòd tamē nō procedit in acceptante episcopatū anteaquam consecretur, uel labatur tempus ad consecrandū nu. 33.nisi cum eo dispensatum foret ut consecrari nō teneretur nu.34. uel taliter promotus ea renunciaret in manibus superioris, tunc bene uacaret nu. 36.uel Papa ex certa scientia ea cōferret nu. 38.*
2 *Beneficia curata, Dignitates & personatus, ac officia stricto modo sunt diuersa,de quo nu.13.14.15 & 16.& sequentibus*
3 *Statutum in beneficio curato non uendicat locum in dignitatibus & personatibus, & nu.5.sed contrarium uerius.nu.6.*
Intellectus ad cap. de multa. de prabend.per totam regulam.& nu.68.75.& 88.
4 *Pœnæ restringendæ non ampliandæ.*
5 *Intellectus ad c.licet canon.de elec.lib.vi.*
6 *Intellectus ad c.i.ne cleri.uel monac.lib.vi.*
7 *Beneficia curata, dignitates & personatus in materia pluralitatis beneficiorum æquiperantur.*
8 *Officium in ecclesia diuersum à beneficio curato, dignitatibus et personatibus.*
9 *Beneficium ecclesiasticum simpliciter prolatum comprehendit curata & non curata, dignitates et personatus ac officia, si uerò addatur curatum tunc differt à cæteris.nu.10.*
11 *Dignitas, personatus et officia possunt esse curata & non curata.*
12 *Beneficium curatum illud dicitur quod habet curam animarum*

animarū; siue in foro pœnitentiali, siue contentioso, esto quòd esset ecclesia cathedralis uel parochialis, seu capella, dummodo curam habeat de iure habitu uel actu, imò etiam si esset dignitas uel aliud inferius beneficium siue ecclesia curam habens.

17 Substantia & ius potius q̄ uocabulum attendendum.

18 Dignitatem ille dicit̄ habere, qui habet iurisdictionē.

19 Praeminentia seu p̄rogatiua in choro uel capitulo discernit dignitatē à personatu uel officio. & nu. 20.

21 Officium in ecclesia dicitur habere i qui habet administrationem sine iurisdictione uel praerogatiua.

29 Acceptans beneficium an primi petere possit fructus. & nu. 30. & 31.

32 Acceptās beneficiū perdit nedum primū & ius quod in eo habebat, uerū ēt ius quod habebat ad illud.

37 Intellectus ad c. ex ore. de ijs qua fiunt à maior. part. cap. & nu. 39.

40 Acceptans secundum beneficium non uacat primū: si unum dependeat ab altero uel unum haberet in titulum aliud in cōmendam. nu. 41. Vel secundum ex calore iracundia acceptasset, cum possit pœnitere. nu. 42. Nisi secundi foret adeptus possessionem, & ille secus si incōtinēti pœniteat et dimittat. nu. 43.

44 Acceptans secūdum beneficium ex dispensatione papæ primum non uacat. Idem si acceptasset secundū curatum sine licentia superiores primi. nu. 45.

46 Beneficiū acceptantis secūdū sine licentia superioris primi impetrari non potest ut uacans, secundū cōmunē. & td sīt diaceſi q̄ si extra impetretur. n. 48.

47 Superioris licentia requiritur nedum in expressa renuntiatione beneficij uerum & tacita.

49 Acceptās secundum beneficium si in primo de suo patrimonio fecit expēsas, pōt illud retinere ut satisfiat, si expensa facta sunt ecclesia cōtēplatione, & ī eius utilitatē. n. 50. de quo uide n. 52. et 53. Secus si expēsa facta forēt post acceptationē secūdi. n. 51. sed ī oēm euētū cōferri poterit ut uacās. n. 54

52 Beneficiatus non facit fructus suos: de quo uide nu. 29. 30. 31. & 53.

55 Acceptans secundum beneficium tāquā uisitator non perdit primū. Idē si incōtinēti fuisset eiectus à possessione secūdi. nu. 56. uel secūdū reciperet cū protestatione quod propterea nō intēdit dimittere primum. nume. 57. Sed contrà. nu. 58. 59. 60. & 61.

59 Collatio beneficij facienda est purè & simpliciter: & non sub conditione.

60 Protestatio cōtraria dispositioni iuris cōis nō ualet.

62 Acceptans secundum beneficiū tenue, non perdit primum pinguē: sed contrarium commune. ✠

63 Acceptans secundū beneficium primum non amittit, si ignorabat illud habere. Idem si secundi non posset fructus capere. n. 64. Idem si secundum ex se curatum non foret: sed per unionem. nu. 65.

66 Acceptans secundum beneficium cuius administrator habet potestatem dandi distributiones quotidianas et substrahendi, non perdit primum. Idem si secundum non esset curatum perpetuò. nu. 67.

69 Intellectus ad extrauagantem execrabilis.

70 Acceptans uicariatum episcopi non perdit dignitatem uel beneficium curatum.

71 Acceptās beneficiū secūdū tenue nō amittit primū ēt tenue. Idē si ex dispensatione. n. 72. uel quia esset paucitas clericorum. n. 73. uel secundum curatum esset habitu non actu. nu. 74. 76. 77. 78. & 79.

76 Habere est cum effectu.

79 verba capiēda sūt ī potiori significatu ut euitet̄ pœna

80 Acceptans secūdum beneficium curatum actu seu de facto nō autem de iure non perdit primum, nisi praescriptio obstaret: nu. 81.

82 Pluralitas p̄bendarum in eadē ecclesia est prohibita.

83 Acceptans secundam prabēndam nō perdit primam, nisi illa residentiam requirant: sed contra. nu. 84. de quo uide nume. 85.

87 Beneficia plura cū uni eodem instanti cōferuntur nec apparet de prioritate datur electio.

88 Acceptās secūdū beneficiū, primū nō uacat, si ex post facto alterū efficiatur curatum. Nisi efficeretur de uoluntate ipsius beneficiati. nu. 89.

90 Pēsiones etsi beneficia sint tamē residentiā nō reqrūt.

91 Acceptans beneficium residentiam nō requirens primum nō amittit. & n. 92. secundum communem. ✠

93 Consuetudo uel statutū in beneficijs residentiā nō requirentibus pluralitatem permittere pōt. & nu. 91. imò & de iure cōi simul teneri possunt. nu. 94.

95 Beneficia residentiā non requirentia simul teneri possunt. Nisi utrumq; uel alterum esset sufficiens: sed contrarium seruatur, nume. 96.

97 Pluralitas nimia beneficiorum residentiā non requirentium impedit illorum retentionem. Idem si talia plura habens non deseruiret per se uel per substitutū quo ad fructus perceptionē. nu. 98. Nisi essent ualde exilia, nu. 99. secundum communem. ✠

100 Beneficia simplicia quandoq; residentiam requirūt, non ad finem priuationis a beneficio & titulo: sed redituum, & tunc per acceptationē secundi nō uacat primum. Idem si unum requirat residentiā cōtinuam & aliud qualificatam. nu. 101. Si uerò requirerēt residentiam ad finem priuationis tituli et temporalem, et tunc idem. nu. 102. nisi daretur incompassibilitas: ut est quando residentiam continuam requirunt. nume. 103. 104. & 110. Sed tunc non ipso iure. nu. 111. 112. & 114.

105 Beneficia omnia residentiam requirunt nisi contrarium appareat, & hoc uerum in beneficijs quæ cōferuntur in titulum. nume. 106.

107 Beneficia institui non debent nisi eorum fructus sufficiant residentibus.

108 Beneficia simplicia de iure communi residētiam requirunt continuam, nisi secundum communem opinionem ✠ consuetudine, statuto, uel priuilegio aliud sit inductum. nu. 109.

113 Extensio in materia correctoria et pœnali non fienda, secundum communem. ✠

115 Acceptans beneficium secundum requirens residentiam, uidetur primo etiam residentiam requirenti ad quod ius habebat renuntiare.

116 Ius ad rem facilius perditur quàm ius in re.

117 Acceptans beneficium residentiam requirens ita et taliter quòd nō residēs ipso iure esset priuatus, perdit primū requirēs talē residentiā, sed cōtrà. n. 118.

119 *Statutum siue consuetudo si disponat quòd acceptã-*
do quis secundum beneficium uideatur primum ha
bere pro derelicto, tunc uacaret primũ ipso iure.
120 *Beneficium simplex requirens residentiam, taliter*
q̃ in eo non posset deserri per substitutum, perdi-
tur per acceptationem secundi.
121 *Rector ecclesiæ si instituatur in capella in eadem ec*
clesia nouiter constructa. quæ bona habet pro offi-
ciante uideĩ ipsi ecclesiæ renuntiare, si capella onus
haberet, ut per se ipsum capellanus deseruiret, se-
cus si aliàs. nu. 122. sed contra. nu. 123. nisi eccle-
siæ consuetudo aliud habeat. nu. 124.
125 *Acceptans beneficium in alia diœcesi, & ibi ma-*
nens tacitè uidetur renuntiare primo, nisi aliud ap
pareat. nume. 126.
127 *Canonicus præbendatus in una ecclesia, acceptans*
canonicatum & præbendam in alia, uidetur primo
renuntiare, nec episcopus dispensat. nume. 128. sed
contra. nu. 129. uide nu. 131. 133.
130 *Pluralitas beneficiorum requirentium residentiam*
interdicta. nisi consuetudo aliud disponat. nu. 131.
vel episcopus dispensaret. nu. 132.
133 *Pluralitas præbendarum & canonicatuum, an de*
iure prohibita? & in ea episcopus dispenset. num.
134. & si est magna multitudo q̃ sit prohibita.
nu. 135. Idem si modica, si tamẽ residentiam requi-
rant. nu. 136. secundum communem. ✠ sin autem
unum haberet in titulum, aliud in commendam
permittitur. nu. 137. si plura in titulum, & tunc si
alterum est sufficiens & pluralitas prohibita est.
nu. 138. secus si ipsa uel eorum alterum non est suf-
ficiẽs. nu. 139. cum tunc non sit peccatum. nu. 140.
140 *Plura beneficia sufficientia ex consuetudine retine-*
ri possunt, ẽt sine dispensatione, de iure tamen se-
cus, ideò cautius est ut dispensetur. nu. 142.
141 *Consuetudo põt facere de illicito licitum, et ẽcõtrà.*
143 *Episcopus dispensare non potest super pluribus ca-*
nonicatis & præbendis in eadem ecclesia, sed solus
papa esto quòd episcopus dispenset super beneficijs
difformibus, ac etiam quòd quis habeat in eadem
ecclesia dignitatem & canonicatum cum præben-
da. Idem si in diuersis ecclesiis. nu. 144. etiam si ta-
lia beneficia residentiam requirerent. nu. 145. ac
etiam si sint in diuersis diœcesibus. nu. 146. dummo
do consensus seu dispensatio utriusq; episcopi in-
tercedat. nume. 147.

1 ACCEPTATIONE † bene-
ficij curati, & illius apprehen-
sa possessione, an propterea ua-
cet primum, & quomodo ui-
deamus. pro cuius cõclusionis
& regulę intelligentia præmit-
2 tendum est, quòd † beneficia curata, dignitates,
personatus & officia stricto sumpto uocabulo
sunt diuersa; ut inferius de singulis apparebit, sed
3 modo uideamus an in materia, de qua † statutũ in
beneficio curato uendicet locum in dignitatibus
& personatibus? & uidetur dicendum quòd non.
Sunt enim diuersa, & ut diuersa ponuntur in tex.
& in Glo. in cap. de multa. de præben. Et certum
4 est † pœnas esse restringendas & non ampliandas.
de pœnit. dist. j. pœnæ. & ff. de pœnis. l. interpre-
tatione. Ad hoc quod notatur in c. licet canon. de
5 elect. lib. vj. † videlicet quòd pœna ibi imposita in
promoto ad beneficium curatum non habet locũ
in promoto ad dignitatem. Ad hoc etiã quod ha-
betur in c. j. ne cleri. uel monach. eod. lib. vj. † ubi
habetur quòd pœna imposita promoto ad digni-
tatem non habet locum in promoto ad beneficiũ
6 curatũ. Sed contrarium est uerius, † cum in mate-
ria pluralitatis beneficiorum statutum in beneficiis
curatis ẽt in pœnalibus intelligitur habere locum
7 in dignitatibus & p̃sonatibus. Sunt enim † in ista
materia cõiter æquiperata. ut in c. dudum. el ij. de
elect. ad fi. Et quod dictũ est de restitutione pœ-
narũ, dic illud regulare, & regulã fallere ĩ materia
pluralitatis b̃nficiorum ob dictã æquiperationẽ.
8 † Officium etiam ut diuersum à prędictis poni-
tur, ut patet ex his quæ habentur de rescript. in c.
statutum. post princ. lib. vj. & de consuetu. c. j. eo.
lib. cum similib. Pro quorum declaratione plura
uidẽda sunt. Primò de beneficio simpliciter pro-
lato & de beneficio curato, dignitate & persona-
tu, & in quo differant. Secundò de personatu, di-
gnitate & officio.
9 Circa primum dicendum est, † quòd beneficiũ
ex se est generale uerbum comprehendens bene-
ficia curata & non curata: ut patet in c. j. de uerb.
sign. & in regu. j. lib. vj. & ibi per Glo. & etiam di-
gnitates & personatus: ut patet ex notat. in dictis
iurib. & in Glo. in c. de multa. de præben. ubi In-
nocen. Hosti. & D. Anto. & etiam officia: ut patet
ex notat. in c. cum in cunctis. §. inferiora. de elec.
10 Sed si addatur † curatum ipsi beneficio, ita q̃ ab
eo restringatur & dicatur beneficium curatum,
prout dicitur in d. c. de multa. & tunc differt ab ip
11 sis dignitatibus & personatibus ac officiis, cũ † di-
gnitas, personatus & officia possint esse curata &
non curata: ut patet ex nota. in Glo. in d. c. de mul
12 ta. & in d. c. dudũ. & infra dicetur. Censetur † enim
esse beneficium curatum illud quod habet curam
animarum, siue eam habeat in foro pœnitẽtiali:
ut in c. omnis. de pœnit. & remis. siue eam habeat
in foro contentioso, ut est si eius rector habeat po
testatem excõicandi uel suspendẽdi: ut d. c. dudũ.
circa fi. siue sit ecclesia cathedralis, uel parochia-
lis, uel etiam capella curam parochianorum ha-
bens de iure seu habitu, uel de facto seu actualiter
dummodo habeat parochiã in qua parochiale ius
exerceat, secundum Hosti. in eod. c. de multa. Ad
quod notata in c. quia nonnulli. de cler. non resi.
imò etiam si sit dignitas uel beneficium inferius
sine ecclesia curam habẽs, prout est si eius rector
in certa uilla uel loco habeat curam fori conten-
tiosi, sicut habẽt quandoq; aliqui Archip̃sbyteri,
Archidiaconi, uel Diaconi, q̃ nullã habẽt ecclesiã
cui p̃sint, & tñ habẽt curã fori cõtẽtiosi in dicta
uilla uel loco. p̃ut est ĩ diœcesi Pictauẽsi scdm In
no. ĩ d. c. d̃ multa. Ad hoc qđ h̃r ĩ c. pe. d̃ offi. arch.

Circa

13 Circa secundum † de dignitate personali & officio, an idem uel diuersa sint, habetur per Innoc. & Ioannem Andr. in eodem c. de multa. per Archid. in c. i. de consuetud. lib. vi. & per Guglielm. de monte Laudano in Clemen. i. de præbeo. & per Dominos de Rota in decisione lxviij. quę incipit. Item φ de thesauraria. & per D. Petrum de Perusio, D. Antonium, D. Florianum, Imolam, & D. Nicolaum in eodem c. de multa. de præbend. quorum dicta recolligendo concludi potest quòd licet hæc tria pro eodem ferè ponantur, ut dicit Innocent. ubi supra. ad hoc c. cum accessissent. de constitut. & sint synonima; ut uoluit Hostien. in
14 summa. titulo de præben. §. ii. intellige † lato sumpto uocabulo, cum lato sumpto uocabulo unum comprehendatur sub altero: ut dicto c. cum accessissent. cum similibus, secundum Archidiac. in di
15 cto c. i. Tamen strictè sumpto uocabulo † hæc differunt: ut patet in dicto c. de multa. in d. c. statutis. & in d. c. i. de consuetud. & in c. i. §. hæc autem. de elect. lib. vi. & in c. cum qui. de eo qui mitt. in possess. cod. lib. & in c. quia sæpe. eodem lib. de præbē. & in Clemen. ii. de iudic. & in extrauaganti. execrabilis. in quibus iuribus ut diuersa ponuntur, unde patet quòd non sunt idem: argumento. l. si idem. C. de codicill. Vnde cum differant stricto
16 sumpto uocabulo, uidendum est † in quo differant, & qualiter unum discernatur ab altero? & circa hoc dicendum est quidquid dicat Ioannes Andr. & D. Florianus in d. c. de multa. & Guliel. in dicta Clement. concludendo prout uoluit Archid. in d. c. i. apertius & clarius loquendo, quem sequitur Imola in eodem c. de multa. Quod altero de quatuor modis hoc discerni potest.

Vno & primo modo: quando constitutio ecclesiæ habet seu disponit quid sit dignitas, quid personatus, & quid officium. & cessante ipsa constitutione quando cōsuetudo hoc habet. & hæc duo etiam uoluit Ioannes And. post Innocen. in eodē c. de multa. pro quibus facit dictum c. cum accessissent. & c. cum olim. de consuetud.

Tertio modo cognoscitur cessante ipsa constitutione uel consuetudine ex administratione quā habet, ut si habeat administrationem rerum ecclesiæ cum iurisdictione & censetur dignitas. Ad quod habetur lxxxviij. dist. canone uolumus. & canone sequenti, secundum Imolam in eodem c. de multa. quòd intellige, si habeat aliquod nomen sonans in dignitatem, ut est si uocetur Archidiaconus uel præpositus, secundum eundem Imolā.
17 Ipsum tamen nomen solum non sufficit, cum † attendi debeat potius uis & substantia, quàm uocabulum, ut uoluit Archid. in d. c. i. & D. Nicolaus
18 in dicto c. de multa. dicens † is dicitur habere dignitatem, qui habet iurisdictionem, unde quilibet rector seu prior ecclesiæ collegiatæ dicitur habere dignitatem: ut notat Paulus de Leazarijs in Clemen. i. de elect. & in Clem. ne in agro. de statu regular. & Domini de Rota in decisione prædicta. Et talis propriè & strictè appellatur prælatus, prout notatur de offic. ord. in c. cum ab ecclesiarum.
19 Quarto modo † ex præeminentia seu prærogatiua in choro uel capitulo, ultra alios sui ordinis, licet non habeant iurisdictionem, ut dicto c. cum
20 olim † ubi patet, φ ex ipso quòd habet prærogatiuam. in choro & capitulo, & consequenter in processionibus, subscriptionibus, & similibus, surgit signum quòd tale beneficium sonat in nomen dignitatis, quod uerum intellige: quando habet aliquod nomē sonans in dignitatem, cū aliàs præeminentia sola in choro & capitulo nō faciat eum censeri habere dignitatem, ut patet in antiquiori canonico, qui habet dictam prærogatiuam tamen non habet dignitatem, secundum Imolam ubi supra, ubi etiam dicit referendo Archidiac. in dicto c. i. quòd si in ecclesia reperiatur aliquis habere prærogatiuam in choro & capitulo, censetur habere dignitatem, & post illum qui primo loco habet prærogatiuam chori & capituli censetur habere personatum. Ad hoc quod habetur in d. c. dudum. Quasi uelit quòd dignitas sit supra personatus & personatus supra officium, quod & licet clarè non reperiatur in iure expressum, tamen ad hoc bene facit dictus. §. hæc autem. cum aliis iuribus supra allegatis, in quibus fit ista mentio de dignitate, secundo de personatu. Tertiò de officio, ex quibus patet quomodo cognoscatur quando beneficium sit dignitas uel personatus.
21 Officium uerò † dicitur quando quis habet asi quam administrationem in ecclesia sine aliqua iurisdictione seu prærogatiua chori uel capituli, prout est sacrista, cum talis censeatur potius onus quàm aliqua prorogatiua secundum Archidia. & Imolam, & ita tenendum est, quidquid dicat D. Nicolaus & alii in d. c. de multa.

Cognitis prędictis ueniamus ad regulam quæ
22 est † ut acceptatione beneficii curati & apprehensa possessione illius, uel per eum stet quo minus apprehēdat, uacet primum beneficium ipso iure. probatur in dicta constitutione de qua in dicto c. de multa. & ibi in Glo. & est ratio: quia habens curatam si aliam recipiat uidetur primam habere pro derelicta. ad eo quòd absque priuatione poterit conferri, & si retinere contempserit priuatur etiam ultimo in dicto c. de multa.

Ampliatur dicta regula secundum Glo. ibi, ut
23 † dicta pœna habeat locum, non solum in beneficiis curatis, ut supra, sed etiam in dignitatibus & personatibus, siue habeant curam animarum, siue non, & siue obtineantur ambo in una ecclesia, siue in diuersis.
24 Ampliatur & secundo † procedere siue sint talia beneficia, dignitates seu personatus seculares, siue regulares, cum dicta constitutio indistinctè loquatur. Nam in prioratibus religiosorum locum habet hæc pœna, non solum si sint curati, & in c. cum singula. de præbend. lib. vi. sed etiam si non sint curati sed manuales: ut in Clemen. quia regulares. ad finem de supplend. neglig. prælat.
25 Tertiò ampliatur dicta regula † procedere etiā in

in uicariis perpetuis ecclesiarum curatarum, seu
parochialium, cum & in eis locum habeat dicta
pœna, nam & in eis prohibita est etiam plurali-
tas: ut in Clem.unica.de offic.uicarij.
26 Quartò ampliatur † ut & locum habeat in eo
qui plura beneficia curata habet ex dispensatione,
si aliud beneficium curatum acceptat, pro ut est
expressum in Clemen.si plures.eodem tit.de præ-
bend.ubi plenius de hoc per Glos.
27 Quintò ampliatur † ut procedat non solum in
eo qui secundum beneficium acceptat, & occupat
eius possessionem apprehendendo ex iusto titulo,
sed etiam si ex iniusto titulo occupet, & hoc ne
sit melioris conditionis occupans quàm qui ex
iusto titulo obtinet: ut in c.cū qui. de præb.lib.vi.
28 Sextò ampliatur † dictam regulam procedere
in eo qui spoliatus primo beneficio curato acce-
ptat alium secundum, cū & talis priuetur iure pri-
mi beneficii, ut voluit Vincentius in d.c.dudum.
quem sequitur, & refert Ioannes And.in dicto c.
de multa, quod & tenuit etiam Speculator. in ti-
tulo.de poss.& pet.§.i.uersiculo. quid si spoliatus.
29 sed licet † priuetur iure primi beneficii, tamen po
terit petere fructus primi beneficij quos percepit
spoliator usque ad acceptationem secundi bene-
ficij. Ad hoc quod habetur.ff. de eo quod certo
loco, in l.ij.§.idem Iulianus. & quod notatur per
Speculatorem. in titulo de actore.§. tertio. uersi-
culo item quod actor. secundum ipsum Ioannem
And.in d.c. de multa.
30 Quod uerum est si teneatur † quòd ipse bene-
ficiatus faciat fructus suos, cum si teneatur con-
traria opinio, non poterit dictos fructus repetere
sed suus successor in illo, secundum Ioannem Cal
derinum in d.c.de multa. qui uidetur tenere quòd
non faciat fructus suos. de quo in c. finali de pe-
cul.cler.& in c.statutum.§.assessorum.de rescript.
libro vi.& in c.præsenti. de offic.ord. eodem lib.
31 circa quæ potest cōcludi † opinionem Calderini
procedere si mala fide fuerit beneficium posses-
sum: secus si bona, cum tunc faciat fructus suos, ut
uidetur uelle Glos.in d.c.de multa. Ad hoc quod
notatur de iure patronat.in c.cum dilectus. in fi-
ne, & in c.grauis.de restitut. spoli. quod & tenent
Domini de Rota in decisione xxiij. Imò & plus
32 † non solum perdit primū beneficium & ius quod
habet in eo acceptans secundum beneficium cu-
ratum, sed etiā perdit ius quod habebat ad ipsum
beneficium acceptando secundum, ut est expres-
sum in Clementina, gratiæ.de rescrip.
33 Quæ regula fallit, & primò † in episcopatu seu
in promoto in episcopum in quo priora beneficia
non uacant statim, imò requiritur non solū quòd
apprehensa sit possessio ipsius episcopatus, sed ul
tra hoc requiritur quòd sit consecratus uel tran-
sactum sit tempus ad consecrandū, pro ut notatur
in d.c. cum in cunctis.& in Clem.i.ut lite péden.
34 Quæ fallentia ampliatur procedere † etiā si fue
rit cum eo dispensatum, ut non teneatur se facere
consecrari infra quinquennium, & sic possit dif-
ferri consecratio ultra tempus sex mensium à iure
præfixum, de quo ibi, pro ut vult Innoc. in d.c.de
multa.& Ioannes And. in d.c.cum in cunctis.ta-
35 lis enim dispensatio † uelut exorbitans à iure cō-
muni, nō est amplianda, sed restringenda.c.quod
dilectio.de consan.& affin.& notatur in c.i. & ii.
de filijs presby.lib.vi.& in regula, odia.eod.libro
satis enim ipsa operatur q̄ nō tenetur infra quin
quennium facere consecrari, unde non impedit
quo minùs uacent priora beneficia post tempus
datum à iure ad consecrationem recipiendam, se-
cundum Imolam in dicto c.de multa.
36 Ista fallentia sublimitāda est & primò, † nisi in
episcopū promotus ante cōsecrationē expressè re
nuntiet in manibus superioris, tunc enim uacarēt
37 & conferri possent, & ita ꝓcedere poterit, † c. ex
ore.de his q̄ fiūt à mai. part.cap. secundū Inno.ibi.
38 Secundò sublimitanda est, † nisi papa uellet ea
conferre ex certa scientia nō expectato tempore,
cum possit per notata in c.proposuit.de concess.
39 præbē.& ita procedere poterit etiam dictum † c.
ex ore. secundum Innocent. & Imolam ibi.
40 Secundò fallit: † quando ipsorum beneficiorū
unū dependet ab altero, pro ut notatur per Glo.
in c.dudum.el ij.de elect. in uerbo, intitulatā, post
medium. per illum textum & c.eam te.de ætat.&
qualit.& c.extirpandæ.§.i.de præbend.
41 Tertiò fallit: quādo † unum ex eis haberet in ti-
tulum, & aliud in comendā, prout notat in eod.c.
dudum.& ibidē per allegatam Glo.& xxi.q.i.qui
plures. & in c.nemo deinceps. de elect.lib.vi.
42 Quartò fallit: quando † acceptasset secundū ca
lore iracundiæ, cum tunc pœnitere possit, secun-
dum ea quæ habentur.ii.q.vi. si quis libellos. se-
cūdū Io.And.in d.c.de multa. Quod uerū est, nisi
adeptus sit possessionē secundi, cū tunc uacet pri
mum, per ea quæ habētur in c.cum qui. de præbē.
lib.vi.secundū D.Antoniū in d.c.de multa. Quod
43 procedit † nisi in continenti pœniteat & dimittat
ipsam possessionem: argumento l. diuortium.ff.
de diuort.canonizatę de pœnitent.dist.i. secundū
Ioan.And.in eo.c.de multa.ubi idē D.Nicolaus.
44 Quintò fallit: quando † tali recipienti secundū
beneficium papa dispensasset. d.cap. de multa.de
præbend.Glos. prædicta in d.c.dudum.
45 Sextò fallit: quando † acceptasset secundū be-
neficium curatum sine licētia superioris beneficij
primi, cum tunc licet uacet primum quo ad se, nō
tamen uacat quo ad superiorem, secundum Glos.
in d.c.de multa.per ea quę habētur in c.admonet.
& in c.quòd in dubiis de renūt.& hoc noluit Glo.
vii.q.i.in canone.si quis uerò.& xxi.q.i. in cano-
ne si quis iam translatus.& Goffredus in c.cum ve
46 nerabilis.de consuetu. propter quod † resultat no
tabilis effectus q̄ non potest impetrari ut uacans:
quia non censetur simpliciter uacare & omni re-
spectu, ad hoc c.si tibi absenti: de præbē.lib.vi.sed
tunc demū dicitur uacare, cùm superior habet ratā
ipsam renuntiationē expressam uel tacitā. secūdū
* Imolā in d.c.ex ore. quod & cōmuniter tenetur *

quidquid

quidquid dixerit Glo. in eod. c. ex ore. ex quibus
47 apparet † quòd non solum in expressa renuntiatione requiritur licentia superioris ipsius beneficij, ut dicto c. admonet. & c. quod in dubiis, sed etiam in tacita renuntiatione quæ fit per acceptationem secundi.
48 Quæ fallentia ampliatur procedere † non solum quando quis acceptat beneficium sine licentia superioris primi beneficii extra diœcesim illius, secundum aliquos: sed etiam si acceptet in eadem diœcesi, cum & tunc requiratur consensus seu licentia superioris, aliàs ad eius præiudicium non uacabit, cum factum uel dictum ipsius clerici nô debeat nocere ipsi superiori, si nô consentiat, per id quod habetur. vij. q. j. nô oportet. & in c. si quis episcopus. & c. si quis uerò. & c. si quis presbyterorum. & in hoc residet in d. c. de multa. D. Ant. & Imo. qui tamen dicunt quòd pauci hoc obseruant ut petant licentiam.
49 Septimò fallit regula prædicta † quando ipse acceptans secundum beneficium fecisset expêsas in primo de suo patrimonio, propter quod vult uti retentione beneficii, ut sibi satisfiat de expensis, poterit enim dicta de causa retinere primû: argu. xij. q. iiij. quicunque. quod intelligas procedere
50 † de expêsis factis côtêplatione ecclesiæ, & in eius utilitatem non sui ipsius, ut expressè legitur in d. canone & sentit D. Nic. in c. fi. de peculio clerici.
Quod tamen sublimitandum est non procedere
51 † respectu expêsis, factis post acceptationem secundi beneficij, cum tunc sit malæfidei possessor, non poterit eas repetere, per ea quæ habent in l. in fundo. ff. de rei uendic. quod & tenet D. Anto. in eodem c. de multa.
52 Sed animaduerte † quòd etiam pro expensis factis ante acceptationem non poterit beneficium retinere, quatenus magis placeat illa opinio Ioannis Calderini, quod beneficiatus non faciat fructus suos, de qua supra, aliàs secus.
Quinimò dicta sublimitatio ex alio nô simpli-
53 citer pcedit. † Nã & si beneficiatus faciat fructus suos, tn eos suos facit cum onere satisfaciêdi oneribus ecclesiæ ut in c. præsenti. de offi. ord. lib. vi. sed intelligenda est secundum Petr. de Perr. & Imol. in eo. c. de multa, quando ex beneficio tot fructus percepisset qui expensis non sufficerent secus autem aliàs, quod notandum est secundum D. Pet. ubi supra, cum permittatur retêtio rei spiritualis occasione debiti t palis. æquius tamê esset secundû ipsum Imol. & iustius, ut retineatur aliqua res temporalis spectans ad ipsum beneficiû pro satisfactione ipsarum expensarum.
54 Sublimitatur † & etiam supradicta septima fallentia. secundum D. Anton. & Imolam in eod. c. de multa non procedere, quin propterea dicatur non uocare primum beneficium, uocat enim de iure, et ut uacans poterit côferri, per id quod habetur in cap. licet episcopus. de præbend. lib. vi. sed procedere ut dicta de causa possit beneficiû primum retineri quo ad possessionem etc.

55 Octauò fallit: † quando recepisset secundum beneficium tanquam uisitator. vii. q. j. Pontifices.
56 Nonò fallit: quando † incontinenti fuisset eiectus à possessione secundi, quia tunc non censetur fuisse adeptus. Ad hoc quod notatur in c. commissa. de electio. lib. vi.
57 Decimò fallit, quando † reciperet secundum cû protestatione quòd non intendit dimittere primum, secundum Ioan. And. in d. c. de multa. de præbê. qui tamen dicit quòd tunc malè facit prælatus si eidem conferat tunc secundum. Ad hoc quod notatur in c. præterea. eod. tit. de præben.
58 Contra hanc fallentiã insurgunt † & bene D. Antonius & Imola in d. c. de multa, dicentes huiusmodi collationem non ualere tanquam factã contra formam Concilij de quo in d. c. de multa.
59 Et quia † collatio debet fieri purè & simpliciter, & non sub conditione. ut in c. ij. de elect. lib. vj. cû ibi notatis. & in regula, actus. libr. vi. Quinimò secundum Imolam ubi supra, dici potest, quòd
60 † huiusmodi protestatio tanquam contraria dispositioni iuris cõmunis nô ualet, per ea quæ habentur in c. cum M. de constit. C. de nego. gest. l. alimenta. & in Clementina gratiæ. de rescrip.
61 Sed ipsa † collatio bene ualebit, cum non fuerit sub conditione, sed simpliciter, & nô fuerit facta contra concilium. non enim prohibet concilium secundum beneficiû conferri. sed detineri. & apprehendi, ut patet in d. c. de multa.
62 Vndecimò fallit: † quando primum beneficium esset pingue & secundum tenue: argu. c. super hoc. de renuntis. Sed hæc opinio communiter non tenetur * cum imputandum sit acceptanti, ex quo acceptauit incompatibile, unde uacabit primum, licet secundum sit magis tenue. Ad hoc quod habetur. lxxiiij. distinctio. quorundam.
63 Duodecimò fallit: † quòd acceptans & apprehendens secundum huiusmodi, probabiliter se ignorabat habere primum, ut quia fuerat collatum suo procuratori ipso ignorante, uel sibi absenti & ignoranti, iuxta ea quæ habentur in cap. accedens. de præben. & in cap. si tibi absenti. de præb. lib. vj. tunc enim non uacat primum, sed datur sibi optio, prout est expressum in c. gratia. de rescrip. eod. lib. vi.
64 Decimotertiò fallit: † qñ acceptans & apprehendens secundum & eius possessionem, non posset fructus ipsius pcipere: ut qa alius ex eo ipsos pcepit ut est expressû in c. si tibi côcesso. eo. ti. & lib.
65 Decimoquartò fallit: † quando acceptasset secundum beneficium, quod ex se non esset curatû sed per unionem: ut quia esset annexa eidem ecclesia parochialis uel curata, ut est expressum in c. super eo. eod. tit. & libro.
66 Decimoquintò fallit: † qñ acceptaret secundû beneficium cuius administrator haberet prætereà dãdi distributiones quotidianas interessentibus diuinis, & subtrahêdi absêtibus, ut habet interdû custos uel sacrista, ex statuto, uel consuetudine:

nam

nam licet videatur habere potestatem subtrahen-
di & substituendi & destituendi, & per conse-
quens curam, iuxta notata in d.c.dudum. tamen
strictè hęc non est propriè suspensio ab officio,
nec à beneficio, de quibus loquuntur iura supra
allegata, sed est potius quædam subtractio facti
per quam non dicitur curatum beneficium: uel
dignitas, prout uoluit Ioannes And. in additio-
nibus Specul. super rubrica de pręb. in uers. de se-
cunda parte. quem sequitur Imola in dicto c. de
multa. uolens ex his quòd per acceptationem ta-
lis beneficij non uacet primum, cum non sit cu-
ratum. Ad hoc quod notatur in cap. fin. de cle-
ric. non residen.

67 Decimosextò fallit: † quando acceptasset tale
beneficium quod nō esset curatum perpetuò, sed
ad tempus, ut est si acceptasset pręposituram, cu-
ius præpositus gerit uicem episcopi uacante se-
de, in tēporalibus & spiritualibus, cum talis præ-
positura propter hoc non dicatur curata, prout
uoluit. Ioannem Andr. in additionibus in dicta
rubrica. & in c. pen. de offic. legat. lib. vj. conclu-
dens quòd ad hoc ut dicatur beneficiū curatum
68 cadens sub dicta constitutione, † c. de multa. &
69 sub constitutione extrauagātis † execrabilis. re-
quiritur quòd habeat curam perpetuam, nec suf-
ficit cura temporalis. prout innuitur in dicta ex-
trauaganti execrabilis. circa finem, & hoc etiam
uoluit Inno. in d.c. de multa. & notatur per Mo-
* dernos communiter * in Clementina vnica de
offic. vicar. & per Oldrad. consi. cxv. vbi hoc idē
tenere uidetur, quos sequitur Imola & D. Nicol.
70 in eo. c. de multa. addens D. Nicol. † quòd acce-
ptando vicariatum episcopi non perditur digni-
tas uel beneficium curatum quod ipse prius ha-
bebat, licet ipse vicariatus dici possit dignitas ut
notatur in Clem. ij. de rescript. licet non sit per-
petuus, sed ad tempus, uidelicet ad uolunta-
tem episcopi.

71 Decimoseptimò fallit † propter paupertatem
ecclesiarum: ut x. q. iij. unio. secundum Glos. in
dicto c. dudum. el ij. de electio. & Gloss. in sum-
ma. xxj. q. j.

72 Decimooctauò fallit: † quando episcopus di-
spensat cum aliquo. lxx. distin. sanctorum. Glo. in
dicta summa xxi. q. i. quod hodie non permitti-
tur cum in talibus episcopi non dispensent. c. de
multa. de præbend.

73 Decimononò fallit † ubi esset paucitas cle-
ricorum. canone. j. in fine xxi. quęst. j. scilicet ex-
tra ciuitatem: ut ibi Gloss. finalis. & Gloss. in
dicta summa.

74 Vigesimò fallit: † quando secundum esset ta-
le beneficium, quod esset curatum habitu, sed nō
75 actu, cum ad hoc ut locum habeat † pœna c. de
multa. requiratur vt sit curatum non solum habi-
tu sed actu, prout uoluit Host. in c. quia nonnul-
li. de cleri. non residen. per illum textum, in quā-
tum loquitur de ecclesiis habētibus curam. Nā
76 secundum eum, habere † est cum effectu, l. nomē.
§. habere. ff. de uerb. signif. Ad hoc etiam quod
notatur per Glo. & Archid. in c. licet canon. de
elec. lib. vj. & per Paulum de Leazariis in Clem.
uni. de offi. vicar. ubi uidetur idem tenere, quod
& tenuit etiam Feder. in consi. cxxxii. & ita com-
* muniter tenetur * maximè ex eo: quia iura ui-
dentur communiter ponderare periculum ani-
marum, quod nō uidetur subesse nisi actu & ha-
bitu sit curata, secundum D. Antonius in eod. c.
77 de multa. qui hoc idē uidetur tenere, esto † quòd
Innocent. & Abbas in eodem d. c. teneant con-
trarium, & hoc ne ecclesia sine sua culpa perdat
iura sua: ut in regula, sine culpa. lib. v. quos se-
quitur ibidem Ioannes Andr. cum quibus ibi
etiam uidetur residere Ioannes Calderinus ma-
ximè ex eo: quia ad hoc ut ecclesia cēseatur par-
rochialis attenditur auctoritas superioris cōsti-
tuentis eam parrochialem. xvi. q. vii. nullus om-
ninò, & hinc est quòd si recedant parochiani, nō
desinit esse parochialis. Prętereà si aliud dicere-
tur sequi posset perplexitas, & hoc idem uidetur
ibi tenere D. Petrus & D. Florian. quorum opi-
nio melior uidetur ad ipsam perplexitatem eui-
78 tandam secundum Imolam ibi. Sed imò † uide-
tur melior ipsa opinio Hostiens. & sequacium,
* quæ cōmuniter * tenetur, maximè ex eo; quia
79 hęc materia est pœnalis. † in qua uerba capienda
sunt in potiori significatu, ut euitetur pœna: ut
in c. statutum. de elect. lib. vi. & etiam quia tunc
cessat principalis ratio constitutionis, quæ est:
quia non est potens seruire utrique, secundū D.
Nicolaum in eodem c. de multa. unde ab ista cō-
muni non recedendum.

80 Vigesimoprimò fallit: † quando esset benefi-
cium curatum actu seu de facto, sed non de iure:
ut quia rector seu sacerdos ipsius exercet ibi cu-
ram de facto, cum talis ecclesia nō includatur sub
hac constitutione. c. de multa. ut uoluit ibi Imo.
post Ioānem Calderinum. ex tali enim exercitio
81 ecclesia non iudicatur curata, & hoc † nisi sacer-
dos præscripserit, per ea quæ habentur in cap. ex
transmissa. & in c. auditis. de præscript. Vnde cū
non habeat locum pœna dictæ constitutionis in
beneficiis non curatis quantuncunque cura exer-
ceatur ibi de facto, dummodo non sint dignita-
tes uel personatus ut supra, multò minus locum
habebit in beneficiis quæ nō sunt dignitates, ne-
que personatus, in quibus ipsa cura non exerce-
tur, unde locum non habebit in præbendis. &
hoc tenet in dicto c. de multa. Ioannes And. post
Innocent. & Hostiens. dicens hoc procedere
82 † in diuersis ecclesiis. cū in eadem ecclesia plu-
ralitas præbendarum sit prohibita. c. literas. de
concess. præb. ubi plenius de hoc.

83 Item procedit † nisi ipsæ præbendæ residen-
tiam requirant: ut in c. fin. de cleric. non resid.
84 Sed certè † & si requirant residentiam per acce-
ptationem secundæ non uacat prima, cum tunc
locum non habeat dictum c. de multa. & per con
sequens correctum non sit hoc casu dictum c. si.

per

per ea quæ habentur in c.præterea.& in c.referen
te. eod. tit.de cleric. non resid. in quibus iuribus
datur optio,prout uoluit Io.And. in additioni-
bus Specul.in titu.de cleric.non resid. circa prin-
cipium. Quod & tenuit etiam Oldradus consil.
ccxa.quem sequitur in dicto c.multa. D. Petrus.
quod & tenuit Lapus in additionibus consi.cavij.
& D.Ant.in eo.c.de multa.& bene,esto quòd alij
86 aliud teneât secundũ Imo.ibi.quod ꝓcedit † nisi
statutum non solum requirat residentiam, prout
voluit D.Ant.vbi supra,sed etiam ultra disponat,
videlicet:quòd ꝑ adeptionẽ secundę prębendę si-
mul uacet ipso iure prima,cum tunc uacabit ipso
iure,prout voluit Imo.ùbi supra,de quo in d.c. re
ferente.& in d.c. literas.
87 Vigesimusecundò fallit:† quando talia benefi-
cia conferrentur uni non diuerso tempore,sed eo
dem instanti,ita quòd non apparet de prioritate,
per episcopum:nam tunc daretur electio eidẽ eli-
gendi alterum ipsorũ,prout sentit Host. Io. And.
D.Pet.in c.quia nonnulli.de cleric.non resi.& cla
rius D.Anto.per c.referente. de præben. quia ẽt
hoc casu iura antiqua remanent incorrecta,pro-
ut dicit in eo. c. quia nonnulli. Imola.
88 Vigesimotertiò fallit: † quando ab initio ipsa
beneficia ambo curata non fuissent,sed ex post fa
cto alterum effectũ curatũ:nam tunc nõ habet lo
89 cũ d.c.de multa. quod uerũ est† nisi illud ex post
facto efficiatur curatum, quo casu si efficiatur cu
ratum de uoluntate ipsius beneficiati tunc ipso iu
re uacabit primũ:argu.c.cũ dilectus. §. dictus. de
ord.cogni.aliàs si eo ignoráte,& tunc habebit ele
ctionẽ, & eligere poterit quod uoluerit infra sex
menses,per d.c. referente.& dictũ c.præterea. &
per ea quæ habentur. in c.ij.de conces.pręb.pro-
ut uoluit Hostien. & Ioannes Andr. in d. c. quia
non nulli.
Quid autem in beneficiis simplicibus? quæ
non sunt curata,nec dignitates seu personatus? di-
90 stinguendum est. Aut† talia beneficia non requi-
runt residentiam:ut sunt pensiones quę non assi-
gnantur in titulum.sed in stipendiũ benemerito,
cum talia non exigant residentiam,prout habetur
xvj.q.j.quia tua.uel beneficia in quibus ex consue
tudine, vel statuto,uel priuilegio non requiritur
91 residentia,in istis enim† consuetudo,statutũ, uel
priuilegium operari põt. Ad hoc qđ nota. in d.
c.j.de consuetu.& in c.cum omnis.de consti. Ad
hoc etiam textus in c. clericos. de cleric.non re-
siden. vbi innuitur quod sunt aliqua beneficia re-
92 sidentiam non requirẽtia. Et † in istis residentiã
nõ requirẽtibus per acceptationẽ secundi nõ per-
ditur primũ,nec ẽt renuntiari videt̃: vt sentit Gl.
* in d.c.clericos.& ibi Inno. Quod cõiter tenet̃. *
Iure enim cõi pluralitas in talibus beneficiis vĩ eẽ
ꝑmissa.prout uoluit ubi supra Innoc. allegans ad
hoc qđ habetur de excep.c.cũ exceptione. & xvi.
q.j.possessiones.& de constI.c.cũ omnis.maximè
93 si consuetudo hoc disponat,† cũ in talibus con-
suetudo pluralitatẽ ꝑmittere possit,ut patet ex no-

tatis in d.c.j. Sed licet hóc uerum sit regulariter
94 † ut beneficia non requirentia residentiam pos-
sint de iure communi simul teneri, tamen fallit
95 Et primò:† quando utrunque uel alterum esse
sufficiens,per ea quæ habentur in c.conquerente.
de cleri.non resi.& in c.eam te. de ætate & quali.
& hoc uoluit Goffre.ibi.& tangit Glo. in c. gra-
tia.de rescrip.lib.vi. & rationabilius est licet In-
96 nocen.† simpliciter aliud teneat & cõmuniter ser-
uetur,prout notatur in d.c. gratia.de rescrip. lib.
vj.& in Clemen.gratiæ.de rescript. tutius tamen
est ad opiniones euitandas ut episcopus dispẽset,
secundum Imo.in d.c.clericos.
97 Secundò fallit:† quando esset nimia pluralitas:
* vt quia nõ solum duo uel tria sed multa seu infini
ta quis detineret.cap.cum iam dudum.de pręben.
ubi Innocen.hoc uoluit de quo plenius ibi, & in
d.cap.gratiæ.
98 Tertiò fallit:† quando talis plura beneficia hu-
iusmodi habens,non deseruiret per se uel per sub
stitutum:quia tunc licet possit habere plura bene
ficia non requirẽtia residentiã quo ad titulum, vt
* supra,tamen non percipiet eorum redditus nisi de
seruiat per se uel substitutũ. Ad hoc quod nota.
99 de consti. in c.cum omnis.circa fi.Saluo † nisi es-
sent valde exilia,per ea quæ habẽtur in c. eam te.
de æta.& quali.prout voluit D.Anton. in d.Cle-
men.gratiæ.quem sequitur Imo. in eodem c. cle-
* ricos.cum quibus cæteri transeunt. *
Aut talia beneficia simplicia residentiam re-
quirunt, & tunc prout uoluit in dicto cap. cleri-
cos.Innoc.duo genera principaliter de istis con-
sideranda sunt.
100 Quædam† enim & primò requirunt residentiã
nõ ad finem priuationis à beneficio & eius titulo,
sed ad finem priuationis redituũ tantũ, cũ non re
sidens ipsis reditibus priuetur, & sic requirunt re
sidentiam qualificatiuè. Et tunc per acceptatio-
nem secundi non uidetur renuntiari primo, pro-
ut uoluit Inno.ubi supra.Quod ideo est:quia tũc
non cadit incompassibilitas respectu tituli, sed so
lum respectu receptionis fructuum, unde si non
resideat ipsis priuatur. Ad hoc quod notatur per
Host.in summa de cleri.non resid.§.j. & ij. & in
summa de præb.§.fin.& quod notatur per Archi.
101 xxi.q.j.c.j.vbi dixit † idẽ esse si unum ipsorũ re-
quirat residentiã continuam & aliud qualificatã.
102 Quædam uerò & secundò† sunt beneficia re-
quirentia residentiã non qualificatiuè,& ad finem
priuationis fructuũ,sed respectu tituli, ita ꝙ nõ
residens priuandus est ipso beneficio, & eius titu
lo,iuxta notata in c.relatum.de cler.non residen.
& cap.conquerente. Et istorum quædam requi-
runt residentiam temporalem, puta: quia ex
consuetudine, constitutione uel priuilegio re-
quirunt quòd quis resideat in eis tribus qua-
tuor uel sex mensibus, & tunc per acceptatio-
nem secundi non uidetur renuntiari primo, ex
quo põt utrunq; retinere. Ad hoc quod habetur.
ff.ad munic.l. assumptio.§. iuris prudẽtibus.ꝑut

uoluit Ioannes And.in d.c.clericos.post Innoc.
103 Quod uerum intellige † quando non daretur
incõpassibilitas: aliàs si essent incompassibilia,
ut quia in quolibet eodem tempore requirere-
tur quòd resideret,vel vnum requireret residen-
tiam continuã,& tunc censentur incompassibi-
lia,adeò q alterũ ex eis cogetur eligere, prout vo
luit Imo.in eo.c.clericos.p id qđ habetur in c. re
104 ferente.de præb.In hoc enim casu†an acceptã-
do unum alteri renunciet , dicendum erit prout
infra dicetur: quando ambo requirunt residen-
tiam continuam.
105 Quædam uerò † sunt beneficia simplicia re-
quirentia residentiã continuã: ut sunt regulari-
ter omnia beneficia, nisi contrariũ appareat secũ
dum Inno.in eo.c.clericos.Quod uerũ intellige
106 † de beneficiis quæ cõferuntur in titulum. talia
enim exigũt residentiã cõtinuã de iure cõmuni,
etiã si sint ualoris xx.solidorum in redditibus per
ea quæ habẽtur in c.relatũ.& in c.cõquerente.de
cler.nõ resid.prout uoluit in d.c.clericos. Host.
& Ioan.And.pro quo facit: quia attenta primæ-
107 na natura beneficiorũ,†beneficia institui nõ de
bẽt,nisi sint talia,quæ habeãt sufficere deseruiẽti
bus.c.ut quisquis.de uita & hones.cleri.& de cõ-
108 secrat.di.j.nemo.Vnde† beneficia etiam simpli
cia de iure cõmuni requirũt residentiã continuã
prout voluit in eo. c. clericos.Innocen.Hostien.
Ioannes Andr. D. Antoninus & communiter cæ-
* teri Doctores * quidquid dicat ibi D. Floria-
109 nus.Quod uerũ intellige, † nisi aliud appareat
inductũ,ex cõsuetudine,priuilegio uel statuto:
ut supradictum est.& ita procedere poterit dictũ
D.Floriani,dicentis q secundũ generalem con-
suetudinẽ cõmuniter simpliciter nõ requirũt re-
sidentiã.circa quę vide notata in dicta Clem.gra-
110 tiæ.& per Lapũ in allegatione cxvj. & in † istis
beneficiis simplicibus continuã residentiam re-
quirẽtibus per acceptationẽ secundi,uidetur re-
nũtiari primo,cũ primum sit incompassibile cũ
secundo,unde acceptãdo secundum uidetur pri-
mo renũtiare,prout uoluit Inno.ubi supra.& se-
cundũ hoc uacabit primum ipso iure,adeò quòd
poterit conferri absq; alia priuatione.quod & te
nuit etiam ipse Inno.in c.ex tuę.eo.tit.de cler.nõ
resid.& uidetur etiã tenere Feder.de Senis.cons.
cxv. circa finem.quos sequuntur Petrus de Peru-
sio & Petrus de Anchat.in eodem c.clericos.Pro
quo facit quod notatur per Glo. in dicta Clemen
tina gratiæ.de rescript.Et quia eadem ratio uide-
tur esse in simplicibus requirẽtibus residentiam
cum sint incompatibilis , quæ est in curatis, vn-
de idem uidetur dicendũ in eis , licet sit materia
111 pœnalis. cum † & in pœnalibus ex identitate ra-
te rationis fiat extensio,per ea quę habentur in c.
si post quàm.& in c.statutum.de elec.libr.vj.pro
ut uoluit Ioannes Calderinus in d.c.clericos.li-
112 cet dicat † curiã seruare aliã opinionẽ, quæ ha-
bet quòd ipso iure non uacet primum per acce-
ptationem secundi in beneficiis simplicibus, etiã
requirẽtibus residentiam . quam opinionẽ fina-
liter uidetur tenere Ioan.And.in additio.Specu.
in titu.de cleric.non resid.per ea quæ habẽtur in
c.referente.& c.pręterea.& c.ad hoc.de pręb.per
quæ iura patet q etiã in curatis primũ ipso iure
nõ uacabat per acceptationẽ secũdi.Quæ & licet
hodie sint correcta in curatis dignitatibus & per-
sonatibus per d.c.de multa.tamen in aliis uiden-
tur remanere. l.pręcipimus.C.de appell.quod &
tenuit originaliter Oldra.cons.clxxxv.Innocen.
D.Antonius & D.Florianus & D. Nicol. in d.c.
clericos.& Petr.de Ancha.in d.c.de multa , quæ
113 opinio uerior est per dicta,iura,cum † in mate-
ria pœnali & correctoria non fiat extensio, prout
* communiter * notatur.ff.sol.mat.l.si uerò. §.de
uno.& C.de sacros.eccle.auctentica quas actio-
nes.& in Clem. j.de elect. & quia non est eadem
ratio in simplicibus quæ est in dignitatibus &
personatibus uel curatis., secundum Imolam in
eodem c.clericos. in hanc opinionem inclinãs,
adducens quod notatur per Gloss. xxi. quæst. j.
relatio.per Lapum in dicta allegatione,& com-
* muniter tenetur. *
Circa quæ aduertendũ est: quia licet hoc sit
114 regulariter uerum, † ut in beneficiis simplici-
bus etiã residentiã requirentibus per adeptionẽ
secundi nõ uideatur renuntiari primo, nec uacet
primum ipso iure,ut supra: Imò & tunc dici po-
test quòd eidem detur optio retinendi quod ue-
lit. per id quod habetur in dicto c.referente. ubi
de hoc.tamen fallit.
115 Et primò† quando acceptans secundum non
haberet ius in beneficio primò , sed haberet ius
ad beneficium; ut quia haberet gratiam ad be-
neficium requirens residentiam,cum & tunc ac-
ceptando secundum beneficium requirens etiam
residentiã,uideatur ipsi gratiæ renuntiare , adeò
116 quòd uacat primum,& ita procedat† quod uo-
luit Glo.in dicta Clem. gratiæ.facilius enim per-
ditur ius ad rem quã in re prout habetur in c.fin.
de conces.præb.lib.vj. Ad hoc etiã quod notatur
per Ioan.And.in regu.odia.eo.lib.
117 Secundò fallit † qñ beneficiũ requireret cõ-
tinuã residẽtiã,ita & taliter q ipso iure esset pri-
uatus nõ residẽs,cũ sic procedere possit dictum
118 Inno.secundũ D.Ant.in d.c.clericos. sed † hoc
nõ uidetur uerũ; quia quantumcunq; beneficiũ
requirat talem residentiam,tamen per solam ac-
ceptationem non esset priuatus , nisi desineret
residere , secundum Imolam in eod. c. clericos.
119 Tertiò fallit secundum Imolã ubi suprà: † qñ
statutum uel consuetudo disponeret q acceptan-
do secundum , uideatur habere primum pro de
relicto,cũ tunc uacet ipso iure,prout uoluit In-
no.ubi supra dicẽs q talis cõsuetudo ut rationa-
bilis esset seruãda,p id quod habet xij.dist.illud.
120 Quartò fallit†qñ ipsum beneficiũ simplex re-
quireret residẽtiã,ita taliter q nõ posset in eo de
seruiri per alium,cũ tunc per acceptationem se-
cundi huiusmodi , uidetur renuntiari primo,
cum

eum impossibile sit, ut in vtroque per se deser-
uiat. de consec. dist. i. quotidie. prout uoluit Do.
121 Flori. in d. c. clericos: dicens ex hoc † quod si testa-
tor iussit construi capellam in ecclesia parochia-
li, & instituit presbyterum qui illud officiaret, cui
presbytero pro sustentatione reliquit certa bo-
na, si commissarii construxerunt capellam & eli-
gerunt rectorem ecclesiæ in capellā ipsius, & per
episcopum fuerit institutos, per adeptionem ta-
lis capellæ, uacat ipsa ecclesia patrochialis, & hoc
122 † si testator expressit quod per se ipsum capel-
lanus deseruiret, cum tunc procedat dictum, &
ratio ipsius D. Floriani, secus autem si simpliciter
dixisset quod ipse capellanus deseruiat, cum tunc ve-
rificetur, siue per se, siue per alium deseruiat, per
ea quæ habentur in regula qui per aliū in vi. Sed
123 certè † hoc ultimum dictum D. Flori. non vide-
tur procedere: quia in dubio videtur quod deseruire
debeat per se & non per alium, nisi aliud dictū sit
prout nota. in c. quia nonnulli. de cleric. non resi.
124 Vnde hoc dictū non uidetur procedere † nisi cō-
suetudo ecclesię aliud haberet, & hoc modo salua
ri poterit dictū ipsius D. Floria. secundū Imo. in
eod. c. clericos. circa quę uide notata in d. Clem.
Gratię. & per Lapum in d. allegatione. xxvi.
125 Quintò fallit: † quādo beneficiatus in una dioe
cesi acceptaret beneficiū in alia dioecesi, & ibi ma
neret, cum tunc tacitè uideatur renuntiare. primò
126 nisi † aliud appareat. & ita procedere poterit quod
voluit Inno. in d. c. clericos. & quod uoluit Glos.
in c. ex parte. eo. tit. de cleri. non resi. secundū D.
Nicol. in d. c. clericos. circa quę uide notata in
eo. c. ex parte. & in c. qualiter. eod. tit.
127 Sextò fallit: qn̄ † canonicus præbēdatus in vna
ecclesia acceptaret canonicatū & prębendam in
alia: quia licet quis possit esse canonicus sine prębē
da in diuersis ecclesiis, cū ex hoc surgat utilitas
& nō grauamē ecclesię, tn̄ nō poterit esse prębē-
datus in diuersis ecclesiis, cū illis detur incōpassi
bilitas pp residentiā, p id quod habetur lxx. dist.
sanctorum. & ecclesiæ grauētur, & in recipiente
notatur ambitio, prout nota. in c. cum iam dudū.
de pręben. & per consequens peccatum, propter
128 quod † dispensare non poterit episcopus. & ita
videtur residere in d. c. clericos. Inno. & Io. And.
& D. Anto. quod etiam tenuit Petr. de Sansonio,
prout refert Archid. in d. canone. sanctorum. Sed
129 † Imola in eo. c. clericos. plenius hunc articu-
lum examinando recitatis opinionibus de quibus
in d. c. cum iam dudum. uidetur cōcludere, quòd
episcopus dispēsare possit in istis, quod & tenuit
etiam Glo. in d. c. de multa. & in eo. cap. cum iam
dudum. de quo inferius dicemus. sed dato quod non
possit quis habere canonicatus & præbendas in
diuersis ecclesiis, nisi habeat ex dispensatione vt
supra, tamen acceptando præbendam & canoni-
catum in alia ecclesia videatur renūtiare primo,
ita quod habeat pro derelicta. Doct. nō tangunt, sed
dici potest quod licet teneatur optare, tamen non ui
deatur renuntiare, prout & dictum est in aliis
beneficiis residentiam requirentibus per nota-
ta in d. c. referente. & in c. prætereà. & in d. cap.
cum iam dudum.
130 Ex quibus apparet quod regulariter † quis non po
test retinere plura beneficia requirentia residen-
tiam, vt d. c. sanctorum. cum in utroque residere
non possit regulariter, tamen fallit.
131 Et primò † nisi consuetudo aliud disponat cum
super iis beneficiis simplicibus. etiam residentiā
requirentibus dispensari possit: ut notatur in d.
c. i. de consuetud. lib. vj.
132 Secundò fallit: † quando haberet ex dispensa-
tione, cū super his dispensare possit etiam episco
pus, secūdum Imo. in d. cap. clericos. de quo plenius
133 discutiendo videamus primò, † an pluralitas pręe
bendarū & canonicatuum sit prohibita à iure uel
permissa, & si prohibita sit, secundo uideamus
134 † an eps possit super tali pluralitate dispensare.
Circa primū Io. And. in d. c. cum iam dudū. re
fert plures opiniones, & pręcipuè septem quas et
pro sequitur ibi Do. Anto. D. Florianus, Imo. &
D. Nicolaus, ex quorum dictis, eam simul iun-
135 gendo concludi potest, quòd aut † loquimur in
magna multitudine præbendarum & canonica-
tuum uel beneficiorum simplicium, ut si aliquis
velit retinere octo uel decē ex eis, & hoc est pro-
hibitum. c. quia in tantum. de præben. et lxx. di-
stin. sanctorum, prout voluit Io. And. post Inno.
in d. c. cum iam dudum. in quinta opinione.
136 Aut † est modica multitudo, & tunc, aut requi-
runt residentiam, & idem dicendum, cum talia
censeantur incompatibilia propter unius residen
tiæ cap. penultimo. de clericis. non residen. pro-
ut uoluit Innocent. ubi supra in sexta opinio-
* ne, in qua residet, & ita communiter tenetur. *
Ad hoc Glo. in c. cum non ignores. de præben. &
per Glo. in Clem. gratiæ. de rescript. & quod no-
tatur in c. fina. de cleri. non resid.
137 Aut † non requirunt residentiam, & tunc aut
vult habere unum in titulū & aliud in commen-
dam, & non erit prohibitum. per id quod uoluit
Glo. in d. c. dudum. ubi est bona Gloss. Ad hoc c.
nemo deinceps. de elect. lib. vj.
138 Aut † vult duo uel plura ex eis tenere in ti-
tulum, & tunc, aut quodlibet ex ipsis uel alte-
rum tantum est sufficiens, & ipsa pluralitas erit
prohibita per id quod habetur in cap. conque-
rente. de cleric. non resident. & per Gloss. in dicto
cap. dudum. vbi Glo. hoc uoluit, & in cap. gratia.
de rescrip. libro vj. & ita procedere poterit opi-
nio Hostiens. qui tenuit simpliciter quòd plura-
litas est inhibita, licet cesset ratio residentiæ. Ad
hoc cap. cum non ignores. proximè citato, cum
& tunc subsint aliæ rationes de quibus in cap.
quia in tantum. de præbend. & in cap. quia non
nulli. de cleric. non resident. subest enim tunc
ambitio, auaritia & occupatio stipendiorū alio-
rum clericorum, ut plenius per ipsum Hostien.
in c. super inordinata. de præben.
139 Aut † ipsa bñficia aut alterū eorū nō sunt suffi-

cientia,& ipsa pluralitas non erit prohibita, per
ea quæ habẽtur in d.c.cõquerẽte, & in prædictis
aliis iuribus,& ita procedere poterit opinio ip-
sius Innoc.qui tenuit quòd pluralitas nõ est pro-
hibita;quando nõ requirunt residentiam,cũ tunc
uideatur cessare ratio d.c.quia nonnulli.& c. rela
tum.eo.tit.de pręben.cuius opinio cõiter serua-
tur de cõsuetudine,vt uidelicet talia detineri pos-
sint ẽt sine dispensatione,ꝑut voluit ipse Inno.in
d.c.cũ iam dudũ,& Glo.in d.c.dudum. & in d.c.
gratia.& Spec.in tit.ij.§.videndum.versi. illud.&
hoc sequitur D.Flor.in d.c.cum iam dudum,qui
140 ẽt dicit ꝙ detinere talia beneficia nõ est pecca-
tũ.qui ẽt plus dicit ꝙ† dato quòd sufficerent,con
siderato ꝙ consuetudo generalis habet quòd ta-
lia plura teneantur etiam sine dispensatione pro
pter talem consuetudinẽ licitè poterũt detineri,
141 cũ† secudũ eum consuetudo posit facere de
illicito licitum,& econtrà.c.cũ olim.de cler.con
iugat.vt plenius per eũ ibi,& in d. Clem. gratiæ.
magis plenè de hoc tractat. Circa quæ tamẽ dicẽ
142 dum est† ꝙ licet de cõsuetudine talia beneficia
sufficiẽtia posint detineri ẽt sine dispensatione,
vt supra,tñ de iure ea detineri non possunt, ut su
pra,ꝑ id qđ notatur in d.c.dudũ. & ideò cautius
est in iis vt dispensetur:ut superius dictum fuit.
143 Circa secũdũ.†An episcopus super iis benefi
ciis simplicibus dispensare posit? & dicendũ est
prout uidetur uelle D.Anto. opiniones concor-
dãdo in d. c. cũ iã dudũ. quod aut ipse episcopus
vult dispensare super pluribus canonicatibus, &
prębendis habendis in eadem ecclesia, & non po
terit ipse episcopus dispensare, sed solus Papa,
per ea quæ habentur.de concess.præb. in c. lite-
ras.vbi Ioã.And.super Glo.hoc tenet.esto quòd
ipse episcopus dispensare posit super benefi-
ciis difformibus,Imò & quòd quis habeat in vna
ecclesia dignitatem & canonicatum cum præ-
benda, prout notatur.in cap.i.de consuetud.lib.
vj.per Gloss. Quod ideò est: quia tunc numerus
ecclesię non rumpitur,sed bene in casu pręceden
ti,ut plenè de iis notatur in d.c.literas. commu-
✻ niter per Doctores. ✻
144 Aut†uult episcopus super pluribus canonica-
tibus, & præbendis in diuersis ecclesiis uel aliis
beneficiis simplicibus dispensare, & poterit pro
ut voluit Hostien.in d. cap. super inordinata. &
Ioan.And.D.Antonius & Imola in d. cap. cum
145 iam dudum.Quod procedit†etiam si requirant
residentiam,prout uoluit in eod. c. cum iam du-
dum.Petrus de Perusio & Do.Nicol. per ea quæ
habentur in d.cap.sanctorum.& d.cap.gratiæ.&
146 d.cap.de multa. Imò † & procedit etiam si sint
in diuersis diœcesibus,secundum ipsum Do. Pe-
147 trum, dummodo † consensus seu dispensatio
utriusque episcopi intercedat: argumento eo-
rum quæ habentur in cap.cum illorum.de senten.
excommun. & hoc etiam uoluit Specul. in d.§.
nunc uidendum.in secunda colum.secundũ Imo
lam in d.c.fin.vbi plenius de iis.

CONCLVSIONIS & Regulę XCI.

ARGVMENTVM.

Quando liceat à beneficio abesse.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Clerico seu prælato an liceat se ab ecclesia absentare,& ex iusta causa põt nu.6.sed cõtra n.10*
2 *Absens ab ecclesia an sit requirendus.& nu.19.*
3 *Absens ab ecclesia per quem requirendus. nume. 25.26.& 27.*
4 *Clericus absens ab ecclesia qualiter requiratur,& nume. 28.*
5 *Clericus absens ab ecclesia an sit puniendus,& qualiter.& nu.41.*
6 *Clericus seu prælatus à sua ecclesia se absentare non potest absque iusta causa,etiam si beneficium residentiam non requirat num.7.esto quòd in contrarium foret consuetudo secundum communem. & nu.8. Imò etiam cum licentia superioris nu.9.*
11 *Clericus à sua ecclesia ex iusta causa cum licentia sui prælati se absentare potest secundum communem. ✻ Idem si consuetudo hoc permittat nu.12. & ex iusta causa nu.13.uel necessitas occurreret nu.14. dummodo cessante necessitate redeat. nu. 16. Idem si residentiam non requireret nu.17. et absentia non esset ex causa uagationis nu.18.*
15 *Deliberandi consilium plerumque nec tempus nec locus patitur.*
20 *Absens à beneficio etiam cum licentia si tempore concessionis monitus fuit redire sub pœna priuationis, potest declarari in pœnam priuationis incidisse absque alia citatione,nisi impeditus esset.nu. 21. uel in loco beneficij superueniret pestis. num.22. secundum communem. ✻ tamen hoc non procedit si ecclesia pateretur defectum in ministris.nu.23. secundum communem opinionem. ✻ nu.24.*
28 *Clericus absens à beneficio si scitur ubi est,et cõmodè citari põt,personaliter citandus est & si sit extra prouinciã secundũ cõem ✻ nec tũc generalis monitio inducta per cõstitutionẽ synodalẽ sufficiet.n.30*
29 *Citatio solemnis non requiritur in notorijs.*
31 *Absens ab ecclesia si commodè requiri non potest, citari debebit tribus edictis.*
32 *Citatio per edicta non permissa,& in casibus in quibus permittitur debet esse trina secundum communem ✻ nu.33.& hoc si ad finem pœnæ imponenda nu.34.nisi aliud in iure exprimatur nu.35.& 5 ad aliũ finem sufficeret unica citatio pro omnibus si iudici uidebitur nu.36.*
37 *Citatio per edicta trina fieri habet apud ecclesiam absentis.*
38 *Citatio per trina edicta non sufficit ad priuationem si proponatur apud ecclesiam cathedralem, nisi consuetudo aliud disponeret num.39.uel extaret monitio generalis inducta ex constitutione synodali monentis beneficiatos ad residendum trina*

moni-

monitione nume. 40.

41 *Clericus absens ab ecclesia si monitus redeat, & si priuari non possit, potest tamen arbitrio iudicis pu niri. Si uerò monitus non redeat poterit suspendi uel excommunicari. nu. 42.*

Intellectus ad c. ex tua. de cleric. non resid. et nu. 44.

43 *Absens a beneficio si monitus contumax sit & beneficium residentiam non requirat, priuari non poterit nisi cum absentia concurreret uagatio, secundum communem.* ✠ *nu. 45. si uerò residentiam requireret priuari posset ob contumaciam nu. 46. sed tunc solus episcopus sine consensu capituli hoc facere non posset. nu. 47. nisi episcopus hoc ex consuetudine uel præscriptione haberet. nu. 48.*

49 *Absens à beneficio residentiam requirenti, monitus, et contumax, absque sententia priuatiua potest de eo spoliari, sed contra nu. 50. nisi certù esset absesse sine iusta causa. nu. 51. secundum communem.* ✠ *uel abesset ab ecclesia parochiali. nu. 52. uel quãdiu absens à beneficio fuisset nu. 53. seu absens talem fecisset actum quod exinde inspiceretur quod ecclesiam habet pro derelicta nu. 54. uel constitutio episcopalis induceret priuationem ipso iure. nu. 55. de quo nu. 57.*

56 *Episcopus statuere potest ubi dubium est de iuris intellectu, imò contra ius nume. 57. sed contra numero. 58.*



ROSEQVAMVR materiam residentiæ præcedéti proximam, de qua per Glo. Innoc. Hostien. & Ioan. And. in c. ex tuæ. de cleric. nõ resident. quorum dicta recolligẽdo, & aliorum doctorum aliquid addendo, & ea simul iungendo, uidetur quinque membra esse consideran

1 dam. Quorum primũ est. † An liceat clerico seu

2 prælato ab ecclesia se absentare. Secũdò, † an ipse

3 se absentans sit requirendus. Tertiò † per quem.

4 Quartò † qualiter. Quintò † an ipse sit puniendus,

5 & qualiter si se absentet.

6 Circa primum dicendum est, † quòd aut ipse clericus seu prælatus vult se absentare absque causa iusta seu probabili, puta: ex causa uagationis, & eidem nõn licebit: ut c. inter quatuor. de elec. non resid. & c. relatum. eod. tit.

7 Ampliatur id etiam procedere † si esset beneficium residentiam non requirens. Nam propter delictum uagationis priuari potest quis beneficio, etiam si residentiam non requirat. vii. q. j. nõ oportet. & canone sequenti, prout uoluit in d. c. ex tuæ. Ioan. And. post Hostien.

8 Ampliatur & secundò † id etiam procedere si esset consuetudo quòd sine causa uagari liceat, talis enim consuetudo cum sit irrationabilis, & contra bonos mores, & tendat in læsionem ecclesiæ non ualet, cap. j. de consuetud. vt voluit Hostien. & Ioannes And. ubi supra, & communiter tenetur. ✠

9 Ampliatur & tertiò † id procedere etiam si eius prælatus dederit licentiam uagandi, cum & tunc eius superior eum remouere possit. cap. diuersis. de clerie. coniugat. Imò & etiam ipse dans potestatem eam reuocare, prout sentit in eodem cap. ex tuæ. Innocen. & clarius Hostien. & Ioannes Andreæ. cum uagari sonet in peccatum, unde poterit ipse contrauenire iuxta notata in dicto cap. diuersis. Ad hõc etiam quod notatur de iuelur. c. sicut. & xxxv. quæst. ix. quod quis. Ad hoc etiã, quod notatur. de reb. eccles. non alien. cap. si quis presbyterorum.

10 Aut † ipse clericus vel prælatus vult se absentare ex iusta causa seu probabili puta ex causa studiorum, & eidem nõ licebit: prout notatur in dictis. c. relatum. & c. inter quatuor. & prout uoluit in d. c. ex tuæ. Innoc. & Hostien. Quod licet regulariter sit uerum, tamen fallit.

11 Et primò † quando se absentaret cum licentia sui prælati, prout notatur in d. cap. relatum. & ibi Innoc. Host. & Ioan. And. & Glo. in cap. cum ex eo. de elect. lib. vj. in verbo episcopi, etiam si talis prælatus sit inferior ab episcopo. quod intellige uerum si ex causa studii, uel ex alia iusta causa ut per prædictos, & notatur in d. c. inter quatuor. & communiter tenetur. ✠

12 Secundò fallit: † quando consuetudo hoc eidem permitteret, prout notatur in d. c. inter quatuor. & in cap. quia nonnulli. eod. titu. de cleric. non

13 resident. quod † intellige verum: quando consuetudo hoc vult ex aliqua iusta causa: aliàs secus per supradicta.

14 Tertiò fallit: † quando necessitas occurreret & aliud suaderet, cum tunc posit se absentare sine

15 licentia prælati. Plerumque † enim nec tẽpus, nec locus patitur deliberandi consilium. ff. de exercitor. l. j. prout notatur in dicto cap. inter qua-

16 tuor. & ibi Hostien. Quod uerum est † si in breui postea reuertatur cessante necessitate: argumen. ff. de diuortiis. l. iij. secundum Ioannem And. in eo. cap. inter quatuor.

17 Quartò fallit: † quando esset tale beneficium quod residentiam nõ requireret, prout sentit Innocent. in dicto cap. ex tuæ. & dictum est in præ-

18 cedenti conclusione, dummodo † non causa illicitæ uagationis, ut supra in ampliatione prima primi membri.

19 Circa secundum † quod consistit in hoc, an clericus seu prælatus absens à beneficio sit requirendus, ad hoc ut possit priuari, uel puniri, dicendum est quòd est requirendus seu citandus, siue se absentauerit fraudulenter, & sine licentia prælati, siue se absentauerit cum licentia prælati, & ex iusta causa, & illa causa sit finita, ut quia prælatus dederit ei licentiam eundi ad consilium, nã si finita illa causa nõ redeat, nihilominus absque monitione priuari non poterit, unde erit monendus seu requirendus, prout uoluit. Innoc. & Gaspar de Calderinis. in dicto cap. ex tuæ. & communiter tenetur. ✠ Quod verum licet regulariter sit uerum tamen fallit.

20 Et primò: quando† tempore concessæ licentiæ monitus fuisset redire sub pœna priuationis, per notata in c.ex parte.eod.tit.de cleric. non resid. secundum Imolam in eo. c.ex tuæ.tunc enim sine alia monitione priuari poterit uel declarare in pœnam priuationis incurrisse.

21 Hoc autem sublimitandum est† in parato adueniendum, sed impedito propter fracturam pontis, uel propter inundationem aquarum, uel quid simile. Ad hoc quod habetur.ff.si quis caution.l.ii.quod uidentur sentire Hostien.& Ioan. And. in c.clericos.de præben.

22 Iterum sublimitandum & secundò:† quãdo in loco beneficii superuenisset pestis, cum clericus absens ab ecclesia, non teneatur ad eam redire ad residendum si uiget pestis, ut uidentur uelle Hostiens.& Ioan. And.in eod.c.clericos, quantuncunque sit monitus, ut per eos. quod est ualde notandum. Ad hoc quod notatur per Bart. in l. sed sciendũ. ff.ad Treb.& cõmuniter tenetur. *

Quod licet procedat regulariter, sublimitan-
23 dum est tamen:† quando ecclesia pateretur defectum in ministris, tunc enim peste non obstante tenetur ire ad residentiam, si priuationis pœnam effugere uellet, conueniens enim non est ut magis necessario tempore, cum adest & ministrorum penuria, deseratur diuinus cultus, cuius ante omnia ratio est habenda, per ea quæ notantur in cap. cum ad hoc. de præben. facit c. ad supplicationem. de renuntia. ubi non ualens residere sine mortis periculo cedit beneficio. quod & uidetur tenere etiam Imola in dicto cap.cle-
24 ricos. Defectus † enim ministrorum aliàs est tantæ considerationis quòd dat legitimam causam reuocandi licentiam ex iusta causa datam, ita quod monitus ad residendum si non redeat priuari potest quantuncunque illa causa legitima, ob quam licentia fuit concessa, non sit finita, per ea quæ habentur in capit.penultimo.de cleric. non resid. & vii. q.j. scias. quod uoluit * Imo.ubi supra, & communiter etiam tenetur. *

25 Circa tertium quod est † per quem sit requirendus, dicendum est quòd ipse absens requirendus seu monendus est: ut uoluit in d. cap. ex tuæ.Innocen. & post eum Ioannes And.per episcopum, & eo absente per capitulum, ad quod spectat ius inquirendi, uel per illum ad quem tangit res secundum Ioannem And.& hoc etiam uo-
26 luit ibidem Gaspar Calderinus. Sed † imò monendus est per illum ad quem pertinet destitutio seu priuatio, prout uoluit Imola in d. cap.ex tuæ. de cleric. nou residen. per notata in c.ex par-
27 te.& c.qualiter. eo.tit. Quod uerũ intelligẽ† quo ad restituendum seu priuandum cum quo ad imponendam aliã pœnã, puta suspensionis uel excõmunicationis monendus seu requirẽdus erit per eius superiorem, etiam si non possit eum priuare. Vnde poterit episcopus moneri seu requiri per suũ Metropolitanũ quoad hoc ut uř innuit in d.c.ex tuæ.ubi hoc expressè uoluit Petr.de Perus.

28 Circa quartum dicendum est quòd aut scitur ubi est, & tunc, aut potest commodè requiri seu citari, & erit personaliter requirendus seu citandus, etiam si sit extra prouinciam.d.c.ex parte. prout uoluit in d.c.ex tuæ.Innoc. Gaspar Calderi. D. * Floria.& communiter tenetur. * per id quod habetur in c.Romana.§.contrahens.de foro comp. lib.vi.& in ipsa requisitione congruum tempus erit assignandum secundum distantiam loci, & qualitatem personæ, ut d.c.inter quatuor.& d.c. ex parte.& sufficit tunc unica requisitio seu cita-
tio, cum non residere sit notorium, prout uoluit
29 Ioan.And.in d.c.ex parte. Et † in notoriis nõ te quiratur solennis citatio, prout notatur ibi, & in
30 c.ad nostram.el iij.de iureiuran. Non tamẽ †sufficiet tunc monitio generalis inducta ex constitutione synodali disponente & præcipiente beneficiatis: ut resideant in beneficiis, & ad hoc moneante trina monitione cum interuallis, cum talis generalis citatio seu monitio non noceat alicui qui potuit & debuit nominatim citari: argu.l.i.§.de. nuntiare.ff.de uent. inspi.& ut habetur in Clem. j.de iudic. esto quòd aliud uoluerit Federicus de Senis in consi.ciiij. cuius dictum procedere posse quando nesciretur ubi esset ipse absens, uel non posset commodè citari, cum tunc admittatur citatio per edicta.de elect. cap.fina. in vi.secundum Dominum Florianum & Imolam in d. c.ex tuæ.& inferius patebit.

31 Aut† ipse absens non potest commodè requiri, ut quia sit ultra mare, uel sit in loco in quo non possit comodè citari, & tunc dicendum erit in eo pront dicetur inferius in illo qui nescitur ubi sit. circa quæ dicẽdum est quòd requiri seu citari poterit tribus edictis, et debebit, prout patet in d.c. ex tuæ. Nec sufficiet unum pro omnibus. Nam
32 † regulariter citatio per edicta non est permissa nisi in casibus specialibus in iure expressis, ꝓ-
33 ut notatur in Dlem.j.de iudic& in iis† in quibus permittitur citatio per edictum debet debet esse trina sicut & illa quæ fit ad domũ. Ad hoc quod notatur per Gl.xxiii. q.iiij. de illicita.& C.quo. & quan.iud. in l.tres denuntiationes. Vnde cum debeat esse trina citatio quæ fit per edicta, nõ sufficiet unica peremptoria in hoc casu. Imò & non sufficiet ubicunque à iure requiritur trina citatio per edictum prout uoluit D.Anto.Pet. de Perusio & D.Nicolaus in eod.c.ex tuæ. & Io. And. in additionibus Spec.in rubrica de cler.non resi. * in iij. quæstione. quod communiter tenetur. * & uerius est secundum Imolam in d.c.ex tuæ. di-
34 cẽs hoc procedere† quando talis citatio p edicta fieret ad finẽ pœnæ imponẽdę, prout est in casu de quo loquimur, cum tunc nõ sufficiat unica citatio peremptoria, cum & non sufficeret ẽt personalis citatio, ꝓut uoluit Gl.notabilis & singularis in Cle.j.in uerbo tertio.de uita & hone. cleri. pro quo facit qđ habetur in textu & in Gl.in c.j. de milite & uasallo qui contumax est in ufibus
35 feudorũ.& hoc† nisi aliud reperiatur in iure expressum

pressum, prout notatur in cap. constitutionem. de
36 sentent. excommun. libro sexto. Si etenim † ista
trina citatio per edicta requiratur ad alium finem
quàm ad finē pœnæ imponendæ, & tunc sufficiet
vnica citatio pro omnibus, si iudici uideatur, per
ea quæ habentur in l. ad peremptoriam. & in l. se-
quenti. & in l. nonnunquam. ff. de iudic. prout ui-
detur uelle post multa in dicto cap. ex tuæ. Imol.
37 Et hæc † trina edicta debebunt poni & publica-
ri apud ecclesiam ipsius absentis, ut colligitur ex
38 dicto cap. ex tuæ. nec † sufficiet quod proponan-
tur apud ecclesiā cathedralem, uel in eius ualuis,
prout uidetur sentire in eodem cap. ex tuæ, Ga-
spar de Calderinis ex hoc sentiens quòd per mo-
nitiones generales quę fiunt per episcopos de be-
neficiatis, ut redeant sub pœna priuationis per
edicta communiter in ualuis ecclesię cathedralis,
cum non fiant secundum formam iuris, non po-
terit procedi ad eorum priuationem, etiam si ne-
sciatur vbi sit tempore ipsius monitionis. Quod
licet regulariter procedat, tamen fallit.
39 Et primò: † vbi consuetudo aliud disponeret,
cum consuetudo dare possit potestatem taliter
priuandi: arg. c. cum contingat. de foro compet.
40 Secundò fallit † in monitione generali indu-
cta ex constitutione synodali monente quoscum-
que beneficiatos ad residendum trina monitione
cum interuallis, si nescitur vbi sit (quidquid in
hoc uoluerit Gaspar prædictus ut suprà) vel cō-
modè citari vel requiri non potest, secundum D.
Florianum & Imolam in d. c. ex tuæ. de quo supe
rius, & ita procedat dictum Federici de Sen. in d.
consi. ciiij. de quo etiam suprà.

Circa quintum & vltimum quod consistit in
41 hoc videlicet, qualiter † sit puniendus, dicendum
est quòd aut ipse clericus seu prælatus se absentās
requisitus seu citatus redit intra terminum, & tūc
licet ex hoc priuari non possit beneficio, tamē ex
eo: quia se absentauit indebitè, maximè in diebus
festiuis, poterit superioris arbitrio puniri, per no
tata. xij. q. j. si quis in clero. prout uoluit Imola in
d. c. ex tuæ. Ad hoc quod nota. in d. c. inter qua-
tuor. eod. tit. de cleric. non residen.
42 Aut † ipse citatus seu requisitus personaliter
vel per edicta vt supra non redit, & tunc poterit
superior propter talem contumaciam eum suspē-
dere vel excommunicare si eidem uideatur, vt col
ligitur ex dicto cap. ex tuæ. † secundum vnum in-
43 tellectum. Sed an poterit † propter ipsam contu-
maciam priuari beneficio, vel priuatus sit? in hoc
dicendum est quòd aut sunt beneficia residētiam
non requirentia, & propter ipsam contumaciam
in non residendo priuari non poterit, vnde in eis
44 locum non habet † decretalis. d. c. ex tuæ. Quod
& si regulare sit, tamen fallit.
45 Et primò: † quando cum ipsa absentia concur
rit vagatio, nam propter delictum vagationis pri
uari poterit talibus beneficiis: vt dicto canone
non oportet. prout uoluit Innocent. & Ioannes
* And. in dicto c. ex tuæ. & communiter tenetur. *

Quod est notandum cum faciat contra simplici-
ter beneficiatos qui vagantur per mundum, secū-
dum Ioannem de Imo. in eod. c. ex tuæ.
46 Aut † sunt beneficia residentiam requirētis, &
tunc propter ipsam contumaciam ibi non residē-
do poterit ipse absens priuari seu spoliari talibus
beneficiis elapsis sex mēsibus si sit citatus per edi-
cta, prout patet ex d. c. ex tuæ. vel elapso tempore
congruo, ei personaliter citato, assignato, vt d. c.
inter quatuor. & in d. c. ex parte. etiam lite non cō
testata: vt cap. qm̄ frequenter. §. porrò. extra vt lite
non contest. & vt patet in Glo. in d. c. ex tuæ. Nō
tamen debebit statim festinari ad ipsam priuatio-
nem etiam post terminum præfixum ipsi perso-
naliter citato, cum possit esse iusta causa impedi-
tus. ff. de dam. infect. l. si finita. §. postea autem. de
qua si postea constiterit retractabitur quod erit
gestū per not. in c. cū Bertholdus. de re iudi. secū-
47 dum Imol. in eod. c. ex tuæ. Sed animaduerte: † quia
solus episcopus sine consensu uel consilio capitu
li non poterit procedere ad priuationem clerici
propter non residentiam, secundum Imolam ubi
supra per notata in c. j. de concess. præben. Quod
licet uerum sit, regulariter tamen fallit.
48 Et primò, † quando episcopus hoc haberet ex
consuetudine uel præscriptione, per id quod ha-
betur in c. iij. de cōsuet. lib. vj. quidquid in cōtra-
riū dicat Gaspar de Calderinis in d. c. ex parte. se-
cūdū Imo. ī eo. c. ex tuæ. Sed licet possit ipse abs̄s
propter cōtumaciā priuari & spoliari ipsis benefi
49 ciis residētiā requirētibus, ut supra. Tamē † an sit
necessaria snīa priuatiua, uel possit absq; alia snīa
spoliari, & ipsa beneficia aliis cōferri, maximè ne
cessariū est scire. Hosti. in d. c. ex tuę. de cleri. non
resid. vr̄ uelle q̄ elapsis sex mensibus de quibus in
proximo citato c. possit beneficiū ipsius absentis
quasi uacās cōferri, & sic eo spoliari, & sc̄dm hoc
nō vr̄ necessaria snīa priuationis, sed erit ipso iu-
50 re priuatus, Io. And. † in c. qualiter. eo. tit. de cler.
nō resi. cōtrariū vr̄ uelle, scilicet necessariā esse ex
pressam priuationem uel saltem tacitam, quę vr̄ re
sultare eo ipso q̄ dat licētia eligendi aliū, quod &
satis p̄cedere poterit ī papa. imò & ī inferiore q
si p̄cedente monitione & cōtumacia det licentiā
aliū eligēdi, tacitè uidet priuare p̄missa cāę cogni
tione, quod satis uidetur sufficere ī istis notoriis,
probat est nō residere: ut uoluit Ioan. And. in c. ex
parte. de cle. nō resi. in quibus sufficit quòd con-
stet de mēte sine alia solēnitate, ut no. in c. ex par
te. el j. co. tit. & in c. uestra. de cohab. cle. & in c. ue
niēs. de fil. presby. & per Io. And. in additionibus
Specul. in tit. de cleric. non resid. in iiij. q. quod &
Gaspar de Calderinis in d. c. ex tuæ. uidetur tene-
re, uidelicet quòd non sit priuatus, sed debeat pri
uari per illum textum: & sic erit necessaria sen-
tentia. Ad hoc textus in dicto c. inter quatuor.

Sed licet hoc sit regulariter uerum, ut necessa-
ria sit ipsa priuatio & sententia priuatiua post ip-
sam cōtumaciam, ad hoc ut eius beneficium pos-
sit alteri cōferri, uel alius ad ipsum eligi, tn̄ fallit.

51 Et primò: † quando certũ esset quòd ipse clericus abesset sine insta causa, eum tunc posit cõferri tale beneficium absq; citatione, & sine superioris auctoritate, ut dicunt quidam per c. extirpandæ. §. j. de præbend. prout referunt in eodem c. ex tuæ. Innocen. & Hosti. & non bene secundũ Hostiens. ibi. & Gasparem Calderinum. cum requiratur non solum citatio, & monitio, ut in præ allegato c. patet. & in d. c. extirpandæ, ubi interuenit, sed etiam auctoritas superioris sine licentia t
ut in d. c. qualiter. de cleric. non resid. secundum prædictos Hostiens. & Ioannem And. cum quibus cæteri communiter resident.

52 Secundò fallit † in ecclesia parochiali de qua loquitur d. c. extirpandæ. §. j. priuatur enim ipso iure: qñ cõgrua pcessit mẽtio, ut ibi per Innocen.

53 Tertiò fallit † in illo qui stetisset quamdiu absens à beneficio, propter quod probabiliter dubitatur an sit uiuus uel mortuus, cum talis desinat habere liberam administrationem ecclesiæ absq; aliqua monitione, prout uoluit Ioannes de Deo & Laurentius in canone non oportet. de consecr. dist. v. sed hoc dictũ non probatur iure, & cõtrariũ tenuit rex. in d. c. ex tuæ. secũdũ Io. And. ibi.

54 Quartò fallit: † quando talis clericus absens fecisset talem actum per quem uerisimiliter haberetur ipsa ecclesia pro derelicta; ut quia effectus fuerit miles, ioculator, uel contraxisset matrimonium, uel solennem pœnitentiam agat, cum tunc posit eius ecclesia alteri conferri absq; alia priuatione. lxxxj. dist. si diaconus. prout uoluit Inno. Hosti. & post eos Io. And. in d. c. ex tuæ. secundũ quos tamen tutum est in omnibus casibus prædictis, quod anteaquàm beneficium alteri conferatur, sententialiter priuetur per not. in c. j. de concess. preb. & in c. cum nostris. & in c. lr̃as. eod. tit.

55 Quintò fallit: † quando constitutio episcopalis induceret priuationem ipso iure propter non residentiam; cùm tunc non sit necessaria sententia priuatiua, prout sentit D. Flori. in d. c. tuæ. p cuius dicto facit quod nota. per Glos. in Clem. ut
56 ij qui. dr æta. & qualita. Potest † enim episcopus statuere non solum ubi est dubium de intellectu
iuris, prout in isto casu, in quo iura aliqua uidentur uelle quòd fiat priuatio per sententia: ut d. c. inter quatuor. & aliqua quòd ipso iure: ut in c. ex parte. & c. ex tuæ. eod. tit. de cleric. non resid. Sed
57 etiam † statuere potest contra ius, non tamen disponendo in eo quod expresse est à iure dispositum, sed super aliquo in regula contento: ut patet ex nota. per Glo. j. in d. c. ex tuæ. cum tunc uideatur disponere præter ius, unde poterit statuere inducendo hoc casu priuationem ipso iure, licet aliud uoluerit ipse Gaspar, dicens talem constitutionem episcopi priuantem clericum propter nõ
58 residere, non ualere, cùm † non ualeat eius constitutio contra ius commune disponẽs per id quod nota. in c. fi. de offi. archipresb. & in c. fi. de appel. libro vj. & non bene, cùm tunc nõ disponat expressè cõtra ius, ex quo iura in hoc casu uariè loquuntur. Secus autem si episcopus disponat contra ius particulariter dispositum à iure communi: ut d. c. fi. & in Clementina ne Romani. de electio. Vel contra ius regulare directo contradicendo ipsi regulæ. Ad hoc quod notatur per Ioã. Andr. in additionibus Speculat. super rubrica de electio. secundum Imolam in eodem c. ex tuæ. sicut esset si episcopi cõstitutio disponat quòd absentans se sine licentia prælati, & sine iusta causa sit ipso iure priuatus, cùm tunc nõ ualeret ea quo esset contra ius commune disponens quòd nõ sit priuatus, sed priuandus: ut in c. relatum. de cleric. non residen. secundum ipsum Gasparem ubi supra, & bene, quem ibi sequitur Imola.

CONCLVSIONIS et Regulę XCII.

ARGVMENTVM.

Deseruiri an, & quando posit per vicarium & qui sint vicarij.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Vicarius est qui uicem alterius gerit, & ab eo non appellatur ad constituentem. nu. 2. quandoque appellatur missus dominicus. nume. 3. quandoque officialis. nume. 4.*

5 *Vicariorum alterum genus respicit forum pœnitentiale et in spiritualibus cultum diuinum curam animarum babens, quorum quidam sunt temporales. nu. 6. quidam perpetui. nu. 7. secundum genus respicit forum contentiosum, quorum quidam sunt speciales qui foranei dicuntur. Alij generales, quorum quidam à sede apostolica ad certam regẽdam prouinciam destinantur, uel ad ea quæ sunt fori cõtentiosi exercenda. nu. 8. Alij per episcopos in eorum diœcesibus constituuntur. nu. 9.*

10 *Beneficiatus in quocunque beneficio etiam uiginti solidorum, dignitate seu personatu per uicarium deseruire non potest, nisi alterum duorum beneficiorum residẽtiam requirentium alteri unitum esset. nu. 11. uel ex dispensatione duo incompatibilia retineret. nu. 12. vel secum defectũ patiente dispẽsatũ foret. n. 13. uel aliter iustè occupatus. n. 14. uel ecclesia esset ualde remota. n. 15. sed contrà. n. 16.*

17 *Beneficiatus per uicarium deseruire potest: quando ecclesia parochialis subiecta esset religiosis, uel ipse rector esset diuersæ linguæ seu nationis. nu. 18. siue ad prædicandum illum deputare uellet. nu. 19. uel ipse esset debilis uel infirmus. nu. 20. uel in peregrinationem terræ sanctæ ire uellet. nu. 21. uel ex causa probabili se uellet absentare. nu. 22.*

23 *Beneficiatus per uicarium deseruire potest: quando se absentare causa approbandi religionem, uel p necessitate seu utilitate ecclesiæ. num. 24. uel propter augmentum diuini cultus uicarium deputare uellet. nu. 25. uel consuetudo seu ecclesiæ constitutio hoc permitteret. nu. 27.*

26 Intelle ctus ad illud. vij.q.i.
28 Consuetudo seu constitutio disponens quòd quis pos-
sit percipere fructus in ecclesia etiam non de-
seruiendo per uicarium non ualet, nisi partem re-
linqueret unde posset uicarius sustentari, sed con-
tra de quo in subsequentibus.
29 Consuetudo seu constitutio disponens quòd quis pos-
sit deseruire per uicarium & percipere fructus ua
let, secundum communem. ✻ si uerò etiam si non
deseruiat per uicarium, & tunc si beneficium non
requirit residentiam, & ualet nu.30. si residen-
tiam requirat. & id absque iusta causa disponat,
& non ualet secundum communem. ✻ num.31.
secus si ex iusta causa nu.32. nisi pateretur tunc
defectum in ministris. num. 33. uel ecclesia esset
parochialis. num.34.



RAECEDENTES cōclu
siones trahunt nos ad discutien
dum an, & quando quis possit
per alium residere in ecclesia, &
sic per uicarium deseruire? sed
1 primò † uideamus qui sint uica
rij? Et dicendum est esse qui uices alterius ge-
runt, secundum Laudunum in Clem.una de offi-
cio uicarii. repræsentat enim personam eius cu-
ius uices gerit. & ideò dicitur unum auditorium
2 cum principali, & ab eo † non appellatur ad con-
stituentem, secundum Lapum in Clem.ij. de re-
3 script. & quandoque † uocantur missi dominici:
4 ut in c.ij. de regular. & ibi Glo. Quandoque † di-
cuntur officiales. ut in c. ex frequentibus. de in-
stitutio. & ibi Glo. & c.ij. de officio uica. lib.vi.
5 Vicariorum † duo sunt genera, unum respiciēs
forum pœnitentiale & in spiritualibus, cultum di
uinum; curam enim animarum habens.c. cum ex
eo. de elect. lib. vi. Glo. in c. ex parte. de offic. de-
6 lega. & huius † duæ sunt species. Quidam enim
sunt uicarij temporales, de quibus in d.c. cum ex
eo. & in Glo. in c. si pauper. de præben. eod. libro.
Et dicuntur temporales: quia ad libitum amouen
tur per rectores seu prælatos, qui eos in ecclesijs
loco eorū ad residendum ponunt, dummodo non
interueniat institutio episcopalis; si enim illa in-
terueniret aliud esset. c. unico de cappel. monach.
à contrario sensu, & de his in c. quia nonnulli. de
cleric. non reside. & in c. peruenit. de appella.
7 Quidam alii † secundæ speciei sunt uicarii per-
petui absumpti ad parochiales ecclesias cum epi-
scopi institutione, & isti certā debent habere por
tionem. c. ad hæc. de offic. delega. & c. extirpandæ.
§. qui uerò. de præbend. & d.c. ex parte. de offic.
deleg. ubi Glos.
8 Alterius † generis forum contentiosum respi-
cientibus pariter duæ sunt species, de quibus in c.
primo. & per totum de offic. uica. lib. vi. & horum
quidam sunt speciales, & quidam generales, spe-
ciales qui & foranei dicuntur, qui in certa parte
diœcesis, uel ad certos actus deputantur, de qui-
bus, in Clem. ii. de rescrip. ubi per Glos. Alii ge-
nerales, quorum quidam per sedem Apostolicam
ad certam prouinciam regendam, uel ad ea quæ
sunt fori contentiosi exercenda destinantur. c. pe
nult. de offic. uica. & a vi. q. i. Addicimus & de his
standum est uerbis literarum. c. portò. de priuile.
& c. si decreta. Laudunus in Clem. i. de off. uicarij.
9 Alii † qui per episcopos in eorum diœcesibus
constituuntur, de quibus in c. licet. de offic. uica-
rii & c. fi. eodem titu. lib. vi. & c. cum nullus. eodē
libro de tempo. ordinand. de quibus omnibus no-
tatur in c. in generali. in fine de officio uicarij.
10 Circa secundum regulariter certum est, † quod per
uicarium quis non potest deseruire in beneficio, si
ue sit ecclesia parochialis; ut est expressum in d.c.
extirpādę. §. quia uerò. siue sit personatus siue digni
tas: ut d.c. ex parte. de clericis non residen. siue sit
præbenda: ut c. penult. eo. tit. siue aliud beneficiū,
etiam uiginti solidorum: ut c. conquerente. eod.
tit. & Glo. in d. §. quia uerò. ubi Ioannes Andreæ
post Hostien. quod tamen fallit ut ibi per Doct.
11 Et primò † in casu dicti. §. quia verò, uidelicet
quando duorum beneficiorum residentiam requi-
rentium unum esset unitum alteri, cum tunc in
uno uidelicet, in unito seu annexo deseruire pos-
sit per uicarium, ut est expressum in d. §. in uersi-
culo nisi, & hoc uult Glos. ibi. & hoc rōne impos
sibilitatis, cū impossibile sit ut in utroq; resideat.
12 Secundò fallit: † quando quis detineret duo be-
neficia incompatibilia, ut quia utrunque requirit
residentiam ex dispēsatione, cum tunc in uno de-
seruire posset per substitutum, eadem ratione, se-
cundum Ioannē Andreæ in d. §. quia uerò. & pro
ut notatur in c. non potest. de præben. lib. vi.
13 Tertiò fallit: † quando fuisset dispensatum cū
aliquo ut habeat beneficium in quo administrare
non potest ex aliquo defectu, ut quia est filius sa
cerdotis. c. propoluit. de filijs presbyterorū. & ita
intelligi potest quod habetur in c. cum cappella.
de priuileg. secundum Ioannem Andreæ in d. §.
14 Quartò fallit: † quando ille qui deseruire de-
bet in beneficio fuisset iustè occupatus, ut episco
pus, cum ratione occupationis permittatur eidē
uicarium deputare. c. primo de officio archidiac.
& cap. primo de officio archiepisco. & de officio
uicarii per totum.
15 Quintò fallit: † quando ecclesia cui debet de-
seruire esset remota, cum ratione longinquitatis
permittatur eidem deseruire per uicarium. C. au-
dientiam. de ecclesiis ædifican. secundum Ioan-
nem Andreæ. ubi suprà.
16 Sed † certè ibi non deseruit per uicarium, sed
per principalem rectorem nouiter institutum in
ecclesia nouiter constituta propter remotionem
loci, ut ibi patet secundū Imolā in d. §. quia uerò.
17 Sextò fallit: † quando ecclesia parochialis sub-
iecta esset religiosis, cum ratione religionis con-
cedatur eis ponere ibi uicarium. c. de monachis.
de præben. & c. consolationibus. de donatio.
18 Septimò fallit: † quando ipse rector esset diuer

sæ linguæ seu nationis, cum tunc eadē causa permittatur eidem ponere uicarium. c. quoniam. de offic. ordina.

19 Octauò fallit:† quando uellet uicariū deputare ad prædicandum, siue circa officium prædicandi, cum ratione prædicationis hoc permittatur.c.inter cætera. de officio ordin.

20 Nonò fallit:† quādo ipse rector esset debilis uel infirmus, cū rōne ipsius debilitatis uel infirmitatis hoc permittatur.de clericis ægrot.per totum.

21 Decimò fallit:† quando ipse rector uellet ire in peregrinationē terræ sanctæ. cū hac de causa hoc eidem permittatur deputare uicariū.c.fi.de uoto.

22 Vndecimò fallit:† quando uellet se absentare ex causa probabili:puta studii:cum tunc possit uicarium deputare.c. relatum. de clericis non residentibus. & prout habetur in d.cap.cum ex eo.de electio. libro vi.

23 Duodecimò fallit:† quando se absentaret causa approbandi religionem: ut in c. beneficium.de regulari. lib.vi.

24 Decimotertiò fallit:† quando se absentaret pro necessitate uel utilitate ecclesiæ.c.præposuisti. de præbend. & c. ex parte. & c.cum dilectus. de clericis non residentibus.

25 Decimoquartò fallit:† quando quis uellet deputare uicarium propter augmentū diuini cultus. vii.q.i.c. illud. iuncta ibi Glos.secundum Ioannē

26 Andreæ in d.§.quia uerò.ibi tamen† propriè loquitur quando quis incipit officiū, & propter impedimentum superueniens non potest illud perficere: quia tunc potest per alium perficere, pro ut ibi patet,secundum Imol.in prædicto §.

27 Decimoquintò fallit:† quando constitutio seu consuetudo ecclesiæ hoc haberet quod quis possit per uicarium deseruire, per id quod habetur de officio uicarij per totum. Circa quod uidendum

28 est an† ualeat consuetudo seu constitutio disponens quod quis possit retinere beneficium, & percipere eius fructus in ecclesia, etiam non deseruien do per uicarium. quod tractauit Alanus & Goffredus in c.quia nonnulli.de clericis non residentibus. Et Ioānes Andreæ post Hostiensem in d.§. dicta eorum referendo,& remittendo se ad notata in c.ex parte.de concess. præbendæ,ubi uidetur concludere quòd ualeat consuetudo disponens quod percipiat partem: sed non totum: quia oportet quod remaneat unde possit sustentari uicarius per quē deseruire habet ecclesiæ: aliàs consuetudo esset ecclesiæ onerosa, & non ualeret.c.i.de consuetud.

Circa quæ tamen dicendum est & clarius, pro ut recolligi potest ex dictis Imolæ in eodem.§.

29 Aliqua tamen addendo, quòd† quandoque consuetudo uel constitutio ecclesiæ habet quòd possit deseruire per uicarium, & ita deseruiendo beneficium,& eius fructus in absentia percipere possit,& ualet talis consuetudo uel constitutio,ut supra patet, & communiter tenetur. ✻

30 Quandoque† consuetudo, uel constitutio ecclesiæ habet quòd quis percipiat beneficiū & eius fructus in absentia,etiam non deseruiendo per uicarium,& tunc, aut talis consuetudo uel constitutio disponit super beneficijs non requirentibus residentiam,& ualet,cum ipsorum beneficiorum fructus percipi possint in absentia, prout notatur in c.cum omnes. de constitutio. nec imputandum uidetur si in eis non deseruiat per se uel alium, ex quo residentiam non requirunt, & ita de consuetudine seruatur. Ad hoc quod habetur in c.gratia. de rescript.lib.vi.

31 Aut disponit† consuetudo uel constitutio super beneficiis residentiam requirentibus,& tunc, aut absque iusta causa, & non ualet tanquam irrationabilis, & ecclesiæ onerosa, per id quod habetur in cap.i. & in c.fin.de consuetud.& notatur per Hostiensem in dicto cap.cum omnes & communiter tenetur. ✻

32 Aut† ipsa consuetudo uel constitutio disponit ex iusta causa, puta: quòd absens ex iusta causa percipiat fructus in absentia, & ualet, per ea quæ habentur in dicto cap.cum omnes. ad finem, & ita procedere poterit quod uoluerunt Alanus & Goffredus in dicto c.quia nonnulli.esto quòd Hostiensis aliud uideatur uelle in dicto cap. cum omnes. ubi plenius de hoc. Quod licet regulariter procedat, tamen fallit.

33 Et primò† nisi ecclesia pateretur defectum in ministris: quia tunc non ualeret ipsa consuetudo uel constitutio disponens quòd percipiat fructus non deseruiendo per uicarium: argumento eorum quæ habentur in cap.penult.de clericis nō residen. & ita procedere poterit dictum Hostiensis in dicto c. cum omnes. & in dicto c.ex parte. secundum Imolam in dicto §. quia uerò.

34 Secundò fallit:† quando ecclesiæ essent parochiales cum tunc non ualeat talis consuetudo uel constitutio: ut in cap. licet canon. de electio. libro sexto. Secundum Ioannem Andreæ in dicto.§. Circa quæ uide notata in dicto c. & in dicto cap.cum omnes.

CONCLVSIONIS & Regulæ XCIII.

ARGVMENTVM.

Clerici & moniales an diuisim uel in communi uiuere debeant.

SVMMARIVM.

1 *Clerici utrum diuisim uel in communi uiuere teneantur, remissiuè. & si sunt regulares communiter stare & uiuere debent secundum communem ✻ num.3. seculares uerò ad idem astringuntur si hoc episcopus & capitulum statueris, intellige de capitulo illius ecclesiæ cuius status alterari uult numer.4. & num.5. si uerò maior pars capituli non concordet, episcopus in bis nihil agit.num.6. nisi sine iusta causa capitulum consentire*

sentire denegaret nu. 7. uel maior pars consentiret. nu. 8.

2 *Moniales insimul stare & uiuere debent,*

9 *Episcopus cum capituli consensu non potest ecclesiæ & clericorum statum immutare, si ille per sedem apostolicam cōfirmatus foret cum clausula decreti uel ex certa scientia ecclesiæ fauore nu. 10. secus si fauore personæ nu. 11. Idem quod episcopus & capitulum nō possit immutare si status ecclesiæ iuratus foret nu. 12. sed contra nu. 13. Idem quod non possit immutari si præscriptus foret nu. 14. nisi ex iusta causa nu. 15.*

16 *Capitulum uel maiori pars etiam uno contradicente sine episcopo non potest statum ecclesiæ alterare secundum communem opinionem.* *

1 CLERICI utrum† diuisim uel in cōmuni habeant uiuere tractatur per Glos. & Doctores in c. quoniam. de uita & honesta. cleri. per Hostiē. in summa. §. i. eod. tit. quorum dicta recolligendo, addendo & latius distinguendo quàm fecerit ipse Host. quem in d. c. sequuntur Io. Calde. & D. Florianus & Imola eorum tamen ordinem in totum non seruando. sic dici potest.

2 Aut loquimur† in monialibus, & ipsæ debēt simul stare, & sub perpetua clausura ut in c. unico. de statu regulariū. lib. vj. ubi de hoc. circa quod uide notata in c. indemnitatibus. circa finem de elec. lib. vj. & ipse moniales singulis omnis uisitandæ, sicut prout habetur in Cle. i. de statu regu.

3 Aut loquimur† in masculis religiosis uel clericis, & tunc, aut de ipsis regularibus et ipsi debēt communiter stare, et sic simul uiuere, vt patet in Glo. in d. c. quoniam. & in c. cum ad monasteriū. * de statu regular. communiter approbata. *

4 Aut† de clericis secularibus, & tunc, aut episcopus & capitulum concordant, & pōt per eos statui q̄ cōiter uiuant, per id quod habetur in c. sicut unire. de excēs. prela. & ff. commu. diuid. l. iudicatum. & C. mandat. l. in re mandata. & prout uoluit Hostien. in dicta summa, quē sequitur in d. c. quoniam. Ioan. Calderi. & procedit sine dubio in clericis seu canonicis ipsius ecclesiæ cathedralis, qui constituunt capitulum ipsius ecclesiæ, & si consencientiant episcopo ut alteret statum ecclesiæ q̄ simul uiuant. poterit hoc fieri etiā alia causa non subsistente, cum agatur tantum de eorum præiudicio. Ad hoc l. penul. C. de pact.

5 Si uerò sunt† clerici alterius ecclesiæ, et tunc cum de eorum præiudicio agatur, et non ecclesiæ cathedralis, non poterit alterari eorum status eis inuitis sine cā: arg. c. cum consuetudinis. de cōsue. sed bene poterit per ipsum episcopū cū suo capitulo statui ut uiuant in communi, et sic eorum status alterari subsistente iusta causa, ut in Clem. si una. de rebus eccles. prout uoluit in d. c. quoniam. Do. Floria. cuius dictum ita procedere poterit secundum Imolam ibi.

6 Aut† episcopus & capitulū non concordant, et tunc, aut omnes de ipso capitulo non consentiunt, imò nullus consentit, uel maior pars, et tūc episcopus nihil facere poterit, vt dicta Clementi. si vna. et de his quæ fiunt à præl. cj. et c. nouit. et cap. quanto. secundum Imolam ubi supra.

7 Quod uerum† intellige, nisi capitulum requisitum ut consentiat sine iusta causa deneget cōsentire, cum tunc eius contradictio habeatur pro consensu, prout notatur in cap. i. ne sede uacant. in sexto. unde & tunc ipse episcopus poterit ita statuere, prout colligitur ex dicto c. quoniam. in quo nulla fit mentio de ipso capitulo, secundum D. Nicolaum ibi.

8 Aut† non consentiunt omnes sed maior pars, & tunc poterit episcopus cum ipso capitulo seu eius maiori parte statuere & ordinare quòd uiuāt communiter, prout dicitur in d. c. quoniam. & sic poterit statutum ipsius ecclesiæ alterare, cū possit statuere quod sibi placet, sicut à principio potuisset: quando ecclesia ordinatur de ministris in eius fundatione, per id quod habetur in c. cum dilectus. de consuetud. Quod licet regulariter uerum sit, tamen fallit.

9 Et primò: †quando status ipsius ecclesiæ per se dem apostolicam fuisset confirmatus addita clausula decreti, irritum &c. cum tunc non posset immutari sine conscientia Papæ, per id quod habetur in c. dilecto. de præben.

10 Secundò fallit: † quando status ipsius ecclesiæ fuisset confirmatus per ipsam sedem apostolicam ex certa scientia, etiam non addita clausula decreti. dummodo fauore ecclesiæ fuerit confirmatus, quod in dubio præsumetur, cum concernat honestatem ecclesiæ: ut in d. c. quoniam. cum tunc sine scientia Papæ immutari non posit, c. i. & c. ii. de confir. util. uel inut. licet † aliud esset 11 si fauore personæ fuisset confirmatus, secundum D. Florianum in eod. c. quoniam. Ad hoc dicta l. penultima. C. de pact.

12 Tertiò fallit: †quādo status ipsius ecclesiæ fuisset iuratus, cum tunc perinde sit ac si per sedem apostolicam fuisset confirmatus, prout uoluit in d. c. quoniam. Ioan. Calderinus per id quod habetur in d. c. dilecto. & in c. i. de his quæ fiunt à mai.

13 par. cap. Sed certè, †prout dicit in eo. c. quoniam. D. Flori. tunc teneret talis immutatio, sed incurreretur periurium, per ea quę habentur in d. c. dilecto. quod an uerum sit ut teneat actus factus contra iuramentum plenius discussimus in alia conclusione.

14 Quartò fallit: †quā status ipsius ecclesię, fuisset p̄scriptus secundum formam eorum quę habētur in c. cū consuetudinis. de consuetud. & in c. prohibemus. de censi. unde si status ecclesiæ esset ita præscriptus quòd clerici separatim uiuant, non poterit alterari eis inuitis, & hoc† nisi subsit iusta causa ut quia propter illā separatā uitā, tenēt concubinā, uel sunt negligētes in diuinis officiis, cum tūc possit statui q̄ cōmuniter uiuāt, prout uoluit. Hosti.

Hostirn. in dicta somma in dicto §. j. & Ioannes And. in d. c. quoniam. vt supra patet. Et hoc etiam teouit in d. eodem. c. Imola, qui dicit idem èconuerso, vt uidelicet statui posit quòd uiuant separatim, si iusta causa subesset, ut quia rixantur sepe ad inoicem, ex eo: quia commoniter uiuunt; & etiam cultura agrorum negligitur. & hęc quando episcopus cũ capitulo vel maiori uel minori parte unlt statuere ut supra.

16 Si uerò † capitulom uel maior pars capituli inuita minori parte, uel etiam uno cõtradicente sine episcopo uelit statuere uel ordinare ꝙ omnia bona ponantur in communi, & non poterit, cum non possint statum ecclesiæ alterare in scio episcopo, per id quod notatur in regula; quod omnes. lib. vj. & in d. c. cum consuetudinis. & in c. ii. de uerbo. signifi. libr. vj. secundom D. Nicolaum in eodem c. quoniam. & bene; & communiter

* tenetur. *

CONCLVSIONIS & Regulę XCIIII.

ARGVMENTVM.

Clerici an, & quando perdant priuilegium clericale.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Clerici quando perdant priuilegium clericale. et si sint ioculatores, histriones, buffones. tertio moniti & nõ resipiscant omni carent priuilegio. nu. 2.*

3 *Clericus exercens artem tabernariam uel macellum si coniugatus est, & tertio monitus non dimittat uel dimissum reassumat, perdit priuilegium quo ad res & personam, non coniugatus perdit quo ad res tantum, nisi ut laicus incederet nu. 4.*

5 *Clerici qui ob huiusmodi priuilegia amiserunt, si prohibita dimittant non coniugati reassumunt, coniugati secus secundum communem.* *

6 *Clericus portans uestes prohibitas an priuilegium perdat, remissiuè.*

7 *Clericus coniugatus exercens aliam negotiationem, an perdat priuilegium remissiuè. si uerò non coniugatus incedens in habitu monitus non desistat, perdit quo ad illam artem & quo ad proprium patrimonium, & poterit beneficio priuari.*

8 *Clericus exercens negotiationem secularem enormitatem continentem, incedens in habitu & tonsura non perdit priuilegium, si sine & est in minoribus, & in illis deprehẽdatur, & perdet etiam sine alia monitione, sed contra. nu. 11. & 12.*

9 *Intellectus ad t. i. de apostat.*

10 *Intellectus ad c. ex parte el iij. de priuileg.*

13 *Clericus non incedens in habitu & tonsura, & enormitatibus se immiscens sine alia monitione priuilegium perdit. si consuetudo loci hoc disponat. si. uerò in sacris sit & monitus in illis deprehendatur, perdet nu. 14. secus si non sit monitus. nu. 15.*

15 *Percutiens clericum non incedentem in habitu nec tonsura non monitum excommunicationem incurrit, nisi priuatus ignoranter percutiat seu capiat nu. 16. quid iu iudice? ibi remissiuè.*

17 *Percutiens scienter clericum etiam incedentem in habitu sed non in tonsura in enormitatibus perseuerantem, non incurrit excommunicationem, secundum communem opinionem.* *



1 CLERICI † an, & quando pdant priuilegiũ clericale? Plures sunt considerãdi casus. Nã
2 † quandoque & primò ipse clericus est ioculator, uel histrio, uel boffo, & tunc tertiò monitur si non resipiat caret omni priuilegio clericali ut est expressum in c. unico de uita & honestat. clerico. libr. vj.

3 Quandoque & secondò † ipse clericus exercet artem taberoarij uel macellarij, & tunc coniugatus tertiò monitus si exerceat talę officiom, uel dimissum post monitionem reassumat, perdit pri-
4 uilegium, quò ad res & personas. Non † coniugatus uerò quoad res tantum & non quoad personã. quatenus clericaliter incedat si enim ut clecus & tunc perderet etiam qooad personas. Quid
5 † si talia prohibita dimittant, an reassumant priuilegium, dic non coniugatum reassumere etiam quo ad res, coniugatus uerò secus. Cle. j. de uita & honesta. cleric. & ibi Zonzellinus & Matthæus
* de Roma cum quibus communiter tenetur. *
6 Quandoque & tertiò † ipse clericus portat uestes prohibitas, & tũc dic ut est expressum in Clemen. ij. eod. titu.

7 Quandoque & quartò † ipse clericus exercet aliam artem, seu negotiationem, puta secularẽ, & tunc, aut est coniugatue, & dicendum elt ut in c. unico de cler. coniug. Aot non est coniugatus, & tunc, aut portat habitum & tonsuram & monitus non desistit, & perdit priuilegium quoad illã negotiationem, & etiam quo ad proprium patrimonium, & sic quo ad res, ut supra. Imò quia talẽ negotiationem exercere nõ potest sine peccato, poterit beneficio priuari, ut c. clerici. eo. ti. de uita & honest. cleri. ubi de hoc. Aut nõ portat habitũ & tonsuram, & tunc si monitus non desistat perdit omne priuilegium ut supra.

8 Quandoqne & quintò † ipse clericus exercet negotiationem secularem enormitatem continẽtem, seu immiscet se delictis, & sic enormitatibus & tũc prout uoluit D. Antonius in d. c. ex literis. aut incedit in habitu & tonsora, & gaudebit priuilegio clericali. c. si iudex laicus. de sent. excom. libr. vi. prout uoluit Ioan. And. in c. contingit. in Glos. eo. tit. de sen. excom.

Aut non incedit in habitu & tonsura, & tunc si sit constitutus in minoribus ordinibus, & non gaudebit priuilegio clericali, si in illis enormitatibus deprehendatue etiam sine alia monitione ut tangit in d. c. ex literis. D. Antonius, dicens sic

intelligi

9 intelligi posse † c.i.de apostat. & † cap.ex parte.
10 el tertio. de priuileg. Sed hoc uidetur † esse con
11 tra casum dicti cap.si iudex laicus.† Vnde circa hoc dicendum est prout uoluit ipse Innocent.in dicto cap.primo.quem sequitur Imola in eodem c. ex literis. quòd si constitutus in minoribus in habitu & tonsura non incedens faciat actum cõtrarium clericatui,ut quia accipiat uxorem, uel assumat arma, & seuis immisceat, & tunc perdit priuilegium clericale absque alia monitione. Ad hoc quod notatur in cap. primo. de cleric. coniuga. lib. vi. ubi de hoc, de quo in d.c.j. de apo-
* stat. quod et communiter tenetur. *
12 Si uerò † non faciat actum contrarium clericatui, seu per quem perdat priuilegium,& tunc quantuncunque non incedat in habitu & tonsura, tamen non perdit priuilegium canonis, si quis suadente. nec priuilegium fori,nisi post trinam monitionem, per ea quæ habentur in dicto
* cap. si iudex. & ita communiter tenetur, * * & practicatur ut non perdat nisi post monitionem. Quod licet uerum sit & regulariter procedat, tamen fallit.
13 Et primò † quando consuetudo loci aliud disponeret,illa enim seruãda esset secundum Imolam in d.c.ex literis.
14 Si uerò † constitutus sit in sacris,& tunc si monitus sit, & non desistat deprehensus in illis enormitatibus, non gaudebit priuilegio clericali,per id quod habetur in c.perpendimus.& in c. contingit,& in cap. in audientia. de sentent. excommunicatione.
15 Si uerò † non sit monitus & gaudebit secundum ipsum Dominum Antonium, unde percutiens ipsum incurrit excommunicationem: ut di cto canone,si quis suadente.quod uerum intellige regulariter procedere,sed fallit.
16 Et primò:† quando quis priuatus ignoranter percutit seu capit ipsum.cap.si uerò.el primò. de senten.excommuni.nam si scienter incurreret in pœnam dicti canonis,sed quid in persona publica & sic iudice, dicendum est prout in c.si index laicus.de senten. excommu. lib. vi. & hoc si non incedat in habitu & tonsura.
17 Secundò fallit † in eo qui scienter etiam percuteret ipsum etiam incedẽtem in habitu, sed nõ in tonsura, immiscentem se enormitatibus, & in illis perseuerantẽ: ut quia stet ad stratam ad derobandum, tunc enim etiam per non habentem iurisdictionem offendi poterit sine pœna canonis,& sic iudice, cap. perpendimus. Aliàs secus cum non perderet priuilegium, nisi tertiò monitus ut reassumeret habitum & desistat, prout uoluit Ioannes And.in d.c.ex literis.& in d.cap. contingit.per ea quæ habentur in dictis iuribus supra allegatis,cum quo in eod c.ex literis. residet Imola.de quo plenius per D.Flori. in repetitione dicti c.perpendimus.cum quibus alii com
* muniter resident. *

CONCLVSIONIS & Regulæ XCV.

ARGVMENTVM.

Clericis an omnia negotia secularia prohibita sint.

SVMMARIVM.

1 *Clericis an prohibita censeantur omnia negotia secularia, remissiuè.& officia secularia laicis attributa quòd sic,nisi quando procuraret uel aduocaret in causa propria, uel suæ ecclesiæ, seu miserabilium personarum.nu.2.*

3 *Negotiatio principaliter consistens in artificio uili & sordido clericis prohibita censetur.*

4 *Clerico non prohibitum ligonizare in propria uinea uel ecclesia.*

5 *Clerici uilia et immunda tractare non debent.*

6 *Pœna non eadem imponenda clericis exercentibus uilia & immunda.*

7 *Clericus uilia exercitia occultè tractans non punitur secundum communem *. Idem si per alium & non per se exerceret.nu.8. secundum communem. **

9 *Clericis nõ prohibitum exercitium honestum, nisi propterea negligeretur diuinum officium.nu.10.*

11 *Negotiatio & mercatio clericis prohibita, nisi subsistat necessitas nu.12. uel mixtum esset artificium nume.13.*

14 *Clerico licet locare domum alteri qui teneat ibi tabernam,licet ipse tabernam facere non posset.*


PRO prædictorum clariori intelligentia uidendum est, an
1 † clericis sint prohibita omnia negocia secularia? de hoc tractat Gloss.in d.c.ex literis. de uita & honesta.cle.ubi D. Anto.& Imola & per Specu.in tit.de cleri. coniuga. ver.sed quam dices.& per Glo.xiiii.q.iii.in summa.ex quorum dictis recolligendo, & aliqua addendo cõcludi potest.Quòd aut loquimur in officiis secularibus laicis attributis, ut iudicatus, assessoriatus,procuratio,aduocatio.& ista prohibita sunt ipsis clericis. c.j. ne cleri. uel monachi. & per totum.& de postul.c.i.& ii. Quod licet re-
2 gulariter procedat, tamen † fallit: quando quis pcuraret seu aduocaret in propria causa,uel suæ ecclesiæ,uel miserabilium personarũ.d. c.i. & ii. de postul.& d.c.i.ne cleri. vel mona.& in cap.i. lxxxviij.dist.& sequen.
3 Aut loquimur † de negotiationibus,& tunc cõsiderandi sunt tres casus.Nam quandoque & primò,ipsa negotiatio consistit principaliter in artificio,ut est quando emeret materiam puta,chartam uel quid simile,& per artificiũ reduceret ad aliquam formam:ut quia forte scriberet librum, uel aliud simile faceret,prout habetur de consec. distin.v. nunquam. & tunc. aut tale officium seu artificium

artificium est vile & sordidum, vt si exerceat ta-
bernam, vel macellum, vel aptet pelles, seu coria,
vel locet operas sua ad ligonizandū, & hęc pro-
hibita sunt clericis, prout habetur, in l. ij. C. de
episco. & cler. & l. numerum. §. fin. ff. de mune. &
honor. & hoc uoluit Speculat. in citato loco. Vbi
4 tamē † dicit ex hoc nō reprobare quo minus pos-
sit ligonizare in propria vinea, vel ecclesiæ. præ-
missa enim clericis prohibita sunt tanquam in ho
nesta, & à iure interdicta clericis. xliiij. dist. nul-
5 li. licet vilia † & immunda clerici tractare nō de-
6 bent. c. ii. de custod. Eucharist. Sed an † eadem pœ-
na in uno, quæ & in alio dubiū est. Zenzellinus &
Matthæus in Cleme. j. de uita & honest. clerico.
quòd sic. Bertrandus ibi contra, pœnæ enim non
sunt extendendæ ut in regula, odia. & in regula.
quæ à iure. de reg. iu. lib. vi. quod uerius est, unde
pœna in dicta Clemen. tabernariis & macellariis
imposita, non imponenda in aliis similibus utili-
bus exercitiis, licet & ipsa minimè permissa di-
cantur. Quod licet regulariter sit verum, vt hu-
iusmodi omnia clericis interdicta sint, tñ fallit.
7 Et primò † in occultè talia exercente, prout no-
tatur in Clemen. j. de hæretic. & est textus apertus
in dicta Clemen. j. de uita & honest. cler. ibi, pu-
blicè. ubi hoc tenet Paulus de Leazariis quem cō-
✻ muniter sequuntur Doctores. ✻
8 Secundò fallit † in talia prohibita exercente per
alium, & non per se: vt notatur in eadem Clem.
j. de hæretic. & est text. in dicta Clem. j. de uita &
honesta. clerico. ibi, & personaliter, vbi Paulus de
✻ Leazariis. cum quo & in hoc cæteri resident. ✻
9 Si uerò † tale exercitium non sit vile, vel sordi-
dum & turpe, sed honestum, vt scribere libros, fa
cere retia, & hæc non reperiuntur prohibita: ut
dicto canone. nunquam. Quod licet regulariter
procedat, tamen fallit.
10 Et primò: † quando propterea negligeretur
per exercentē diuinum officium seu diuinus cul-
tus, tunc enim prohibita & illa censentur: vt c.
clerici de uita & honest. cler. & ibi notatur.
11 Quandoque & secundò † ipsa negotiatio non
consistit principaliter in artificio sed in negotiā-
do & mercando, putà si emas rem & uendas eam
non mutata materia uel forma, & hæc est propriè
negociatio, & hæc licet sit permissa laicis, tamen
ipsis clericis est prohibita, per ea quę habentur
lxxxviij. distinc. in canone. eiiciens. & in canone.
quoniā non cognoui, & xci. dist. clericus. Quod
ideò est: quia talis negotiatio ut plurimi non fit
sine mendacio & periurio. ut c. fornicari. eadem
distinct. lxxxviij. & canone qualitas. de pœnitent.
dist. v. quod satis uidetur probari in d. c. eiiciens.
quod licet uerum sit, & regulariter procedat,
tamen fallit.
12 Et primò † in clerico faciente necessitate sub-
sistente, cum tunc possit eam facere, dummodo
eam modestè & sine mendacio & periurio eā fa-
ciat, & cum pretio moderato dicendo, ista res à
me est empta pro tanto, dicendo ueritatem, &
tantum uolo lucrari: quia sic uidetur esse con-
ueniens, cum tunc negotiatio emendi & uendē-
di in eadem materia sit licita prout habetur in di
cto canone. quoniam non cognoui, & hoc modo
procedere poterit quod dixit Speculator in dicto
allegato loco.
13 Quando & tertio † negotiatio non consistit
principaliter in emendo & uendendo rem for-
ma non mutata, nec principaliter in ipso artificio
uendendi rem mutata forma, sed est mixtum ar-
tificium, cum ipsa negotiatione, puta: si emat rem
quis ad finem ut uendat fructus percipiendos,
ex ea, & tunc ea quo interuenit artificium pro-
pter talem mixturam licita erit talis negotiatio
ipsis clericis, prout uoluit D. Antonius in dicto
c. ex literis. argumento. c. saccis. de sepult. quem
14 sequitur ibidem Imola dicens etiam † licitum
esse ipsis clericis locare domum suam alteri qui
teneat ibi tabernam uel macellum, per ea quæ
habentur in l. ancillarum. ff. de petit. hæred. & C.
de episc. & cler. l. ii. Ad hoc etiam quod notatur
in c. significante de appell.

CONCLVSIONIS & Regulę XCVI.

ARGVMENTVM.

Clericorum bona an per laicos collecta-
ri possunt.

SVMMARIVM.

*1 ☞ Bona clericorum & ecclesiarū generaliter pa-
rificari, sed contra nu. 2.3.4. et 5. sed bene quoad
munera et collectas. nu. 6 t. & hoc quoad bona ip-
sius clerici non autē eius fratris. nu. 7. etiam si talis
frater clerico donaret partem suam. nu. 8. uel par-
tem bonorum. nume. 9. secundum communem opi-
nionem.* ✻
2 Bona ecclesiarū aliter præscribi q̄ bona clericorum.
*3 Clericus in bonis proprijs non petit restitutionem in
integrum.*
*5 Priuilegium uni concessum non extendendum ad al-
terum, nisi quatenus sit expressum.*
*10 Bona aliunde quàm ab ecclesia clericis obuenientia
quando per laicos collectari possint, remissiuè.*
*11 Docendi modus optimus & difficiles quæstiones sol-
uendi, est procedere per distinctionem & regulā
cum fallentiis.*
12 Munerum tres species, & quæ.
*13 Laicus cogi potest subire & præstare munera mixta
personalia, esto quòd esset tantum ciuis, & alibi
domicilium retineret. nu. 14. secundum cōmunē.* ✻
*15 Ecclesia ecclesiasticaque persona non tenetur subire
munera mixta personalia à laicis imposita, siue sor
dida sint siue non. & nu. 16. Nisi propter onus cu-
stodiæ ciuitatis de temporali iurisdictione eccle-
siæ. nume. 17. Sed contra quoad ultimam partem
cum generaliter id procedat. nume. 22. & 23. Se-
cundum*

cundum communem. vel munus tenderet ad pietatem.nu.18. uel ad publicam utilitatem. nu. 20. vel ecclesia seu clerici haberent possessiones à principe, secundum communem. ✠ nu. 21.

19 Intellectus ad cap. peruenit. de immunitat. ecclesiarum.

24 Clericis permissum armis percutere pro custodia ciuitatis. Idem ubi imminet periculum sua ipsius personæ nu.29. secundum communem ✠. Idem in bello iusto cum licentia Papæ. num.30. Idem in militibus templarijs nu.31.

25 Custodia commissa, omnia quæ ad custodiam pertinent, commissa uidentur.

26 Clericis in defensionem rerum non licet armis percutere.

27 Clericorum arma debēt esse lachrimæ & orationes.

28 Clericatus officium reddit quem inhabilem ad pugnā

33 Clericus consilio non inhabilis ad pugnam.

34 Irregularitas etiam consilio incurritur.

35 Aduocati dicuntur militare.

36 Clericis in quibusdam casibus permittitur non actualiter pugnare sed consilio.

37 Ecclesia ecclesiasticæque personæ non tenentur ad munera merè realia, nisi imposita fuissent per prius quàm ad tales bona illa peruenirent, & tunc pro præteritis.

38 Feudalia bona & emphyteutica quibus onus reale impositum foret, si ad ecclesiam, ecclesiasticamque personam transeant, transeunt cum onere suo, nisi natura emphyteusis uel feudi repugnet nu. 39.

40 Onera realia imposita rebus liberis et allodialibus debentur ubi sita sunt bona, & ad ea tenerētur etiā ecclesiæ & clerici ad quos bona peruenerunt & hoc si illa imposita fuerunt à lege seu à principe statuente nu.41.

42 Possessiones si fuerunt per dominos communi donatæ & ab illo receptæ sub annuo censu collectarum, si ad ecclesias transeant, non erunt immunes à collectis. Idem si statuatur quòd omnia prædia sint tributoria pro collectis imponendis nu. 42. sed contra nume. 43.

43 Prædia ut sint tributaria pro futuris collectis per statutum inferioris à principe induci non potest, nisi statutum exprimat speciem & qualitatem. nume.45.

46 Ecclesiæ & clerici, cum bona quæ ad eos transeunt obnoxia sunt collectis laicorum per iudicentes seculares ad hoc cogi non possunt, licet licitè exequātur in illis bonis.

47 Ecclesia non tenetur soluere tributa de decimis & oblationibus uel iuribus ecclesiæ, nec de rebus eidem in dotem datis nu.48. sed contra nu.49.

50 Muneribus mixtis obnoxij sunt ciues & incolæ sicut & personalibus, secus ecclesiæ & clerici nu.51. nisi in casibus de quibus supra nu.52. si uerò illa imponantur personis pro rebus, uel ipsis personis ad eas tenētur tantum subiecti nu.53 & 54. etiam si non subiecti, possideant prædia ibi pro quibus collectæ imponuntur nu.55. nisi ex priuilegio consuetudine, uel statuto aliud inductum esset nu.56.

57 Clerici non tenentur ad pedagia seu gabellas, etiam quæ ad portas ciuitatis exiguntur, nisi sponte uellent uti illo statuto nu.58.

59 Ecclesiæ & clerici non tenentur ad munera, etiam si bona ad eos transeant quorum causa personis eal lecta imponuntur etiam si ea scripta sint pro solido & libra nu.60. & 61. sed pro collectis præteritis tenentur nu. 61. & 61. nisi bona mutato statu dominij in ecclesias perueniant nu.63.

64 Clerici non tenentur soluere collectas aut alia onera, nec illis cōtribuere, nisi bona pro præteritis ad eos transeant nu.65. uel collecta imponeretur pro necessitate laicorum de consilio Romani Pontificis. nu.66. uel collecta imposita respiceret pietatem nume.67. uel pro cōi utilitate clericorum & laicorum, uel cōmunis periculi euitandi. nu.68. uel pro refectione pontium & uiarum. nu. 69. Idem si pro refectione murorum ciuitatis uel castrorum nu. 70. & hoc uerum si ad necessariā custodiam & non ad ornatum fierent nu. 71. tenerentur etiā si imponantur pro refectione fontis uel putei necessarij ad usum hominum nu.72. sed contrariū in omnibus prædictis uerius, nisi tantum in subsidiū, cum laicorum bona non sufficiunt nu.73.

74 Lex ad instructionem. C. de sacros. eccle. & l. nullus. & l. iubemus. eodem titu. non tenent quo ad personas ecclesiasticas.

75 Lex non censetur per ecclesiam approbata si ecclesiæ est præiudicialis nisi expressè approbetur.


76 Ecclesia, ecclesiasticaq; persona ut collectari possit per laicos quatuor requiri, & quæ & nu. 77 & tunc si seculares iudices exigerent essent excommunicati nu.78. sed exactio relinquēda iudici ecclesiastico. nu.79. secundum communem ✠.

Iudex secularis exigens ab ecclesia seu clericis collectas, etiam in casu in quo illi ad eas tenentur excommunicationē incurrit si monitus non desistat trina iudiciali monitione, uel una prō omnibus. nu. 80. sed contrariū uerius secundum cōmunem ✠ cū unica sufficiat cum competenti termino. nu.81. exigentes tamen ab eisdem pedagia sine aliqua monitione excommunicati sunt nu 82.

83 Coloni & rustici qui sunt inperpetuō seruitio ecclesiarum à collectis & pedagijs priuilegiati sunt sicut clerici, non autē coloni qui mercede seruiunt nu.84. nec qui bona ecclesiastica tenent ad fictum nu.85. si tamen & isti nimium grauarentur episcopus non sustinebit. nu.86.

87 Clerici in mercantijs & negotiationibus exempti nō sunt à collectis & datijs. etiam si in casu necessitatis hoc faciant. nu.89.

88 Frustra ecclesiæ auxilium implorat qui committit in eam.



1 CCLESIARVM bona seu clericorum an subiaceant collectis laicorum. uideamus, & primo; an bona clericorū propria, & bona ecclesiarum generaliter parificentur gau-

deantque eodem priuilegio. Glos. in cap. ex lite-
ris. de vita & honest. cleric. in uerbo, suis. tenet quod
sic. adducit c. ecclesiarum seruos. xii. q. ii. & xvi.
quæstio. i. similiter. Idem uult Glo. in cap. ex li-
teris. de pignorib. quod & tenet Laudunus in
Clemen. j. eod. titu. de uita. & honest. clericor.
2 Sed certè † hoc non est simpliciter uerum, cum
bona ecclesiarum aliter præscribantur quàm pro
pria bona clericorum, prout notatur per Glos.
3 lxvj. q. iiii. cap. j. Et etiam quia † clericus in bo-
nis proprijs non potest petere restitutionem in
integrum, prout in bonis ecclesiæ, prout uoluit
Ioannes And. in regula, quia ad agendum. in vj.
Adhoc etiam Glo. in Clemen. j. de restitu. in in-
teg. & quod uoluit Speculator in titu. de resti-
tutio. in integ. §. qualiter. uersicu. sed nunquid.
Vnde Glo. notabilis in cap. quamquam. de cen-
4 sib. lib. vj. † dicit quòd hoc non est uniuersaliter
uerum & bene dicit, cum æquiperatio prædicta
locum habeat tantum in casibus in iure expres-
5 sis. Quod & ratione probatur. Nam † priuilegium
uni concessum non debet extendi nisi quatenus
reperitur expressum: ut in cap. sanc. de priuileg.
secundum Do. Nicolaum in dicto cap. ex lite-
6 ris. de uita & honestat. clerico. unde † quoad mu-
nera & collectas dicendum parificari res eccle-
siæ & clericorum. l. ij. C. de episco. & cleric. &
extra de immunit. eccles. per totum. Quod pro-
7 cedit in bonis proprijs ipsius clerici, † si uerò bo
na essent communia inter clericum & fratrem
ipsius laicum, & tunc ipse clericus non pote-
rit obtentu sui priuilegij defendere ipsa bona in
totum à collectis, prout uoluit Speculator in ti-
tulo de cleric. coniugat. §. primo. versic. ad huius
autem. & uersicu. sequenti vbi dicit quòd iudex
tunc coget ex officio ad diuidendum. C. quand.
& quib. quart. pars debet. l. secunda. lib. x. uel co-
get illum fratrem ad soluendum pro rata sua.
8 Quod † procederet etiam si frater laicus donet
partem suam ipsi clerico in fraudem, ut sic fiat
immunis à collectis, dummodo de ipsa fraude
constet, de qua satis præsumetur eo ipso quòd
frater laicus post donationem reperitur possiden-
re sicut & prius. l. j. & ii. C. de repud. hæred. Ad
hoc l. sicut. §. superuacuum. ff. quib. mod. pign.
9 vel hip. solu. Idem † dicendum si omnia bona
uel maiorem partem donauerit. ff. quæ in frau-
dem creditor. l. omnes. §. Lucius. prout uoluit
Specu. ubi supra & Imola in dicto cap. ex literis
* quod & communiter tenetur. *
10 Veniamus ad secundum, & præcipuè, an † bona quæ
obueniunt clericis à patre uel aliunde quàm ab ipsa
ecclesia subiaceãt collectis, & datiis cõmunitati
uel domino loci. de hoc tractat Spec. in tit. alle-
gato. de cleric. coniug. & in dicto versi. vbi ponit
tres opiniones. & D. Floria. in d. c. fina. de uita &
honest. cleri. Archidia. Ioan. And. Imol. in c. j. de
immunit. ecclesiar. libr. vj. Bald. in l. placet. C. de
episc. & cleri. Bart. in quodam suo consiliu quod
incipit punctus quæstionis. Verum quia ex istis
materia utilis & quotidiana non redditur clara,
pro eius declaratione distinguendũ est, & regula
firmanda, demũ ad fallentias conscendendũ. Hæc
11 † est vna via præ cæteris intricatas quæstiones sol
uẽdi & docendi. Vnde si quæratur an, & quando
bona ecclesię vel ecclesiasticæ personæ teneãtur
12 ad collectas, onera, uel munera, & dicendum † quod
ipsorum munera vel onera quædam sunt perso-
nalia, quædam realia, & quædam realia mixta.
13 Primo casu † quãdo onera uel munera sunt mix
ta personalia, vt sunt illa quæ exhibentur corpo-
rali obsequio sumptibus tamen alienis, & absque
erogatione proprij patrimonii, vt dixit Inno. in
c. nõ minus. de immunit. eccle. Bart. in repet. l. re
scripto. §. sciendũ. ff. de muner. & honor. & talia
munera seu onera personalia cogi potest laicus
præstare & subire, l. incola iam. ff. ad municip. Et
14 ẽt † ciuis in loco in quo est ciuis, esto quod alibi do-
micilium sortiatur: vt d. l. incola. & C. de muner.
& honor. l. ij. lib. x. vt tenuit Dyn. & Oldrad. quos
* sequitur Bart. in d. §. sciendũ. & cõiter tenetur. *
15 Sed † ecclesiæ, vel clerici seu personæ ecclesiasticę
talia subire non possunt cogi, vt uidetur velle in
d. c. j. de immunitate ecclesiar. lib. vj. Pet. de An-
16 chara. referendo Oldrad. Quod † procedit non so
lum si sint sordida, ut d. l. placet. & d. c. nõ minus.
& ibi per Innocent. sed etiam si non sint sordida:
ut l. generaliter. C. de epis. & cleri. & extra. ne cle-
rici uel monac. c. sed nec procurationes. Quod li-
cet regulariter sit uerum, tamen fallit.
17 Et primò: † quando esset onus custodiæ ciuita
tis, cum ad tale onus clerici & personæ ecclesia-
sticæ compelli possint, quando ciuitas est de tem
porali iurisdictione ecclesiæ. ut notatur in cap.
peruenit. extra de immunit. ecclesiar. ubi plenius
de hoc. & in c. quanquam. de censib. per Francis-
cum de Ramponibus.
18 Secundò fallit: † quando esset tale onus ex-
traordinarium quod tenderet ad pietatem: ut in
l. ad instructiones. C. de sacrosan. eccles. & ita po
19 test etiam intelligi † cap. peruenit. de immunit.
eccles. secundum Innocen. ibi.
20 Tertiò fallit: † quando esset onus extraordi-
narium, quod tenderet ad publicam utilitatem,
cum tunc cogantur ea subire ex causa, consulto
tamen prius Romano pontifice: ut cap. aduersus.
extra de immunit. eccles. & ut notat Do. Anto. in
d. cap. non minus. & dicit ut ibi.
21 Quartò fallit; † quando ecclesiæ uel clerici
haberent possessiones à principe, cum tunc te-
neantur ad personale onus: ut angaria & peran-
garia, ut notatur in d. cap. non minus. per Inno-
cen. ubi plenius de hoc per eum; & per Do. An-
* tonium & communiter tenetur. *
Examinemus modo ueritatem primæ fallen-
22 tiæ. † certè contra eam uidetur textus in d. c. non
minus. nec concordari possunt intelligẽdo dictũ
cap. peruenit. ut loquatur in ciuitate quæ subsit
in temporalibus ecclesiæ ut sentit ibi Ioã. And.
23 in primo intellectu, cum † alios intellectus cõiter
teneatur

* teneatur, * videlicet quòd dictum c. non sit loca
le, sed generale, & intelligatur generaliter in ci-
uitatibus quæ oppugnantur à saracenis, propter
quod periculum, videtur pontificem nolle cleri-
cos excusari à custodia ciuitatis. Nam licet regu-
lariter clerici non teneantur ad custodiam ciuita-
tum, et contra piratas maritimos, cum nō debeāt
auocari à diuinis officijs. c. reprehensibile. xxiii.
quæstio. viii. Tamen hoc fallit quando magna
vrgeret necessitas, ut sentit Hostien. in summa.
tit. de immunit. eccles. §. quibus. vers. merè. & ita
procedat dictum c. peruenit.
24 Sed ad huc posset instari. † Nam ex prædictis vi
detur quòd ad custodiam in dicto casu teneātur,
per consequens uidetur inoui quod eis liceat percu-
25 tere armis pro dicta defensione. Nam † commissa
custodia, omnia quæ ad custodiā pertinent commi-
ssa uidentur, & illa sine quibus commodè mā-
datum exerceri non potest l. ij. & ij. & ibi notatur
ff. de iurisd. omn. iudi. & in l. ad rem mobilem. &
26 in l. ad legatum. ff. de procu. & tamen habemus †
quòd clericis etiam in defensionem rerum nō li
cet armis percutere. c. suscepimus. vbi Glo. de ho
mici. & c. significasti. eo. tit. & Glos. in c. clericis
de uita & honest. clerico. Quinimò eis non licet
etiam contra saracenos armis pugnare, text. est
apertus. in canone. clericum qui paganū. l. dist.
27 clericorum † enim arma debent esse orationes, &
lachrymę, pro ut habetur xxiii. q. viii. §. j. & cano-
28 nes seq. meritò † clericatus officium reddit quem
inhabilem ad pugnam, etiam contra saracenos.
cap. ex multa. de voto. Quid ergo dicendum? Dic
hoc regulariter uerum, sed fallit.
29 Et primò † ubi immineret periculum suæ ipsius
personę, tunc si aliter eūdem non posset, liceret
clerico sine uitio irregularitatis armis percute-
re, ne dum saracenum verum, & quemlibet aliū.
per notata in Clemen. si furiosus. de homici. & in
* l. vt vim. ff. de iustit. & iur. & cōmuniter tenetur. *
30 Secundò fallit † in clericis cum licentia Papæ,
pugnantibus in bello iusto, potest enim Papa cle
ricis dare licentiam pugnandi sine metu irregu-
laritatis, secundum Ioannem Calderinum in cap.
31 petitio. de homicid. quoniam † irregularitas est
de iure positiuo c. is qui. de senten. excom. lib. vj.
meritò licita est clericis custodia ciuitatis, & de-
fensio, cùm Papa eam mandet ut d. c. peruenit.
32 Tertiò fallit † in clericis hospitalarijs seu tem-
plarijs quibus permissum est bellare contra in-
fideles: ut notatur in c. si duo. xxij. quęst. j. Nec ob-
stat c. dilecto. de sent. excom. lib. vj. quia secun-
dum Doctores dici potest quòd ratione iurisdi-
ctionis quam habent hoc uidetur eis permissum,
sed melius: quia ex licentia Papæ ut supra.
33 Quartò fallit nam † licet pollens consilio non di
catur inhabilis ad pugnam, cum & si corpore pu-
gnare non possit, tamen pugnare potest consilio
quod non est minus. c. ex multa. §. secundo. de uo
34 to. & ibi bona Glo. Vnde dicitur † quòd ex consi
lio adhibito in homicidio incurrit irregularitas
c. siquis viduam. l. dist. & ut habetur in c. sicut di
gnum. de homic. Vnde Tullius, parū prodessent
arma foris nisi domi consilium esset. Hinc est quod
35 aduocati † dicūtur militare. l. aduocati. C. de ad-
uoc. diuers. iud. Vnde habent priuilegia militum
actu militantiū. l. fori. eo. tit. & l. fi. C. de inoffic.
36 testa. Tamen etsi hoc regulare est, † fallit tamē in
quibusdā casibus in quibus uidetur permitti cle-
ricis non actualiter pugnare sed consilio, adhor-
tationibus, opibus, vt est expressum ī d. c. ex mul-
ta. §. fina. ibi, clericatus officium eos reddit inha-
biles ad pugnandum, nisi uel consilio strenui,
vel officio prædicationis instructi; vel magna-
tum obsequio deputati, aut usque adeò diuites
fuerint, & potentes, vt in expensis suis aliquos
secum ducere valeant bellatores, & istud uoluit
ibi Glo. in uerbo inhabiles. si bene ponderetur,
dum dicit, clerici pugnare non debent. licet non
minus pugnent dum consilio &c. hoc idem sen-
tit Glo. in canone. clericum qui paganum. l. dist.
ibi, hortari tamen potest clericos aliquos ad de-
fensionem suæ ecclesiæ. xxiii. q. viii. vt pridem.
quę bene nota, cum alibi non reperies ita cla-
rè discussa.
37 Secundo uerò casu: quando † munera seu onera
sunt merè realia, & tunc, aut talia onera realia nō
fuerunt imposita antequàm res peruenerit ad
ecclesiam, & dicendum est posteà imponi non
posse per laicos ipsis rebus, vt patet in dicto cap.
j. de immun. eccl. lib. vi. quod & tenet Bald. in di
cta l. placet. & in l. fin. C. sine censu uel reliquis.
38 Aut † fuerunt imposita antequàm prædia uel
rēs peruenerint ad ipsam ecclesiam, & tunc, aut
ipsa onera realia fuerunt imposita rebus non al-
lodijs & liberis, ut feudatarijs uel emphyteu-
ticarijs; & ad talia onera tenentur non solum
laici sed etiam ecclesiæ & personæ ecclesiasticæ
ad quas perueniunt tales res talibus oneribus
obnoxiæ, secundum naturam ipsarum rerum. l.
uia constitui. §. si fundus. ff. de seruitu. rusti. præ-
dio. secundum Franciscum de Ramponibus in
39 dicto cap. primo. Quod uerum est † nisi natura
emphyteusis, vel feudi repugnet, cum tunc ad
ecclesiam non transirent ut sentit in eodem cap.
j. Ioan. Monachus. & uoluit Bal. in auct. item nul-
la communitas. C. de epis. & cler.
40 Aut † ipsa onera realia fuerūt imposita allodijs,
id est, rebus liberis quę pertinent ad possidentes,
quò ad dominiū & proprietatē, vt sunt tributa quę
indicuntur singulis annis: ut notatur. in l. j. ff. de
pub. & in d. l. rescripto. §. fi. vel decimæ prędiales,
& talia onera prædialia dicūtur. l. indictiones. C.
de annon. & tribut. lib. x. & indicūtur possessioni
bus etiam nō municipū, & sic forensibus; ut d. §.
fi. & hoc idem uidetur uelle Bart. & Bal. in l. fi. C.
sine censu uel reliquis. & hæc solui debent ubi
sunt sita prædia, quibus sunt imposita ut ff. de
censib. l. forma. §. si uerò. & cap. finali. de pa-
roch. Et ad talia onera realia tenentur non so-
lum laici sed etiam ecclesiæ, & ecclesiasticæ per-

sonæ ad quas tales res superueniunt: ut vult Glo.
in d.cap.i.& notatur.C.de annon.& trib.in l.si-
na.& per Barto. in dicto §.finali. Ad hoc l.iu-
bemus nullum.C. de sacrosan.eccl.& in l.de his.
C.de episco.& cler.

41 Quod procedit† quando talia onera imposita
fuerunt à lege seu à principe statuente: ut nota-
tur in l.omnes.C. de annon. & trib. lib.x.secun-
dum Bart. in l.munerum. §.patrimoniorum. in
fine.ff.de muner.& honor.vel ciuitatensis donas-
set bona suæ communi,& posteà possessiones re-
cepisset à communi sub tributo & annuo censu
collectarum: ut notatur per Bartol. in dicto.§.fi.
& in §.fi.l.rescripta.ff.eo.tit. tunc enim ecclesiæ
tenerentur ad collectas pro illis; si bona illa ad
42 eas deueniant. Idem † si statuto prouideatur q
omnia prædia sint tributaria pro collectis impo-
nendis: ut per Bar.ubi supra ex mente Innocen.
in c.postulasti.de foro compet. remittens se ta-
men determinationi sanctæ Romanæ ecclesiæ.
43 Quod dictum† non uidetur uerum, & cõtrarium
sentit Bald.in d.l.placet. & l.neminem. C.de sa-
44 cros.eccle. ubi dicit† quòd per statutum inferio-
ris à principe induci non potest ut prædia sint
tributaria pro futuris collectis, unde si ea ad ec-
clesias deuenirent, licet tenerentur pro eis ad col
lectas præteritas, secus ad futuras. Idem Bald.
in dicta auct. item nulla communitas. & clarius
in d.l.fi.C.sine cẽsu uel reliq.pro quo facit quod
tenet in d.c.Ionnes And.post Archi.& quod te-
nuit Specu.in titu.de cleri.coniuga.§. ad huius-
45 modi. Quod† restringitur ut procedat nisi statu-
tum exprimat speciem & qualitatẽ: ut tenet Bal.
in d.l.neminem. cum tunc ecclesiæ teneantur sol
uere ipsa tributa, datia, & collectas pro tempore
futuro, licut tenerentur si effecta essent tributa-
ria à lege, uel à principe statuente. & hoc casu
46 † ecclesiæ uel ecclesiasticæ personæ per secula-
res, uel coram seculari iudice cogi non possunt
ad solutionem, licet in illis bonis realiter exe-
qui possent: ut notatur in dicta l. de his. C. de
episco.& cleri.per Bal.quod licet regulariter pro
cedat, tamen fallit.

47 Et primò† in decimis & oblationibus uel iuri-
bus ecclesiæ, cum de eis ecclesia non teneatur sol
uere tributa: ut in c.i.de censib. & per Inno. in c.
non minus. de immunit.eccles.

48 Secundò fallit† iure data ecclesiæ pro dote se-
cundum aliquos, ut refert Inno. ubi supra. quod
49 † tamen non est uerum. Nam licet dos ecclesiæ
debeat esse libera: ut dicto cap.primò.de censib.
tamen si in dotem accipit rem alteri tributariam
sibi imputet, licet episcopus non debeat prima-
rium lapidem imponere uel consecrare ex quo
dos non est libera: ut sentit in eodem cap.i. In-
nocen.& Ioan.And.

50 Tertiò uerò casu† quando sunt onera uel mune
ra mixta,& circa hoc dicẽdum est, quòd aut sunt
onera mixta ex eo: quia præstantur corporali ob
sequio,& sumptibus propriis,& cum erogatione
proprii patrimonii, & talia coguntur subire in-
colæ & ciues sicut alia personalia, ut supra:& ut l.
51 incola.l.ij.& l.iij.ff.ad municip. Sed † ecclesiæ &
clerici seu ecclesiasticæ personæ ea subire non co
guntur: ut d.l.placet.& d.c.non minus. ubi hoc
uidetur tenere Innocen. & Petr. de Anchara. Ad
hoc c.graue. de sent.excom. & quod notatur in
c.nec procurationes.ne cleri.uel monach. Quod
52 uerum est† nisi in casibus de quibus supra, cum
& pari ratione ea cogantur subire.

53 Aut† sunt ipsa munera uel onera mixta, ex eo:
quia non præstantur corporali obsequio, & non
imponuntur ipsis rebus, sed personis pro rebus:
ut datia & collectæ, uel personis non pro rebus: ut
in transitu gentis armorum & talia imponi pos-
sunt per laicos incolis, & ciuibus, & sic subie-
54 ctis, sed non † illis qui non sunt subiecti: ut C.
ad municip.l.incolis.& notatur per Innocen. in
dicto §.fina.& per Bald. in d.l.fina.C.sine censi.
55 uel relig. ubi dicit hoc uerum † etiam si personæ
non subiectæ possident prædia pro quibus colle
56 ctæ imponuntur in illo loco, & hoc † nisi ex pri-
uilegio, consuetudine, uel statuto aliud induca-
57 tur. Et hinc † est quòd ecclesiæ uel personæ ec-
clesiasticæ cum laicis non subsint, non tenentur,
nec cogi possunt per laicos ad pedagia: ut in cap.
quanquàm.de censib. Vel ad aliàs exactiones seu
gabellas, pure, ad portas ciuitatis: ut notatur per
Bald.in l. omnes. C. de episcop. & cleric. uel ad
gabellam contractuum ex forma statuti imposi-
58 tam, & † hoc nisi uelit sponte uti tali statuto: ut
nota.per Bal.in l.i.C.de contrah.emp. Quod pro
59 cedit† etiam si ad ecclesias vel ecclesiasticas perso-
nas talia prædia deueniant, cum libera debeant
esse,& ex quo non ipsis, sed personis talia onera
imponuntur: ut uidetur uelle textus. in dicto c.i.
60 de immun.eccle. Quod etiam procedit † si talia
prædia scripta essent pro solido & libra dare col
lectas: ut uidetur uelle Guiliel. in Specu. in di-
cto titulo de cleric. coniugat. §. ad huiusmodi.
& Archid.& Ioan. And.in d.c.i. pro quo optimè
facit quod habetur in c.unico. de iure patro. lib.
vi. quidquid dicat Bal.in d.c.j. Quod & procedit
61 † secundum Bal.in d.auct.item nulla communi-
tas. si forma.tes fecerunt scribi bona sua in æsti-
mo propter datia & collectas,& statutum etiam
dicat quod pro collectis sint obligata; quia etiam
tunc ecclesiæ & personæ ecclesiasticæ non te-
nerentur ad collectas pro futuro tẽpore; sed bene
pro præteritis, si non fuerint solutæ, recurri pos-
set ad ipsas ecclesias & clericos in quibus illa bona
deuenerunt: ut dixit Bal.in d.l.placet.& in d.au-
then.& in d.l.fin. & per Glo.in d.l.incola. Quod
62 vltimum †: intellige uerum; quando pro ipsis
datiis & collectis prædia essent obligata ex for-
ma statuti, uel ex contractu facto: quando in
æstimo descripta fuerunt: aliàs si prædia non
essent obligata pro collectis, & tunc non pos-
set recurri contra nouum possessorem pro
collectis præteritis: ut notatur in l. prædia. C.
de

63 de fideiusso. & ibi per Bald. & hoc † nisi translata fuissent prædia mutato statu, ut si fieret monachus, cum tunc monasterium teneatur ad ipsas collectas. & ad alia debita, ut in auctent. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. & hoc uoluit Bald. in dicto cap. primo. de immunit. eccles. libro sexto. Nunquam enim prædia sunt leuanda de ærarimo alienantis in ecclesiam uel clericum, nisi ecclesia uel clericus faciant fieri sibi instrumentum: ut notatur per Bar. in dicta lege incolæ. & per Bald. ex quibus om
64 nibus uidetur concludi posse † quòd clerici regulariter non teneantur soluere collectas, nec contribuere in ipsis collectis & aliis oneribus ut supra. Quod tamen fallit.
65 Et primò † pro præterito tempore si obligata ad illas essent bona, ut supra.
66 Secundò fallit: † quando imponeretur pro necessitate ipsorum laicorum de consilio Romani pontificis. cap. non minus. de immunitate ecclesiarum. & cap. aduersus, eodem titulo. secundum Petrum de Ancharano in dicto capit. primo. eod. titu. lib. vj.
67 Tertiò fallit: † quando dicta onera respicerent pietatem, cum & talia etiam ecclesia cogatur subire, per ea quæ dicta sunt in secunda limitatione in alio superiori membro, per legem ad instructionem. C. de epis. & cler. & secundum Innocent. in d. c. non minus.
68 Quartò fallit: † quando tales collectæ, uel talia onera imponerentur pro communi utilitate clericorum & laicorum, uel causa communis periculi euitandi, cum tunc ipsa ecclesia & clerici contribuere teneantur pro solido & libra in pecunia soluendo, etiam non requisito papa, secundum Petrum de Ancharano in dicto cap. j. de immun. eccles. libro sexto. Si enim imminens periculum gentis armorum uenisset in territorium, tunc pariter ecclesiæ & ecclesiasticæ personæ passæ forent damnum sicut & laici, meritò cogi possunt contribuere pro solutione compositionis propterea factæ, & hoc uoluit etiam Barto. in l. nullus. C. de cursu publico. libro xij. & uidetur probari in d. c. j. extra de immunit. eccle.
69 Quintò fallit † in oneribus & collectis impositis pro refectione pontium & uiarum; propterea ecclesiæ ecclesiasticæque personæ tenentur etiam soluere gabellas de curribus uel aliis animalibus; quando ipsa gabella conuertitur in refectionem uiarum & pontium, secundum Baldum in d. l. ad instructionem; quod & uoluit Glo. in d. c. non minus in uerbo ad releuandas, quam ibi sequitur Innocent. & Hosti. & hoc eadem ratione de qua in præcedenti fallentia, id est, quia uersatur communis utilitas.
70 Sextò fallit † in refectione murorum ciuitatis uel castrorum, cum & in hoc uersetur communis utilitas, nam & in istis tenentur ecclesiæ & clerici contribuere, secundum Innocentium &
71 Hostiensem ubi supra. & hoc uerum † secundum Bald. in d. l. ad instructionem, quando fieret ob necessariam custodiam ciuitatis, secus si ad ornatum, ratione antedicta.
72 Septimò fallit † in refectione fontis uel putei necessarij ad usum hominum uel castrorum, ratione prædicta, in quibus ecclesia, monasteria, & clerici contribuere coguntur in loco in quo habent possessiones & bona, secundum Speculatorem in titulo de censib. §. primo. uersiculo sed pone uicinia. & Bal. in dicta l. ad instructionem.
73 Sed aduerte. † Nam licet prædicta magnorum uirorum auctoritate fulciantur, mihi dubia uidetur, & contra textum in dicto capit. non minus, ubi expresse legitur quòd licet communis laicorum & clericorum utilitas uersetur, tamen non debent contribuere clerici nisi tunc demum quando facultates laicorum non sufficiunt. Fit enim mentio in d. c. de fossatis, quæ concernunt etiam custodiam & publicam utilitatem laicorum & clericorum. Et hoc idem probatur in d. cap. aduersus, eod. titulo, rectè intelligendo, & quòd ad refectionem murorum teneantur ciuitates uel castri, tenet Glos. notabilis in capitulo generaliter. §. nouarum. decimasexta quæsti. prima. & Glo. in dicta lege ad instructionem. dum se ad aliam remittit, de qua in lege finali C. de quibus muner. uel præstat. libro decimo. Idem sentit Bartolus in dicta lege ad instructionem. ex quibus mihi concludendum uidetur, ecclesias ecclesiasticasque personas non teneri ad onera prædicta, cum eorundem bona censeantur habere immunitatem ab istis exactionibus à iure diuino: ut est textus iuncta Glos. in dicto capitulo primo. præ
74 dictamque † legem ad instructionem. & dictam legem nullus. † & legem iubemus. nullum. † C. de sacrosanct. eccles. non tenere quod ad personas ecclesiasticas uel ecclesias, ex quo specificè non reperiuntur approbatæ per ecclesiam; Cum
75 † lex nunquam intelligatur approbata per ecclesiam, quando est damnosa ecclesiæ, nisi expressè per sedem apostolicam approbetur, secundum doctrinam Ioannis Andreæ & aliorum in capitulo aliorum. de solutionib. seruanda est igi
76 tur forma dicti c. non minus. quæ † quatuor requirit ut possit pro huiusmodi, ecclesia & clericus & eorum bona collectari.

Primò, quòd hoc deliberet episcopus cum cle-
77 ro. Ex quo infertur † quòd in tangentibus totum clerum requiritur quòd episcopus cum consensu totius cleri statuat seu deliberet, nec sufficeret habere consensum sui capituli tantum. Ad hoc Clement. j. de censib. & quod not. Innocent. in c. uestra. de locato.

Secundò requiritur quòd interueniat maxima utilitas uel necessitas ciuitatis.

Tertiò requiritur quòd facultates laicorum nõ sufficiant, & sic in subsidium teneantur ecclesiæ ecclesiasticæq; personæ.

Quartò requiritur, quòd hoc fiat Romano pontifice prius consulto: ut cap. aduersus. eod. tit. de immunit. eccles.

Et istis concurrentibus, onera & collectæ huiusmodi imponi,& licitè exigi poterunt. Sed per
78 quem exigantur † animaduerte, quòd si laici iudices hoc facerent excommunicati essent, nisi præuia monitione destitissent, ut in cap. quoniam, de immu. eccl. lib. vj. turbare enim dicerentur iurisdictionem ad forum ecclesiasticum spectantem.
79 Nam † quādo ecclesiæ seu clerici tenentur ad aliquam solutionem contribuendo ad onera laicorum, secūdum ea quæ dicta sunt, nunquam ad hoc cogi possunt, uel executio fieri per iudicem secularem, sed fienda est per ecclesiasticum, de cuius foro sunt. quod uoluit Inno. & post eum Io. And. in d. c. j. extra de immu. eccle. & Bald. in d. l. ad instructionem. & Matthæus de Roma in Clem. vna
✻ de immu. eccle. & communiter tenetur. ✻
80 Sed † an vnica uel trina monitio requirat? Bal. in d. auctẽ. item nulla communitas. C. de episc. & cle. tenet quòd debet esse trina, uel una pro omnibus, ex eo: quia ista requisitio debet esse iudicialis, quæ ubicunq; requiritur debet esse trina: ut in c. constitutionem. de sent. excommu. lib. vj.
81 Contrarium † tenuerunt in eod. cap. non minus. Hosti. & Io. Andr. in illo casu uidelicet unā cum competenti termino sufficere, quod uerius est. Nam licet regulariter uerum sit q̃ ubi requiritur iudicialis monitio ut aliàs pœna incurratur ipso iure requiratur trina: ut in Clem. j. & ibi per Glo. notab. de uita & honest. cleri. tamen fallit. in isto casu illicitæ exactionis ab ecclesiis ecclesiasticisq; personis odio tyrannorum, & fauore ecclesiarum
✻ quod & communiter tenetur. ✻
82 Sed † an eadem monitio requiratur exigentibus pedagia ab ecclesiis ecclesiasticisq; personis? est expressum quòd non, sed sine aliqua alia monitione sunt ipso facto excōicati. text. est in cap. quanquam. de censi. lib. vj. sed quæ diuersitatis ratio? dic ponit in eod. c. quanquam. Nam pedagia odiosiora sunt, & regulariter utroq; iure damnata, meritò maioris inde transgressionis reatus.
83 Quid autem † de colonis & rusticis ecclesiarū, an sint ab illis priuilegiati? & dicendum est regulariter colonos & seruos qui sunt in perpetuo seruitio & dominio ecclesiæ esse immunes sicut ec-
84 clesia. ut c. ecclesiarum seruos. xij. q. v. secus † alij coloni liberi qui seruiunt ecclesiis pro certa mercede, non gaudent eodem priuilegio, secundum Archid. in c. ij. xj. q. j. Hinc Federi. de Senis consi.
85 cvj. post medium consuluit † quòd coloni & rustici ecclesiarum, qui colunt prædia ecclesiarū ad fictum tenentur soluere gabellā de parte fructuū, ac etiam subire alia onera laicorum. & ita intelligi debet quod notat Innocentius in dicto cap. j. de immu. eccle. & Glo. in cap. indicatum. lxxxix. distin. & in c. generaliter. §. nouarum. xvj. q. j. Si
86 tamen † dominus temporalis tales rusticos nimium grauaret, & sic ultra modum, & sic ecclesiā per indirectum, quòd tunc episcopus non sustinebit, ut Clement. fine. de iniur. secundum Federicum & bene.

87 Quæ † exemptio & priuilegia cessant in mercantiis & negotiationibus clericorum. Nam in eo quod peccant minimè priuilegiis & exemptionibus digni sunt. c. quanquam. de censibus. libro sexto. & cap. finali. de uita & honesta. cleric. in his enim ipso facto perdunt eorum priuilegium. Fru-
88 stra † enim implorat ecclesiæ auxilium qui committit in eam. c. quia frustra. de usur.
89 Quid autem † in casu necessitatis? quo casu ut supra in proxima præcedenti conclusione in una fallentia est cōclusum eis licere negotiari & mercari, dic idem, cum iure cautum hoc non reperiatur, ut sicut in rebus ecclesiæ uel propriis huiusmodi gaudeant priuilegio. quinimò quòd non gaudeant, ratio est expressa in dicto c. fin. ibi, dum his se implicant statutis & consuetudinibus patriæ subiaceant.

CONCLVSIONIS
et Regulę XCVII.

ARGVMENTVM.

Clerici an licitè contrahant matrimonium, et si contrahant, an censeantur clerici seu laici.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Clericus an matrimonium contrahere possit, & si est in minoribus ordinibus potest. n. 6. nisi accepisset aliquem ex illis credens quòd esset sacer. nu. 7. si est in sacris & non potest. nume. 12. etiam si in recipiendo sacrum ordinem crederet non teneri ad continentiam. nume. 12. quod procedit ne dum in clerico latino uerum & græco. nume. 13. etiam si ab officio sacri ordinis depositus foret. nume. 14. secundum communem. idem si dum haberet uxorem ordinatus fuerit ad sacros ordines, nam mortua illa uxore aliam ducere non poterit. nume. 15. Id procedit etiam si ordinatus fuerit in non legitima ætate. nume. 16. nisi tunc non esset doli capax secundum communem. ✻ nume. 17. & coactè ordinatus matrimonium contrahere poterit. numero 18. etiam si conditionaliter coactus fuisset. nume. 19. Idem si tempore quo ordinatus fuit non erat baptizatus. numero 21. posset tunc tamen ante matrimonium cogi post baptismum noniter ordinari. numero 22.*

2 *Clericus coniugatus an censeatur laicus uel clericus, & dicendum est quòd censetur laicus. numero 23. nisi bigamus non esset, & in habitu & tonsura incederet quo ad canonem si quis suadente. numero 24. secundum communem. ✻ Idem præter quàm quò ad forum in causis ciuilibus & criminalibus. nu. 25. nihilominus uicarius seu officialis episcopi nec delegatus esse poterit. nu. 26. eiusq; sententia esset nulla. numero 27. imò nec administrator seu syndicus ecclesiæ. numero 30. iste tamen clericus sic coniugatus non censetur simpliciter laicus,*

cum

A A

cum clericus sit & tharacterem retineat. Ideò dici potest mixtus, nec in statuto prohibente sub pœna quòd non clericus legens in pulpito epistolam secludetur nu. 31. idem si bigamus nu. 32.

3 Clericus coniugatus an possit tenere beneficium? & dicendum est quòd beneficium seculare habere potest, maiora autem ecclesiastica minimè nu. 33. nisi ex papa dispensatione secundum communem ✠ nu. 34. Tali enim clerico coniugato non in titulum sed in stipendium si pauper sit concedi poterit simplex beneficium ecclesiasticum. nu. 35. secundum communem nu. 37. ✠ in titulum secus nu. 38. nisi ex papa dispensatione, secundum communem. ✠ nu. 40. uel ex dispensatione episcopi secundum communem. ✠ nu. 41. nisi scandalum immineret. nu. 42. sed contrarium uerius secundum communem Modernorum. ✠ nu. 43. & 45. nisi dicatur antiquorum opinionem procedere in habente unicam & uirginem, & in incedente in habitu & tonsura, Modernorum uerò si alterum deficiat nu. 49. ✠ Clericus autem beneficiatus si matrimonium contrahat, illud perdit num. 50. etiam si de præsenti nu. 51. uel contractum non teneret propter consanguinitatem nu. 53. secundum communem. ✠ nisi in fraudem prælati fieret quò ad ipsum superiorē. nu. 54. sed si matrimonium non teneret ratione minoris ætatis utriusque illud non perdet nu. 55. uel non teneret ratione furoris. nu. 57. uel defectu liberi consensus. nu. 58. Idem si asserat in iudicio aliquam esse suam uxorem, & succumbat. nu. 59.

4 Clericus coniugatus an compelli possit ad deferendum tonsuram & si beneficiatus est cogi potest. nu. 65. nisi in contrarium extaret consuetudo nu. 66. secundum communem. ✠ uel nisi uti nollet priuilegio clericali quo ad forum & canonem, si quis suadente. nu. 67. & talis clericus si tonsuram portat cogi poterit ad portandum etiam habitum, uel ut dimittat tonsuram. nu. 68. in sacris autem constitutus indistinctè cogendus ad portandum tonsuram & habitum. nu. 69.

5 Clericus coniugatus an gaudeat priuilegio clericali? & nu. 71. & dicendum est quòd si incedit in habitu & tonsura gaudebit tribus priuilegijs de quibus. nu. 72. 72. & 73. Idem si incedat in habitu tātum, uel tonsura tantum, imò idem si ea non deferat. nu. 74. nisi exerceret artem buffonis. nu. 75. uel macellum seu tabernam num. 76. uel faceret actum omninò cōtrarium clericatui propter quem irregularitatem incurrat nu. 77. uel se enormitatibus immisceret & in illis deprehendatur sine habitu & tonsura. nu. 78. Idem si immisceret se negotijs secularibus uel enormitatibus etiam quòd in eis non reperiatur, si tamen tertiò monitus non desistat perdit illud quo ad bona si uadit in habitu & tonsura nu. 79. si sine habitu & tonsura tertiò monitus non reassumeret, & illud perdet quamdiu non reassumet. nu. 80. secus si incederet in habitu & tonsura. nu. 81. Clericus autem coniugatus ob matrimonium inualidum, priuilegium clericale nō perdit. nu. 82. si tenuit, & cum uidua uti bigamus omne priuilegium amittit. si cum uirgine nec incedit in habitu uel tonsura, & idem, si in habitu & tonsura, & idem regulariter nu. 84. nisi quo ad priuilegium canonis. si quis suadente. & priuilegium fori. num. 85. Quinimò & si in habitu & tonsura incedat, & per annum artem buffonis uel histrionis exercuerit omne priuilegium amittet. nu. 86. 87. uel macellum seu tabernam tertiò monitus non desistat exercere nu. 88. uel quid propter quod irregularitatem incurreret nu. 89. Idem si se immisceret negotijs secularibus, nu. 90. quod uerum est, quando ter monitus non desisteret. nu. 91. Idem si per prius incessisset ut laicus, & postea post tempus reassumpsisset habitum & tonsuram. nu. 93. 95. sed in contrarium communis. ✠ nu. 96. super quo distinguitur num. 97. 98. 99. & 100. sed præcedens communis limitanda. nu. 104. nisi monitus fuisset quòd si non reassumat infra certum tempus ipso iure perdat illud irreuocabiliter. nu. 105. quod uerum si post primam & secundam monitionem in pertinacia durauerit. nu. 107. cum tunc per absolutionem non recuperet. nu. 109. & hoc si expreßè appareat quòd superior uoluerit eum perpetuò priuare etiam si contingat eum posteà reassumere. nu. 110. aliàs recuperabit in his in quibus præuentus non esset. nu. 111. uel in fraudem reassumeret, cum tunc talis reassumptio non operaretur ut gauderet priuilegio clericali. n. 112.

8 Animus potius quàm effectus ponderatus in susceptione ordinum ecclesiasticorum: secus in simplici uoto nu. 9. uel in profitente religionem aliquam, quam credebat approbatam & non sit. nu. 10.

20 Continentia persuaderi debet & non imponi inuito.

36 Intellectus ad c. si quis. xxxij. dist.

37 Intellectus ad c. quia tua. xij. q. i.

39 Laicus de iure nō censetur capax beneficij. & n. 44.

45 Episcopus non dispensat nisi in casibus expreßis.

46 Episcopus dispensat cum homicida.

47 Beneficium etiā simplex datur ut altari ministretur.

48 Dispensationis exorbitantis non facienda extensio etiam ex maioritate rationis.

52 Sententia lata contra clericum super priuatione beneficij ex quo contraxerat matrimonium cum Berta, non iuuabit etiam contra Bertam uel è contra.

56 Sponsalia de futuro non soluunt matrimonium carnale præambulum.

60 Clericus in sacris constitutus si matrimonium contrahit non intelligitur ipso iure priuatus beneficio sed uenit priuandus, sed contra. sed primum commune. ✠ nu. 61. 62.

61 Delinquens non debet eße melioris conditionis quàm non delinquens.

71 Clerici multa habent priuilegia, præcipuè c. si quis suadente. fori contentiosi. nu. 72. ac in exemptione collectarum à laicis impositarum nu. 73.

83 Bigamiæ pœna locum non habet quando matrimonium non tenet, secundum communem. ✠

92 Intellectus ad c. unicum de uit. & honest. cler. lib. vi.

94 Intellectus ad c. Ioannes. de cleric. coniugat.

97 Clericus non coniugatus priuilegium quod facto suo perdidit

perdidit, recuperat contrario facto. nisi sit praeuentus. nu.98.106.109.
101 *Intellectus ad Clementin.i.de uita & hone.cleric.*
102 *Clausula in fine posita ad omnia referenda.*
103 *Poena cum est imponend., benignior est facienda interpretatio.*



LERICORVM materiam
prosequendo uideamos. An cle
1 ricus † posit contrahere matri
2 monium. Et si † contrahat, an
clericus coniugatus censeatur
laicus uel clericus. Tertiò an
3 † ipse clericus coniugatus posit tenere beneficiũ.
4 Quartò † an compelli posit ad ferendum tonsu-
5 ram. Quintò † an clericus coniugatus gaudeat
priuilegio clericali? de qua materia habetur in c.
Ioannes, & ibi Glos.& Doctores.de cleric. con-
iugatis.& in c. unico eodem titulo lib.vi.quorum
dicta (non tamen eorum ordine seruato) prose-
quendo, aliqua addendo, concludi potest.
6 Circa primum † quòd aut loquimur in consti-
tuto in minoribus ordinibus, & talis potest con-
trahere matrimonium, & si contrahat tenet: ut pa
tet in d.c.Ioannes. & in c.i.eodem tit. Quod licet
regulariter procedat, tamen fallit.
7 Et primò † in eo qui accepit aliquem ex dictis
ordinibus, puta acolyeatum credens quòd esset sa
cer ordo, & per illum teneri ad continentiam, cũ
tunc non posit matrimonium contrahere. Nam
8 † in his plus ponderatur animus quàm effectus.
cap. nuper. & cap.finali de bigam. & hoc propter
affectum intentionis cum opere subsecuto, ut in
9 fine dictorum. cap. Quod † secus est in simplici
uoto. Nam continentiam uouens simpliciter, li-
cet ex animo obligetur, si tamen matrimonium
contrahat, tenebit matrimonium. Nam etsi ha-
buerit in animo uouere & sollennizare uotum,
tamen in ueritate non sollennizauit, & sic non
deuenit ad executionem intentionis & affectus.
viij. distin. ueritate. & ideò tale uotum non sol-
lenne non dirimit matrimonium posteà contra-
ctum. ut in cap. unico de uoto libro vi. & hoc uo
luit Ioannes Andr. in dicto cap. Ioannes. in secun
10 da quaestione. & post eum Imola, dicens † idem
esse si aliquis profiteatur religionem aliquam quã
credidit approbatam, & non fit, ut ex hoc non
sollennizetur uotum per notata in d.c. unico.
11 Aut † loquimur in clerico in sacris constituto,
& talis non poterit matrimonium contrahere. &
si contrahat non tenebit c.i.& ij. de cleric. coniu.
Quod regulariter procedit & ampliatur etiam
12 habere locum † si ipse recipiens sacrum ordinem
credat per id se non teneri ad continentiam; nam
haec cum sit supina & crassa ignorantia, hoc non
obstante tenetur ad continentiam, prout uoluit
Ioannes And. in d.c. Ioannes. in secunda quaestio
ne. & notatur in c. cum olim. eodem titulo.
13 Ampliatur secundò † id procedere non solum
in clerico latino, ut patet in dictis iuribus: sed etiã
in clerico graeco, cum & talis in sacris ordinibus
constitutus matrimonium contrahere non posit,
licet uti posit matrimonio contracto in minori-
bus: ut plenius notatur in d.c. cum olim. & in ca-
none si quis eorum. xxxij. dist inct.
14 Ampliatur tertiò procedere † non solum si ipse
clericus sit in officio sacrorum ordinum, sed etiã
si sit depositus ab officio, cum per depositionem
non eximatur à uoto continentiae. lxxxi. dist. di-
ctum. & ut notatur in c.i. in fine. qui cleric. uel uo
uent. licet per degradationem perdatur priuilegiũ
clericale, pro ut notatur in cap. ij. de poenis. libro
vi. & uoluit Ioannes Andr. in dicto cap. Ioannes.
& tanto fortius degradatio etiam actualis tollat
priuilegium clericale: ut in dicto cap. ij. tamen sic
degradatus non poterit matrimonium contrahe-
re. cum retineat characterem. i. q. i. quod quidem.
& notatur in dicto c. ij. secundum Imolam & D.
Antonium in eodem cap. Ioannes. quod & com-
✠ muniter tenetur. ✠
15 Quartò ampliatur procedere † non solum si or
dinatus fuerit ad sacros ordines tempore quo nõ
erat coniugatus, sed etiam si fuerit ordinatus tem
pore quo erat coniugatus, etiam sine licentia uxo
ris, licet id fieri non debeat, cum & tunc mortua
dicta uxore contrahere non posit amplius ma-
trimonium, ex quo uotum solenne fuit, quantum
fuit in se, prout notatur in c. placet, & ibi per Ioã
nem Andr. de conuersion. coniugat.
16 Quintò ampliatur procedere † non solum si or
dinatus fuerit ad sacros ordines in legitima aetate,
sed etiam si ordinatus fuerit in aetate adulta, uel
pupillari, licet tunc ad eos ordinari nõ debuisset,
pro ut notatur in Clemẽtina finali de aetate & qua
litate, cum & tunc matrimonium posteà contra-
here non posit. Quod tamen fallit.
17 Et primò † in ordinato ad dictos ordines, qui
tunc non erat doli capax. nam tunc non imprimi-
tur character; & propterea si postmodum contra-
hat tenebit, per notata in cap. unico. de cleric. per
saltum promot. & prima quaest. i. si quis eorum.
secundum Imolam in dicto c. Ioannes. & ita com
✠ muniter tenetur. ✠
18 Secundò fallit † in coactè ordinato ad dictos
sacros ordines. Nam si coactio fuerit absoluta,
character nõ imprimitur, & poterit talis posteà ma-
trimonium contrahere, coactio enim nullã habet
uoluntatem, meritò taliter coactus, nec rem, nec
characterem suscipit. c. maiores. §. fin. de baptism.
19 Ampliatur haec fallentia procedere † etiam in
conditionaliter coacto, dummodo interuenerit
metus cadens in constantem uirum. Nam susce-
ptio sacrorum ordinũ tali coactione interuenien
te non impedit matrimonium, cũ & tunc non ui
20 deatur obligatus ad continentiã, cum sit res † quae
suaderi debeat, & non imponi inuito. xxii. q. i. in-
tegritas. secundum Imolam in eod. c. Ioannes. cir
ca quae uide notata in d.c. maiores.
21 Tertiò fallit † in ordinato ad sacros ordines
tempore quo non erat baptizatus. Nam ante ba-

ptismum

ptiſmum non ſuſcipitur aliud ſacramentum.c.
j.& c.fina.de presbyte. non baptiz. Vnde ſi nolit
poſt baptiſmum ordinari, remanebit laicus.&
licet matrimonium contrahere non debeat, cum
continentiam uouerit: argumento. c. quidam.de
conuerſ.coniug.tamen quia uotum non fuit ſo-
lenne.ſi contraheret teneret matrimonium: ut in
c.i.de uoto lib.vj.ſecundum Ioannem And. in d.
22 c.i.de presbyt.non baptiz.ſed anteaquàm † matri
monium contraxerit ſecundum D.Anto.ibidem
poſſet compelli ordinari: argumento eorum quę
notantur in c.qui bona. xxviii.q.i.& in c. porre-
ctum.de regular.Ad hoc tex. in d.c.fin.eo. titu.
de presby.non baptiz.
23 Circa ſecundum uerò quod eſt † an clericus cõ
iugatus cẽſeatur clericus uel laicus,& in hoc dicẽ
dum eſt, quòd licet ipſe clericus per contractum
matrimonii non deſinat eſſe clericus, cum reti-
neat characterem ſecundum Io.And.in rub. titu
li,de cleri.coniug.& notatur in c.vxoratus. & in
c.placet.de conuerſi.coniuga. tamen regulariter
cenſetur laicus & non clericus,ut videtur proba-
ri. in c. unico.de cleric.coniuga.lib.vi. circa fin.
Quod tamen fallit.
24 Et primò † quatenus nõ ſit bigamus, et incedat
in habitu et tõſura quo ad canonem Inno.Papę,
de quo xvii.q.iiij. ſi quis ſuadente. Nã percutiẽs
talem clericum uxoratum in habitu et tõſura in-
cedentem,& non bigamum, in pœnam illius ca-
nonis incurrit.d.c.unico.de cleri.coniug.lib. vi.
vbi Glo.in uerbo canonis & in Glo.penul.com-
* muniter approbatis. *
25 Secundò fallit: † quo ad priuilegium concilii
Pariſiẽſis reſpectu fori in cauſis ciuilibus & crimi
nalibus.Nam clericus etiam uxoratus ſi non biga
mus & in habitu & tõſura incedat, pro clerico ha
betur ut d.c.unico.& in dictis Gloſ.
26 In cæteris uerò † pro laico habetur: ut d.c. uni
co.in fi.& hinc eſt quòd ipſe clericus coniugatus
quantuncunque non ſit bigamus,& incedat in ha
bitu & tonſura, tamen non poterit eſſe uicarius
ſeu officialis epiſcopi, uel ipſius delegatus ad cau
ſam ſpiritualem, ex quo ad reliqua iudicatur ut
laicus: ut d.c. unico.& tenet Ioannes And.in eo-
27 dem c.Ioannes.in v.quæſt.& quatenus † effice-
retur uicarius,officialis,ſeu delegatus, eius ſen-
tentia nulla eſſet,tanquam lata à non iudice.c.ad
noſtram. de conſue. & xi. q. i.clerici nm. Secun-
dum Ioannem And.ubi ſupra, quem ibidem ſe-
30 quitur Imola.Qui † ea eadem ratione tenet cle-
ricum coniugatum non poſſe eſſe ſyndicum uni
uerſalem,ſeu adminiſtratorem rerũ eccleſiæ, prout
ut notatur diſt.lxxxix.iudicium.& xvi.q.vii. in-
noua.ubi de hoc,de quo ẽt ĩ c.unico. de ſyndico.
31 Sed aduerte: † quia licet clericus coniugatus cẽ-
ſeatur quo ad alia communiter laicus,ut ſupra,ta
men non cenſetur merè & ſimpliciter laicus, cũ
& clericus etiam ſit,ex quo retinet characterem,
vnde dici poteſt mixtus clericus & laicus: ut pa-
tet in allegato c. unico. & hinc eſt ꝙ in materia
pęnali,puta ſi caueatur ſtatuto,ꝙ non clericus le
gens in pulpito epiſtolam ſit excõicatus, non in-
cludetur ipſe clericus coniugatus. Ad hoc quod
notatur in regula. in pœnis. lib. vi. & hoc tenuit
Ioannes And.in dicto c. Ioannes. de cleri.con-
32 iuga.in vi. quæſt. ubi etiam uidetur † quòd di-
ctum ſtatutum non habeat locum in eo cui im-
preſſus fuit character clericatus,licet poſteà effe-
ctus fuerit bigamus,cum & talis nõ ſit merus lai-
cus, ex quo durat character per notata in rubri-
ca eiuſdem tituli.de cleric. coniuga. & ita tenet
Imola in d.c.Ioannes.
33 Circa tertium † quod conſiſtit in hoc, an cle-
ricus coniugatus poſſit beneficium tenere? duo
ſunt conſideranda. Quorũ primũ eſt,an ſit capax
beneficii, ita quòd eidem conferri poſſit. Secun
dum eſt,an ſi clericus contrahat matrimoniũ,il-
lud beneficium perdat.
Circa primum dicendum eſt. Aut loquimur
de beneficio ſeculari, & illud habere poteſt. c.ad.
audientiam. de præſcrip. Aut loquimur de bene
ficio eccleſiaſtico,& tunc aut de maiori, puta de
eccleſia curata,dignitate, uel perſonatu, & non
eſt capax huius, nec poteſt illud habere.c.ſanè.&
& ibi notatur.de cler.coniuga. Quod licet verũ
ſit regulariter,tamen fallit.
34 Et primò † in habente ex diſpenſatione Papę,&
ita procedere poterit quod uoluit Io.And.in eo.
c.Ioãnes. recitãdo opinionẽ Aegidij, ꝗ tenuit ꝙ
nõ ſit capax ipſius beneficii, niſi ex diſpẽſatione
* Papali,qđ & tenet ẽt D.Flor.& cõiter tenetur. *
Ad hoc quod nota.in c.j.& in c.diuerſis.eo.ti.
de cleri.coniug.& in c.de multa.de præben.
35 Aut † loquimur in beneficio ſimplici, & tunc
aut quæritur,an poſſit ipſi clerico coniugato cõ
cedi, non in titulum,ſed in ſtipendium,& conce
di eidem,ſi ſit pauper ex miſericordia poterit be
neficium abſque aliqua diſpenſatione, dummo-
do hoc fiat propter utilitatem eccleſiæ, puta pro
pter ſeruitia, quæ eccleſiæ facit, & ita procedat
36 quod habetur † xxxii.diſt.ſi qui.& † xii.q.i. quia
37 tua,ſecundum D. Floria.ubi ſupra,quod et com-
* muniter tenetur,* pro quo facit quod notatur in
c.cum M.de conſti.& in c.clericus.de uita & ho
ne.cleri.& Io.de Imo.in c.i.de cleri. coniug.
38 Aut quæritur † an poſſit eidem conferri in
titulum ipſum beneficium ſimplex,& tunc dic re
gulariter non poſſe. Nam cum talis,ut ſupra eſt
concluſum,non cenſeatur clericus, niſi quo ad
duo de quibus in d.c.unico.de cleri.coniug. lib.
39 vi.& in cæteris laicus cenſatur, & † laicus de iu-
re non ſit capax beneficii.c.ii.de inſtitu. contra
quæ ius ſit quòd clericus coniugatus habeat bene
ficium,ut d.c.diuerſis. Quod licet uerum & regu
lariter procedat,tamen fallit.
40 Et primò † qñ Papa diſpẽſaſſet, ſecundum D.
* Florianum ubi ſupra, & communiter tenetur. *
41 Secundò fallit † in obtinente ex diſpenſatio-
ne epi,epiſcopus enim in ipſo beneficio ſimplici
diſpenſare poteſt: ut uoluit in dicto c. Ioannes.
Abbas

Abbas per canonem si qui uerò.xxxij. dist. & ca-
nonem.quia tua.xij.q.i.quod & uoluit Goffred.&
Philippus in c.cum decorem.eod. titu. de cleric.
coniug.& Specul.in tit. de bigamis. §. nunc dici
potest.uersicu.xxv.& Hostien.in c.sanè.el j.& in
c. diuersis.eo.titu.de cleric.coniuga.& D.Anto-
nius in dicto c.diuersis.& in dicto c. Ioannes.ubi
* etiam Petrus de Perusio & cõmuniter tenetur. *
Quod tamen secundum allegatos Doctores su-
42 blimitandum est † non procedere si ex huiusmo-
di scandalum immineret, tunc enim episcopus
dispensare non posset,per iura allegata in Glo.in
c.j.de cler.coniug.
43 Sed certè † ista fallentia non transit sine maxi-
mo dubio. Quinimò quod contrarium uerius
uidetur,& per moderniores magis communiter
* tenetur, * scilicet in his episcopum dipensare
non posse.& faciliter ad allegata iura responderi
potest,ut loquãtur quando tenebat in stipendiũ,
uel secundo quòd ibi fuerunt tolerati ex manda-
to Papæ.Et istam opinionem quòd etiam in sim-
plici beneficio episcopus dispensare non posit,
tenuit Aegidius,& uidetur tenere in dicto c. Io-
annes.de Imola,sed clarius D.Florian.& D. Ni-
colaus, pro qua facit d.c.diuersis.& ex dictis ra-
tionibus: quia clericus coniugatus præter quàm
in duobus censetur laicus, & laicus nõ est capax
beneficij, nec etiam ex dispensatione episcopi,
prout notant in c.causam.de præscript.& quia
44 † quòd laicus habeat beneficium est contra ius
commune: ut d.c.diuersis.& c.i.de cleric.coniu-
45 gat. ubi Glo.magna in fin.contra quod † episco-
pus dispensare non potest,nisi in casibus expres-
sis in iure,sed solus Papa,prout notatur in c. dile-
ctus. de tempor.ordi.& in c.at si clerici. de iudic.
& c.ii.de maior.& obed.& in Clem. ne Romani.
de elect. & sic uidetur quod eps dispensare nõ posit
cum clerico coniugato, etiam in simplici benefi-
46 cio,esto † quòd dispensare posit cum homicida
c.ad audientiam.de homicid.& cum deposito. ca
none studeat.l.dist.Non est enim omnimoda ea-
dem ratio.Nam tales clerici coniugati altari mi-
nistrare prohibentur.xxvii.q.ij. multi, propter
47 † quod datur beneficium etiam simplex ut in c.
48 pposuit.de filiis præsbit. Præterea † istius dispẽ-
sationis ut exorbitantis non est facienda extẽsio,
etiam ex maioritate rationis,prout notatur in di-
cto c.at si clerici. & in regula,quæ à iure.lib.vi.
49 nisi dicatur † opinionem Abbatis,Goffredi & se-
quacium procedere in habente unicam & uirgi-
nem, et in incedente in habitu et tonsura, con-
trariam uerò si alterum deficiat. quod satis tole-
rari potest pro concordia.
50 Circa secundum uerò † quod est, an clericus
beneficiatus si cõtrahat matrimonium illud per-
dat,cõcludendum est quòd sic,cum illud benefi-
cium propterea uacet ipso iure,c.i. de cler. con-
iug.et regulariter procedit.
51 Ampliatur dicta regula procedere † etiam si con
trahat matrimonium de præsenti absque carnali
copula,ut notatur per Doctores in d.c.i.& uoluit
Ioannes And.in dicto c.Ioannes.in octaua quæ-
stione.cum id procedat non solum si talis cleri-
cus contrahat matrimonium carnali copula sub-
secuta,sed etiam si contrahat sponsalia per uerba
de præsenti,etiam si carnalis copula non sit secu-
ta,cum talis actus sit contrarius retentioni bene-
ficij, adeò quòd & si posteà mulier illa ante car-
nalem copulam ingrediatur monasterium, quod
facere potest,etiam inuito ipso uiro, prout habe-
tur in c.ex publico.de conuers.coniug.non pote-
rit ipse uir sine noua collatione ad illud benefi-
cium reuerti,ex quo ita contrahendo matrimo-
nium eidem renuntiauit, per ea quę habentur in
c.ex trasmissa.de renunt.& hoc uoluit Vincen.in
dicto c.i.de cleric.coniug.& Guil.in Specul.eo.
titu.in fine. Ad hoc idem quod notatur per Bar-
thol. Brixien. in dicta quæstione incipiẽte quidã
clericus.quod & tenuit Ioannes Andr. in d.c.i.&
* communiter tenetur * pro quo facit quod nota-
tur in c.unico de cleric.coniug.libr.vj.& in Cle-
men.gratię.de rescrip.Sed licet perdat beneficiũ
52 ut supra,tamen † sententia lata contra ipsum cle-
ricũ super priuatione ipsius beneficij,ex eo quod
dicitur quòd contraxit matrimonium cum Ber-
ta,non proficiet eidem contra Bertam, uel econ-
trà ipsi Bertæ contra ipsum, si eum peteret in ui-
rum.quia res inter alios acta.c.quamuis. de re iu-
dic.cum simili. & voluit Ioã. And.in d.c.Ioãnes.
in prima sua quæstione.
53 Ampliatur secundò id procedere † etiam si ma
trimonium per ipsum clericum contractum non
teneret propter consanguinitatem.Nam ut com-
* muniter tenetur * propterea perdit beneficium
quia uidetur habere ecclesiã pro derelicta, prout
uoluit Bartolom.Brixiens.in quæstione quæ in-
cipit quidam clericus.& Ioan. And.in dicto c.i.
& quia tale matrimonium inducit impedimentũ
publicæ honestatis,iuxta ea quæ habẽtur in Cle-
menti. j. de consanguin.& affinita.Quod tamen
54 limitatur † non procedere quando hoc in fraudẽ
prælati fieret, in cuius manibus beneficium re-
nuntiari debet: quia tunc licet teneat talis renũ-
tiatio quoad renuntiantem,non tamen tenet quo
ad superiorem quin illum posit in beneficiatum
retinere; aliàs facile esset prælatũ eludere,contra
ea quæ habentur de renuntiat.c.admonet.Tamẽ
quod dictum est per matrimonium beneficium re
gulariter uacare fallit.
55 Et primò † quando matrimonium non tenet.
ratione minoris ætatis utrinsque,cum tunc non
uacet beneficium. Tale enim matrimonium non
ualet ut matrimonium,sed ut sponsalia de futuro,
prout notatur in c.i.de sponsal.impub.lib.vj.per
56 sponsalia † enim de futuro non soluitur matrimo
nium carnale pręambulũ,prout notatur de spon-
sal.c.ex literis.unde pariformiter nõ soluitur cõ-
iugium spirituale.Ad hoc quod notatur in simi-
li in l.ea quæ.& in l.Imperatores.§. idem rescri-
pserunt.ff.ad municip.& hoc tenet Ioan. Andr.
in d.

in d.c.j. de cleri.coniug. & cõmuniter tenetur. quod & tenent etiam Domini de Rota in decisio ne.xxiiij.quæ incipit item si imperrans.

57 Secundò fallit:†quando matrimonium nõ tẽneret ex defectu furoris, cum tunc similiter non perdatur beneficium per tale matrimonium, cũ tunc nihil dicatur factum.c.dilectus.de sponsal.

58 Tertiò fallit:†qñ matrimonium nõ tenuit ex defectu liberi consensus ob metũ cadentẽ in constantẽ uirum, tunc enim nõ uacat beneficiũ, cum & tunc nõ teneat matrimonium, & cõsequenter nõ teneat ipsa tacita renũtiatio facta propter talẽ metum c.ad audientiam.quod metus causa.

59 Quintò fallit† in clerico coniugato, q asserens aliquã sui uxorẽ petat in iudicio, & succũbat, ex hoc enim non erit priuãdus beneficio, per ea quę habentur in c.mulieri.de iureiur. licitũ est enim uenire contra confessionem suã: quando est reprobata p sñiam, prout notatur ibi: & prout uoluit Io. And. in j.q. & Imo. in d.c.j.de cle.coniu

60 Prædictaque †intelligenda sunt in clerico coniugato in minoribus constituto. Nam in existẽnte in sacris, si matrimoniũ cõtrahat, nõ intelligitur ipso iure beneficio priuatus, sed uenit priuandus per sententiã, prout uult Glo. in d. c.j. de cleri.coniug. Quod ideò est; quia matrimoniũ non tenet. quod secus est in clerico in minoribus cõstituto. Quod tamen non procedit sine dubio, cũ
61 † non debeat esse melioris cõditionis delinquẽs, quàm non delinquens, uel minus delinquens, ut in cap.cum qui.de præben.lib. vi. & c. nuper. de bigam. secundum Ioannem And. in dicto c. primo. remittentem se ad dicta in dicto c. Ioannes. vbi in effectu uidetur uelle idẽ, quod supradicta Glo. quod & tenet etiam in d.c.i. D. Anto. quod tutius uidetur: cum in pœnis benignior interpretatio sit assumenda: ut in regula, in pœnis. libro vj. quod & tenet Imola. in eod.cap. i. esto quòd aliud tenuerit Petr. de Anch & D. Floria. ibidem per rationem prædictam, cui responderi potest, prout respõdet ibi D. Ant. dicens illud verum: ut delinquens non sit melioris conditionis quàm non delinquens, nisi ratio diuersitatis aliud suadeat. Ratio autem quare clericus in minoribus coniugatus non potest retinere beneficium, est: quia nõ potest seruire beneficio, & uxori, prout seruire debet. cum illa ad inuicem bene non conueniant. c. diuersis. de cleri.coniu. quæ ratio cessat in clericis in sacris constitutis: ex quo enim nõ tenet matrimoniũ, nõ obligatur uxori. & ideò põt seruire beneficio, cũ non repugnet cõtractus matrimonij, quẽ facit clericus in sacris ipsi beneficio, sicut repugnat cõtractus factus per clericũ in minoribus cõstitutum secundum ipsum D. Ant.
62 & Imo. Sed licet † hæc opinio cõmunis sit, & tutior, & in practica seruanda, tamen de iure verior est contraria opinio: quæ habet quòd etiam clericus in sacris ipso iure priuetur beneficio, matrimonium contrahendo, secundum quod tenet in eodem cap. j. Dominus Petrus de Perusio, & post eum Dominus Nicolaus: quia uera ratio quare ipse perdat beneficium est: quia contrahendo matrimonium ipsi beneficio statim uidetur renuntiare, & habere illud pro derelicto, ex quo facit actum contrarium detentioni ipsius beneficij, prout uoluit Glo. allegata in dicto c. i. quæ ratio habet locum in constituto in sacris cõtrahente matrimonium, sicut & in constituto in minoribus. Ad hoc etiam quod notatur in c. ex transmissa. de renunt. & in c. 1. de apostat. & per Barthol. Brixien. in dicta quæstione, & in dicto cap. cum qui. & in c. quanto. de translat. prælat.

63 Quæ præcedens† communis opinio si teneatur regulariter procedere, tamen uenit limitanda, & primò, in clerico in sacris constituto contrahente matrimonium ob quod incurreret bigamiam. cum tunc ipso iure priuetur beneficio in odium bigamię: ut in d.c. nuper. & in cap. unico. de bigam. libro vj.

64 Fallit secundò † si in fraudem superioris tale matrimoniũ contraxisset; cum tunc ipse superior possit ipsum ad ecclesiam reuocare. c. admonet. de renunt. secundum Petr. de Perusio in d.c. i. de cleric. coniuga.

65 Circa quartum membrum, † an clericus coniugatus cogatur deferre tonsuram? dicendum est: Aut loquimur de beneficiato. & cogi potest, prout colligitur ex d.c. Ioannes. à contrario sensu. Si uerò non sit beneficiatus, & dicendum regulariter non teneri ad deferendam tonsuram. d.c. Ioannes. Quod tamen fallit.

66 Et primò si in cõtrariũ staret cõsuetudo quæ attendenda foret, secundum Ioan. And. in eod. c. Ioannes. argumento à contrario sensu illius. c. cum quo transeunt communiter Doctores.

67 Fallit secundò: † quando talis clericus non beneficiatus uellet uti priuilegio clericali quoad illa duo uidelicet: quo ad forum. & canonẽ. si quis suadente. de quo in dicto. c. unico de cleric. coniug. lib. vi. vbi Glo. cum tunc non præcise, sed causatiuè compellatur portare tonsuram uidelicet si tali priuilegio gaudere uelit.

68 Et eo† casu quo portat tonsuram, si non portat habitum clericalem cõpelli poterit, ut admittat tonsuram, uel recipiat habitum clericalẽ, cum ipsa tonsura, ne aliàs in opprobrium cleri uideatur portare tonsuram non deferendo habitum clericalem argumento d.c. Ioannes. in fine.

69 In sacris† autẽ constitutus indistinctè cogetur tonsuram & habitum clericalem portare, per id quod habetur. xx. q. ij. c. eos.

70 Circa quintum & ultimum† quod consistit in hoc. An clericus coniugatus gaudeat priuilegio clericali, & quomodo, & quando, siue sit coniuga-
71 tur siue non. præmittendum est † quòd clerici habent multa priuilegia; prout notatur in Clemen. j. de uita & honesta. clerico. & ibi per Ioannem de Lignano, & extra eodem titu cap. fina. & ibi per Imolam, & per Dominum Florianum in repetitione c. perpendimus. de sent. excommu. præ-

cipuè

cipuè tria, habent enim priuilegium primò. canonis. si quis suadente Diabolo. xvij. q. iiij. per quod disponitur quod percutiés clericum ipso iure incurrit excommunicationem, nec potest regulariter ab alio quã à Papa absolui, prout ibi notatur,

72 Secundò † habet priuilegiũ fori propter quod conueniri nõ põt coram laico in ciuilibus & in criminalibus, sed tãtum corã ecclesiastico, prout habetur de foro compet. c. si diligenti. & in d. c. uni. de cler. coniug. lib. vj. ubi Glo.

73 Tertiò habent priuilegium † propter quod molestari nõ possunt per laicos in aliquibus exactionibus seu collectis in persona uel in rebus, prout de hoc habetur. C. de episcop. & cler. l. ii. & c. fin. de uita & honesta. cleri. de quo in superiori conclusione plenè tractauimus.

74 His præmissis, si quæratur † an clericus gaudeat ipsis priuilegiis, uel aliquo eorum, dicendum est quòd aut loquimur in clerico nõ coniugato, aut in clerico coniugato. Primo casu, aut incedit in habitu & tonsura clericali, & gaudet iis priuilegiis; ut patet in dictis iuribus. Idem si incedit in habitu clericali tantum, uel in tonsura tantum, ex quo aliquid de clericatu ostendit prout colligitur ex d. c. contingit. de sent. excommun. à contrario sensu, prout uoluit D. Florianus in dicta repetitione dicti c. perpendimus. & Imo. in d. c. Ioannes. ubi etiã post D. Florianum uidetur uelle quòd idem sit, si non deserat habitum & tonsuram, ut gaudeat iis priuilegiis, ex quo iura simpliciter loquuntur de ipso clerico. Ad hoc etiã c. in audientia de sent. excom. & c. si iudex laicus. eod. tit. lib. vj. Sed licet hoc sit regulariter uerum, ut clericus ipse gaudeat iis priuilegiis, tñ fallit.

75 Et primò: † quãdo ipse clericus se immisceret arti buffonis, iuxta notata in c. i. de uita & honest. cleric. lib. vi. ubi de hoc. & in superioribus conclusionibus tetigimus.

76 Secundò fallit: † quando exercet artem macelli, vel tabernæ, prout habetur in Clem. j. de uita & honest. cleri. ubi de hoc & tractauimus in præcedentibus conclusionibus.

77 Tertiò fallit: † quando faceret actum omnino contrarium clericatui, puta si homicidium committat, uel aliud delictum, propter quod irregularitatem incurrat, cum tunc perdat priuilegium: ut notatur in c. i. de aposta. & tenuit Imola in dicto c. Ioã. & prout notatur in d. c. perpendimus. de quo in superioribus conclusionibus.

78 Quartò fallit: quando † ipse clericus immiscet se enormitatibus, & in illis deprehensus fuerit sine habitu & tonsura, cum tunc perdat priuilegium ut d. c. perpendimus. ubi de hoc.

79 Quintò fallit: † quando immisceret se negociis secularibus, uel enormitatibus, in quibus etiã non fuisset repertus, cum tunc si tertio monitus nõ desistat perdit priuilegium quoad bona, si uadit in habitu & tonsura: in d. c. fin. aliàs si incederet sine habitu & tonsura perderet tunc omne priuilegium: ut d. c. contingit. el ij.

80 Sextò fallit: quando † ipse clericus incederet sine habitu & tonsura, & tertiò monitus nõ reassumeret, cum & tunc similiter perdit priuilegiũ clericale etiam quoad canonem. si quis suadente. quandiu non reassumit, licet negociis secularibus non immisceat, per id quod habetur in dicto cap. contingit. el ij. in ratione sui, quæ satis in hoc casu videtur habere locum. & ita tenet D. Florianus in dicto cap. perpendimus. quem sequitur
81 Imola in d. c. Ioannes. dicens † secus esse quando incederet in habitu uel tonsura, cum & tunc etiam post tertiam monitionem non perdat priuilegium clericale, ex quo, aliquid de clericatu ostendit: ut colligitur ex dicto c. contingit. à cõtrario sensu. Potest tamen tunc mulctari, ex quo non reassumit tonsuram uel habitum ad mandatũ superioris, per id quod habetur, ut lite non contestat. c. quoniam. §. fina. & hoc si sit in sacris, cũ si sit in minoribus mulctari nõ possit, ex quo põt recedere ab habitu clericali si non sit beneficiarus, prout uoluit Innoc. in dicto c. fi. de uita & honestat. clerico. ubi de hoc uoluit D. Florianus in eodem cap. perpendimus. & Imola in dicto cap. Ioannes.

82 Secundo uerò casu † cum quæritur de clerico coniugato, dicendum est quòd aut matrimonium per ipsum contractum non tenuit, & idem erit in eo prout in non coniugato, de quo supra. Cum matrimonium inualidum non priuet priuilegio clericali etiam si contrahat cum uidua. Cum pœ-
83 na † bigamiæ locum habeat quando matrimoniũ tenet, & sic in uero bigamo: ut in cap. unico de biga. lib. vj. secundum Ioan. Andr. in d. c. Ioãnes.
❊ & ita communiter tenetur. ❊

84 Aut matrimonium tenuit, † & tũc, aut ipse clericus contraxit cum uidua et sic est bigamus, & tunc non gaudet aliquo priuilegio clericali: ut dicto c. unico. Imò poterit tunc compelli ad dimittendum habitum & tonsuram, ut ibi.

Aut contraxit clericus cum unica uirgine, & tunc, aut non incedit in habitu nec tonsura, & tũc similiter nullo gaudet priuilegio clericali: ut in c. uni. de cler. coniug. lib. vj.

Aut incedit in habitu clericali sed non in tonsura, uel è contrà: & idem, cum ad hoc ut gaudeat priuilegio clericali etiam quo ad ea de quibus in d. c. uni. requiritur copulatiuè quòd incedat in habitu & tonsura, ut ibi patet.

Aut incedit in habitu & tonsura, & tunc dicendum est quidquid dicat Glos. in dicto. c. Ioannes. quòd similiter non gaudet priuilegio clericali ut colligitur ex textu dicti. c. Ioannes. & ex dicto. c. unico. vbi patet quòd regulariter iudicatur
85 ut laicus. Quod † tamen fallit quoad duo de quibus in dicto c. unico. uidelicet quoad priuilegiũ canonis, si quis suadente, et quoad priuilegium, ut conueniri non possit corã iudice seculari pro causa criminali siue agatur criminaliter siue ciuiliter, quibus gaudet si deferat habitum & tonsurã
86 ut ibi est expressum. Quod & licet regulariter sit uerum,

uerum,ut hiis duobus gandeat ipse clericus con
iugatus si incedat in habitu & tonsura.ut supra,
tamen fallit in pluribus casibus in quibus ipse cle
ricus coniugatus non gandet his priuilegiis quan
tum cunque deferat habitum & tonsuram.
87 Et primò † quando exercuit per annum artē
buffonis vel histrionis.ut in c.i. de uit. & hone.
clerico.lib. vi.ubi de hoc.
88 Secundo fallit:† quando exerceret artem taber
narii uel macellarii,& tertiò monitus nō desiste
ret:ut in Clem.i.de uit.& & hone.cler.
89 Tertiò fallit:† quando face ret homicidium, uel
aliud delictum,propter quod incurreret irregu-
laritatem,prout notatur in c.i.de apostat.
90 Quartò fallit: † quando immisceret se negotiis
secularibus,cum tunc non gandeat hiis priuile-
giis, prout uoluit Glo. in d.c.Ioannes. in fi. pro
qua etiam fuit textus in eodem c. in fine. Tendit
enim hoc in opprobrium cleri, ut clericus ton-
suratus exerceat negocia secularia :vt patet in d.
c.quod & uerius est accepta ratione illius textus
secundum Imolam ibi.
91 Qui tamen dicit hoc procedere † quādo ter mo
nitus non desisteret, cum tunc perdat illa priui-
legia:argu.c.fi. de uita & honest.cleri. aliàs non
92 perderet:ut in c. unico.cod. titu. lib.vi. † Quod
indistinctè loquitur,& limitari debet, prout di-
citur in d.c.Ioannes.ubi hoc dicit Imola.
93 Quintò fallit:† quando clericus cōiugatus per
prius incessisset ut laicus.& posteà post tempus
reassumpsisset habitum & tonsuram,cum & tunc
non gandeat iis priuilegiis,prout uidetur esse cā
94 sus in d.c. Ioan. † intelligendo uersiculū illum,
quoniam ipse idem, scilicet, qui iam incessit ut
95 laicus. Quod † cū Paduæ fuisset disputatū dispu
96 tādo sic fuit distinitum,quod tamen † cōmuniter
* non placuit Doctoribus. * Pro ipsa tamen deci-
sione facit quod notatur in c.fi.de uita. & hone.
cleri.& quod notatur in d.c.unico.per Ioan.mo-
nach.& Archid.& quod notatur in Cle. i.de uita
& honest. cler. Quod & satis uidetur æquum: ut
scilicet non priuetur priuilegio clericali ex di-
missione habitus & tonsuræ, nisi perseueret. Ad
hoc quod notatur in c.si clericus.si tonsuram. de
uita & honest.cler.secundum unam lecturam se-
cundum Io. And.in d.cap.Ioannes. dicens quòd
quando perseueraret necessaria esset declaratio,
& aliter clarè non decidit,& similiter ibi Petrus
97 de Anchar.Sed Petrus de Perusio dicit ꝙ aut † lo
quimur in clerico non coniugato,& priuilegium
quod facto suo perdit recuperat contrario facto:
vt d.c.fi.Ad hoc etiam d.Clemen. j.ibi,quandiu.
98 Quod uerum intellige † quo ad ea ad quæ nō es-
set præuentus, ut est si fuisset imposita per prius
collecta,nam in eo non reassumeret priuilegium,
per ea quæ habentur.ff.ad munic. in l. incola. &
ff.de iudic.l.si quis postea.& de foro competen.
cap. proposuisti. secundum Imolam in eodem
cap. Ioannes.
99 Aut in clerico coniugato † & reassumēdo ha
bitum & tonsuram non recuperat; ut d. c. unico.
secundum ipsum Dominum Petrum. Sed certè
100 hoc † ibi non probatur, non enim ibi dicitur,
quòd omninò priuilegiū amittat si dimiserit ha-
bitū & tōsuram,sed simpliciter dicitur ꝙ nō gau
det illis priuilegiis. Vnde verius uidetur dicendū
ꝙ reassumendo ipsum habitum & tonsuram illa
duo priuilegia reassumat, ita quòd eis gaudeat si
reperiatur in ipso habitu & tōsura:ut tenet in d.
c. Ioannes. D.Anto.& clarius D. Floria.& Imo.
non enim dimittendo habitum & tonsuram pri-
uatur habitu ipsorum priuilegiorum,sed exerci-
cio:ut patet in d.c.vnico,unde priuatur tantū ad
tempus actus contumaciæ,& non ultra, Ad hoc
quod notatur de consti.c.ex literis, et textus in d.
101 Clem.i.† vbi de hoc uidetur esse casus referen-
do illa uerba,quàm diu in præmissis extiterint,
non solum ad clericos non coniugatos, sed etiā
ad coniugatos,prout referri debent in dubio, cū
sit unica oratio, Ad hoc quod notatur in l.iā hoc
102 iure.ff.de uulg.& pup.et quia † clausula in fine
posita ad omnia refertur,prout notatur.ff. de le-
gat.i.l.talis scriptura.et de appel.in c. secundò re
quiris.secundum D.Flo.in cod.c. Ioannes. pro
103 quo etiam facit:quia † cū agatur de pœnis, as-
sumi debet benignior intellectus. Ad hoc quod
notatur.ff.de pœnis.l.præses.et in regula,de pœ
nis.lib.vj.secundum Imolam in d.c.Ioannes. Ad
104 hoc ēt quod nota.in d.c.fi.Quod † licet regula-
riter procedat ut temporaliter intelligatur priua
tus exercitio & non habitu. Tamen fallit.
105 Et primo †,nisi ipse clericus admonitus fuisset,
quòd si non reassumat habitum & tonsuram intra
certum tempus,perdat ipso iure priuilegium cle-
ricale irreuocabiliter,si infra illud nō reassumat,
secundum D.Antonium in dicto c.Ioannes.cum
quo ibi uidetur residere Imola.
106 Nam dicet aliàs † si in monitione nō esset lata
sñia priuationis admitteret purgatio moræ dūmo
do nō sit facta executio c. qm̄.vij.q.i.argu.c. per-
latū.l.xxviij.dist. Ad hoc qđ notatur ī c.si tibi.de
107 preb.lib.vi.† ūn si ī citatione seu monitione talis
ꝓferatur sententia,nō admittetur amplius purga
tio moræ,secundum D. Florianum,& Petrum de
Perusio in c.ex tuæ.de cleric.non resid. cū quibus
uidetur ibi residere Imola. per ea quæ habentur
in c. fin. de elect. & in c.literas. de supplen. neg.
prælat.& quod notatur in c.placuit.xvj.q.iij.& in
l.si insulam.ff. de uerb. obliga.
108 Quòd sanè temperādum uidetur † procedere
post primam & secūdam monitionem,tunc enim
si in pertinacia durauerit poterit fulminari dicta
sententia priuationis, & si non pareat, perpetuò
priuare. vt in simili in excōicato loquitur textus
in d.c.ex tuæ.ubi D.Anto.Do.Petr. & D.Nico.
109 & secundum Innocen. ibi † per absolutionem.
non recuperabit, & sic purgatio nōn admittēda.
110 Quod procedit † quādo ēt appareret expressè
ꝙ superior uoluerit eum perpetuò priuare.etiam
si contingat cū posteà reassumere habitū & tōsu-
ram.

ram. Nam si simpliciter fuisset cõminatus quòd si non reassumat habitum. & tonsuram ipso iure perdat priuilegium, nam tunc intelligetur quandiu perstiterit in contumacia, & non perpetuo, ut sic mitior fiat interpretatio: argumen. dictæ l. si præses. secundum Imol. in eod. c. Ioan. Ad hoc
111 quod notatur in d.c. ex literis. Et isto casu † ipse clericus coniugatus reassumendo habitum & tonsuram recuperabit ipsa priuilegia, scilicet quo ad ea in quibus non fuisset præuentus, aliàs secus: ut quia fuisset conuentus pro aliqua causa criminali, coram iudice seculari, tunc enim non prodesset sibi illa reassumptio habitus & tonsuræ quo minus teneatur coram tali iudice respondere, nec quominus fiat executio in eius bonis, sed bene prodesset quo ad hoc ut non fiat executio in eius persona, vel eius persona distringatur, vt patet ex notatis. de oblig. ad ration. in cap. unico secundum Imolam vbi supra.
112 Item & secundò † non prodesset huiusmodi reassumptio habitus, & tonsuræ quando fieret in fraudem, cum tunc hunc effectum non pareret, nec faceret ut gauderet clericus ille priuilegio clericali, pro ut notatur in c. ex parte de cleric. coniugat. & in c. vnico. eo. tit. lib. vj. Quæ omnia nota. sunt enim quotidiana & vtilia.


CONCLVSIONIS & Regulę XCVIII.

ARGVMENTVM.

Decimæ de iure sunt diuino, & non humana constitutione.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Decimas esse de iure diuino, & non humana cõstitutione, ne dum in decimis prædialibus, uerum etiã personalibus secundum cõmunem* ✱ *nu. 2. 3. licet Theologi & alij contra. nu. 3. etiam quo ad quotam earum nu. 4. 5. 10.*
6 *Decimas non soluentes integraliter sunt in periculo damnationis, secundũ communẽ Canonistarum.* ✱
7 *Verba faciens ob quæ auditores retrahuntur à decimarum solutione est ipso iure excommunicatus.*
8 *Theologorum opinio nõ attendenda super lege diuina, ubi in contrarium extat interpretatio ecclesiæ & summi põtificis, etiam si Theologi sancti forẽt, nisi eorundem dictum iuuaretur auctoritate iuris diuini nu. 9. Sed huiusmodi interpretatio non spectat ad priuatum sed ad uniuersalẽ ecclesiã eo. nu.*
10 *Decimæ soluendæ integraliter, nisi aliter consuetudo disponat nu. 11. quæ attendenda est, si angeat quotam earum. nume. 12. Secus si in totum tollat uel etiam minuat inter ecclesias & laicos secundum communem Canonistarum nu. 13.*
14 *Decimæ quòd soluantur est de præcepto morali & iure diuino, etiam respectu quotæ. nisi consuetudo aliud disponat: ut quod soluantur certæ mensuræ uel corbes, siue colligantur siue non nu. 15.*
16 *Intellectus ad cap. in aliquibus. de decim. & nume. 19. 23. & 29.*
17 *Veneti non in uita sed in morte decimas soluunt.*
18 *Decimæ integræ soluendæ, nisi circa personales consuetudo aliud disponeret. Idem in loco ubi prædiales non soluerentur. nu. 20. sed contra nu. 21.*
22 *Consuetudo in non soluendis decimis efficax: quando ecclesia cui solui deberent esset ita diues quòd pro sustentatione ministrorum illis non egeret, & nu. 24. sed contra nu. 25.*
26 *Consuetudo diminuere potest quotam decimarum secundum Theologos, quod uerum si illa approbata foret à Papa expressè, uel saltem tacitè. nu. 27 28. 30. & 31. Dummodo sit consuetudo uniuersalis nu. 32. Imò etiam si esset certi loci. nu. 34. & hoc uerum si super quota diminuendo, secus si in totum illas tollat nu. 36. & hoc uerum si uniuersaliter per totum orbem tolleret nu. 37. aliàs secus nu. 34. saltem quo ad præteritas nu. 39. & hoc si consuetudo fuerit rationabilis & præscripta aliàs non ualeret. nu. 40.*

1 ECIMAS esse † principaliter de iure diuino, & non humana cõstitutione nulli dubiũ esse debet. tex. est apertus in c. tua. de decim. Quod procedit
2 † non solùm in decimis prędialibus, verũ etiam personalibus. vt videtur probari Deuterono. xij. c. circa principium, secundú Innocen. in rub. de decim. quem ibi sequitur D. Nicol. Ad hoc bona Glo. in canone. quicunque. xv. q. vii. quam ibi sequitur Archid. & Glo. si. no-
✱ tabilis & cõiter approbata ✱ in cap. in aliquibus. eo. tit. de decim. & hæc opinio tutior est, secundum Martin. in c. ij. de decimis lib. vj. Quidquid
3 † dicat Archidia. xvi. q. i. canone decimę. & pro maiori parte Theologi, præcipuè mendicantes, quo ad pręceptum de soluendo, uerum esse, ut illud sit de lege diuina morali, sed præceptum de quota soluẽda esse iudiciale seu cerimoniale, unde per ecclesię cõstitutionẽ potuisse terminari alia quota, de quo per Ioan. And. in regula, qui prior
✱ lib. vi. ubi refert istas cõiter tenere ✱ integras decimas deberi, ut uoluit Innocen. in d. rubri. de decim. qui mirabatur de quibusdam nouis prædi
4 catoribus tenentibus oppositum. Pro quo facit † ut colligi potest ex dictis quatuor Doctorum ecclesiæ, solutionem etiam quotæ ipsarum decimarum esse de præcepto Euangelii, ut apparet ex dicto Augustini. xvi. q. i. reuertimini. & xvi. q. vii. maiores. & Ambrosii ead. quæst. canone quicũq; & Gregorii eadẽ quæst. canone peruenit. & Hie-
5 ronymi eadẽ xvj. q. i. apostolicis. De quo † nõ ambigendũ, ex quo declarauit ecclesia pertinere ad
6 pręceptũ diuinũ, ut d. c. tua. & ideò † omnes nõ soluentes decimas esse in periculo damnationis, &
✱ nisi integraliter secũdum cõem opin. Canonistarũ ✱ de qua per D. Antonium in c. parochianos. eod. titu. de decim. ubi Do. Nicolaus, & in d. c. in ali-

quibus

7 quibus.eod.titu.& in dicta rub. Adeò † quòd secundum eum proferens uerba ob quæ auditores retraherentur ab earum solutione esset ipso iure excommunicatus, & quasi suspectus de hæ-
8 resi, ut in Clemen. cupientes de pœnis. Nam † & si motiua Theologorum multum arctent, tamen in dubijs super lege diuina, & ex ea resultantibus potius standum est ecclesiæ & summi pontificis interpretationi, quàm Theologorum etiam sanctorum: ut in c. per uenerabilem. qui fil. sint legit. secundum Do. Antonium in dicto cap. tua. Ad hoc bonus text. iuncta Gloss. xx. dist. cap. j.
9 secundum quam Glo. hoc uerum, nisi † Theologorum dictum iuuaretur auctoritate iuris diuini, sed † de hoc secundum eundem Do. Nicol. in d. cap. tua. non spectat ad personam priuatam determinatio, sed ad uniuersalem ecclesiam, satis
10 est † quo ad propositam materiam quòd Papa nō solum in iure antiquissimo, ut in Decretis, sed etiam in iure antiquo, ut in Decretalibus, & in iure nouo & nouissimo: ut in vi. & in Clementinis semper mandat ipsas decimas integras sol-
11 ui, quod † uidetur procedere nisi aliter consuetudo disponat, quę & qualis in ijs ualeat ut colligi potest ex dictis dictæ Glo. finalis in dicto cap. in aliquibus. & ibi Innocen. Hostien. Ioannis And. Do. Antoni. & Do. Nicola. concludi
12 potest, quòd † Aut consuetudo disponit augumentando quotam decimarum, & ualeat talis consuetudo, cum possit super iis disponere, ut ipsę decimæ debeantur, etiam vbi lege diuina non deberentur, ut uidetur innuere text. in dicto cap. in aliquibus. circa finem. ibi, vel consuetudine, secundum Ioannem And. id enim non est contra legem diuinam. Ad hoc quod notatur in c. super iis. de consanguin. & affinit.

13 Aut ipsa consuetudo † disponit super ipsis decimis earum quotam diminuendo uel in totum tollendo, & tunc, aut inter clericos seu ecclesias, & laicos, ita quòd ipsi laici tali consuetudine iuuari uolunt, & tunc dicendum est quòd talis consuetudo non ualet, nec ipsos laicos excusat, etiam si disponat super quota ipsarum decimarum, eam diminuendo: vt uoluit Glo. in d. cap. in aliquibus. & in dicto canone quicunque. & Innocen. in d. rub. & ita communiter tenetur per Ca-
* nonistas * Ex quo † pręceptum de decimis sol-
14 uendis etiam respectu quotæ est morale, & de iure diuino, ut supra dictum fuit, Quod licet regulariter uerum sit, tamen fallit.
15 Et primò: † quando ipsa consuetudo disponeret non tollendo ipsas decimas, sed quòd soluantur certæ mensuræ uel corbes pro decima, siue colligantur siue non, prout est de consuetudine Theutonicorum, cum talis consuetudo ualeat ratione
16 incertitudinis, & ita intelligi † potest text. in d. c. in aliquibus. in fin. secundum Io. And. ibi, & D.
* Nicol. quod & cōiter tenetur. * Quod facit † pro
17 Venetis qui non in uita sed in morte soluunt decimas, secundum D. Nicol. in eod. cap. in aliquibus. de quo plenius ibi per eum.
18 Secundò fallit † in decimis personalibus, in quibus ualet cōsuetudo talis, licet illæ debeantur de iure diuino. xxiii. q. v. dicat. scd'm Host. quem refert, & sequitur Io. And. vbi supra, & ita intelligi
19 poterit tex. † in d. c. in aliquibus, sed certè hoc dictum procedere posset si teneatur quòd decimæ personales non sint debitæ ex lege diuina, sed ex consuetudine: ut tenuit ipse Host. in eo. c. in aliquibus. Sed tenendo quòd sint debitæ de iure diuino, pro ut & communiter tenetur vt supra pa-
* tet, * & tunc consuetudo nō ualeret, ut sentiunt in eo. c. D. Anto. & D. Nicol.
20 Tertiò fallit † in locis in quibus decimæ etiam prædiales non soluuntur, cū tunc non soluentes non peccent, sed excusantur. videtur enim tunc Papa cum eis dispensare saltē quo ad præteritas, ut uoluit Hostiē. in c. à nobis. de decim. pro quo facit c. nō est. eod. tit. dum mandat ibi non soluentes excōmunicari si sint negligentes secundū
21 D. Nicol. Quod tamen † non transit sine dubitatione. Imò & Glos. in c. j. de decim. lib. vj. videtur hoc reprobare. sunt enim decimæ de iure diuino, quod omnes ligat, & à quo nemo excusatur, prout notatur in cap. fina. de consuetud. & C. de iniu. uoc. l. ij.
22 Quartò fallit, quādo † ecclesia cui solui debēt ipsę decimæ esset ita diues & opulenta q̄ nō egeret ipsis decimis, pro sustentatione ministrorū, cum tunc ualeat talis cōsuetudo ita disponēs q̄ nō soluantur, prout uoluit in d. c. in aliquibus. Hostien. de decimis personalibus loquens, secundū quod
23 ita intelligi potest † text. in d. cap. in aliquibus, quod etiam uoluit Archidiac. in dicto canone.
24 decimæ. dicens † quòd præceptum de soluendis decimis est morale solum quando ecclesia eis indiget pro sustentatione ministrorum: aliàs in quantum soluunt, ut honorabilius uiuant, & tūc est iudiciale, propter quod consuetudine tolli po
25 test, ut ibi plenius per eum. Quod † tamen non transit sine dubitatione, cum prout communiter tenetur per Canonistas tale præceptum sit ex toto morale ut supra conclusum fuit.
26 Quintò fallit: † quando consuetudo disponeret super quota ipsarum decimarū eam diminuēdo, non aūt in totum tollendo, cum ualeat talis consuetudo & excuset, ut tenent communiter sacri
27 Theologi, quorū † dictū procedere posset quādo talis consuetudo esset approbata à Papa expresse uel saltē tacitè sciēdo & tolerādo, ut infra patebit cum aliàs non ualeat nec excuset tenendo ut tenēt communiter Canonistę q̄ pręceptum de decimis sit ex toto morale, & hic quo ad substantiā & quotam: ut supra plene dictum est.
28 Sextò fallit: † qn̄ talis cōsuetudo esset approbata à Papa, cū tūc ualeat talis cōsuetudo & excuset,
29 ita ꝓcedere poterit † tex. in d. c. aliquibus de de-
30 cimis. Quod ꝓcedit † sine dubio qn̄ ipse Papa eā expresse approbat, & hoc uoluit Glos. in dicto c.
31 in aliquibus. imò † & si sciat, & toleret idem esset

dicendum,prout uoluit D.Antonius in dicto c.
parrochianos.per ea quæ habentur in c. quia cir
ca.de cons.& affi.& iiij.dist.canone.in istis §.le-
ges.& in c.i.de treuga & pace. & in Cle.j.de æta.
& qual.ut per ipsum D.Anto.plenius ibi.ubi di-
cit ꝙ talis consuetudo à Papa approbata excusat,
32 dummodo†sit consuetudo uniuersalis,id est uni
uersi populi uel prouincię.Sicut est in Italia,vn-
de excusantur nõ soluentes à peccato,per notata
33 in d.c.qa circa.& in d.canone leges.Secus†si sit
cõsuetudo certi loci.Nã cũ talis nõ habeat bonũ
initiũ non excusat,ut uoluit D.Anto.ubi supra.
34 Sed imò†idem esset si esset consuetudo certi lo-
ci,dũmodo ipse Papa expressè ipsam approbet ,
vel saltem tacitè sciendo & tolerando pari ratio
ne,cum tunc excusaret & multo fortius, per nota
ta in c. à nobis.de decim.Quod procedere posset
35 quando†cõsuetudo disponeret super quota ip-
sarum decimarum eam diminuendo,cũ tunc ta-
lis cõsuetudo excusaret sic à Papa approbata ex-
pressè uel saltem tacitè foret sciendo & tolerãdo,
prout uoluit d.Gl.in d.c.in aliquibus. Quod &
pium & benignũ est tenere ad saluãdũ multas ani
mas,licet sine dubio nõ procedat, prout & sentit
ipse D.Nicolaus in proximè allegato cap.
36 Si uerò,†ipsa consuetudo disponat super ipsis
decimis eas in totũ tollẽdo, & tunc non ualebit
ẽt si à Papa sit expressè approbata, per notata in
37 d.c.à nobis.& hoc quando†ipsas decimas uniuer
saliter,& per totum orbem tolleret,per notata in
38 d.c.à nobis. Si uerò†ipsa cõsuetudo nõ tolleret
ipsas decimas in totum sed particulariter in cer-
tis locis,& tunc talis cõsuetudo excusaret, nõ so-
lùm si sit expressè approbata à Papa, ut supra di-
ctũ fuit,sed ẽt si esset approbata tacitè:ut quia Pa
39 pa sciret,& toleraret,saltem† quoad præteritas,
cũ ita tolerãdo uideatur præteritas remittere, cũ
remittere possit,ut nota.in d.c.à nobis. Et hoc si
40 †talis consuetudo fuerit rationabilis,& præscri-
pta,cũ aliàs non ualeret,per notata in c.fi.de con
suetud.Ad hoc quod notatur in Clem.generalẽ.
de æta.& quali.& istud æquius & benignius est
tenere ad euitandum peccatum,licet non proce-
dat sine dubio,ut & sentit ipse D.Nicol.in eo.c.
in aliquibus.loquendo de consuetudine super de
quota ipsarum decimarum:de quo me remitto de
terminationi sanctæ matris ecclesiæ. quæ non
potest errare.

CONCLVSIONIS
& Regulę XCXI.

ARGVMENTVM.

Clericis ao ad decimas teneantur.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Clerici imò et epi tenentur ad decimas prædiales, ac etiã quilibet possessor etiã pro prædijs ecclesiæ. nu.2. Idem si assignata forent pro dote ecclesiæ.nu. 3. secundum cõmunem ✲c. nisi ecclesia excusaretur priuilegio.nu.4. uel consuetudine.nu.5. uel compositione inter clericos inita. nume.6. quæ uera sunt cum prædia sita sunt in aliena parochia. aliàs secus. nume. 7.*
8 *Clerici nec ecclesiæ soluere tenentur decimas personales de acquisitis manibus ministrorum. & numero 9.*
9 *Intellectus ad c.nouum.de decim.*
10 *Clerici decimas soluere non tenentur de acquisitis non pleno iure nisi ecclesiæ unde sunt præbendæ: aliàs tenerẽtur decimas soluere.nu.11. Idem si id constaret in fructibus præbendarum ex earum prædijs. nume. 12. secus si clericus tales reditus faciat suos.nu. 13. et hoc si consuetudo ita disponeret.nume.14.*
15 *Clericus de acquisitis pleno iure decimas soluere tenetur.*
16 *Clerici decimas soluere tenentur summo Pontifici, si eas uelit, & id quo iure procedat, tenentur etiam soluere rectori parochiali illius ecclesiæ in qua per annum audiuit diuina & percepit ecclesiastica sacramenta.nume.17. & si in pluribus ecclesijs audiuit,fienda est diuisio.nu.18.*
19 *Clerici etiam seruientes ecclesiæ, illi ecclesiæ ad decimas personales tenentur, & postea diuidebunt inter ipsos, & id quare ibi declaratur.*



1 IQVAERATVR †an ecclesia uel clericus teneatur ad
decimas, dicendum est ꝙ aut
loquimur de decimis prædia-
libus, aut de decimis persona-
libus, si de prædialibus, & ad
istas decimas tenentur non solum clerici,sed etiã
ipsi episcopi.Imò & quilibet possessor tenetur ad
huiusmodi decimas illi ecclesiæ, in cuius paro-
chia sita sunt prædia, ut voluit Io.Aod.post Ho-
stien.in cap.nouum.de decimis. per id quod ha-
betur a vi.quæstio.prima.can.laicus.& illi tenen-
tur ad istas decimas non solùm pro prædiis pro-
prijs ut uoluit Glo. prima. in dicto. c. nouum.
2 sed etiam†pro prædiis ecclesiæ, cum ecclesia te-
neatur ad ipsas decimas prædtales ipsi ecclesiæ in
3 cuius parochia sunt sita prædia,etiam†si talia prę
dia sint assignata pro dote ipsi ecclesiæ, prout no
tatur in c.j.de censib.& uult D.Nicol.in d.c.no-
✲ uum.& communiter tenetur.✲ quod licet uerum
sit regulariter,tamen fallit.
4 Et primò:†quando ipsa ecclesia excusaretur pri
uilegio à talium decimarum solutione,ut est ca-
sus in c.ea parte.de decimis.
5 Secundò fallit:†quando ipsa ecclesia,ab huiusmo
di decimarum præstatione consuetudine excusa
retur.c.ad apostolicæ.eod.tit.de decimis.
6 Tertiò fallit:† quando compositione inter ip-
sos clericos inita excusaretũ. c.ea multiplici.eo.ti
7 tu.Et hoc uerũ † qñ prędia essent sita ĩ aliena pa-
rochia,aliàs si prædia ecclesiæ essent sita in pro-
pria

pria parochia, & tunc non teneretur soluere decimas, secundum D. Nicol. in eod. c. nonum.
8 Secundo uerò casu quando loquimur † de decimis personalibus, & tunc si loquimur de acquisitis ecclesiæ manibus ministrorum, & tunc ipsæ ecclesiæ uel eorum ministri non tenentur de talibus acquisitis decimas soluere: ut uoluit Inno. in
9 d. c. nouum. † intelligendo sic secundam partem dicti tex. vnde non tenetur monasterium soluere decimas de acquisitis sibi ex operibus monachorum, uel aliorum seruientium, per text. dicti cap. secundum Innocentium.

Si uerò loquimur de acquisitis ipsis clericis,
10 † & tunc si de acquisitis eisdē nō pleno iure, sed quo ad usum seu usumfructū, ut sunt acquisita ex fructibus præbendarū, & sīc talia quę dantur ecclesiis, adeò q ipsi clerici de eis testari non possint, iuxta notata in c. præsenti. de offi. ordi. in vj. de eis non tenetur soluere decimas quantumcūq; ipsi præbendati audiuerint diuina in aliena paro-
11 chia, & hoc † nisi ecclesiæ vnde sunt præbendæ aliàs teneantur soluere decimas aliis ecclesiis, secundum Inno. & Ioannem And. in eo. c. nouum.
12 quorum dictum † procedere posset in fructibus præbendarum qui percipiuntur ex prębendis qui non consistunt in prædiis, sed in portionibus: ut quia cuilibet canonico detur tantum puta centum, aliàs si consistant in prædiis cum sint prędiales decimæ debentur ecclesiæ in cuius parochia
13 sita sunt prædia: sed imò † et si ea quæ percipiuntur ex præbendis non consistant in fructibus prædiorum sed in aliis, nihilominus ex quo talis præbendatus facit tales reditus suos, iuxta notatā in cap. relatum. el secundo. & in c. requisisti. de testam, & in dicto c. præsenti. de quo plenè, in alia nostra conclusione discussum est, tenetur de eis soluere decimas personales, sicut & de alio lucro, secundum D. Antonium in d. c. nouum. cuius di-
14 ctum † procedere posset, quando talis præbendatus faceret tales reditus suos, ut quia consuetudo ita disponeret, prout disponere potest, secundum quod notatur in regula; nemo. libro sexto. aliàs si non facit fructus suos, sed solum habet illos fructus ut inde uiuat, & superfluum in usus pios conuertat, prout notatur xii. quæst. i. §. si. non tenetur ex eis soluere decimas, secundum D. Nicol. ubi supra, de quo tamen dicendum est, prout in alia cōclusione plenè diximus.
15 Si uerò loquimur † de acquisitis ipsis clericis pleno iure, puta ex eorum industria uel labore, & tunc de eis tenentur soluere decimas, ut est expressum in d. c. nouum. in secunda parte secundum ipsum Inno.
16 Et quia posset dubitari † cui soluere teneantur ipsas decimas. & circa hoc cōcludi potest, q quandoq; quæritur an teneātur soluere decimas summo pontifici, & dicendū est q sic, si ipse summus pontifex uelit, cum quilibet eidē immediatè subsit. c. iij. de off. ord. & quod habetur in extrauagā. vnā sanctā. Bonifacij viij. ipse tū summus pontifex non utitur hoc iure, cum possit quando vult decimam, uel uigesimam, uel aliam quotam exigere pro recuperatione terræ sanctæ, uel alia de causa, secundū Hosti. Ad hoc quod not. in Clem. ij. de decim. secundum D. Nicol. ubi supra, qui dicit hoc procedere de potestate papæ absoluta, cū de ordinaria non possit decimas exigere, ex quo hoc non reperitur iure cautum.
17 Quandoq; uerò quæritur † an teneātur ipsi clerici soluere decimas alii inferiori à papa, & dicēdum est q sic, cū teneantur soluere rectori parochiali illius ecclesiæ in qua per annum audiuerint diuina, & perceperint ecclesiastica sacramenta. xvj.
18 q. j. can. quæsti. & c. ad apostolicam. de deci. et † si in pluribus ecclesiis audiuerint diuina, & tunc nō erit malum, secundum Inno. q auctoritate superioris diuidantur, per not. in d. c. relatum. in fine;
19 Imò plus: quia si clericus sacerdos † uel prælatus ab ipsa ecclesia pcipiat ecclesiastica sacra, debebit soluere decimas personales illi, licet enim illi seruiant ecclesię & ministrent alia ecclesiastica sacramenta; tū ex nomine ecclesiæ sacramenta ministrant, etiam sibi ipsis, vñ soluent decimas sibi ipsis. facit. c. per uenerabilem. qui fil. sint legit. & postea diuident inter eos, uel in utilitatē ecclesiæ conuertent: arg. c. cum nos. de off. ordi. secundum ipsum Hosti. secundum quem cōuenientius est q inferior soluat suo superiori spiritualia ministranti, tamen Ioan. And. in dicto c. nouum. tenet in istis personalibus decimis standum esse cōsuetudini, non solum in clericis sed etiam in laicis ut superius discussum fuit.

CONCLVSIONIS & Regulæ C.

ARGVMENTVM.

Compositio super decimis quando, & inter quos fieri possit.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Compositio super decimis facta papæ auctoritate ualet.*
2 *Intellectus ad c. statuimus. de decim. & nu. 4. 7. 10. 13. 18. & 25.*
3 *Compositio fieri potest super decimis personalibus, etiam cum laicis, cum superioris auctoritate, secus super prædialibus. nu. 5. nisi fieret super illis inter clericos. n. 6. uel īteruenīret papæ auctoritas. n. 8.*
9 *Compositio fieri potest super decimis de epi auctoritate ubi illæ de consuetudine non soluuntur. Idem si subesset iusta causa. nu. 12.*
11 *Præscriptio uel consuetudo in decimis operari non possunt.*
12 *Compositio super decimis ualet ex iusta causa, & hoc in præteritis. nu. 14. et 20. imò etiā in futuris. n. 15. quod uerū est, si fieret ad tēpus. n. 16. et n. 21. Idem si fieret sup tēpore fiendæ solutionis. n. 17. uel*

fieret super decimis minutis. nu. 19. uel quòd annuatim debeat solui certa quantitas, siue recolligatur siue nõ. nu. 22. et tunc si quantitas esset congrua. nu. 23. Idem si ius ecclesiæ esset dubium. nu. 24. & tunc si compositio tendat ad utilitatem ipsius ecclesiæ. nume. 26.

1 OMPOSITIO † super decimis quando, & inter quos fieri posit, & cuius auctoritate uideamus. & certè uidetur decisum in cap. statuimus. extra de decimis. scilicet factam auctoritate episcopi ualere, licet ipsæ decimæ sint de
2 iure diuino, sed an † dictum cap. intelligatur inter clericos seu personas ecclesiasticas, & an propterea præiudicetur successori, plenè per Innocentium, Ioannem And. Imolam & D. Nicolaum in dicto cap. statuimus. quorum & aliorum dicta recolligendo, eaque simul iungendo dici potest,
3 † quòd aut loquimur in decimis personalibus, & cum in eis consuetudo operari posit, prout supra est discussum, poterit in eis fieri compositio, etiam cum laicis interueniente auctoritate supe-
4 rioris. & ita † procedere poterit dictum c. statuimus. prout ibi uoluerunt Imol. & D. Nicol.
5 Aut loquimur † in decimis prædialibus, & cũ in eis consuetudo operari non posit, prout notatur in dicto cap. decimæ. & in dicto cap. quicũq; & in dicto cap. in aliquibus. & ut supra plenè dictum est, non poterit in eis compositio seu transactio fieri, cum integraliter sint soluendæ: ut in dictis iuribus. quod licet uerum sit, & regulariter procedat, tamen fallit.
6 Et primò: † quando fieret inter clericos, cum
7 inter eos posit fieri, ut est casus † in dicto cap. statuimus. secundum vnum intellectum Gl. Ad hoc quod habetur in c. ij. de decimis. & in cap. ad apostolicæ. eod. titu.
8 Secundò fallit: † quando interueniret auctoritas papæ, prout uoluit Glo. in eodem cap. statuimus. & prout notatur in c. pen. de confir. util. uel inuti. & in c. à nobis. de decim.
9 Tertiò fallit: † quando talis transactio seu compositio fieret in locis in quibus de consuetudine non soluuntur decimæ, cum in eis posit fieri compositio de auctoritate episcopi, cũ per hoc consulatur ecclesiæ, vnde ualet: arg. eorum quæ notantur in c. cum apostolica. de hiis quæ fiunt à
10 prælat. & ita procedere poterit dictum † c. statuimus, prout Glo. ibi dicit, quę opin. satis est æqua,
11 licet fortè de iure non procedat. Cum † præscriptio uel consuetudo in ipsis decimis operari non posit: ut d. c. à nobis. & d. c. in aliquibus. secundũ Imol. in eod. c. statuimus.
12 Quartò fallit: † quando subesset iusta causa: ut quia fortè ille qui debet soluere est pauper, & nõ potest bene sustentare familiam suam, si integraliter soluat decimas, cum tunc posit transactio seu compositio fieri cum eo interueniente aucto-
13 ritate epi. & ita intelligi poterit idẽ † c. statuimus. Ad hoc quod habetur. xvj. q. j. quidquid. & xij. q. ij. aurum. & istud uoluit Hostien. in summa
14 de decim. §. fin. versiculo viij. quod † uidetur satis procedere in decimis præteritis, secundum Imol. ubi supra. Ad hoc quod notatur in l. de alimentis.
15 C. eod. titu. & in dicto canone decimas. Imò † & in futuris, cum eadem ratio sit, & per consequens idem ius. c. translato. de constit. secundum Imol.
16 Quod fortè uerum est † quando fieret ad tempus, prout uoluit D. Nicolaus in d. cap. statuimus. per notata in cap. ij. de hiis quæ fiunt à præla. de quo & infra dicetur.
17 Quintò fallit: † quando talis transactio seu cõpositio fieret super tempore fiendę solutionis ipsarum decimarum, cum & tunc ualeat saltem de auctoritate episcopi. & ita intelligi poterit di-
18 ctum † c. statuimus. Ad hoc quod notatur in d. c. pęnul. secundum Imolam.
19 Sextò fallit: † quando talis transactio seu compositio fieret super decimis minutis, cum in eis posit consuetudo operari, prout notatur in dicto cap. in aliquibus. & in dicto cap. quicumque. vnde poterit in eis compositio fieri auctoritate episcopi. Ad hoc quod notatur in c. j. de decimis. in vj. secundum Imol.
20 Septimò fallit: † quando fieret super decimis præteritis, cum in eis fieri posit interueniente auctoritate ipsius episcopi, cum tunc uideatur fieri potius super fructibus, quàm super iure. & hoc uoluit D. Nicolaus in dicto c. statuimus. argumento c. finalis de rerum permut.
21 Octauò fallit: † quando fieret ad tempus talis transactio seu compositio, cum ad tempus fieri posit interueniente auctoritate episcopi, prout uoluit D. Nicolaus in d. c. statuimus. argu. eorum quæ habentur in c. ij. & iij. de hiis quæ fiunt à prę lat. circa quod dicendum est, prout nota. in d. c. à nobis. & in c. ex multiplici. de decim.
22 Nonò fallit: † quando fieret talis transactio uel compositio per quam soluatur certa quantitas annuatim, etiam si nihil recolligatur, cum compositio ratione incertitudinis uideatur tolerari, sicut consuetudo, prout voluit Ioann. And. in dicto c.
23 in aliquibus. Quod uerũ est: † quando talis quãtitas esset cõgrua arbitrio boni uiri, & præsertim si cõiter consueuit recolligi. Ad hoc quod habet in l. à lege. C. de usur. secundum Imol. ubi suprà.
24 Decimò fallit: † quando ius ecclesiæ esset dubium, ut quia laicus allegaret nimiam paupertatem, uel priuilegium. quod tamen non esset clarum, cum tunc posit compositio seu transactio fieri cum auctoritate superioris. & ita procedere
25 poterit textus † in d. cap. statuimus. secundum D. Nicol. per nota. C. de pact. l. pactum curatoris. & xij. q. ii. sine exceptione. quod intellige uerum,
26 † si talis transactio seu compositio tendit ad utilitatem ipsius ecclesię, prout nota. in dictis iurib. & in præcedentibus conclusionibus est plenè discussum.

CONCLV-

CONCLVSIONIS & Regulæ CI.

ARGVMENTVM.

Ciuitatis, urbis & diœcesis appellatione quid contineatur.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Ciuitatis appellatione quod muris cingitur continetur.*
2 *Vrbis appellatione, quod muris cingitur continetur.*
3 *Ciuitatis nomine præposito, si adijciatur nomen proprium, puta Perusii, uel ciuitas Perusina, adhuc quod muris finitur continetur. secus è contrà secundum communem ✱ nu.4.10. præterquàm in ciuitate Romana. nu.5.*
6 *Ciuitatis nomine & si illud quod muris finitur contineatur, tamen si aliud appareat de mente disponentis seu concedentis, illa sequenda.*
7 *Romæ morari uidetur, qui in continentibus ædificijs moratur.*
8 *Ciuitatis nomine & si illud quod intra muros est contineatur, tamen secus, quando dispositio esset inutilis, uel frustratoria, & de facili posset eludi.*
9 *Intellectus ad c. si ciuitas. de senten. excommu. lib. vi.*
11 *Ciuitatis nomine & si quod muris cingitur contineatur: secus si ponatur pro populo, uel hominum coadunatione. & num. 12. quod qualiter procedat uide num. 13.*
14 *Ciuitatis appellatione id continetur: quod usus regionis, uel consuetudo loquendi demonstrat.*
15 *Ciuitatis appellatione in beneficijs principum, etiam territorium continetur, secundum communem. ✱ nisi propterea tertio præiudicium fieret nu.16.*
17 *Ciuitatis appellatione & quæ extra muros sunt continentur in priuilegijs, quinimò etiam diœcesis nu. 18. nisi priuilegia essent odiosa nu.19.*
20 *Ciuitatis appellatione in materia indifferenti uenit etiam territorium, & sic diœcesis & è conuerso. & nu.21. licet aliàs unum non ueniret appellatione alterius nu.22.23. & hoc in statutis & priuilegijs fauorabilibus & non odiosis. nu.24.*
25 *Villæ & castri appellatione ea ueniunt quæ respectiuè dicta sunt in ciuitatibus appellatione.*



1 CIVITATIS appellatione † regulariter quod muris cingitur, cõtinetur. l. nam quod liquidè. §. penultimo. ff. de penu. legat. & ibi Glos. & Bart. Idem Bart. in l. ij. ff. de uerb. signif. & Bart. in l. sed & reprobari. §. fina. ff. de excus. tutor. textus est in c. si ciuitas. de senten. excommun. lib. vi. & ibi Bal. Glos. in c. si statutum. in uerbo, ciuitatibus. de rescript. lib. vi. Petrus de Ancharano in c. felicis. de
2 pœnis eodem libro vi. Idem † dicendum urbis appellatione, cum urbs & ciuitas sint idem. l. præscriptio. C. de operib. publ. & l. singulorum. C. de ædific. priuat. secundum Bart. in d. l. ij. argumento dicti c. si ciuitas. & idem Bart. in d. §. fin.
3 Ampliatur † idem fore dicendum, si præposito nomine ciuitatis adiiciatur nomen proprium illius: utputa si diceretur, ciuitas Perusina, cum tunc etiam id ueniat quod tantum muris finitur, cum nomen illud proprium censeatur adiectum causa demonstrandi non ampliandi: argumento l. si cõmunis seruus. ff. de stipul. seruor. & ibi Azo. secus
4 † è contrà, si proprium nomen ciuitatis præponeretur, dicendo, Perusina ciuitas, cum tunc potius censeatur sic dictum causa ampliandi, & ideò continentia ædificia includit: considerandum est igitur quòd præcedat secundum Azonem, quod & tenuit etiam Rayner. quos sequutus est Bart. in d. l. ij. & in d. §. finali. licet ibi corruptè in aliquibus libris eius lectura legatur. Quod & tenet Bald. in d. c. si ciuitas. quidquid in contrarium uideatur uelle Accursius in dicta l. ij. in Glo. i. dum uult nõ referre an præponatur uel postponatur. & pro opinione Azonis & Raynerij secundum Bart. facit l. nam quod liquidè. §. si ita legatur. ff. de penu legat. & cum prædictis cõmuniter transeunt Do
✱ ctores. ✱ Quod tamen † non procedit in ciuitate
5 Romana, cum & si ciuitatis nomen præponatur, nihilominus continentia ædificia includit. l. ut Alphenus. l. ædificia. & l. qui in continentibus. ff. de uerb. sign. secus in aliis secundum Bar. in d. l. ij.
6 Fallit & primo: † quando aliud appareret de mente disponentis, seu concedentis, cum illa sequenda sit. c. penultimo. de concess. præben. ut est in casu c. statutũ. §. i. de rescrip. lib. vi. & ibi Glos. in uerbo ciuitatibus, ubi statuitur, causas à sede àpostolica non delegandas, nec tractandas, nisi in ciuitatibus ob præsumptam ibi à lege copiam peritorum, cum tunc continentia ædificia includantur, quod ideo est; quia causa prohibitionis cessat pariter in suburbiis. ridiculum est enim si in ciuitate adest copia peritorum, quod & ea adesse non dicatur etiam in suburbiis, secundũ
7 Archidiac. & Ioannem Andr. ibi. Nam † qui in continentibus ædificijs moratur, Romæ morari uidetur. l. qui in continentibus. & l. qui ædificia. & l. pupillus. §. incola. ff. de uerb. signific.
8 Secundò fallit: † quando aliàs dispositio esset inutilis & frustratoria uel de facili posset deludi: ut est in casu dicti c. si ciuitas. de senten. excõmu.
9 lib. vi. † ubi habetur quòd interdicta ciuitate, suburbia & continentia ædificia interdicta esse intelliguntur, & ratio specialitatis redditur ibi in textu. ne aliàs uilipendi ualeat sententia interdicti, quod esset si in suburbiis & continentibus ædificiis celebrari posset, & diuina audiri, & sic absurditatis uitandæ gratia latior fit interpretatio, secundum Bart. in d. l. ij. ff. de uerb. signifi. & D. Nicolaum in c. Rodulphus. de rescript. Ad hoc l. i. ff. ad municip. secundum Bart. in l. fin. ff. de constit.
10 Tertiò fallit † ut plenè supra in ampliatione demonstratum est, quando nomen proprium ciuitatis proponeretur, dicendo Perusina ciuitas, cum

tunc

tunc contineantur suburbia & continentia ædificia; secundum Azunem Rayner. Bart. & Bald. de quibus supra.

11 Quartò fallit: † quando ciuitas non poneretur pro loco: ut ponitur in l. ciuitas. ff. si cert. petat. cum tunc muro finiatur, dicta. l. lj. ff. de uerb. significat. dicto cap. si ciuitas. & l. Alphenus. ff. eodem titulo. sed poneretur pro coadunatione hominum seu populo, ut si legetur ciuitati Perusij cum hominibus legatum censeatur. l. ciuitati-
12 bus. ff. de legat. i. Item † quando condemnaretur ciuitas, eum & tunc de omnibus hominibus subditis intelligatur. ut l. qui ex uico. ff. ad munici-
13 pal. quod † uerum est secundum D. Nicolaum in dicto cap. Rodulphus. in materia communi ciuibus & comitatiuis, & sic cum ponitur prò personis continentur etiam rustici. l. finali. C. de nundin. & eius appellatione ueniretne dum incolentes suburbia & continentia ædificia, uerum omnes de territorio, seu comitatu, secundum Bart. in d. l. ij. & ibi per Glos. & per Bart. in l. li finita. §. ex hoc edicto. ff. de damn. infect. & in consilio, quod incipit. Ciuitati Camerinensi.

14 Quintò fallit: † ubi usus loquendi: uel regionis consuetudo aliud induceret, cum etiam in illis locis standum sit. e. ex literis. de sponsal. l. nummis. ff. de legat. iij. secundum Ioannem And. in d. c. si ciuitas. de senten. ex com. libro vi.

15 Sextò fallit: † in principum beneficijs in quibus appellatione ciuitatis etiam territorium continetur. l. i. §. cum urbem. ff. de offic. præfect. urbi. & ibi notatur in uerbo commisserimus. ibi, largissima fieri per Vlpianum expositio, quod & uoluit Barto. in dicta. l. ij. & in l. finali. ff. de constitut. princip. per l. si quando. C. de bonis uacant. libro x. & ibi Barto. & in l. si finita. § ex hoc edicto. ff. de damn. infect. Quod & communiter ✻ tenetur. ✻

16 Sublimitatur tamen † quando ex tali larga interpretatione fieret præiudicium tertiò, & sic alteri quàm concedenti, cum tunc etiam in quantum tangeret præiudicium alterius, strictè esset intelligenda, ut muris terminaretur: argumento l. ff. ne quid in loco publico. l. ij. §. si quis à principe. ut uoluit Compostellanus in cap. causam quæ. de rescript. & Barto. in dicta l. finali. ff. de constitut. de quo plenius in subsequenti conclusione. Et exinde elicies alias ad regulam istam limitationes, & sublimitationes.

17 Septimò fallit: † in priuilegiis, in quibus larga fit interpretatio, & ita procedere poterit quod dicit Ioannes Andr. in dicto cap. si ciuitas, ubi tenet appellatione ciuitatis includi ne dum ipsam, suburbia. & continentia ædificia, sed etiam adiacentia, pertinentia & territoria: argumento. l. i. ff. de offic. præfect. urb. & l. si quando. C. de bon. uacant. libro x. cum similibus secundum eum. Idem Bald. in d. c. si ciuitas. pro quo facit textus in eodem c. si ciuitas. ibi, interpretationem laxiorem, qui uidetur uelle quòd ex larga interpretatione comprehenduntur. Quinimò tunc ueniret
18 † etiam diœcesis secundum Ioannem Andr. post Hostié. in c. i. de offic. ordina. lib. vi. & Petrum & Abbatem quos refert Laudunus in Clementina ne Romani. de elect.

Quod licet uerum sit, est tamen sublimitandū
19 † non procedere: quando priuilegia essent odiosa, ut quia essent contra ius, cum tunc appellatione ciuitatis nōn ueniret, quod esset extra muros, secus si essent præter ius: uel in præiudicium concedentis, cùm tunc largè essent interpretanda, secundum Barto. in dicta l. finali. ff. de constitut. & c. olim. de uerb. signifi. & cap. si canonici. de officio ordin. libro vi. Ad hoc Glos. & ibi Innocent. & D. Nicolaus in cap. Rodulphus. de rescript. & notatur in dicto cap. si ciuitas. & in canone ego Ludouicus. lxiij. distin. & est textus in l. ij. §. merito. & §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publ. secundum Bart. in dicta l. finali, de quo etiam plenius in subsequenti conclusione.

20 Octauò fallit: † quando ciuitas non proferretur nedum in materia larga & fauorabili sed in differenti, cum tunc appellatione ciuitatis ueniat totum territorium, & sic diœcesis, & è conuerso. Adhoc cap. unicū. & ibi Glos. notabilis de rer. permut. libro sexto. & in cap. cum episcopus. de offic. ordinar. eodem libro. & quod notatur per Ioannem Andreæ in capi. primo eodem titulo & libro, quod uidetur uelle Imola & Dominus Nicolaus in dicto capit. Rodulphus. de rescript.
21 Vnde † si in constitutionibus, statutis, uel priuilegiis fieret mentio de diœcesi, uel ciuitate ueniret & alterum, ut uidetur sentire Ioannes Andr. in dicto capitulo primo, cum quo transit Dominus Antonius in dicto capit. Rodulphus. quod & tenuit Petrus & Abbas, ut refert Guliel. de Monte Lauduno in Clementina, ne Roma-
22 ni. de elect. licet † aliàs nomine diœcesis non ueniret ciuitas: dicto capitulo Rodulphus. & c. cum clerici. de uerborum signific. & dicto capitulo si ciuitas. & capitulo penultimo & finali de
23 officio archiepisc. Nec nomine † ciuitatis ueniret diœcesis. duodecima quæstione secunda capitulo finali, lege secunda. ff. de uerbor. significat. l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de arg. leg. secundum Laudunum in dicta Clementina. Quorum di-
24 ctum † procedit in constitutionibus, statutis, & priuilegijs fauorabilibus, & non odiosis, prout uoluit Imola & clarius dominus Nicolaus in dicto cap. Rodulphus.

25 Quæ omnia adaptari possunt † & locum habent in castro & uilla & eorum appellatione, ut est textus in dicto capitulo si ciuitas, & sentit Barto. in dicta l. secunda. circa principium. ff. de uerbor. significat.

CONCLV-

CONCLVSIONIS & Regulæ CII.

ARGVMENTVM.

Priuilegia principumq́ue beneficia latiſsimè interpretanda.

SVMMARIVM.

1 Priuilegia principum & beneficia latiſsimè interpretanda, et ſi eſſent contra ius. & nu. 4. & 6.

2 Princeps concedens domum uel prædium, cenſetur cum ſuis iuribus & pertinentijs conceſſiſſe. Idem ſi caſtrum in feudum concedat, cum omnis iuriſdictio conceſſa uideatur, & ſi ciuitas concedatur caſtra & uillæ conceſſæ intelliguntur, ſecundum communem ☩. nu. 3.

5 Priuilegia non interpretanda ſecundum ius ſed potius amplianda ut uerba diſponunt. num. 6. etiam ſi alteri præiudicium inferatur. nu. 7. & hoc ſi expreſſè cum tertij præiudicio concedantur. nu. 8. & publicè interſit. nu. 9. quinimò, etiam ſi publica non uertatur utilitas, dummodo paruum ſiat præiudicium. nu. 10. & hoc ſi exprimatur. nu. 11. aliâs ſi publica non adeſſet utilitas, paruumq́ue non eſſet præiudicium, ſecus dicendum. nu. 12. ſecundum communem. Niſi fiſcus haberet ius in parte. nu. 13. uel poſſeſſionem haberet rei alterius. nu. 14.

15 Priuilegia ſtrictè interpretanda: quando ſunt contra ius & odioſa.

16 Excedentium ius commune ſtricta facienda interpretatio ſecundum cõem non tamen calumnioſa. n. 17.

18 Priuilegia ſeu principum beneficia & ſi latiſſimè interpretanda: ſecus autem quando ſic intelligendo ad illud non poſſent adaptari. uel ad alterius impetrationem concederentur. nu. 19. uel in contrariũ ſtaret conſuetudo, uel aliàs ſcandalum reſultaret. nu. 20. uel ea ſic intelligendo inutilia eſſent ſecundum communem ☩. nu. 21.

22 Priuilegia & principum beneficia & ſi latiſſimè intelligenda ſint, ſecus in literis impetratis ad beneficia obtinenda, ſed contra. nu. 27. primum communius. nu. 29.

23 Literæ Apoſtolicæ quibus mandatur tibi conferri beneficium non obſtante collatione prius alteri facta, intelligendæ ſunt de inualida, tamen talis clauſula operabitur quòd literæ non erunt ſurreptitiæ, licet facta non ſit mentio de colorata poſſeſſione alterius. nu. 24.

25 Gratia Papæ cum clauſula ut alijs præferatur, intelligitur, ſcilicet his quibus non eſſet ius quæſitum, ſeruatur tamen ut præferatur quibus eſt ius quæſitum ad rem. nu. 26.

28 Legata ſeu conceſſa domo, uidetur conceſſa ſeruitus per aliam rem propriam.

29 Diœceſis appellatione in beneficialibus uenit ciuitas & econtrà: ſed contrarium uerius ſecundum communem. ☩

30 Literarum ad lites ſtricta fienda interpretatio ſecundum communem. ☩ unde in his ciuitatis appellatione non ueniret diœceſis. nu. 31.

32 Literarum beneficialium de iuſtia larga ſit interpretatio.

33 Literæ in forma pauperum ſtrictè interpretandæ, & nu. 34. & 35. niſi eſſent literæ iuſtitiæ. nume. 36. & tunc niſi detraheretur iuriſdictioni ordinarij. nu. 37. vel conceſſæ forent motu proprio. nu. 38. uel aliter appareet & de mente papæ. nu. 41.

34 Eccleſiarum appellatione etiam in materia reſtringibili uenit cathedralis & ipſa metropolitana, ſecus in literis in forma pauperum. nu. 33. etiam ſi poſt datam talium literarum diuideretur diœceſis, & noua fieret eccleſia cathedralis. nu. 39.

40 Communitas quæ promiſit ſalarium aduocato ſi diuidatur in duas, idem ſalarium debet.

42 Priuilegia & principum beneficia licet latè interpretanda ſint, ſecus autem in diſpenſationibus & permiſſionibus.



1 RINCIPVM † priuilegia
& beneficia regulariter latiſſimè
ſont interpretanda. l. fin. ff.
de conſti. l. ſi quando. C. de bo.
uacan. lib. x. & ibi Bar. l. i. §. ini
tio. ff. de offi. præfe. urb. c. cum
dilecti. de dona. in fi. & ibi Glo. fi. c. olim. de uer-
bo. ſignifi. & ibi Gloſ. cum ſimilibus in dictis iu-
ribus notatis.
2 Ex quibus infertur: † quòd ſi Papa uel Impera
tor uel alius concedat domum uel aliã poſſeſsio-
nem de bonis uacantibus, ꝙ intelligatur cũ ſuis
iuribus & pertinentiis conceſſiſſe, et ſi aliter ex-
3 preſſum non fuerit. Idem dicendũ † conceſſo ca-
ſtro in feudum, cũ omnis iuriſdictio uideatur cõ
ceſſa cum illo. Idẽ conceſſa ciuitate, cum cõceſ-
ſa uideantur caſtra & uillæ, quæ ſubſunt ciuitati,
& quæ ſunt de eius comitatu: argum. dictorũ iu
rium & ibi per Bart. & Doctores. Quod & com-
☩ muniter tenetur, ☩ præcedens regula amplia-
4 tur † procedere etiã ſi dicta priuilegia eſſent con
tra ius, cum ab eorum uerbis non ſit recedendum.
cap. ad audientiam. de decim. in fine. &
cap. porro. cap. paſtoralis. & in capitu. in his.
5 de priuileg. Nam † non ſunt interpretanda ſe-
cundum ius, imò potius contra ius, cum con-
tra ius concedantur, & ſint leges priuatæ: ut no
tatur. iii. diſtin. priuilegia. & in cap. primo. de
conſtitu. lib. vi. & ibi per Gloſſ. in uerbo. noſca-
tur. circa finem. & in rubrica. de reſcriptis. cùm
6 priuilegia † non impetrantur ſecundum ius, me
rito non reſtringuntur ſecundum ius, imò po-
tius amplientur, prout uerba diſponunt: ut uult
Gloſſ. in c. cauſam quę. de reſcriptis. ibi, ſe-
7 cus in priuilegiis. & hoc etiam † ſi ob tale pri-
uilegium alteri pręiudicium inferretur. quod
8 uerum eſt † ſi expreſsè cum tertij pręiudicio con
cedatur. l. ſecunda. §. ſi quis à principe. in fine. &
9 ibi notatur. ff. ne quid in loco publico. & † publi
ca uertatur utilitas. l. item ſi uerberatum. §. fina.
ff. de

ff.de rei uendic.& l.Lucius.ff.de euict.& l.si quis
sepulchrum. circa principium. ff. de religios. &
sump.fun.secundum Glo. in l.fin.C.si contra ius
uel utilit.pub.& ibi Barto.
10 Istud ampliatur procedere † etiam si non uer-
tatur publica utilitas,dummodo ius alterius tan-
gatur cum paruo incommodo: ut dicto §. si quis
à Principe.dicta l.si quis sepulchrum. ibi, ne ui-
cinus magnum patiatur detrimentum. l. ii. C.de
precib. Imper. offerend.quod & sentit ibi Gloss.
in dicta l.fi.& ibi Barto.& Innocen.in c. cum di-
lecti de donat. dum considerat enorme præiudi-
11 cium. & hoc † si exprimatur,ut notatur in dicto
§.si quis à principe.secus si simpliciter,cum nõ sit
uerisimile quòd princeps uelit mutare naturam,
& significationem uerborum, nisi hoc exprimat
dicta l.si quando. secundum Barto.in l.sed & re-
probari.§.si.ff.de excus.tut.
12 Aliàs † ubi publica non uerteretur utilitas &
de graui tractaretur præiudicio priuilegium al-
teri concessum non ualeret,secũdum Glos.in di-
cta l.ii. C.de precib.Imperat.offer.& Glo. in di-
cta l. fin.C.si contra ius uel util. pub.& ibi Bar.&
✻ hoc communiter tenetur. ✻
Quod tamen & si uerum sit regulariter, tamen
13 fallit † ratione iuris quod fiscus haberet in parte
rei l.j.C.de uend.rer.fisc.lib.x. secundum dictam
Glo.in d.l.fin.& ibi Bar.
14 Item fallit † secundum dictam Gloss.& ibi Bar-
tol. ratione possessionis, quam fiscus haberet de
re alterius.
Quibus cessantibus, dicta regula beneficia &
priuilegia latissimè esse interpretanda,fallit.
15 Et primò † quando essent non prçter ius, uel
in præiudiciũ concedentis,sed contra ius & odio
sa,cum tunc stricta sit facienda interpretatio: ut
notatur in c.olim.de uerb.signif.& in c.si cano-
nici.de offic.ordin.lib.vj. secundum D. Nicolaũ
in c.Rodulphus.de rescrip.Nam ut dicit Archid.
in c.quamuis.& ibi Dominicus.de prçben.eo.lib.
16 vi.natura † omnium excedentium ius commune
stricta est facienda interpretatio.xxij. q.ij.cano-
ne hoc tantum.c.tua. de decim.prçcipuè cùm tra
ctatur de tertij præiudicio: argumento dictç l. ii.
§.meritò.& §.si quis à principe.ff.ne quid in loc.
public. secundum Bar. in dicta l. si quando.C.de
bonis uacant.& Innocent. in d. c. cum dilecti.de
donat. & ibi Abbas Ioannes Andr.& Barto.in l.
si finita.§.ex hoc edicto. ff. de damn. infect.& in
dicta l.fin.ff.de constit.principum.Ad hoc c.cæ-
terũ de usu pall. Idem Compostellanus in c. cau-
sam quç.de rescrip.& hoc communiter tenetur
✻ per Legistas & Canonistas ✻ non tamen † calum-
17 niosè sunt interpretanda.c.in his.de priuileg.c.si.
de transla.prçlato.
18 Secundò fallit: † quando uerba priuilegiorum
seu principum beneficiorum largè intelligendo
ad illud non possent adaptari, cum ipsa sint latis-
simè interpretanda, secundum possibilitatem
uerborum, & ab earum forma non recedendum.

cap.porro.de priuil.ubi de hoc.
19 Tertiò fallit; † quando concederentur ad alte
rius impetrationem. cum tunc tanquam ambitio
sa sint strictè intelligenda,c.quamuis. de præben.
lib.vj.ubi de hoc,de quo in cap.quod dilectio.de
consang.& affinit.
20 Quartò fallit: † quando staret consuetudo in
contrarium, & aliàs scandalum resultaret: ut d.c.
quod dilectio.de consang. & affinit. & ibi Gloss.
antepenultima. Hostien.Ioannes And.& D.Nic.
præcipuè propter scandalum,ut in dicto.c.in fin.
& ix.q.iij.conquestus.
21 Quintò fallit: † quando latè interpretando
priuilegium seu beneficium efficeretur inutile,
tunc enim strictè interpretandum foret secun-
dum Ioannem Andr.& Petrum de Ancha. in di-
cto c.olim.de uerbo.signif.& Barto.in l.fin.ff.de
constit princip. per l.sæpe. ff. de offic. presi. ubi
Gloss. hoc uult, cum qua communiter transeunt
✻ Doctores. ✻
22 Sextò fallit † in literis impetratis ad benefi-
cia obtinenda cum & tales restringendç sint quia
odiosæ sunt & ambitiosæ: & quia detrahunt or-
dinario collatori. ut est expressum in c.quamuis.
de præbend.libr.vi.& ibi Archid.Quod maximè
23 procedit si per illas ius alterius læderetur. Ut † si
per illas mandetur conferri tibi beneficium non
obstante collatione prius alteri facta, cum intel-
ligi debeat de collatione inualida, prout uoluit
Compostellanus.in c.causam quæ.de rescrip.Ad
hoc quod notatur.de offic.delegat.super eo. Sed
24 † licet talis clausula debeat ita intelligi, tamen
ea operabitur quòd literç non erunt surreptitiæ,
licet aliter non sit facta mentio de colorata pos-
sessione alterius.cum alias secus esset,prout nota
tur in c.cũ in nostris.de conces.præben.secundũ.
Imo.in eod.c.causam quæ.qui post ipsum Com-
postellanum & Ioannem Andr. ibi, ex his etiam
25 dicit,quòd † si concedatur alicui gratia per Papã
cum clausula,ut aliis præferatur, intelligetur di-
cta clausula,ut præferatur aliis, quibus non esset
ius quæsitum,unde ad eos restringetur, & ita di-
cit ipse Compostellanus se sententiasse de man-
26 dato Papæ.Dicens † etiam quòd plures in curia
seruant quòd tales præferantur prioribus quibus
est ius quæsitum ad rem,& non illis quibus est fa-
cta collatio,& sic est quæsitum ius in re.Ad hoc c.
antepenultimum & penultimum.de præben.libr.
vi.& c.finale de concess. præbend. eodem libro,
secundum Ioannem And.D.Antonium & Imol.
in d.c.causam quæ.
27 Sed certè † hoc non transit sine dubitatione per
ea quæ uoluit Petrus & Abbas quos refert Guli.
de Monte Lauduno in dicta Clemè. ne Romani.
ubi & Paulus de Leazartis,& Ioannes de Ligna-
no in d.c.Rodulphus.de rescrip.dicentes in hu-
iusmodi literis beneficialibus sicut & in priuile-
giis largam esse faciendam interpretationem, et
non strictam.Nam quod dictum est de priuile-
giis, et in ea laxiori interpretatione,idem in do-
natione.

nationc.l.testat.ix.ff.si seruit.uend.l.creditor.§.
fina. ff.de actio. empt.ubi Barto.& clarius Glo.
ibi, in qualibet alia concessione in quibus iu-
28 ribus habetur † quòd legatá; seu concessa do-
mo, uidetur concessa seruitus per aliam rem
propriam & domui cedere columnas, extra domũ
domui coniunctas. Ad hoc l.qui in cõtinẽtibus.
& l.ædificia.ff.de uerb.sig.& l.insulæ.ff.de iudi.
& l.j.ibi, cum urbem.ff.de offi.præfect.urb. Vn-
de idem uidere in literis beneficialibus, cum do-
nationes nomine collationis cõtineantur.c.quia
diuersitatẽ.de conces.præben.quæ licet sint odio
sæ & restringibiles respectu beneficii conferendi
de pręben.c.quanuis.& c.cui de non.secus respe
ctu personæ.cod.titu.ei cui. & c. si à sede.lib. vi.
29 Vnde † si mandatur prouideri de tali diœcesi, li-
cet sic de ciuitate prouideri poterit, & sic in be-
neficialibus appellatione diœcesis uenire ciuita
tem, & econtrà. Sed quid dicam? contrarium est
* èst communius. * quod tenent Host.& Io.And.
& D.Nicol.in d.c.Rodulphus.Glo.notabilis.in
c.accepimus.de ætat.& quali. Compostel. in c.
abbatem.de rescrip.Archid.in d. c. quanuis.lib.
vj.Glo.in d.c.unico.de rer.permu.in uerbo diœ
cesis.lib.vi.& ibi Io.Monachus. & Laudunus in
d.Clemen.ne Romana.de elect.& in Clemẽ.vna.
in princi.de sequestratio.cum in huiusmodi stri-
ctè sumatur ciuitas, nec eius appellatione ueniat
diœcesis, uel ecõtrà.quod communiter tenetur.
30 Septimò fallit † in literis impetratis ad lites,
in quibus strictè fit interpretatio tanquam odio-
sis. cum detrahant ordinarię iurisdictioni, secun
dum Io.And.in d.c.quanuis. de pręben.in vi. c.
Rodulphus.de rescrip.c.causam quæ. & ibi Glo.
* & communiter Doctores * cod.iii.Bar. in l.fin.
de consti.Pet.& Abbas, Laudunus ubi supra. Vn-
31 de † & in his tãquam odiosis & restringibilibus,
ciuitatis appellatione non ueniret diœcesis, nec
econuerso.d.c.Rodulphus.& ibi notatur, & per
Glo.penul.in d.c.accepimus. de ætate & qualit.
& notatur in cap.fina.de præben.& in cap. uno.
de rerum permutatione. libro vi. & communi-
* ter tenetur. *
Sublimitatur sexta & septima præcedens fal-
32 lentia † in literis beneficialibus, de iustitia, in qui
bus laxior fit interpretatio, secundum Ioannem
And.in d.c.quanuis.in Glo.in uerbo, includi. de
præben.lib.vi.ex mente Bernar.& Tancredi per
quos in c.accepimus. de ætat.& quali. obligatur
enim episcopus ordines conferendo ad prouiden
dum de beneficio, cap.cum secundum Aposto-
lum. de præben. ad finem. Si igitur ad eum literæ
de prouidendo impetrentur non sunt gratię, sed
iustitiæ, meritò nõ restringibiles, nec ambitiosæ.
quod & sentit D.Nicol. in d.c. Rodulphus.
33 Octauò fallit † in literis pauperũ, seu in forma pau
perũ, in quibus sicut in literis beneficialibus gra-
tiosis, si mãdetur ꝓuideri de beneficio curato ec-
clesiarũ ciuitatis uel diœcesis nõ uenit ecclesia ca-
thedralis, nec potest per eas prouideri de aliquo
34 beneficio ipsius ecclesiæ, licet † aliàs regulariter
appellatione ecclesiarũ ueniat cathedralis, & ipsa
Metropolitana. ẽt aliàs in materia restringibili: ut
est textus c.quanquàm.de præb.lib.vi.quod aliàs
legitur unà cum præcedenti c.quanuis. Huiusmo
35 di † enim literæ etiam in forma pauperum, tãquã
gratiosę sunt strictè interpretandæ, secundũ Gl.
in c.quanquam, proximè allegato.in uerbo, non
extenditur.ibi.& supra primo responso.& ibi Ar
chid.qui dicit ita fuisse pronũtiatum per Archie-
piscopum Rauennatensem de mandato Bonifa-
tij Papæ, in prouisione facienda pauperum cleri-
corum. Ad hoc c.alma.§.adiicimus. uersi.& tamẽ.
de sent.excõ. lib.vi.ubi de hoc, cũ quo residet ibi
in nouella Io. And. Quod licet uerũ sit, ut ẽt in li-
teris in forma pauperũ appellatione ecclesiarum
nõ ueniat cathedralis, tamen sublimitandũ est. &
36 Primò: † quando ipsæ literæ pauperum dirige-
rentur ad obligatum, cum tunc sint literæ iustitię,
& largè interpretandæ.c.si pauper.de præbẽ. lib.
vi. cum tunc cathedralis includeretur, secundum
Glo.in allegato.c.quanquàm.eod.titu.quod pro
37 cedit † quando per tales literas non detraheretur,
& tunc quatenus detraheretur essent strictè inter-
pretandæ: ut per prædictos & ratione prędicta.
38 Sublimitatur & secundò: † quãdo tales literæ
gratiosæ, uel in forma pauperum concessæ essent
proprio motu, hoc expresso, cum tunc includatur
ipsa ecclesia cathedralis, quę regulariter uenit ap
pellatione ecclesiarum. Ad hoc quod notatur. in
c.si motu proprio.& in c.si pluribus.de prębend.
lib.vi.in d.c.quanquàm.in princip.& in Clem. si
Romanus.eo.tit.
39 Quę ampliantur procedere † etiam si post datã
taliũ literarum diuideretur diœcesis, & fieret no-
ua ecclesia cathedralis, cõ tunc ecclesia noua crea
ta includatur, & in ea prouideri poterit, cum in
qualibet parte diœcesis diuisæ fieri possit execu-
tio eisdem modis & forma quibus poterat ante di
uisionem: ut in extrauaganti sedes.Io.xxii.secun
dũ Io.And.in d.c.quanquàm.qui hoc inducit ad
40 conuentionem de communitate † quę promisit sa
larium aduocato ut teneatur, licet posteà diui-
datur in duas.
41 Sublimitatur & tertiò † dicta octaua fallentia:
quando appareret, quòd ipse Papa uoluit eam in-
cludi. Ad hoc textus in d.c.quanquam. in princi.
& quod notatur per Gasparem de Calder.in con-
silio xxx.in titu.de pręb.aliàs præterquàm in casi
bus prædictis cathedralis non includeretur: ut uo-
luit Compostella, ut refert Io.Andr.in d. c.quan-
quam.in dicta Gloss.in princ.
42 Nonò fallit † regula de latiori interpretatione
priuilegiorũ seu beneficiorũ principũ in dispẽsa
tionibus, & permissionibus, cum tales sint restrin
gæ, & strictè interpretandę.cap.quod dilectio.de
consan.& affi.secundum Bart.in l.fi.ff. de consti-
tu. Ad quod cap.j. & ij. de fil. presby. libro vi. se-
cundum D.Nicolaum in cap.cum dilecti. de do-
nat. Quod procedit secundum Host. & Compo-
stellan.

stellan.in dicto c. causam quę.de rescrip.in odiosis, & præcipuè de pluralitate beneficiorum. Ad hoc quod notatur in c.quia in tãtum.de præb.et in c.non potest.eodem.tit.libr. vj. & in c. penultimo.de constitut.secundum Ioannem Andr.in dicto cap.causam quę.secus autem in nõ odiosis: ut in eod.c.causam quæ.dicit Imola per id quod habetur in c.fin.de simon.

CONCLVSIONIS et Regulę CII.

ARGVMENTVM.

Testari quilibet potest, qui prohibitus non reperitur.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Testari quilibet potest regulariter nisi de iure probibitus reperiatur. etiam si sit pauper, & bona non babeat. nu. 2.*

3 *Hæreditas sine bonis esse potest.*

4 *Mente deficiens non testatur, & si defectus proueniat à natura, testari non possit. nu. 5. etiam si per statutum babilitaretur. nu. 7.*

6 *Furiosus uel demens testari nõ possunt etiam ad pias causas.*

8 *Mente deficiens iuris præsumptione seu dispositione, ualidè non testatur, nisi statuto babilitaretur secundum communem opinionem. nu. 11.*

9 *Prodigus testari non potest, etiam ad pias causas. nume. 10.*

12 *Mente deficiens, si dum est in lucido internallo testetur, ualebit, nisi ante perfectionem superuenisset furor: cum etiam in parte in qua erat ad pias causas testamentum tale nõ ualeat. nu. 13. 14. & 15.*

14 *Testamentum imperfectum ratione uolũtatis etiam inter liberos non ualet, multo fortius, nec ad pias causas. secundum communem opinionem. ✠ n. 16.*

15 *Filiorum causa fauorabilior est quàm ecclesiarum.*

17 *Mutus & surdus testari non potest nisi esset talis ex accidenti, & sciret scribere. nume. 18. si scribere nesciret, tunc nec per statutum posset babilitari. nu. 19. sed bene à principe. nume. 20.*

21 *Surdus & non mutus ualidè testatur.*

22 *Mutus codicillari potest secundum communem opinionem. ✠*

23 *Cæcus non potest testari, nisi seruata solennitate l. hac consultissima. C. de testamen. nisi per statutum aliter disponeretur. nu. 24. & hoc uerum secundum communẽ opinionem ✠ si statutum expreßè disponeret in cæci testamento. nu. 25.*

26 *Pupillus uel impubes testari non potest, etiam ad pias causas. nume. 27. etiam si in eo malitia suppleret ætatem. nu. 28.*

29 *Defectus mentis surgens ex iuris præsumptione ut in pupillo uel impubere, per statutum tolli non potest, sed contrarium uerius & cõmune. ✠ n. 30.*

31 *Monachus seu religiosus testari non potest, etiam si esset prælatus. nume. 32.*

33 *Bona ingredientis monasterium acquiruntur monasterio, si monasterium proprium babere potest in communi. nume. 34. aliàs remanerent uenientibus ab intestato. nu. 35. nisi prius fecisset testamẽtum, quod seruandum foret. nu. 36. secundum communem opinionem. ✠ nu. 37.*

37 *Mors ciuilis inducta per ingressum religionis babet eundem effectum prout naturalis, secundum communem opinionem. ✠*

38 *Testamentum faciens nec cogitans de ingreßu in monasterium, quem posteà fecit, si monasterium illud potest babere bona in communi, tale testamentum renocatur, & bona acquiruntur monasterio.*

39 *Testamentum faciens si cogitauit de ingreßu in monasterium & nibil monasterio reliquit testamentũ rumpitur, secundum communem opinionem. ✠ & nu. 43. & ratio est: quia monasterium loco filij babetur. n. 40. sed contra nu. 44. et 45. Si uerò aliquid monasterio reliquit quod non ascendat ad legitimam, peti potest supplementum. num. 42. reliquum durante uita eris & monasterij, post uerò mortem ad institutos pertinet. nu. 41.*

45 *Intellectus ad auct. de monach. §. illud.*

46 *Ingreßus religionem ante professionem tacitam uel expressam, & sic infra annum probationis, ualidè testatur, si tamen nullo condito testamento nouitius decedat eius bona ad monasterium pertinẽt. nume. 47. Sed contrarium uerius de iure. nu. 48.*

49 *Seruus testari non potest. & ratio est: quia seruus nec seipsum nec bona babet, & pro mortuo reputatur. nume. 50.*

51 *Filiusfamilias testari non potest. & num. 59. quod communiter tenetur ut nu. 62. est ratio: quia qui in alterius est potestate testari non potest. nu. 52. Nec etiam pro anima & cum patris consensu. nu. 53. & est ratio: quia cum testatio sit publici iuris ex alieno non pendet arbitrio. nu. 55. & 62.*

54 *Filiusfamiliàs potest patre consentie ualidè donare causa mortis præterquàm in castrẽsibus. uel quasi, secundum communẽ opinionem, ✠ ea ratione quia donatio sapit naturam contractus. nu. 57. Sed an codicillari præsertim pro anima; sunt opiniones. nume. 56. & 58.*

61 *Intellectus ad l. qui in potestate. ff. de testam. Intellectus ad c. si tibi. de testam.*

63 *Filiusfamiliàs etiam cum patris consensu testari non potest pro anima de iure ciuili: secus de iure canonico.*

64 *Filiusfamiliàs de iure ciuili in castrensi uel quasi sine patris consensu etiam pro alio quàm pro anima ualidè testatur quod uerum est pro anima etiam de iure canonico. nu. 65.*

66 *Intellectus ad c. licet. de sepult. lib. vi. & nu. 75.*

67 *Filiusfamiliàs de iure ciuili testari potest in donatis à Principe uel Augusta sine patris cõsensu: etiam pro alio quàm pro anima. quod in eo, quod respicit pro anima, idem est de iure canonico nu. 68.*

69 *Filiusfamiliàs de iure ciuili testari potest in bonis aduentitijs, quorum patri non quæritur usufructus, pro*

ctus, pro anima sine patris consensu, & hoc uerum: quando filiusfamiliàs est in extremis constitutus. nu. 71. quod & procedit etiam de iure canonico. nume. 73.

70 *Intellectus ad l. penultimam. C. qui testamen. facere possunt.*

72 *Intellectus ad l. primam. C. de sacrosanctis ecclesiis. & nume. 108.*

74 *Filiusfamiliàs indistinctè de iure canonico testari potest pro anima, patris accedente cõsensu. & nu. 76.*

77 *Vltima uoluntas in relictis ad pias causas indistinctè potest de iure canonico ex alieno pendere arbitrio: secus de iure ciuili regulariter. num. 81.*

78 *Relictum pro anima ad causam piam pertinet.*

79 *Subtilitates legum cessant in relictis ad pias causas.*

80 *Specialia multa sunt ad fauorem relictorum ad pios vsus.*

82 *Filiusfamiliàs per statutum habilitari potest ad testandum.*

83 *Filiusfamiliàs quòd non possit testari iure positiuo inductum est.*

84 *Filiusfamiliàs per statutum habilitatus testari potest, in aduentitiis in quibus patri non quaeritur usufructus, imò & in eis, dummodo taliter, quòd patri non fiat praeiudicium. nu. 85.*

86 *Peculium castrense, illud dicitur, quod filiusfamiliàs acquirit in castris uel more castrorum.*

87 *Peculium quasi castrense illud dicitur, quòd ex publico ex aliqua administratione filiusfamiliàs percipit.*

88 *Filiusfamiliàs in peculio castrensi uel quasi loco patrisfamiliàs habetur.*

89 *Aduocati quod ex aduocationis officio acquirunt, dicitur quasi castrense: secus in aduocatis non descriptis in matricula. nu. 91.*

90 *Intellectus ad l. uelut. C. de assessor.*

92 *Relictum Deo, sanctis uel ecclesiis dicitur pro anima relinqui, imò omne quod relinquitur ad pias causas. nume. 93.*

94 *Relictum pro dote censetur ad pias causas relictum.*

95 *Relictum pro redemptione captiuorum etiam carceratorum pro maleficio, dicitur ad pias causas.*

96 *Relictum pro alimentis, dicitur ad pias causas. Et hoc si pauperi relinquatur. nu. 97.*

98 *Relictum pietatis causa amico uel consanguineo, si uerè pietatis causa adest, ad pios usus censetur relictum.*

99 *Legatum factum filio monacho censetur ad pias causas.*

100 *Clerici filiifamiliàs & in patria potestate constituti, sine patrum consensu de obuentis ex causa clericatus (parentibus legitima reseruata) liberè testari possunt.*

101 *Clerici diuino uacantes cultui non minus quàm milites in castris, & aduocati in foro dicuntur militare.*

102 *Filiusfamiliàs testando ualidè eligit sepulturam.*

103 *Damnatus ad mortem de iure communi, & sic praesentialiter testari non potest, etiam si post sententiam manus iudicis effugiat. nume. 104. & ratio est: quia damnati ad mortem statim efficiuntur serui poenae. nume. 105. etiam si ad pias causas testari uelint. nume. 106. Nisi taliter damnatus post sententiam retineret bona, ex eo quòd fisco non essent applicata. nume. 107. sed contrarium uerius secundum communem opinionem, ✠ nisi in sententia factio testamenti causa cognita reseruata foret. nu. 109.*

110 *Damnatus ad mortem ex forma statuti ualidè testatur, secundum ius commune, secundum communem opinionem. ✠*

111 *Statuto uel consuetudine habilitari possunt damnati ad mortem ad ualidè testandum.*

112 *Damnatus ad mortem nec pro malè ablatis incertis ualidè testatur, nisi legata essent obligata restitutioni, uel pro incertis essent relicta pauperibus. nume. 113. Quod uerum est: quando de malè ablatis aliter constaret. nu. 114.*

115 *Condemnatus ad mortem non praecisè sed conditionaliter, censetur ad mortem capitalem condemnatus.*

116 *Damnatus non praecisè ad mortem testari potest, quantumcunque exinde mors sequatur.*

117 *Damnatus ad mortem ciuilem de iure communi testari non potest: cum perdant ea quae sunt iuris ciuilis. nume. 118.*

119 *Testamenti factio iuris ciuilis est.*

120 *Damnati ad mortem ciuilem de iure communi testari non possunt, etiam de bonis quae remanere debent haeredibus, secundum communem opinionem. ✠ Item nec de illis quae quaesiuerint post ipsam condemnationem ex contractu iurisgentium. nume. 121.*

122 *Damnati ad mortem ciuilem de iure communi, de bonis quae remanere debent haeredibus, uel de his, quae acquisiuerunt post condemnationem ex contractu iurisgentium, testari possunt ad pias causas, secundum cõmunem opinionem. ✠*

123 *Condemnati ad mortem ex forma statuti seu bannimentorum, aequiperantur deportatis, & testari non possunt, scilicet secundum statuta eorum ciuitatis, nume. 124. Sed testari possunt secundum ius commune. nume. 125. Nisi tales postea caperentur & in eis fieret executio. nu. 126. secus si ad testandum per statutum seu consuetudinem habilitarentur. nu. 127.*

128 *Condemnatus ad mortem ex forma statuti, non ex crimine capitali, nec cum bonorum confiscatione testari potest.*

129 *Carceratus decedens in carcere, testari non potest. & hoc uerum si deputatus sit ad perpetuum carcerem. nume. 190. quod procedit nedum in laicis, uerum & in clericis. nu. 131.*

132 *Carceratus non autem damnatus ad perpetuum carcerem, si ante sententiam decedat, testari poterit: nisi carceratus esset pro tali crimine, pro quo posset post mortem accusari. nu. 133.*

134 *Testamenta semet interficientium timore poenae non valent: & hoc si talis poena ueniebat imponenda, per quam perdidisset potestatem testandi. nume. 135.*

136 *Vsurarius manifestus, non præstita cautione de restituendo malè ablata, testari non potest, etiam ad pias causas. 137. Item & si cautio præstaretur post mortem, nume. 138. uel ipse met post conditum testamentum pœnitens præstitisses, nume. 139. secundum communem opinionem * nu. 141. & 154. sed contrarium uerius, & magis commune * ut reconualescat. nu. 143. & 154.*

140 *Intellectus ad Clementinam. 1. de sepult.*

141 *Testamentum impuberis non conualescit adueniente pubertate.*

142 *Intellectus ad cap. quanquam. de usuris. lib. vi. & nu. 146. 147. 150. 154. & 158.*

144 *Intellectus ad l. si filius. ff. de testam. & nu. 141.*

Intellectus ad l. si quæramus. ff. de testamen. & nume. 141.

Intellectus ad l. qua ætate. ff. de testam. & nu. 141.

Intellectus ad l. eius. §. primo. ff. de testamen. & nume. 141.

146 *Absentes ex post facto consentire possunt.*

148 *Intellectus ad l. filio præterito. ff. de hæred. instit.*

Intellectus ad l. qui soluendo. ff. de hæred. instit.

149 *Ius canonicum æquitati innititur.*

151 *Testamenta fauorabilia.*

152 *Testamentum morte perficitur.*

153 *Testamentum usurarij manifesti de iure ciuili ualet, secus de iure canonico.*

156 *Regula illa. Quòd non ualet a principio, tractu temporis non conualescit, non procedit: quando cum temporis tractu, concurrit aliud.*

157 *Vsurarius manifestus, si testamentum condidit, & cautionem præstitit deinde rediit ad uomitum, testamentum factum non ualebit: secundum communem opinionem * nu. 159.*

158 *Subsequens sicut præcedens informat & declarat præcedens.*

159 *Continuatio & adhærentia eiusdem censentur naturæ.*

160 *Testamentum usurarij manifesti non conualescit, si eius hæredes cautionem præstent.*

161 *Testamentum usurarij manifesti ualet si in eo mandat hæredibus ut cautionem præstent de restituendo malè ablata.*

162 *Testamentum postea effecti usurarij ualet, secundum communem opinionem. **

163 *Testamentum usurarij manifesti ad pias causas, in quo signa contritionis appareant, ualet & tenet, secundum communem opinionem. **

164 *Alimenta relicta in testamento manifesti usurarij, & per triennium præstita, etiam in futurum debentur.*

165 *Legata in testamento manifesti usurarij, si soluantur, repeti non possunt.*

166 *Legata relicta in testamento manifesti usurarij certis personis pro malè ablatis, uel pro incertis, pauperibus Christi ualent, & hoc uerum & communiter tenetur. * si de huiusmodi malè ablatis aliter constet, quàm per testantis assertionem. nume. 167.*

168 *Excommunicatus testari non potest: sed contrarium uerius & commune. * nu. 174 & 188. etiam si sit publicè excommunicatus. nu. 187. uide. nu. 192.*

169 *Communicari non debet cum excommunicato.*

170 *Excommunicato interdicuntur actus legitimi. & similis uidetur deportato &. nume. 185. sed contrarium uerius. nume. 186. & relegato æquiperatur. nume. 187*

171 *Deportatus est intestabilis, quia imò nec institui potest. nu. 172.*

172 *Intellectus ad §. generalem, in authen. ut cum de appellat. cognosc. & nu. 183.*

173 *Excommunicatus non potest esse arbiter.*

175 *Excommunicatus potest contrahere, & donare.*

176 *Legatum est donatio facta à testatore.*

177 *Intellectus ad c. excommunicamus. in §. credentes. de hæretic.*

178 *Excommunicatus non perdit bona, nec eorum administrationem.*

179 *Infamis licet sit ab actibus communibus exclusus tamen testari potest, & nu. 200. secus si est de illis de quibus in l. is cui. §. ob carmen. ff. de testa.*

180 *Testamenti forma est de iure ciuili, uoluntas testandi est de iure naturali uel gentium. nu. 181.*

182 *Excõmunicatio lata ab homine est pœna cõtumaciæ.*

184 *Intellectus ad §. antepenultimum in authen. de priuil. dot. hæret. mulier. non præst.*

185 *Actus ciuiles & cões sumuntur diuersis modis.*

190 *Excommunicatus ob fauorem hæreticis præstitum est intestabilis.*

Item si ob crimen ob quod interdicitur factio testamenti. nume. 191.

192 *Anathematizatus uel solenniter excommunicatus non potest testari. Sed contra ibidem, primum uerius, sed hæres debet eum à suspicione hæresis purgare.*

193 *Excommunicatus, & si testari possit, non tamen relinquere pro anima.*

Idem notorius criminosus. nu. 194.

195 *Ecclesia non debet recipere legatum pro anima à decedente in peccato mortali, & excommunicatorum eleemosyne respuendæ. nume. 196. sed contrarium uerius. nu. 197.*

201 *Sodomita est intestabilis.*

202 *Hæreticus (cuius bona cõfiscantur) intestabilis est.*

203 *Obses populi Romani, uel econtra: intestabilis est, secundum communem opinionem. **

204 *Dubius de statu suo testari non potest, etiam ad pias causas. nu. 205. sed quo ad pias causas cõtrarium uerius, & commune. * nu. 206.*



1 REGVLARITER † quilibet testari potest qui nõ reperitus prohibitus. l. statuus. C. de relig. & sumpt. fune. prout notatur in l. si quæramus. ff. de testamen. & in l. ab ea parte. ff. de probat. sc͞dm Bart. in d. l. si quæramus. & Bal. in l. j. C. de sacrosan. eccle. & Pet. de Anch. & Imol. in c. qa ingressa. de testam. & D. Nicol. in cub. eiusdem tituli. Quorum dicta recolligẽdo ampliatur
2 dicta regula, ẽt † si sit paupes, & bona non habeat,

cum

3 cum† hæreditas sine bonis esse posit. ff. de petitio. hæredita. l. hereditas. & ff. de uerbo. signifi. l. hæreditas. & ita tenet Petrus de Ancharano & Imola ubi supra. Quæ tamen regula fallit.

4 Et primò,† in illo in quo adest defectus men-
5 tis, cum talis testari non posit, quod ampliatur† vt si talis defectus proueniat à natura, ut est in fu-
6 rioso vel in demête† qui testari non pôt etiam ad pias causas. C. qui testamen. facere possunt l. fu-
7 riosum. et cap. si. de succesio. ab intesta. etiam† si statutum contrarium disponeret: nam cum talis defectus proueniat à natura, nô potest per ius positiuum tolli, per id quod habetur institu. de iure nat. §. sed naturalia. et vt voluit Bart. in dicta l. si quæramus. Ampliatur etiam dicta regula proce-
8 dere, etiam† si talis defectus proueniat ex iuris præsumptione, seu dispositione: vt contingit in
9 prodigu, cui bonis est interdictum, cum† & talis etiam testari non posit, ex quo bona alienare nô potest, prout notatur in l. is cui bonis. & in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. obligatio. & hoc voluit Bart. in dicta l. si quæramus. Quod
10 etiam ampliatur: vt procedat† etiam si velit testari ad pias causas, prout uoluit Bald. in l. prima. C. de sacrosanct. eccles. quæ tamen sublimitan-
11 tur quâdo† patiens defectum mentis, iuris præsumptione esset à statuto habilitatus ad testandum, cum habilitari posit per statutum, ex quo talis prohibitio procedit ex dispositione iuris, per id quod habetur in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure, & uoluit Bart. in d. l. si quæramus, & communiter tenetur.

12 Sublimitatur iterum dicta fallentia;† quando quis haberet lucida interualla; nam tunc si faciat testamentum valebit: ut dicta l. furiosum. Valet etiam testamentum factum per ipsum furiosum prius quàm superueniat defectus mentis. l. prima. §. exigit. ff. de bon. poss. secundum tabul. & voluit Bald. in dicta l. prima. C. de sacrosanct. ec-
13 cles. Quod tamen & sublimitandum est:† quando post inceptum testamentum ante perfectionem superuenisset furor: ut quia testator incœpisset testari, & expresisset quòd instituisset pauperes Christi, & eo non perfecto superuenisset furor vel mentis defectus, cum & tunc non ualeret tale testamentum, esto quòd tenderet ad pias causas, ut uoluit Petrus de Ancharano in di-
14 cto cap. quia ingressa. Nam secundum eum† non valet testamentum imperfectum, etiam inter liberos, vt notatur in l. fina. C. familiæ erciscundę. Vnde & fortius non ualebit ad pias causas, pro ut notatur in l. si his. & in l. ex ea. ff. de te-
15 stamen. fauorabilior† est enim causa filiorum quàm ecclesiarum. xvij. quæstio. iiii. cap. fina. & ut nota. C. de episco. & cleri. l. si quis ad declinandam. Et ita communiter tenetur videli-
16 cet† quòd non ualeat uoluntas imperfecta, seu testamentum imperfectum ratione uoluntatis, etiam inter liberos, uel ad pias causas, secundum Imolam in dicto cap. quia ingressa. de quo per Bart. in dicta l. si his. & in l. in testamento. ff. de fideicomis. liberta. & ff. de leg. iii. l. fideicommissa. §. j. & per Imolam in c. relatum. il primo. de testamentis. vbi dixi.

17 Secundò fallit† in muto & surdo qui testari non potest. l. discretis. C. qui testamenta facere possunt. quod verum est, si sit mutus & surdus à natura. Nam aliàs dicta fallentia sublimi-
18 tanda esset† in muto & surdo ex accidenti, qui potest testari, si scit scribere: vt dicta l. discretis. Quod & multofortius locum habebit in muto qui testari poterit si scit scribere, aliàs secus.
19 Quod ampliatur† etiam si staret statutum, quòd mutus nesciens scribere testari posset. Quod ta-
20 men etiam sublimitandum est,† nisi hoc habeat à principe, cum hoc soli principi sit reseruatum. l. si mutus. ff. de testamen. Ad hoc l. prima. §. de qua re. ff. de postul. Et hoc voluit Bart. in dicta l. si quæramus. & Imola in dicto cap. quia in-
21 gressa. Surdus verò† & non mutus bene testari potest: ut dicta l. discretis. Et etiam codi-
22 cillari, cum etiam† mutus codicillari posit. ff. de leg. iii. l. mutum. & ibi notatur, & communiter tenetur.

23 Tertiò fallit† in cæco, qui non potest testari prout alii non cæci, sed seruata certa solennitate de qua in l. hac consultissima. C. qui testamen. facere possunt. Quod tamen sublimitatur
24 † nisi per statutum aliter disponatur: cum per statutum posit talis solennitas diminui: ut uoluit
25 Bart. in dicta l. si quæramus. quod verum est:† quando statutum expresè disponeret in ipso testamento cæci: aliàs si simpliciter disponeret, puta, quòd testamentum valeret cum quinque testibus, cum tunc non extendatur ad testamentum fiendum per cæcum, pro ut uoluit Bald. in eadem l. si quæramus. cum quo residet Imola in dicto cap. quia ingressa. & communiter tenetur.

26 Quartò fallit† in pupillo seu impubere qui testari non potest. ff. de testamen. l. qua ætate.
27 Quòd ampliatur† etiam ad pias causas per ea quæ habentur in cap. si pater. de testamen. lib. vi. secundum Imolam in dicto c. quia ingressa. Imò
28 etiam† si sit sagax in quo malitia suppleat æta-
29 tem, cum tamen absit naturalis defectus:† qui non potest per statutum tolli, secundum Bart. in eadem l. si quæramus. cum quo residet Petrus de Ancharano in dicto cap. quia ingressa. Sed certè Bartol. ibi hoc non uoluit, imò potius con-
30 trarium† scilicet, quòd talis defectus per statutum tolli posit, & hoc ibi tenuit Angel. per id quod habetur in l. fina. C. de testamen. milita. quæ ad hoc bene facit. & eum Bart. & Ang. communiter transeunt Doctores.

31 Quintò fallit,† in eo qui nô est in sua potestate, vt est primo monachus seu riligiosus qui testari
32 nô pôt,† etiã si sit prælatus, pro ut patet in d. c. qa ingressa. & notatur in auctentia ingresi. C. de sacrosanctis eccles. cum ingrediens monasterium

ſe & ſua bona dedicet monaſterio, non poteſt te-
ſtari duplici ratione & reſpectu. primò propter
defectum poteſtati: ut d. auct. ingreſſi. Secundò
33 propter defectum bonorum †, cum per ipſum in
greſſum bona quęrantur ipſi monaſterio: ut pa-
tet ex dicto c. quia ingreſſa. & dicta auctẽn. in-
34 greſsi. Quod procedit in eo † qui ingreditur reli-
gionem: quæ proprium habere poteſt in commu
ni, vt eſt religio, monachorum uel canonicorũ
regularium, & in conuerſo ipſius religionis: ut
notatur per Archidiacon. in cap. ex eo. de elect.
libr. vi. & per Gloſſ. & Archid. xxvii. quæſtio.
prima. ut lex. & per Bartol. in dicta auctẽn. in-
35 greſsi. & Bald. ibi. Aliàs † ſi ingreſſus reli-
gionem quæ proprium habere non poſſet, etiam
in communi, & tunc licet talis ſimiliter poſt
ingreſſum teſtari nõ poſsit, tamen ex tali ingreſ-
ſu non quæruntur bona ipſi religioni ſeu eorum
religioni, ſed remanent apud uenientes ab inteſta
to, prout notatur in c. vnico de relig. domib. lib.
vi. & ibi per Lapum, & per Federicum conſi. xii.
36 Et hæc † quãdo talis ingrediens religionem prius
non feciſſet teſtamentum. Nam tunc ſi poſt con-
fectum teſtamentum ingrediatur religionem quę
proprium habere non poſsit, ut mendicãtium, &
tunc bona ipſius deuenient ad illos quibus in te-
ſtamento reliquit, etiam in eius uita, cum tale te-
ſtamentum per talem ingreſſum confirmetur.
37 Mors † enim ciuilis ex hoc inducta habet eũdem
effectum prout naturalis: prut notatur in l. j. ff. de
teſtamen. & ibi per Bart. & per Canononiſtas in
in d. c. unico. & in Clementina exui. de verbo. ſi-
✻ gnifica. & communiter tenetur ✻ Si uerò † ingre
38 diatur religionem quæ poteſt habere proprium
in communi, & tunc ſi talis fecit teſtamentum,
non cõgitans de tali ingreſſu, & tunc tale teſta-
mentum reuocatur, cum uideatur tacitè mutare
uoluntatem ſuam, ita ingrediendo, ex quo bona
acquiruntur monaſterio, ut dicta auct. ingreſ-
39 ſi. Si uerò † cogitauit de ingreſſu quando con-
didit teſtamentum, & tunc licet Gloſſæ commu-
✻ niter ✻ dicant, quòd ſi fuerit eidem nihil reli-
40 ctum, rumpatur teſtamentum, cum † mona-
ſterium loco filij habeatur, prout uoluit Glo. in
cap. in præſentia. de probatio. & in auctẽn. de
41 ſanctiſſ. epiſco. §. ſed hoc præſenti. Tamen † in
hoc dicendum eſt, quòd ſi monaſterium fuit
inſtitutum in aliquo, & tunc bona ipſis ingreſ-
ſi acquiruntur ipſi monaſterio in eius uita, ſed
poſt eius mortẽ acquirentur inſtitutis in teſta-
mento, & ipſum teſtamentum ualebit, prout uo-
luit Bartol. in dicta l. prima. ff. de teſtament. &
42 & ſi † monaſterium non habeat tantum quan-
dam aſcendit ad legimam unius filii, poterit age-
re ad ſupplementum: per id quod habetur in di-
cta auctẽn. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccleſ.
& in l. omni modo. C. de inoffi. teſtamen. Si ue-
43 rò † ipſi monaſterio nihil fuit relictum, & tunc
cum monaſterium habeatur loco filii, rumpe-
tur teſtamentum, ſicut & rumpitur natiuitate po-
ſthumi. ff. de liber. & poſthum. l. prima, & ſecun
da. & C. de bonor. poſſeſ. contra tabu. l. poſthu-
✻ mos. & ita tenent communiter ✻ Gloſſ. Vnde
tutius eſt, ut in ipſo teſtamento monaſterium in
44 aliquo inſtituatur. Sed licet hoc ſit tutius † ta-
men & de iure defendi poterit, quòd etiam tunc
ualeat teſtamentum, licet monaſterium non fue-
rit in aliquo inſtitutum: per id quod habetur in
45 auctẽn. de monach. §. illud. † ubi uidetur de hoc
caſus, non cauillando literam, ſecundum Bar. in
dicta auctẽn. ſi qua mulier. Vbi tamen dicit, quòd
poterit tunc monaſterium agere conditione ex
dicta auctenti. ſi qua mulier. et petere quantum
aſcendit ad legitimam: prout & uidetur reſidere
Imola Barto. ſequendo in cap. quorumdam. de
teſtam. circa quæ uide quod dixi in dicto cap. in
præſentia. de proba.
46 Poſt autem † ingreſſum religionis, ante tamen
profeſsionem expreſſam uel tacitam, poteſt quis
condere teſtamentum, etiam ſi ſit infra annum
probationis, ſecundum Archid. & Ioan. And. in
cap. beneficium. de regul. libro vi. & Petru. de
Ancha. in dicto cap. quia ingreſſa. quo caſu li-
47 cet ipſe nouitius poſsit teſtari, † tamen ſi decedat
non condito teſtamento in monaſterio in habi-
tu nouitii, & tunc eius bona erunt monaſte-
rii, cum ita uideatur fuiſſe de eius mente. pro-
ut uoluit Cynus in auctenti. ingreſsi. C. de ſa-
croſanct. eccleſi. ubi Iacob. de Aren. & Petrus
idem tenet. Quod & ſatis eſt notandum, licet
non tranſeat ſine dubio, cum non reperiatur
hoc iure cautum, imò potius uidetur eſſe de
48 eius mente, † quòd eius bona ueniant aduenien-
tes ab inteſtato l. quidam referunt. ff. de iure co-
dicill. ſecundum Imolam in dicto cap. quia
ingreſſa. circa quæ uide notata in dicto cap.
in præſentia. & in dicta auctentica ingreſsi. & in
dicta auctent. ſi qua mulier. & in dicto c. benefi-
cium. de regu. iur. lib. vi.
Redeundo ad ipſam quintam fallentiam. Se-
49 cundò eſt ſeruus † qui ſimiliter non poteſt te-
ſtari. l. ſi filius. ff. de teſtam. & xiii. quæſtione
50 ſecunda. illud. ſeruus † enim ſeipſum nec bo-
na habet & pro mortuo reputatur. l. quod atti-
net. & l. ſeruitutem. ff. de re iudic.
51 Tertiò eſt † filiusfamiliàs ut dicta l. ſi filius.
52 qui in alterius † poteſtate eſt non poteſt teſta-
ri: inſti. quib. non eſt permiſſ. face. teſt. in prin-
cipio. Circa quod fuerunt opiniones, de qui-
bus per Ioannem Andreæ in cap. ſi pater. de te-
ſtament. libro ſexto. per Zenzelinum, Ioan-
nem de Fantutiis, Ancharanum, Imolam & Do
minicum in capitu. licet. de ſepulturis. eodem
libro ſexto. per Bart. in l. qui in poteſtate. ff. de
✻ teſtament. per Bartol. & Bald. in l. prima. C.
de ſacroſanctis eccleſiis. in repetitione. & per
ipſum Baldum in eadem l. in prima lectura. &
in l. ſenium. C. qui teſtament. facere poſſunt.
per Ancharan. in rubrica de teſtament. libro vi.
per Federicum de Senis conſil. cclxxxiiij. aliàs
cclxxxvij.

53 rclxxxvij. Ioan. And. enim tenuit † filiumfami-
liàs etiam pro anima,& cum patris consensu non
54 posse testari, sed † tantum donate causa mortis,
præterquàm in castrensibus uel quasi:ut in dicto
55 cap.licet ex eo : quia † testatio cum sit publici io-
ris non potest pendere ex alieno arbitrio . l. illa
institutio.ff.de hæred.instit. l.receptum.ff.com-
munia prædiorum.l.captatorias. C.de testamen.
mil.cum quo uidetur residere Zenzelinus & Fan-
tutius,& Aucharanus & Bald. in dicta l.j. in pri-
ma lectura.licet Zenzelinus fuerit in opinione,
56 quòd tantum † codicillari posset patre consen-
tiente. cuius dictum habet eandem iustitiam,
57 cum codicillus sit ultima uoluntas † concordant
* communiter* quòd possit donare causa mortis,
ex eo : quia donatio sapit naturam contractus. l.
ij.circa principium.ff.de dot.præleg.Federic.ue-
rò cum quo uidentur residere Imola & Domini-
cus,& Bart.& ipse Bal.in d.l.iij.in repetitione,quod
58 possit † nedum causa mortis donare,sed etiá co-
dicillari,& testari pro anima cum patris uolunta-
te : pro quorum concordia siue resolutione, dici
potest in aliquo discordare in his,ius ciuile & ca-
nonicum,ut inferius patebit, & quod regulariter
59 utroque iure filiusfamiliàs † testari non possit,&
sic procedat opinio Ioannis Andr. regula proba-
tur de iure ciuili in dicta l. qui in potestate. & de
iure canonico : argumen.cap.si tibi.de testamen.
& d. cap. licet.

60 Ampliatur dicta regula procedere,etiam † cum
61 patris consensu : per dicta iura † indistinctè lo-
62 quentia : & potissima illa ratione ; quia † ultima
uoluntas non debet pendere ex alieno arbitrio,di
ctis iuribus. & tenuit Bartol. in d. l. qui in pote-
state . & in dicta l. senium. & Canonistæ ubi su-
* pra communiter. *

63 Ampliatur & secundò, † etiam si testari uellet
pro anima,secundum ipsum Federicum , & Bald.
in d.l.senium.Sed certè hæc ampliatio non uide-
tur procedere de iure canonico, ut infra patebit,
sed de iure ciuili. tamen fallit.

64 Et primò † de iure ciuili, in castrensi uel quasi
peculio, de quo filiusfamiliàs etiam testari potest
absque patris consensu, etiam pro alio quàm pro
anima.l.finali.C.qui testam.fac.pos. ubi Bart.&
alij.l.finali.C.de inoffic.testamen. Quæ fallentia
65 procedit etiam † de iure canonico, ut est textus
in dicto capitulo licet. sed non ita latè, cum tan-
66 tum † cap. illud, loquatur pro anima, unde extra
illum casum , ex quo aliud expressum de iure ca-
nonico non reperitur, omissis opinionibus stan-
dum est iuri ciuili.

67 Secundò fallit † de iure ciuili in donatis à Prin
cipe,uel Augusta : de quibus sicut & de castren-
sibus filiusfamiliàs disponere, & testari potest, pro
alio quàm pro anima sine patris consensu . l. pe-
nultima.C.de bonis quæ liber.ubi Bald.& Salyc.
68 Quæ fallentia † procedet etiam de iure canonico,
cum restrictione de qua in castrensibus uel quasi,
scilicet pro anima , ex regula æquiperatorum . ut
in dicta lege penultima.

69 Tertiò fallit † de iure ciuili in bonis aduenti-
tiis,quorum patri non quæritur usufructus. Nã
pro anima, & sic ad pias causas de his testari po-
test sine patris consensu : beneficio l. j. C. de sa-
crosanctis ecclesi. secundum Bartolum ibi . Nec
70 obstat † dicta lex penultima.C.qui testamen. fac.
poss.ubi dicitur filiumfamiliàs de aduentitiis te-
stari non posse . & quæ ipse Bartolus dixit in di-
cta lege qui potestate . cum fallentia procedat pro
71 anima , contraria regulariter . Iterum † fallentia
procedit in filiofamiliàs in extremis constituto,
72 ut dicta lege prima , per † illum textum . Et ista
73 † fallẽtia procedit etiam de iure canonico, quin
imò secundum Bartolum in dicta lege prima , in
quæstione de relictis ad pias causas . magis latè ,
74 cum † indistinctè pro anima patris accedente cõ
sensu de iure canonico filiusfamiliàs ualidè te-
75 stetur : argumento dicti capituli licet . † à con-
trario sensu,dum excipit de castrensibus : ergo in
aliis poterit cum patris uoluntate . & ita dicit di-
ctum cap.procedere Bart.in dicta lege qui in po-
testate. & hoc uoluit Federicus,Imola,& Domi-
nicus ubi supra,& ipse Baldus in dicta l.prima in
repetitione . licet in prima lectura contrarium
uoluisse uideatur .

Quod extenditur per Imolam in eodem capi.
76 licet. procedere † etiam in profectitiis cum nõ
uideatur exsistere probabilis ratio diuersitatis, si
patris (de cuius præiudicio tractatur) uoluntas
interuenerit . Et ratio quare ista fallentia magis
latè procedat de iure canonico, quàm de iure ci-
77 uili est : quia † de iure canonico in relictis ad pias
causas ultima uoluntas indistinctè potest ex alie-
no pendere arbitrio . cap. cum tibi . de testamen.
78 quod enim † relinquitur pro anima ad causam
piam pertinet.Glos.est singularis in l. si quis Ti-
79 tio.ff.de legat. tertio. Et quia † in relictis ad pias
causas cessant legum subtilitates, secundum eun-
80 dem Imolam. cum † in eis multa sint specialia :
ut notatur in capitulo cum tibi,& in capitulo re-
81 latum. de testament. De iure ciuili † ultima uo-
luntas regulariter ex alieno non pendet arbi-
trio : quæ nota cum alibi non ita clarè discussa
reperiea.

82 Quartò fallit , † ubi staret statutum quòd fi-
liifamiliàs testari possint . Possunt etiam per
83 statutum habilitari, † cum iure positiuo hoc in-
ductum sit , ut filiifamiliàs non possint testari ,
per id quod habetur in l.omnes populi. ff. de iu-
stit.& iur. & uoluit Bartolus in dicta lege si quæ-
ramus : quam sequitur Imola in dicto capitulo
licet, dicens quòd quando filiusfamilias ad testan
84 dum per statutum habilitatur, tunc † poterit te-
stari in aduentitiis , in quibus patri usufructus
85 non quæritur , imò † etiam in aduentitiis in
quibus usufructus quæritur , dummodo teste-
tur taliter quòd patri non fiat præiudicium circa
usumfructum . Ad hoc quod notatur per ipsum
Imolam in capitulo cum contingat.in xxij.char-
ta de iureiurando .

Pro prædictorum pleniori intelligẽtia,in quã-

tum dictum est de filiosamiliâs, restat uidere de
duobus. Primò de castrensi uel quasi castrensi
peculio. Secundò quando dicatur aliquid relin-
qui pro anima.
86 Circa primum dicendum est peculium † illud
dici castrense quod filiusfamiliâs acquisiuit in
castris, uel more castrorum: ut l. prima. C. de ca-
stren. pecul. & ff. eodem titulo per totum. Quasi
87 castrense † dicitur illud quod ex publico ca ali-
qua administratione percipit. l. uelut. C. de assess.
88 & in istis † duobus loco patrisfamiliâs habetur. l.
secunda. ff. ad Maced. & l. finali. C. de inoffici. te-
stamen. Barto. in l. prima. ff. de pecul. Glos. in di-
89 cto cap. licet. Et licet hodie † aduocati non habeât
prout olim aliquid à publico non propter hoc se-
quitur quod acquirunt, non dicatur quasi ca-
strense. cum & quod à clientulis accipiunt sur-
rogatum intelligatur in locum publici salarij: ar-
90 gumento dictæ legis uelut. † C. de assessor. ubi
non percipit ex publico, secundum Glos. in l. fo-
ri. C. de aduocat. diuersorum iudicior. & hoc uo-
luit Ioannes And. in additionibus ad Speculat. in
titu. de arbit. §. primo. in quinta columna. versic.
Item quòd agit. Ad hoc quod in simili notatur
de milite in l. si forte. ff. de castren. pecu. Idem te-
nuit Bald. post Cynum in lege finali. C. de inoffi.
testam. & in lege cum oportet. C. de bon. quæ li-
ber. Quod licet regulariter uerum sit, tamen fal-
91 lit † in aduocatis non receptis uel non approba-
tis auctoritate publica in matricula; nam et si ad-
uocationis fungunt officio, non tamen publicum
dicuntur gerere officium, vnde non dicuntur mi
litare, & qđ acquirunt habere priuilegium quasi
castrensis peculij, secundum Baldum in dicta l.
finali. quod nota.
Circa secundum, dicendum est: quòd illud di-
92 citur † relinqui pro anima, quod relinquitur
Deo, sanctis uel ecclesiis: ut not. in c. iniustum. de
93 rer. pin. Imò † & omne quod relinquitur ad pias
causas: ut sentit Glos. notabilis in dicta l. si quis
Titio. & uoluit Feder. ubi supra. & Bart. in dicta
l. j. & in l. illud. C. de sacrosan. eccles. Ad hoc teat.
in auten. ut cum de appel. cogno. §. si quis vnum.
ibi, animæ piissima causa.
94 Item † ad pias causas censetur relictum, etiam
illud quod pro dote relinquitur: ut nota. in l. cum
hiis. §. si in ea. ff. de condi. indeb.
95 Item etiam † illud quod relinquitur pro redē-
ptione captiuorum, etiam si sint in carceribus ꝓ
maleficio: ut dixit Bal. in d. l. illud.
96 Item † & illud quod relinquitur pro alimen-
tis: ut uoluit Glo. in l. si cui. ff. de ann. lega. Quod
97 uerum est † si pauperi relinquatur. Ad hoc quod
nota. ff. de transact. in l. cum hii. §. in annos.
98 Itē & illud † quod relinquitur consanguineo,
uel amico pietatis gratia, dummodo uerè causa
pietatis adsit, ut est: quando amicus uel consan-
guineus ille est in necessitate, secundum Bal. in
d. l. illud. & in auct. aliàs. C. ad leg. Falc. ubi etiam
99 dicit, quòd † legatum factum filio monacho cen-
setur ad pias causas relictum.
Quintò fallit dicta regula, uidelicet, quòd fi-
100 liusfamiliâs non testetur, † in clericis etiam in
patria potestate cōstitutis, qui sine patrum uolū-
tate de obuentis ex causa clericatus (parentibus
legitima reseruata portione) liberè possunt etiā
in ultima uoluntate disponere: ut ea. est in auct. pre
sbyteros. C. de episc. & cle. bon. Glos. in canone
quia ingredientibus. xix. q. tertia. secundum La-
pum, Abba. & Pet. de Anch. in d. c. licet. Clerici
101 † enim dum diuino uacant cultui non minus q̄
milites in castris, & aduocati in foro, dicuntur mi
litare, quinimò multo magis: argu. l. sacrosanctæ.
C. de episcop. & cler.
102 Sextò fallit † in sepultura quam filiusfamiliâs
in ultima uoluntate potest sibi eligere. c. penul. de
sepult. lib. vj. & uoluit Barto. in l. si filiusfamiliâs,
ff. de testamen. cum per eos diuini numinis ueniā
speremus, ut C. de sum. trin. & fid. catho. epistola
inter claras. in fi. Glo. in l. miles. ff. de re iudi.
Sextò fallit principalis regula, quæ est ꝙ qui-
103 libet testari possit, † in damnatis ad mortem na-
turalem de iure cōi, & sic in præsentia, prout ha-
betur. ff. de pœn. l. absentem. nam cum tales effi-
ciantur serui pœnæ. ff. de pœnis. l. qui ultimo. te-
stari nō possunt, prout ibi habetur. & ff. de iniu.
testam. l. si quis filio exheredato. §. irritum.
104 Ampliatur procedere ista fallentia † etiā si post
sententiam à manibus iudicis fugiāt: ut l. eius. ff.
testam. & quod ibi not. & in d. l. qui ultimo. & ibi
per Bart. ff. de pœnis. & per D. Nicolaum in ru-
brica de testa. & ratio est: quia ista sentētia trahit
secum executionem, ut nota. in l. si quis filio exhe
105 redato. §. irritum. ff. de iniusto irrito testa. † Nā
ad mortem damnati statim efficiuntur serui pœ-
næ, utd. l. qui ultimo.
106 Ampliatur secundò, id procedere, † etiam si te-
stari uelint ad pias causas, prout uoluit Ioā. And.
in cap. quanquam. de usur. libro sexto. quem se-
quitur Imola in dicto cap. quia ingressa. de testa.
per c. filius. de testam.
107 Ista ampliatio, licet regulariter procedat: † ta-
men & ipsa fallit, in damnato post condemnatio-
nem retinente bona: ut quia non sint fisco ap-
plicata, cum tunc si de delicto est pœnitens testa-
108 ri possit ad pias causas: ut est casus † in lege pri-
ma. C. de sacrosanct. eccles. secundum unum in-
tellectum, secundum Bartolum ibi, quem refert,
& sequitur Dominicus in cap. quanquam. de usu.
109 libro sexto. Sed certè Barto. † ibi contrarium ui-
detur tenere nisi in sententia fuerit sibi reseruatū
causa cognita, per legem ea militari. ff. de testam.
milit. quinimò secundum Imolam in dicto capi.
quia ingressi id ēt procederet si testari uoluerit
quò ad bona quæ hodie reseruātur liberis & per-
sonis, de quibus in auctenti. bona damnatorum.
C. de bon. damna. ut etiam in illis testari non
possit ipse damnatus, prout communiter tene-
✲ tur ✲ cum illa reseruari debeant illis personis de
quibus in d. auct.

110 Sublimitanda est etiã dicta sexta fallentia† in
damnato in absentia ex forma statuti, cum tali-
ter damnatus testari posſit secundum ius com-
mune, & non secundum formam statuti: ut nota-
tur in l. eius qui.§.i. & ibi per Bald.ff. de testam.
& per Petrum de Ancharano in c.quanquam. de
✻ usuris. lib.vi. & istud communiter tenetur. ✻
Sublimitatur & tertiò dicta fallentia non pro-
111 cedere, † si in contrarium staret statutum uel
consuetudo quòd damnati ad mortem testari pos
sint, cum posſint per statutum uel cõsuetudinem
habilitari, adeò quòd poterunt tunc testari, & ita
communiter seruatur, ut ipsi existentes in carce-
ribus tellentur eo casu quo bona non publican-
tur, prout dicit in dicto c. quia ingressa. Imola.
112 Quartò sublimitatur † in damnato testante
pro malè ablatis incertis, cum pro ipsis posſit di-
sponere, ut disputando tenuit Ioannes Monach.
in quadam sua quæstione, qua quærit, si aliquis
de falso damnatus ad mille soluendum infra tri-
duum, aliàs decapitetur: & posteà testetur uel co
dicilletur, & pro anima reliquit ad pias causas, &
elapsa die tertia decapitatus fuit, an legata prædi-
cta debeantur, & arguendo pro & contra soluit,
quòd talia legata non ualeant nec debeantur, licet
sint facta ecclesiis, uel pauperibus. per c. filius, de
113 testam. & hoc nisi † ipsa legata essent obligata
restitutioni, ut quia certa malè ablata certis per-
sonis essent relicta, uel pro incertis relicta essent
pauperibus: quia tunc deberentur ut es alienum
debitum certis personis, uel Deo, quem sequitur
Ioannes Andr. in dicto cap. quanquam. de usuris.
114 Quod uerum esset: quando † de ipsis malè abla
tis appareret, aliter quàm per assertionem, uel cõ-
fessionem in dicto testamento factam, aliàs uerò
haberet tunc potius uim relicti, quàm restitu-
tionis & satisfactionis æris alieni, secundum Pe-
trum de Anchar. In eodem c. quanquam. pro quo
facit quod notatur in l.iij. C. de falsa caus. adiect.
& in l. Lucius.§. quisquis. ff. de leg.ij. & per conse-
quens non ualeret. quæ omnia notanda sunt: quo
niam ex decisione præfatæ quæstionis inciden-
115 ter notari potest, quòd † condemnatus ad mor
tem non præcisè, sed conditionaliter, censetur ad
mortem capitalem condemnatus, de quo plenius
per Bart. in l.ij. ff. de public. iudi.
116 Quintò sublimitatur † in damnato non sim-
pliciter, uel præcisè ad mortem. sed ad amputa-
tionẽ manus uel pedis: nam tunc talia testari pos-
set. l. qui manus. ff. de testam. quantumcũq; mors
inde sequatur. ff. si cert. pet. l. si quis nec causam.
secundum Imolam in d.c. quia ingressa.
117 Septimò fallit principalis regula † in conde-
mnatis ad mortem ciuilem similiter de iure com-
muni, & sic in præsentia, cum & tales testari non
posſint, non solum si perdant libertatem, ciuita-
tem & bona, ut damnati ad metallum. C. de bon.
damnat. l. quidam, sed etiam si perdant non liber-
tatem sed ciuitatem & bona, ut deputati. C. de
118 bon. damnator. l. deportatorum. Nam† cum ta-
les perdant ea quæ sunt iuris ciuilis, ut dicta l. qui
119 dam. non possunt testari, cum † testamenti fa-
ctio iuris ciuilis sit. ff. eod. tit. de testam. l. testamẽ
ti. Adhoc quod habetur in l. eius.§. si cui. eodẽ tit.
120 Ampliatur dicta fallentia procedere, † etiam
si testari uelint de bonis quæ remanere debent li-
beris, & aliis personis, secundum formam dictæ
✻ auct. bona damnatorũ. ut communiter ✻ tene-
tur, secundum Imolam in d.c. quia ingressa.
121 Ampliatur & secundò. † etiam si uelint testari
de his, quæ quæsiuerunt post ipsam sententiam ex
cõtractu iurisgentium: prout acquirere possunt,
Ad hoc quod habetur. ff. mand. l. si mandauero.§.
is cuius bona. cum & tunc de illis testari non pos
sint. Quod tamen sublimitatur.
122 Et primò † in taliter condemnato testari uo-
lente ad pias causas, cum de illis testari posſit,
per id quod habetur in c. cum esses. & in c. relatũ.
de testam. & ut uoluerunt Bart. & Bald. in l.i. C.
de sacrosſ. eccle. quod in relictis ad pias causas ces
set omnis solennitas iuris positiui cum sufficiant
solennitates iurisgentium. cum quibus transeũt
✻ communiter scribentes. ✻
123 Octauò fallit principalis regula † in condem-
natis ad mortem ex forma statuti seu bannimen-
torũ, isti enim similiter prohibentur testari, cum
æquiperentur deportatis, ut est singularis Glos.
institut. quib. mod. toll. ius pat. pot. in.§. relegati.
124 Quod uerum est † ut testari non posſint secun
dum statuta eorum ciuitatis, cum perdant & ea
priuilegia propriæ ciuitatis, per id quod habetur.
ff. de cap. dimin. l. amisſione.§. qui deficiunt. Sed
125 † testari poterunt secundum ius commune, cũ
ea quæ sunt iuris ciuilis non perdant, ut notatur
in d.§. si cui. Quod tamen sublimitandum est.
126 Et primò: † quando taliter banniti ex forma
statutorum posteà caperentur, & in eos fieret exe
cutio, cum tunc rescindatur & annulletur testa-
mentum per eos factum, etiam factum secundum
ius ciuile: per ea quæ habentur. ff. de bonor. posses.
l.i.§. exigit. Ad hoc quod notatur per Bald. ff. de
testam. in l. qui à latronibus.§. finali.
127 Secundò† sublimitatur dicta octaua fallentia,
& quod proximè dictum est: quando staret sta-
tutum seu consuetudo permittens taliter banni-
ditos testari, uel quòd eorum testamenta execu-
tioni mandentur: ut superius in alio casu dictum
fuit, & hoc uoluit Imola in d.c. quia ingressa.
128 Tertiò † sublimitanda est dicta octaua fallen
tia in taliter bannitis per statuta non ex crimine
capitali, nec cum bonorum confiscatione. Adhoc
quod habetur in d.l. eius qui.§. si cui. & ut uoluit
Glos. in d.§. relegati. nam testari possunt cum nõ
perdant ea quæ sunt iuris ciuilis prout notatur in
d.§. si cui. circa quæ uide notata. in Speculo de in-
strument. editione.§. cõpendiosè, uersiculo quid
de bannito. & per Bart. in disput. quę incipit. sta-
tuto Lucanæ ciuitatis. & per Bald. in l.i. C. de
hæred. institut.
129 Nonò fallit principalis regula † in illo qui de-
cedit

ccdit in catcere, cum talis testari non posſit, &
130 hoc uerum † ſi deputatus ſit ad perpetuum car
cerem, cum tunc efficiatur ſeruui pœnę. pro ut
nntat Innoc.in c.qualiter. el ij. de accuſat. Quod
locum habet non ſolum ſi ſit laicus, prout habetut
131 ff.de publ.iudic. ſed etiam † ſi ſit clericus, prò
ut conſuluerunt quidsm per notata per Innocen-
tium vbi ſuprs, & bene, prout uoluit D.Nicnlaus
in rubrica de teſtam.eſto quòd aliqui aliud uolue
132 rint ut plenius ibi per eum. Si verò † exiſtens in
carcere nō ſit dsmnatus ad perpetuum carcerem,
teltari poterit, ſi ante ſententiam decedat.ff.de te
ſtam.l.ſi quis poſt. Quod licet verum ſit, tamen
133 fallit † in carcerato pro tali crimine pro quo
poſsit poſt mortem aceuſari, quod quando ſit no
tatur.ff.de accuſat.l.ex iudiciorum.lecundū Imo
lam in d.c.quia ingreſſa.
134 Decimò fallit † in illis, qui ſe timore pœnæ
interficiunt, cum rslium teſtamenta nnn valeant,
135 & hoc verum † ſi talis pœna veniebat imponen
da per quā perdidiſſent poteſtatē teſtandi, cū ali-
ter aliud eſſet, pro vt notatur. C.q teſtsm.fac.poſ.
l.ij. vbi de hoc plenius per Glnſ. Bald.& alios.
136 Vndecimò fallit † in vſurario manifeſto, qui
teſtari prohibetur, nnn præſtita eautione de relti
tuendo malè ablata: vt elt expreſſum in c. quáquā.
de uſur.lib.vi.& ſi teſtetur, non præſtita dicta cau
tione non valebit vt ibi.

Ampliatur dicta fallentia procedere & primò,
137 etism † in relictis pro anima, & ſic ad pias cau
ſa: cum nec in his talis vslidè tellari poſsit. ſecun
dum Lapum allegatione xxx.& Bald.in d.l.i.C.de
ſscroſan.eccl. pro quo facit quod ſuperius dictum
eſt de damnato ea mente Ioannis Monachi.
138 Ampliatur ſecundò procedere etiam † ſi dicts
csutio præſtaretur poſt mortem ipſius teſtantis
vſursrij manifeſti, cum propterea non reconuale
ſceret reltamentum nullum: vt voluit Gloſ.in ver
bo manifeſtos.in Clemen.i.de ſepulturis.& quòd
ſi hæredes vſurarij manifeſti ſatisfaciaut, propte-
reà non reconualeſcat teſtamentum, tenuit Bald.
in l.ſi hæreditss.C.de teſtam.milit.
139 Ampliatur & tertiò, † etiā ſi ipſe vſurarius ma
nifeſtus feciſſet teſtamentum nnn præſtits dicta
cautione, ſed poſtea pœnitens & contritus ex In-
teruallo eam præſtitiſſet, nam propterea non recō
ualeſceret teſtamentum, ſecundum Paul.de Lea-
140 zarija in Clemē.i. de ſepulr. † ubi dicit, dictam
csutionem operari ſolum effectum quo ad euitan
dā illam pœnam ſepulturæ denegatæ de qua ibi,
nnn autem qun sd validandū teſtsmentum: quod
ab initin fuit nullum ex perſons teſtantis, ſicut
141 † cnnditum ab impubere non conualeſcit adue
niente pubertste. Ad hnc facit.ff.de teſtam.l. ſi
filius. & l.ſi quæramus.& l.qua ætate, & l.eius.§.i.
referens Ioannem And. contrarium tenere in d.c.
quanquam, vbi dicit plura ſcripſiſſe pro defenden
da dicta ſua opinione contra Ioannem And.& cer
tè iſta opinio eſt cōmuniter tecepta à Canoniſtis
* & Legiſtis * & eam tenuit in d.c.quanquā. Gat-
zias, & Ioannes Monsch. Lapus, Abbas, & Ioānes
de Lignano, quam conſulendo ſequutus eſt Fran
ciſcus de Ramponibus in quodam ſuo cōſilio in-
cipiente Albericus quondam Hugonis. vbi refert
vidiſſe bis idem conſuluiſſe Ioānem de Lignano,
& cnm eo reſediſſe Ioannem Calderinū in ſubſcri
ptionibns. Idem Lignanus in d. Clemē.de vſuris.
142 ex eo potiſsimè: quia dictum † c. quanquam, re
quirit ante teſtamentū dictam cautionem, ut præ
ambulum ad aperiendam viam facultati teſtandi,
quæ ob præcedens delictum ſibi præcludebatur.
vnde ſi ſubſequatur, quod ab initio nullum fuit
non reconualeſcit, etiam ſi ceſſet cauſa impedimē
ti.ff.de regu.Caton.l.i.in principio.& l.cætera.ff.
de leg.i. & quia vſurarius manifeſtus per dictum
c.quanquā, redditur inhabilis ad teſtandum, quod
& tenuit Cynus in l.i.ff.de leg.iij. & verius eſt de
iure, vt dixit Bal.in l.ij.C.de bon.poſſ.contra tab.
& in d.l.filio. vbi idem tenet. & in l.executorem.
C.de execut.rei iudi. quam melius cogitans am-
plexus elt ipſe Ioannes Andr.in Gloſ. in Clemen
tina i. de ſepult.
143 Contrarium † diſputando tenuit Nicolaus de
Matarellis in quadam ſua diſputatione, quem re-
fert, & ſequitur Bart.in dicta l. filio præterito.ff.
de iniuſto telta. quod etiam tenuit in dicto cap.
quanquam. Ioannes de Fsntutiis, Bal. & Petrus
de Anchar.& Dominicus & repetitè ipſe Ioannes
Andr. in nouella. & Petrus de Ancharan. in c. ſi
eo tempore. de teſcript.lib.vi. & Angelus in di-
cta ſua diſputatione, in deciſione primæ quæſtio-
nis dicētes hanc veriorem de iure, & magis ęquā.
in quam & ipſe Bald.in dicta l.exequutorem. vi-
detur inclinsse: dum ibi dicit iſtam æquiorem,
aliam veriorem. reſpondent iuribus pro commu-
144 ni allegatis, non obltare, † cum loquantur in
ſimpliciter prohibitis teſtari, de quibus non eſt
manifeſtus vſurarius, qui non eſt ſimpliciter pro-
hibitus, cum non prohibeatur per decretalem
145 † dicti c. quanquam. teſtari, nec ipſa decretalis
eum inteſtabilem reddat, vel eius perſonam affi-
ciat: ſed ſolum prohibeat alius intereſſe eius te-
ſtamentis, quaſi commoditatem teſtandi ſibi au-
ferat, & ſic eius teſtsmentum irritet ex defectu eu
iuſdsm præsmbuli, quòd etiam non eſt de ſolen-
nitatibus, quæ inſint in teſtsmento, cum in con-
fectione teſtamenti, neceſſariò non ſit exhiben-
da csutio, imò & quandocunque prius præſtari
poteſt, nec eſt neceſſarium ꝙ de ipſa in teſtamen
to fiat mentio, cum hoc nullo iure caueatur. Pro
qno facit, quod in ſimili noratur de uocatione ab
146 ſentium: † qui ex poſtfacto cōſentire poſſunt.
c.qnod ſicut.& c.quia propter. de elect.& c.cū in
eccleſijs.de præb.lib.vi. Aliàs verò, ſi diceremus ꝙ
147 dicta conſtitutio. † c. quanquam, msnifeſtum
vſurarium redderet inteſtabilem, vel ꝙ cautio
prædicta eſſet de ſolennitste confectionis teſta-
menti, & tunc planum eſſet ſecundum leges, ꝙ
aliter factnm teſtamentum non valeret, nec recon
naleſceret niſi in certis caſibus enumeratis per
Ioannem

Ioannem Andr.in nouella in eod. c.quanquam. adducens inter alia in argumentum dictam l.filio præterito.& l.qui soluendo.ff.de hæred.insti.
148 † per quas leges probatur de æquitate testamentum nullum reconualescere sublata causa impedimenti. quę nullitatem inducebat nõ solum ante mortem,sed etiam post, fortius ergo in casu prędicto reconualescere sublata causa impedimẽti, quæ nullitatem inducebat non solum ante mortem, sed etiam post.fortius ergo in casu prædicto reconualescere debet de iure canonico,
149 quod†æquitati innititur.c.fi.de transact.cum similibus.Ex his rationibus disputando tenuit hãc partem Nicola.de Matarellis dicens quòd finis
150 † dicti c.quanquam. intelligi debet,quod testamenta non ualeant quo ad effectum allegatum, quod in simili dicitur in l. uniuersa.de diuers.rescrip.canonizata xxx.q.ii.& apertius facit l.uniuersa.C.de prec.Imper.offeren.& pro hac parte multum facit: quia effectus non læditur ex opi
151 nione prædicta,nec fauor†qui debetur testamẽtis.c.fi.de re iudi.secundum Ioan.And.qui licet uacillauerit, cum istam opinionem primo tenuerit in dicta Glo.d.c.quanquam. demum uidens eam impugnari à Paulo de Leazariis, & aliis.ab illa uisus fuit recedere in alia Gloss. quam posteà fecit in Clement.j.de sepulturis. ubi imò melius cogitans disputando in dicta nouella rediit ad primam,& in ea firmiter resedit. Pro quo etiã facit:quia ut dictum est,dicta cautio non est de solennitate substantiali, cum non requiratur q̃ contemporaneè interueniat tempore confectionis testamenti,sed potius de substantialibus prę
152 ambulis, & quia † testamentum morte perficitur,ut notatur in c.cum marchio.de celeb. miss. unde sufficit,quòd ante mortem præstetur. Ad hoc quod notatur in c. perpetuæ. de electio. lib.
153 sexto.Facit etiam pro hac parte: quia † testamentum usurarii manifesti de iure ciuili ualet, sed non de iure canonico, quod ius ;cum innitatur æquitati,ut supra, non est dicendum quòd curet nisi de effectu, ut creditoribus satisfiat, & delinquens pœniteat. ex his euitatur opinio Le-
154 gistarum, & dubiũ remanet in intellectu †dicti c.quanquam,& pro prima stat Garzias .Ioãnes Monachus, Paulus, Lapus, Lignanus, Ioannes Calderiu.Franciscus de Ramponibus, Bald. sibi contrarius,Ioan.And.in Glo.in dicta Clem.
✻ quæ ut supra communis est, ✻ & non minus cõ
✻ munis✻ contraria dici potest,quam ad partes disputãdo tenuit Nic. de Matarellis,ipse Io. And. Io.de Fantutiis.Bart.Bald.Pet.de Ancha.Dominicus & Aegidius Bellamera in eo.c.quanquam. ubi etiam hanc tenuit Guiliel. de Ponteleno. &
✻ certè magis cõmunis est, ✻ & ab ea in iudicando non recedendum ex præmissis:nam dictio illa in
155 †d.c.quãquam.aliter non denotat formã testandi,sed satisfaciendi,uel cauendi, de quibus satisfactione & cautione præmiserat.illæ ergo atten-
156 dendæ. Nam † & si quod ab initio non ualet tractu temporis &c.uerum est solo tractu temporis. Secus tamen in casu nostro, cum concurrat temporis tractus, & restitutio per cautionem.

Ampliatur & quartò dicta fallentia procede-
157 re,etiam † in usurario manifesto:qui cautionẽ præstitit,deinde fecit testamentum taliter quòd ualuit, deinde continuauit uitium usurarũ,licet non manifestè,nã propterea tale testamentũ irritabitur,nec ualebit.Nã ex quo in illud idẽ crimẽ reincidit,præsumitur nõ penituisse,sed simulasse.c. literas. in fi. de præsumpt. nec requiritur q̃ omni momento exercitium, uel actio ipsius in hoc sit manifesta,satis enim est q̃ fuerit à principio manifesta.ff.quod ui aut clam.l.iij.§.illud.cũ sua Gl.non enim uidetur dimisisse ex quo rediit ad uomitum,& reiterauit crimen. Nam ex subsequenti facto apparet retro nõ fuisse purgatũ,sub
158 sequens †enim sicut præcedens informat & declarat præteritum.C.de adul.l.si qui adulter.con
159 tinuatio † quidem & adhærentia eiusdem naturæ censentur.vt ff.de rei uendica.l.quę religiosus.& de consecra. eccl.uel altaris.c.uno.de senten.excommun.c.si ciuitas.libro vi.secundũ Io. de Ligna.in d.Clemen.j.de usur.ubi contrariis respondet. Hoc idem uoluit Franciscus de Zabarellis in d.Clemen.i.ubi dicit hoc fuisse disputatum, & sic conclusum.Idem ibi Paulus de Leazariis.& Ang.in dicta sua disputatione ante medium,uersic.decimotertio. & Laurentius de Florentia in tractatu de usuris. in q.ccvi. & Lapus, Petrus de Ancha.& Dominicus in d. c.quanquã. & Bald.in l.executorem.C.de execu.rei iudi.Federicus de Senis.consilio vij. Petrus de Anchar. & Imola in c.quia ingressa.de testa.Bald.in d.l.i.
✻ C.de sacrosan.eccl.& communiter tenetur. ✻
160 Ampliatur & quintò etiam†si dicta cautio prętaretur post mortem per hęredes: nam tunc testamentum nullum non reconualesceret,secundum Glo.in uerbo manifestos. in dicta Clemen. j.de sepulturis.

Sublimitanda est tamen dicta undecima fallentia.in qua dicitur usurarij manifesti testamentum nullum esse non prętita dicta cautione pluribus modis seu casibus.

161 Et primò:quãdo† hęc cautio prętaretur post mortem testantis de speciali mandato ipsius usurarij testantis,secundum Angelum in dicta sua disputatione in decisione principalis dubij, & Franciscum de Zabarell. in dicta Clementi. j.& Petrum de Ancharano in dicto c.si eo tempore. de rescript.libro.vj.

162 Secundò sublimitatur non procedere † in eo, qui primò fecit testamentum:& posteà efficitur usurarius manifestus: nam propterea ob sequens delictum huiusmodi pręcedens ualidum testamẽtum non irritatur.instit. quid.mod.testam.infirment. in principio & in.§. hoc autem.& C.qui testam.fac.poss.l. si furiosus. & hoc clarè uoluit Paul. de Leazarijs in Clementina.j. de usur.cum quo cęteri transeunt.quod est notandum.

Tertiò

163 Tertiò ſublimitatur: quando † in ipſo uſura-
rio apparent ſigna contritionis: cum tunc ualeat
ultima uolũtas eius quo ad relicta ad pias cauſas,
ut conſuluit D. Antonius de Butrio & Petrus de
Anch. per l. i. C. de ſacroſan. eccl. quod prius uo-
luit Lapus allegatione cxxv. quem ſequitur Do-
minicus in dicto c. quanquam. & communiter
* tenetur. *
164 Quartò ſublimitatur: quando † in tali ultima
uoluntate eſſent relicta alimenta, et ea per trien-
nium fuiſſent ab hærede ſciente preſtita, cum
tunc peti poſsint pro annis futuris. l. i. C. de fi-
deicom. ſecundum Angelum in dicta ſua diſpu-
tatione in uerbo de nouo.
Quintò ſublimitatur dicta fallentia non pro-
165 cedere: † quando relicta in tali ultima uolunta-
te fuiſſent ſoluta, cum tunc repeti non poſsint:
propter naturalem obligationem, quæ ex talibus
teſtamentis oritur: ut notatur per Ipſum Ange-
lum in dicta diſputatione: in dicto uero de nouo.
Ad hoc. l. non dubium. C. de teſtam.
166 Sexto ſublimitatur non procedere: † quando
relicta in tali teſtamento uel ultima uoluntate
fuiſſent relicta certis perſonis pro reſtitutione
uſurarum & malè oblatorum, uel pro incertis
vſuris & malè ablatis relictis pauperibus Chriſti,
cum tunc ea ualeant quoad illam quantitatem,
ut ſentit Ioannes Andr. in dicto c. quanquam. &
167 Lapus in dicta allegatione xax. Quod tamē † ue
* rum eſt, & cõiter tenetur * quãdo de huiuſmo
di uſuris & malè oblatis conſtaret aliter, quàm
per aſſertionem uel confeſsionem teſtãtis: aliàs
enim ſecus dicendum: cum ut ſuperius dictum
eſt in alio caſu, potius haberet uim relicti, quàm
reſtitutionis: ſecundum Petrum de Anchar. in
eodem c. quanquam.
168 Duodecimò fallit principalis regula † in ex-
communicato: qui teſtari prohibetur: ut uo-
luit Glo. in cap. decernimus. de ſentent. excom.
lib. vj. & ut ibi refert Ioannes And. hãc opinio-
nem tenuit Hoſtien. c. Garzias & Petrus de Vn-
dalla: & hoc propter periculum communionis
169 cum excommunicato, cum quo † communi-
candum non eſt. auct. de priuil. dot. hæret. mul.
170 non præſt. §. antepenultimo. Preterea † et inter
dicuntur actus legitimi: ut eſt expreſſum in di-
cto c. decernimus. & uidetur ſimilis deportato,
171 † qui eſt inteſtabilis. l. eius cui. §. j. ff. de teſtam. &
ita diſputando firmauit Stephanus Prouincialis,
in quadam ſua diſputatione: adducẽs inter alia,
auct. ut cum de appel. cognoſ. §. generalem. per
172 quem textum † tenebat Hoſtienſ. quòd nec hæ
res inſtitui poſſet, ut ipſe notat in ſumma de teſt.
§. quis ſit effectum. uerſi. & prodeſt hoc notare.
Hanc partem etiam tenuit Ioannes Monachus.
Cardinalis in d. c. quanquam. Ad hoc facit: quia
173 † excommunicatus non poteſt eſſe arbiter: ut
notatur. ff. de arbit. l. Pedius. & Guil. in Specu. de
arbitris. §. differt. verſic. item ſecundum eum. Idẽ
dicit fuiſſe conſultum Perufij Petrus de Ancha-
rano in dicto cap. quia ingreſſa.
174 Contrarium † tenuit Innocent. in c. cum uo-
luntate. extra de ſentent. excommun. nihil alle-
gando, ubi dicit excommunicatum teſtari poſ-
ſe, & iſtam opinionem ſequutus eſt Archid. in c.
pia. de excep. lib. vj. & ibi Petrus & Abbas in eo-
rum diſtinctionibus. & Iacobus de Beluiſio in
aucten. de ſanct. epiſc. in §. omnibus. Idem tenet
Aegidius Bellamera in dicto c. decernimus. &
ipſe Ioãnes And. mutando opinionem tenuit in
eodem c. decernimus. in nouella. quod & uerius
* eſt, & magis communiter * tenetur. iis potiſsi-
175 mè rationibus. Nam † excommunicatus poteſt
contrahere & donare: ut dicto c. cum uoluntate.
176 ergo & legare, † cum legatum ſit donatio facta
à teſtatore. C. de legat. l. fin. inſtitut. de legat. in
princi. niſi in caſu. §. credentes. c. excõicamus. de
177 hæret. † qui multũ pro iſta parte. Nam ex quo
ſpeciale eſt in excõicato propter hæreſim; ergo
cõtrariũ eſt generale: ut uidelicet excõicatus ob
aliam cauſam, etiam infra annum teſtari poſsit:
argumento. xxv. diſtin. qualis. cum concordan-
178 tiis, maximè † cum propterea non perdat bona,
nec eorum adminiſtrationem: ut per ipſos in d.
179 c. pia. Infamis † enim licet ſit ab actibus com-
munibus excluſus: ut ff. de iis, qui notantur in-
famia. l. ii. §. miles. & ff. de teſtib. l. iij. §. l. Iulia. &
C. de dignita. l. ii. lib. x. tamen teſtatur: ut l. i. C.
de ſecund. nup. quod fortiter coadiuuatur argu-
mentis ipſius Iacobi uidelicet: cum teſtari poſ-
ſit quicunque non reperitur prohibitus; ut in re-
gula noſtra principali. ſed excommunicatus non
reperitur expreſsè prohibitus inſtit. quibus non
eſt permiſſ. face. teſtam. ergo.
180 Item licet † forma teſtamenti ſit de publico
181 uel ciuili, attamen † uoluntas teſtandi eſt de
iure naturali uel gentium. C. de teſtam. l. teſtan-
di; quam uoluntatem excommunicatus coram
teſtibus teſtamento exprimere poterit, cum vo
uoluntatis nuncupatione fiat, & ſic ſuper uolũ-
tate fundatur iuris gentium.
182 Item; quia excommunicatio † lata ab homi-
ne eſt pœna contumaciæ. c. ſacro. de ſentent. ex-
commun. & durum ac abſurdum uidetur quòd
propter contumaciam & eius pœnam, quis à te-
ſtando prohibeatur. Ad hoc quod notatur in c.
ex literis. de conſtit. Et ſi ipſa excommunicatio
feratur à iure, ut eſt in caſibus, de qbus. in c. eos.
de ſentent. excommunicatio. & tunc ponderan-
do quemlibet eorũ caſuum graue erit, quòd illæ
culpæ reddant inteſtabilem.
183 Non obſtat ſecundũ predictos, dictus † §. an-
184 tepenultimus, et † dictus. §. generalem. quia nõ
loquuntur ſimpliciter de excommunicato, ſed de
heretico. Nec obſtat quòd actus ciuiles & com-
185 munes ſint excõmunicatis prohibiti: q † actus
ciuiles et communes ſumuntur diuerſis modis,
186 ut notatur in dicto. c. pia. nec eſt uerum † quòd
excommunicatus æquiparetur deportato: ut uo-
luit Hoſtien. & Garzias, & Arcurtius in Gloſ. in-
ſtitut.

ftitu.de capit.dimin.§.minorem. ubi æquiperat
cum cui eſt interdictum aquæ & igni, cuius loco
ſuccedit deportatio.ff.de pœnis. l. ii. cum reti-
neat ciuitatem, & familiam, & bona. Imò & titu-
lum beneficiorum, & dignitaté: ut de offic.deleg.
187 c. fi is cui.lib.vi. Sed bene † æquiperatur rele-
gato, prout voluit Glo.in c.paſtoralis. de appel.
Ad hoc quod notatur per Inno. in c.cum bonæ.
de ętz.& qualit.& per Calderin. in diſputatione
quæ incipit. & excommunicatus maiori. & per
Franciſcum de Zabarellis in d. c. perpendimus.
in uerſic. quæro incidenter. quæ omnia notanda
ſunt: quoniam nedum principalis noſtra regula
non fallit in excommunicato, quinimò ex hiis cõ
188 cludi poteſt, quòd regulariter † excommunica
tus teſtari poteſt, & eius teſtamentum ualet: ut
tenuit etiam Federicus de Senis conſilio lxxx. &
conſilio.cxxiiii.quem ſequitur in d. cap. decerni
mus. Petrus de Ancharano, & Dominicus. quod
& tenuit etiam Bal.in d.l.ſi quæramus. in l. i. C.
de ſacroſanct. eccleſ. & in l.ſi his.C. ſi pendent.
appellat.mors interuenerit. quod & tenuit etiã
dictus Fráciſcus Zabarella in repetitione dicti c.
perpendimus.in q.xxxvii.quæ incipit quid de te-
ſtamento.quod etiam uidentur probare Domini
de Rota in deciſ.xia.quæ incipit item quod acce
* ptilatio, & communiter tenetur. * Quod amplia
189 tur procedere etiam † in publico uel manifeſtè
excommunicato, per id quod habetur C. de hæ-
reticis in auctẽn. credentes. quod & tenuit ętiã
ipſe Ioannes And. poſt Innocen. in d. cap. cum
voluntate.de ſentent.excommunic. quod ſequi-
tur Imola in d.c.quia ingreſſa. de teſta. & ita cõ
muniter tenetur ſecundum D.Nicolaum in rub.
* d.titu. de teſta. * Quod licet regulariter ſit uerũ
ut teſtari poſsit, tamen fallit.
190 Et primò, † in caſu dicti. §. credentes. hęreti-
cus enim, hæreticorumque fautor eſt inteſtabi-
lis ut ibi.
191 Secundò fallit: † quando eſſet excommunica
tus propter tale crimen, propter quod interdici-
tur factio teſtamenti, ut puta pro uſuris, ut d. c.
quanquam. ſecundum Bal.in d.c.decernimus:
192 Tertiò fallit: † quando fuiſſet anathematizatus,
uel ſolenniter excommunicatus: vt voluit Bald.
in d.l. ſi his. Pro quo facit: quia anathematizatus
videtur in hæreſi decedere: ut dicit Bald. in d. c.
decernimus. qui tamen ultimo loco dicit quòd ſi
quis decedat in excommunicatione, attamen ex
hoc ſuum teſtamentum non irritatur, pro quo fa
cit quod notatur in d.Gloſ.in d. c. decernimus.
ibi.§.credentes. in fi. debet tamen eius hæres pur
gare à ſuſpicione hęreſis, ſi epiſcopus eidem pur
gationem indicat.
193 Quartò fallit, † in excommunicato, qui velit
relinquere pro anima, cũ túc nõ poſsit, ut noluit
ipſe Ioannes Andreæ in d. c. cum voluntate. &
Bar. in d.l.ſi quęramus. dicẽs idẽ eſſe in quolibet
194 † notorio criminoſo. ad hoc quod notatur. xxiij.
195 quæſ.v.placuit. quod uerius eſt, cum † in cõgruũ
ſit quòd eccleſia accipiat relictum pro anima ab
illo qui deceſſit cum peccato mortali, cum ſpeciẽ
mali contineat, per id qđ habetur de vita & hone
ſta.clericorum in c.cum ab omni. Vſurariorum
196 † enim & excommunicatorum eleemoſynæ re-
cipiendæ non ſunt. Glo.in uerbo uel alius. in d.
c.cum uoluntate.& in c. ſacris. eod. titu. & hoc te
nuit Imola in d.c.quia ingreſſa. licet Bald. in d.
l.j. C. de ſacroſanct. eccleſ. aliud voluerit. cum
quo reſidet Petrus de Anch.in eo.c.quia ingreſ-
197 ſa. Sed licet hoc congruum ſit † & per ipſam ec-
cleſiam fieri fortè non debeat, tamen ſi ipſa eccle
ſia acceptet tale relictum, ualebit tale legatũ. pro
ut etiam uoluerunt ipſi Bald. & Petrus de Ancha
rano, ubi ſupra, & D.Nicolaus in d. rubrica de te
ſtamen. Ad hoc quod notatur in c. ex tranſmiſſa.
de decimis. & in cap. quod quidam. de pœni-
198 ten. † cenſetur enim tale relictum ad pias
cauſas factum non ſolum reſpectu eius cui re-
linquitur, ſed etiam reſpectu ipſius delinquen-
tium, adeò quòd erit priuilegiatum, ut reli-
ctum ad pias cauſas, ut voluit Dominus Nico-
laus in dicta rubrica.
199 Decimotertiò fallit † principalis regula in in-
famibus, qui ſimiliter teſtari non poſſunt: quod
uerũ eſt ſi ſit de illis de qbus habetur in l.is cui.§.
ob carmen.ff.de teſta. pro ut uoluit D. Nicolaus
in dicta rubrica eiuſdem tituli, uel de illis de
quibus in l.prima.C.de ſecun. nuptiis. cum alias
200 † ipſi regulariter teſtari poſſint, cum non re-
periantur prohibiti: ut uoluit Imo. in dicto c.
quia ingreſſa. de quo plenius notatur in regula,
infamibus.de regul.iur.libro vj.
201 Decimo quartò fallit † in ſodomita, qui infa-
mis eſt ipſo iure. l.j.& ibi Glo.§.remouet. ſuper
uerbo, paſſus.de poſtul.nec poteſt teſtari ut no-
tanter tenuit Iacobus de Beluiſo in auctent. ut
non luxur. cont.natur. quem ibi ſequitur Barto.
quod prius uoluit Guilɩel. in Speculo. in titu-
lo de inſtrumen. editione. §. compendioſè. ver
ſiculo decimotertiò.
202 Decimoquintò fallit † in hæretico. Nam cum
eius bona confiſcentur, non poteſt teſtamentum
conficere, prout uoluit D.Nicolaus in d.rub.de
teſtam.per id quod habetur in c.cum ſecundum.
de hæretic.lib.vj.
203 Decimoſextò fallit † in obſide.ff. de teſtamẽ.
l.obſides. Quod ſanè intelligas de obſide capien
do pro captiuo populi Romani, vel econtra, pu-
ta ſi apud infideles ſit Chriſtianus obſes, uel ecõ-
trà, cum ſi detur ob una ciuitate alteri aliud ſit,
ſecundum Barto.& ſcribentes in d.l. obſides. &
notatur de iureiuran.c. ex reſcripto. & commu-
* niter tenetur. *
204 Decimoſeptimò fallit: † in illo: qui eſt dubius
de ſtatu ſuo, cum & talis teſtari non poſsit. ff. de
teſtam.l. de teſtam. Quod ampliatur procedere
205 etiam † ad pias cauſas: ut uoluit Bald. in l. pri-
ma.C.de ſacroſanctis eccleſiis. cum quo reſidet
Petrus de Anch.in d.c.quia ingreſſa. Sed Barto.
in

206 in d.l.i.tenuit contrarium † uidelicet: q ad pias causas testari possit, per id quod hr. ff. de testam. milit. l. si militari. §. si miles. Quod & uerius est, cum tale impedimentum inductum sit à iure ciuili, quod non nocet ad pias causas; per id quod habetur. in c. cum esses. & in c. relatum. & in c. cũ tibi de testam. & tenet Imo. in eo. c. quia ingressi.
✻ cum quibus cæteri resident. ✻

CONCLVSIONIS & Regulę CIIII.

ARGVMENTVM.

In testamentis quot requirantur testes de iure ciuili, & quot de iure canonico.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Testes septem requiruntur in testamẽtis de iure ciuili, & hoc regulare nu. 5. & 6. nisi essemus in terris ecclesiæ, secundum cõmunem opinionẽ. ✻ nu. 4. & 7. Idem in relictis ad pias causas, secundum communem opinionem. ✻ nu. 3. & 8.*
2 *Testes duo cum presbytero parrochiali requiruntur de iure canonico in testamentis secundum communem opinionem. ✻ nu. 4.*
9 *Testamentum in rure conditum ualet cum quinque testibus.*
10 *Intellectus ad c. cum esses. de testam.*
11 *Testamentum factum inter liberos ualet, cum duobus testibus, etiam fœminis, uel non rogatis.*
12 *Testamentum factum à milite in actu belli ualet cũ duobus testibus.*



1 IN TESTAMENTIS † quot testes requirantur de iure ciuili, certum est septem requiri regulariter; ut l. si unus. l. hac consultissima. & l. fin. C. de testamen. Sed an hoc † pro-
2 cedat de iure canonico, maxima est controuersia de qua in c. cum esses. & in c. sequenti, quod incipit. relatũ est. de testãm. plenè per Canonistas tamen; quidquid disputatiuè teneri possit, concludendum est cum Ioanne Andr. in eo. c. cum esses. quẽ sequitur in effectu ibi Petrus Perusiq. Petrus de Ancha. & D. Florianus, & eius opinio
✻ communiter tenetur; ✻ & in practica seruatur, qui reducẽdo diuersas opiniones has, ad concordiam, distinguendo, dixit.
3 Aut loquimur † in relictis ad pias causas, & sufficiunt duo testes idonei, siue agatur in foro ecclesiastico, siue seculari, siue in terris subiectis tẽporali iurisdictioni ecclesiasticæ, siue in terris
4 Imperij. Aut loquimur † in relictis ad non pias causas, & tũc aut loquimur in terris subiectis ecclesiæ, & duo testes cum presbytero parochiali
5 sufficiunt; ut est text. in d. c. cum esses. Aut † in terris Imperii; & tunc seruandum est quod per leges ciuiles dispositum est. & cum hęc opinio
6 † cõsuetudine roboretur seruãda est, per id quod habetur in l. minimè, ff. de legi, Ad hoc quod notatur per Archi. ii. q. iiij. §. j. & per Federicum de Senis consilio ccvij. aliàs consilio ccxvii. Vnde firma remanet regula quòd septẽ requiruntur de iure ciuili. Quæ tamen fallit.
7. Et primò † in terris ecclesiæ, ut patet ex p̃dictis.
8. Secundo fallit † in relictis ad pias causas, ut patet ex prædictis; & notatur. C. de sacrosac. eccles. l. j. & ibi per Bat. in repetitione & per Bal. & com-
✻ muniter Legistas ✻ & in l. generali, & in d. c. cũ esses. & c. relatum est.
9 Tertiò fallit: † quando testamentum fieret in rure, cum tunc sufficiant quinq; testes: ut l. fi. C.
10 de test. & ita intelligi poterit † dictum cap. cum esses. ibi, uel quinque testium.
11 Quartò fallit; † quãdo testamentum fieret inter liberos, cum tunc sufficiant duo, etiam si sint fœminæ, & non rogati; ut d. l. hac consultissima. C. de test, ubi plenius de hoc notatur.
12 Quintò fallit; † quando fieret à milite in actu belli, cum tunc sufficiant duo. ff. de testam. mil. l. Diuus. & l. Lucius.

CONCLVSIONIS & Regulæ CV.

ARGVMENTVM.

Legatum rei alienæ ualet & tenet, si scienter factum sit.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Legatum rei alienæ scienter factum ualet, nisi legatarius ex alio testamento eam consecutus foret. nu. 2. secus si pretium rei. nu. 4.*
3 *Duæ causæ lucratiuæ in eadem re concurrere non possunt.*
5 *Legans rem alienam, etiam scienter, habens solum possessionem illius, illam solum legare uidetur. Idẽ si habebat partem in re legata; uel ius in ea, cum illud ius, seu partem, legata crederet. nu. 6. nisi totam legasset. nu. 7. uel res esset communis inter testatorem & legatarium. nu. 8. & tunc nisi dixisset. lego fundum meum, nu. 9.*
10 *Legans partem rei, si postea per adiudicationem redimat aliam partem, adueniente morte totum debetur, secundum communem opinionem. ✻*
11 *Legans rem alienam, cuius non est commercium, etiã scienter, nihil agit, & hoc si non est commercium propter ipsius rei naturam. num. 12. Idem si de ea posset haberi commercium in communi, tamen cũ magna difficultate. nu. 13. etiam cuiuscumque ecclesia. nume. 14.*
15 *Legatum rei alienæ scienter factum, cuius commercium haberi non potest propter quandam qualitatem, ut quia ædibus sit coniuncta, ualet sed debetur æstimatio.*

Legatum

commercium in communi habetur cū magna difficultate, sed non in particulari, & defectus prouenit ex parte hæredis, ualet & debetur æstimatio. Si uerò ex parte legatarij, & propter delictū, & legatū non ualet. nu. 17. Si uerò propter aliud & testator sciuit, legatū ualet, sin aūt, secus n. 18

19 *Legatum de re immobili forensi, prohibito acquirere in loco, ualet, sed debetur æstimatio.*

1 
EGVLARITER † legatū rei alienæ scienter factum ualet, cum eam hæres redimere debeat, & posteà præstare, uel si eam redimere nō potest, debet præstare æstimationem. instit. de lega. §. non solum. ubi Glo. Idem Glos. fin. in fin. in c. filius. extra de testam. & l. cū alienam. C. de leg. Quod licet uerum sit, tamen fallit.

2 Et primò: † quādo legatarius, cui testator scienter legat rem alienam, prius eam ex alio testamēto fuit consecutus, cū tunc illā ex tali testaméto
3 petere non possit. cùm † duę causę lucratiuæ in eadem re concurrere non possint. ff. de legat. ii.
4 l. melius. §. duobus. esto quod aliud sit † si ex alio testamēto pretium ipsius rei fuisset consecutus: ut instit. de leg. §. si res aliena.

5 Secundò fallit: † quando ipse testator legans habebat solum possessionem in ipsa re, cum tunc uideatur solum ipsam possessionem legare, adeò q̄ hęres tradēdo ipsam possessionem liberatur, nec tenetur tradere dominium, uel de euictione: ut uoluit Bar. in dicta l. cum alienam. argumento. l. j. in fin. ff. uti possidetis. de quo plenius per Bal. in d. l. cum alienam. & Imolam in l. si domus. §. de euictione. ff. de lega. j.

6 Tertiò fallit: † quando ipse testator scienter legans rem habebat ius in ipsa re, uel partem ipsius rei, cum tunc, ius quod habet in ipsa re uideatur legare, & nō totam ipsam rem. ff. de lega. j. l. serui electione. §. finali secundum D. Nicolaum in c. filius. de testam.

Sublimitatur hoc non procedere: & primò;
7 † quando testator legasset totam ipsam rem, uel per uerba similia, per quę appareret quòd de tota sentiebat, cum tunc debeatur tota ipsa res, uel totius rei ęstimatio, prout uoluit Bart. in dicta l. cum alienam. per id quod habetur in l. Iulianus. ff. de leg. iij. quem sequitur D. Nic. in d. c. filius. secus si eam simpliciter legasset.

8 Sublimitatur & secundò; † quando res, quam testator legauit, erat inter ipsum & hæredē cōmunis, tunc enim tota ipsa res debetur. l. nonnm ex familia. §. si rem. ff. de leg. ii. l. cum filius. §. dominus. ff. eod. tit. secundum Bart. in l. serui electione. §. cum fundum. ff. de leg. j.

9 Quod tamen sublimitandum est, † per ea quæ dicta sunt. secundum Glo. & Bar. in d. §. cū fundum. quando testator legando dixisset, lego fundū meū, cū tunc solùm suā partē uideatur legare, & nō partē hęredis. secundū ipsum Bar. & Glos.

10 Sublimitatur & tertiò; † quando post legatū factū de parte, testator necessariò per adiudicationē redemerit aliā partem, tūc enim totū deberetur per l. Iulianus. §. idē Celsus. ff. de act. emp. secundum Bart. ex mente Iacobi de Arena in d. §. cum fundū. aliàs secus, cū pars posteà redempta, legato non cedat, secundum Dynum, Iacobū de Are. & Bar. ubi supra, cū quibus resident cęteri.

11 Quartò fallit; † quando legatum esset factū de re aliena, cuius non est commercium, cum tunc non teneatur dare ipsam rem, nec eius æstimationem. ut d. §. non solū. insti. de leg. & uult Glo. in c. filius. de testamen. Quod uerum est quando
12 † non esset commercium propter ipsius rei naturam, ut quia sit res sacra uel religiosa, uel liber homo, ut d. §. non solum. ff. de uerb. obligat. l.
13 inter stipulantem. §. sacram. Idem † si de ipsa re posset haberi commerciū in communi, tamen cū magna difficultate, a quo quòd censetur esse quasi impossibile; ut contingit in prędiis Cęsaris, seu Imperatoris, uel ecclesię Romanę. l. apud Iulia-
14 num. §. fin. ff. de leg. j. Vel † alterius ecclesiæ, secundum quosdam. per text. in d. c. filius. quod an procedat inferius patebit.

15 Si uerò † de ipsa re non posset haberi commercium propter quandam qualitatem, ut quia esset coniuncta ędibus, & tunc deberetur æstimatio. l. cætera. §. si dnobus. ff. de leg. j.

16 Si uerò † de ipsa re posset haberi commerciū in communi, & sine magna difficultate sed non in particulari, & tūc, aut defectus cōmercij prouenit ex parte hæredis, & debetur ęstimatio. l. sed & si res. ff. de leg. j.

17 Aut prouenit † ex parte legatarij, & tūc si propter eius delictum, ut in iudæo mercante mancipium Christianum, & non ualet legatum. l. mortuo. §. Labeo. ff. de leg. ij.

18 Si uerò † non proueniat propter eius delictū; sed propter aliud uitium, seu defectum, & tūc si testator sciuit & ualet, si uerò ignorauit & non ualet, etiā quoad æstimationem. l. fideicōmissa. §. si quis seruo. ff. de leg. iii. prout uoluit Barto. in d. l. sed & si res. & Imo. in d. c. filius. qui propte-
19 rea dicit q̄ † si legetur res immobilis forēsi prohibito acquirere in loco debebit ęstimatio, & hoc an de iure canonico procedat inferius discutietur.

CONCLVSIONIS & Regulę CVI.

ARGVMENTVM.

Legatum rei alienæ ignorātes factum, non ualet.

SVMMARIVM.

1 *Legans rem alienam ignoranter, regulariter nullum ius tribuit, nisi legaret coniunctæ personæ; secundum communem opinionem. nu. 2. & hoc uerum nisi hæres grauatus pari gradu uel proximori esset coniunctus. nu. 3.*

4 *Legatum rei alienæ factum coniunctæ personæ, si te-*

 stator

ſtator putabat rem ſuam ex cauſa limitata non ualet.

5 *Teſtator ſcienter ſiue ignorãter rem hæredis legans, legatum ualet, niſi hæres repudiaret hæreditatem. nu.6. Vel niſi hæres adeat cum beneficio legis & inuentarij, & illud conficiat, & in hæreditate detracto ære alieno, non ſuperſit tantum, quantum ualet res legata. nu.7.*

8 *Legatum rei alienæ ignoranter factum præſente domino rei, ſciente & conſentiente ualet.*

9 *Libertate legata ſeruo, quem teſtator ſuum eſſe credebat, ipſa omninò debetur.*

10 *Teſtator poſſidens rem alienam ignoranter, ſi eam legat, poſſeſſio tantum debetur.*

11 *Intellectus ad c. filius. de teſtam.*

12 *Legatum rei alienæ ignoranter factum, ſi illa erat teſtatori debita, vel ius in ea habebat, legatum ualet in eo iure, quod in ea habebat.*

13 *Legatum rei alienæ etiam ignoranter factum, ſi ad pias cauſas, ſaltem quo ad æſtimationem ualet. ſecundum communem opinionem. * nu.17.*

14 *Anima cæteris rebus præferenda, & nulla maior coniunctio, quàm animæ.*

15 *Eccleſia cenſetur mater omnium fidelium.*

16 *Coniuncta perſona in materia legatorum conſideranda reſpectu ſanguinis, ſecundum communem opinionem. **

17 *Eccleſia, largo modo dicitur coniuncta perſona. Intellectus ad l. cum alienam. C. de legat.*

18 *Legatum rei alienæ ignoranter factũ ad pias cauſas, ſecundum communem opinionem in utroq; iure ualet. * niſi res legata foret eccleſiæ, ſecundum communem opinionem Legiſtarum. * nu.19. ſecus ſecundum Canoniſtas, ſed & ſecundum Canoniſtas, iſta præualet, & practicatur, & communis eſt, etiã de iure canonico. * nu. 20.*

21 *Legatum rei alienæ, quæ ſine magna difficultate haberi non poteſt, non debetur.*

22 *Eccleſiæ res ſine maxima difficultate alienari non poſſunt.*

23 *Eccleſiaſticæ res ſunt deputatæ communibus uſibus.*

24 *Legatum rei deputatæ ad publicum & communem uſum non ualet.*

25 *In teſtamentis non debet aliquid ſcribi, quod ſit contra ius uel bonos mores.*

26 *Eccleſiæ res legari non poſſunt.*

27 *Eccleſiaſticarum rerum commercium non eſt apud laicos.*

28 *Legatum rei eccleſiaſticæ factum laico, non ualet.*



1 PORTVNE ſubſequitur alia regula, quæ eſt, quòd † nõ ualet regulariter legatum de re aliena ignoranter factum, ſecundum dictam Glo. in d. c. filius. & eſt text. in d. §. non ſolum. uerſic. quod autem. inſtit. de legat. & ibi Gl. Quod tamen fallit.

2 Et primò: † quando ipſe teſtator ipſam legat coniunctæ perſonæ, cum tunc ualeat, ut d. l. cum alienam. C. de legat. quod & vult Glo. in d. c. filius. & Glo. in d. uerſi. quod autem. quod & com* muniter tenetur. * & quæ ſit uel dicatur perſona coniuncta iudicis arbitrio relinquitur ſecundum Gloſ. in d. l. cum alienam. creditur enim quòd ſi ſciuiſſet pariter legaſſet ob ſanguinis coniunctionem. Quod licet uerum ſit, tamen ſublimitatur.

3 Et primò: † quando de tali legato eſſet grauata alia perſona æqualiter, vel magis coniuncta, cũ tunc non debeatur legatum factum ipſi perſonæ coniunctæ de re aliena ignoranter, ut uoluit Bal. poſt Glo. in d. l. cum alienam. Ad hoc l. non ſolũ. ff. de ritu nupt. & l. cum pater. §. euictis. ff. de leg. ij. creditur enim quòd ſi alienam ſciuiſſet, alium coniunctum non ita grauaſſet.

4 Sublimitatur & ſecundò: † quãdo teſtator qui legauit, putaſſet ipſam rem eſſe ſuam, ex certa cauſa limitata: puta ex cauſa emptionis factæ à pupillo, uel adulto ſine debita ſolennitate, cum tunc non ualeat relictum factum etiam coniunctæ perſonæ: ut uoluit Gloſſ. in l. ſi domus. §. de euictione. ff. de lega. primo. ſecundum Imolam in dicto cap. filius.

5 Secundò fallit: † quando legaret rem hæredis, cum tunc indiſtinctè ualeat tale legatũ, id eſt, ſiue ignoranter ſiue ſcienter. & ipſe hæres eam præſtare teneatur. l. unum ex familia. §. ſi rem. ff. de leg. ij. Quod tamen ſublimitatur.

6 Et primò: † quando ipſe hæres repudiaret hæreditatem, cum tunc ſecus ſit. l. Imperator. ff. de legatis ſecundo. ſecundum Ioannem And. in dicto c. cum filius.

7 Sublimitatur & ſecundò † quando hæres à quo legatum relictum eſt, ipſam hęreditatem adeat cũ beneficio legis & inuentarij, & inuentariũ conficiat, & in hæreditate (detractis debitis) nõ ſit tantum, quantum ualet ipſa res legata, cum eam tunc præſtare non teneatur, per notata in cap. primo. de teſtamen. & in l. fina. §. in computatione. C. de iure deliberandi.

8 Tertiò fallit regula: † quando teſtator legauit rem alienam ignorãter domino rei præſente ſciẽte & conſentiente: cum tunc ualeat. l. ſicut. §. uenditionis. ff. quib. modis pign. uel hipothe. ſolu. & uoluit Bald. in dicta l. cum alienam. quod videtur uelle etiam Bartol. in l. cum quis. ff. de legat. tertio. dicens quòd talis conſenſus inducit quoddam tacitum mandatum: per id quod habetur in l. prima & ſecunda. ff. mandat. ut plenius ibi per eum.

9 Quartò fallit: † quãdo legaretur libertas ſeruo quem credebat eſſe ſuum, cum tunc indiſtinctè debeatur ipſi ſeruo libertas. l. Paulus. ff. de fideicommiſ. libertat. & l. quidam. §. ſi quis filium. ff. ad Trebellian.

10 Quintò fallit: † quando teſtator ignoranter legaũa rẽ alienam habebat poſſeſſionem ipſius rei, cum tunc ualeat legatũ, quo ad hoc, ut ipſe hæres teneat dare ipſam poſſeſſionẽ: non ut teneat dare dñiũ, uel de euictione teneatur, vt uoluit Gl. in d.

l. cum

11 l.cum alienam,& ita posset intelligi dictum† c.
filius.de testamen.secundum aliquos,ut dicit ibi
Do.Antonius.
12 Sextò fallit:†quando res aliena(quam testator
ignoranter legauit)erat ipsi testatori debita, uel
ius aliquod in ea habebat, cum tunc ualeat tale le
gatum:& in eo ueniat ius,quod in eo habet, siue
sit reale.siue personale,ut est text. singularis in l.
apud Iulianum.§.idem Iulianus.ff.de leg.j.secun
dum Bal.in d.l.cum alienam.ubi de hoc, de quo
in d.l.serui electione.§.fin.ff. de leg.j.
13 Septimò fallit:†quando fuisset legata res alie
na ab ignorante pro anima,seu ad pias causas, cū
tunc ualeat tale legatum,sicut & si factum fuisset
coniunctæ personæ,saltē quo ad æstimationē, &
14 est†ratio,cū nulla uideatur esse maior cōiunctio
quàm animæ,cū illa pręferenda sit cæteris rebus.
C.de sacrosan.eccl.l.sancimus.la j.& xij.q.j. cap.
pręcipimus.& de simon. cap. Matthæus.censetur
15 enim† ecclesia mater omniū fideliū.xii.q.ii.c. q.
abstulerit.Sed certè hoc nō transit sine dubitatio
16 ne,an ꝓcedat de iure canonico,cū cōiuncta†per
sona intelligenda sit in hac materia, ratione san
* guinis:prout cōiter * notatur per Doct.in c. nō
nulli.de rescrip.tenentes ꝙ iura permittentia ali
quid cōiunctis,intelliguntur de cōiunctis ratio
17 ne sanguinis,& nō de ecclesia:quæ†largo modo
dicitur cōiuncta, vnde sic intelligendā dictam.l.
cū alienā.& istā opinionē procedere ēt de iure ci
uili senserunt in d. l. Vltramontani, vt refert ibi
Bart. Sed quidquid dicant,licet forsan de iure ue
18 rius sit,tamē†ut inferius cōcludetur,cōis est opi
* nio * utroque iure ualere legatum factū ad pias
causas,ēt de re aliena ignoranter:sicut factū con
iunctæ personæ,& ea est potissima in utroque ca
su ratio:quia in d.l.rem alienā.nō declaratur quæ
dicatur coniuncta persona. unde cōiter tenetur
hoc relinqui arbitrio iudicis. Et cū ibi dicatur uel
allj, ut ibi notanter considerauit Bart. nō requi
ritur solū ꝙ sit coniuncta persona, sed ꝙ sit talis
cui uerisimile sit,si testator sciuisset rem legatam
non suā,omninò legasset. Quod licet uerum sit &
19 utroque iure procedat,tamen†sublimitandū est
quando res legata esset ecclesiæ, cum tunc legatū
rei ecclesiasticæ, ēt quo ad æstimationē scienter
uel ignoranter factū , etiam coniunctæ personæ,
uel ad pias causas,non ualeat, secundū Innocen.
in d.c.filius.de testamē.& Ioan.in Glo. canonis.
si episcopus.xii.quæstio.v. quorum opinio (& si
à pluribus impugnetur)& fortissimis rationibus,
ut tantum illa uera de iure ciuili, secus tamen de
iure canonico.per dictum c.filius. de testamē. ut
ibi per Hostien.Ioan.And. Do. Antonium Petr.
de Anchara. Imolam & Do. Nicolaum , & per
eundem Do. Nicolaum in repetitione c. cum es
ses.cod.titu.cū in hoc differret ius canonicum à
iure ciuili,ut per Bart.in suo tractatu de differen
tijs inter ius ciuile & canonicum, & tenet Glos.
in dicta l.cum alienā.& per scribentes in l. apud
Iulianum.§.fina.ff. de legat.j.nihilominus ut Pet.
de Ancharano, Imola, & Do. Nicolaus fatentur
20 Innocentij opinio†communiter teneri. * & dif
* ficile esset in practica contra eam obtinere. &
eam sequitur ipse Bartol. in dicta l. apud Iulia
num.§.fina.& in dicta l. continuus. §. cum quis.
in fin.& ipse Do.Nicolaus in quodam suo consi
lio,quod incipit, uidetur primo dictam legata
riam. quod ideò est, secundum Innocentium:
21 quia quando† legantur illa quæ sine magna dif
ficultate haberi non possunt, ut sunt prædia Cæ
saris, non ualet legatum . etiam quo ad æstima
tionem: ut dicta l.apud Iulianum.§.fina.ff. de le
gat.j.& sic eadem ratione in rebus ecclesiæ , quæ
22 sine † magna difficultate alienari non possunt.
23 xii.quæstio.ij.sine exceptione. Item quia† res
ecclesiæ sunt deputatæ communibus usibus. xj.
quęst.j.uidentes. Vnde non uidetur ualere lega
24 tum in eis, sicut & non ualet † legatum rei depu
tatæ ad publicum & communem usum , ut dicto
§. fina. & institu. de legat. dicto §.non solum. Et
25 quia † in testamento non debet scribi aliquid,
quod sit contra ius , uel contra bonos mores; ut
ff.de legat.j.l.si quis inquilinos.§.fin. meritò di
26 cendum † res ecclesiæ in testamento legari non
posse, & si legentur , legatum non ualet, cum sit
contra ius res ecclesiæ alienari nisi in casibus xij.
27 q.ii.hoc ius.Item quia†rei ecclesiasticę non est
commercium apud laicos. xii.q.ii.non liceat Pa
28 pæ.& c.sequenti. Vnde† si res ecclesiæ legetur
laico,non ualet legatum.ff.de legat.j. l. morte.§.
Labeo. secundum ipsum Inno.cuius opinio pręualet in usu: licet cum difficultate respondeatur dicto c.filius.non uiolando literam.

CONCLVSIONIS & Regulæ CVII.

ARGVMENTVM.

Legatum rei alienæ si per hęredem tradatur, et euincatur, an propterea agi possit de euictione.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Euictio an locum habeat in re aliena legata,*
tradita, & euicta: & quòd non, regulariter, nisi
legaretur res in genere ex natura seu qualitate
*ipsius rei, secundum communē opinionem * nu. 2.*
& tunc secus si legaretur incertus de certis puta
unus ex seruis meis. nu.4.
3 *Obligatus in genere tenetur facere rem accipientis.*
5 *Euictio locum habet in alienæ rei legato scienter fa*
cto, uel ignoranter coniunctæ personæ. nume.6. seu
ad pias causas nu.7.
8 *Hæres si est in culpa, ut res legata euincatur, no*
lens exhibere iura, & munimenta: de euictio
ne tenetur, nisi euinceretur pars rei legatæ ratio
ne alicuius iuris quod habebat in rem. num.9. ubi
datur ratio diuersitatis.

10 *Hæres de euictione tenetur ob legatum rei alienæ euirtum, si testator noluit, dicendo quam rem legatam uult ipse testator fieri bonam etc. uel per similia uerba.*

11 *Hæres an luere teneatur rem legatam alteri obligatam: remissiuè.*

12 *Testator si legat rem suam alteri obligatam, hæres non tenetur eam luere, nisi testator sciuisset rem obligatam. nu. 13. uel legasset coniunctæ personæ. nu. 14. uel ad pias causas. nu. 15. uel res lega a plus non ualeret quam debitum uel modicum. nu. 16. etiam si fores obligata pro alio debito quã hæreditario. nu. 17.*

18 *Intellectus ad l. si res obligata. ff. de legat. i.*

19 *Testator extraneus legans rem alterius, alteri obligatam, uidetur grauare hæredem ut luat.*

20 *Testator legans legatario rem ipsius legatarij ipsi testatori obligatam: uidetur grauare hæredem ut reddat pignus remanente personali obligatione. nisi appareret, quòd alia fuisset testatoris uoluntas. nu. 21. uel res obligata esset pro tanto, quod uerisimiliter non fuisset spes luitionis. nu. 22.*

23 *Testator legans rem alienam alteri obligatam, quæ non erat legatarij nec hæredis, & tunc hæres tenetur eam redimere & tradere, si scienter factum sit legatum. secus si ignoranter. quo casu idem dicendum ut dictum est: quando legatur res aliena. nume. 24.*

25 *Legatarius ad hoc ut de euictione agere possit, in rasibus in quibus ei datur facultas, necesse habet denuntiare ante litis contestationem secundum communem opinionem.*



EGATORUM materiam successiuè declarando, & si alibi de euictionis materia plenè discussum sit, quo ad uenditionem & emptionem: uideamus
1 de ea, quo ad legata, † & an si legetur & tradatur res aliena sed euincatur, hæres teneatur de euictione, de quo per Glo. & Bart. in l. si domus. §. de euictione. & in l. qui concubinã. §. si hæres. ff. de legat. j. Cynus. Barto. & Bald. in l. cum alienam. C. de legat. Petrus de Anchara. & Imola in cap. filius. de testamen. ex quorum dictis recolligi potest, quòd regulariter ipse hæres non tenetur de euictione, per id quod habetur in d. l. cum alienam. & in dicto c. filius. Quod licet uerum sit, tamen fallit.

2 Et primo: † quando legatur res in genere ex natura seu qualitate ipsius rei. l. qui concubinam. §. si hæres. ff. de lega. iij. & ibi Gloss. & Bart. tunc enim hæres legantis, si res legata legatario euinceretur, tenetur de euictione, & ratio est: quia ut in conclusione de euictionis materia diximus, uen-
3 dens † uel obligatus in genere tenetur facere rẽ accipientis. l. si à substituto. §. hæres. ff. de lega. j. Hinc est quod emptor tenetur facere pretium rei uenditæ uenditoris, non autem uenditor tenetur facere rem uenditam emptoris: quia tenetur tũc uenditor ad speciem: ut l. ex empto in principio. ff. de actio. empt. Quod uerum est, & communiter tenetur, tamen sublimitatur.

4 Et primò: † puta si legaret unum ex seruis meis, isto enim casu, hoc legatum æquiparatur legato speciei: ut l. in ratione. §. diligẽter. & §. sequen. ff. ad leg. Falcid. & l. qui decem. §. Stichum. in fine. Ratio est: quia hoc modo legatur incertus de certis: & sic non legatur res in genere simpliciter secundũ Bar. in d. §. de euictione. & Imo. ubi supra.

5 Secundò fallit: quando legatur res † aliena in specie scienter. dicta l. cum alienam. C. de legat. quod tamen intellige, ut supra discussum fuit: tunc enim hæres tenetur de euictione, aliàs derisorium fuisset legatum.

6 Tertiò fallit † quando legatur res aliena ignoranter coniunctæ personæ: ut dicta l. cum alienã. & ibi Gloss. & Bartol. & per ea quæ in superiori regula discussa fuere, tunc enim hęres de euictione teneretur.

7 Quartò fallit † quãdo legatur res aliena ignoranter ad pias causas, per iura & rationes de quibus in præcedenti regula.

8 Quintò fallit: † quãdo à legatario res legata euinceretur culpa & facto heredis, dãdo causam iniustę cõdẽnationis, nolens exhibere legatario iura & munimenta, ut C. de fideicom. l. instrumenta. & argumento l. quid ergo. §. si hęres. ff. de lega. i. secundum Bart. in d. §. de euictione.

9 Quod tamen sublimitandũ † non procedere eũ quis euinceret partem rei ratione alicuius iuris quod habebat in rem: nã tunc hęres non tenetur propterea de euictione, & ratio est: quia testator nõ uidetur legare nisi ius quod in ea habebat: ut est textus in d. §. de euictione. in fine & ibi Bart.

10 Sextò fallit, † nisi testator legando expressè aliud uoluerit, solẽt enim in similibus dicere quã rem legatã uult ipse testator fieri bonã &c. uel per alia uerba tũc enim hęres de euictione tenetur, ut l. seruo legato. §. si fundus. ff. de legat. j. & sensit Barto. in d. §. de euictione.

Prædicta procedunt in re aliena legata. Quid
11 autẽ in re alteri obligata, si legetur, an hæres eam luere teneatur? de hoc tractat Bar. in l. si res obligata. post Glo. ff. de lega. j. & Bal. in l. prædia. C. de fideicom. & Petr. de Ancha. & Imo. in d. c. filius. de testa. quorum dicta recolligendo, & ea simul iungendo quatuor casus sunt considerandi.

12 Nam quandoq; & primò, † legatur res ipsius testatoris alteri obligata. & tunc ipse hæres regulariter non tenetur eam luere: sed fallit.

13 Et primò: † quando ipse testator sciuit eam obligatam, tunc enim ab hærede luenda est d. l. si res. & dicta l. prædia.

14 Secundò fallit: † quando testator rem suã alteri obligatã legauit cõiunctæ personę, siue sciret siue ignoraret alteri obligatã, tunc enim hæres luere tenetur; præsumitur enim q. testator, si sciuisset, omnino liberã relicturũ fuisset, uel aliud, quod non minus fuisset. d. l. si res. & d. l. prædia.

Ista

15 Ista fallentia ampliatur† idem esse: quando testator rem suã alteri obligatam ad pias causas legasset, per iura & rationes supra discussas.

16 Tertiò fallit:† quando res testatoris ab eo legata, & alteri obligata, plus non ualeret, quàm debitum, uel modicum plus, cum tunc, cum modicã afferret utilitatem legatario, si ipse redime re teneretur, dicendum est ipsum hæredem teneri luere, d.l. si res. & d.l. prædia. & vtrobique notata per Glo. & Doctores. Quod procedit, non solù quando dicta res fuisset obligata pro debito hæreditario

17 † uerum etiam si fuerit obligata pro alio debito, ut sentit Barto. in d.l. si res. & clarius Imola in d.cap. filius. & sic intelligenda est dicta † l.

18 si res. ff. de lega. j.

19 Quandoq; & secundò† testator legat, puta rẽ Titii Seio obligatam, & tunc si testator ast extraneus qui legat, & uidetur grauare hæredem suũ vt luat, textus est in l. si tibi. ff. de lega. j.

20 Quandoque & tertiò† ipse testator legat ipsi legatario rem ipsius legatarij obligatam ipsi testatori, & tunc uidetur grauare hæredem, ut reddat pignus remanente personali obligatione. ff. de libera. legat. l. j. Quod licet regulariter procedat, tamen fallit.

21 Et primò, † quando apparet quòd alia fuisset uoluntas testatoris: ut d.l. j. in fi.

22 Secundò fallit:† quando res esset obligata pro tanto debito, quòd uerisimiliter non curasset eã redimere, cum tunc uideatur relinquere eam quasi propriam, & sic liberationem: per id quod habetur. ff. de lega. iij. l. qui habebat: secundum Barto. in dicta l. si tibi.

23 Quandoque & quartò, † testator legat rem alienam alteri obligatam, quæ non erat legatarii, nec hæredis, & tunc tenetur hæres eam redimere, si scienter legauit: ut dicta l. cum alienam. cum tũc teneatur de euictione, prout notatur ibi, secundum Bartol. in dicta l. si tibi. & Imolam in dicto cap. si filius.

24 Si verò ignoranter, † & tunc regulariter non tenetur redimere, cum non teneatur de euictione: & hoc nisi, eo casu quo legat rem alienam ut supra plenè dictum est, & in allegatis iuribus notatur.

Et nota quòd ad hoc ut hæres teneatur de euictione, & per legatarium contra eum agi possit, licet aliàs regulariter sufficiat denuntiare quandocunque ante sententiam, dummodo principalia iura salua sint & defensiões, vt in materia em-

25 ptionis & uenditionis plenè diximus, tamen illud non procedit in legatario qui non tractat de damno euitando, sed de lucro captando: & propterea legatarius tenetur ante litis contestationẽ denuntiare: secundum Gl. in l. si rem. §. si. ff. de euictio. & Glo. iuncto textu in l. qui concubinã. §. si hæres. ff. de legat. iij. ubi Dyn. & Bart. & Cynus in l. emptor. C. de euict. & D. Nico. in suo cõsilio quod incipit uidetur primò: dictam legatariam. quod & communiter tenetur.

CONCLVSIONIS & Regulæ CVIII.

ARGVMENTVM.

Voluntaria rei legatę alienatio seu donatio inducit legati ademptionem.

SVMMARIVM.

1 Alienatio seu donatio uoluntaria adimit legatum. etiam si res legata fuerit per testatorem pignorata pro tanto quòd non esset spes luitionis, nu. 2. secundum communem opinionem. & nu. 3.

3 Pignoratio pro tanto, quòd non est spes luitionis, habetur loco alienationis.

4 Pignoratione legatum non reuocatur.

5 Alienatio rei cuius cõtemplatione ob iniunctum onus, factum fuit legatum, legati ademptionem inducit.

6 Ad ademptionem oneris, sequitur ademptio bonoris, & relicti.

7 Alienatio seu donatio uoluntaria, etiam si non sortiatur effectum inducit legati ademptionem.

8 Ea quæ à mera dependent uoluntate licet per translationem nõ sortiãtur effectum, utile tamen ademptionem faciunt. Sed contra nu. 9. primum uerius in actibus inter uiuos. nu. 10. secus in ultimis uoluntatibus, secundum communem opinionem. & nu. 11. & 12. & ratio est, quia in ultimã uoluntate non uidetur quis habuisse omniũ reuocandi primũ si secundũ nõ ualeat. n. 13. secũdũ cõem opi. &

14 Alienatio uoluntaria seu donatio rei legatæ ademptionem inducit legati etiam si res alienata iterum in testatorem reuertatur.

15 Testator si legaut nomen debitoris, & postea illud exigat, uidetur legatum reuocare, nisi pro deposito pecuniam exactam habuisset. num. 16. Vel nisi non sponte exegisset. nu. 17.

18 Alienatio rei legatæ necessitate rei familiaris, non inducit legati ademptionem.

19 Intellectus ad l. rem legatam. ff. de adim. lega.

20 Donatio an reuocet legatum considerætur, an præcesserit liberalitas, uel malitia, seu necessitas. nu. 21. ubi ponitur communis opinio.

22 Alienatio rei legatæ in genere non inducit ademptionem legati.

23 Legata specie, si illa ab hærede uendatur, legatum debetur.

24 Testator si speciem legat sub conditione, et illam alienat & aliud loco eius redimatur legatum non uidetur ademptum.

25 Testator legans pretium rei, re illa uendita, non censetur legatum reuocare, etiam si tale pretium daretur alteri in solutum, uel permutaretur. nu. 26

27 Testator alienans solum usufructum rei legatæ, legatum non censetur reuocare.

28 Testator dans potestatem hæredi alienandi rem legatam, propterea nec censetur legatum reuocare.

29 Testator si rem legatam uendidit, sed non tradidit, nec pretium recepit, nõ censetur legatũ reuocasse.

1 LIENATIO † rei legatæ seu donatio ex uoluntate regulariter inducit legati ademptionem, si aliud non apparet de mente legantis. l. rem legatam. & ibi Glo. & Bar. ff. de adimen. legat. l. fideicommissa. §. si rem. ff. de legat. iij. inst. de legat. §. si rem. & ibi Glo.

2 Ampliatur & primò † id procedere etiam si res legata per testatorem fuerit tantum pignorata, dummodo pro tanto quòd plus non ualeret, cum
3 tunc uerisimiliter cesset spes luitionis, & ideò † pignoratio huiusmodi habetur loco alienationis. l. qui habebat. in principio. ff. de legat. tertio. & ibi Barto. & Bartò. in dicta lege rem legatam. in fine, facit l. legata. in fine. ff. de suppel. lega. faciunt notata per Bal. in l. manumissiones. ff. de iusti. & iur. & in l. uoluntas. C. de fideicommis. quod & com-
✻ muniter tenetur, ✻ licet aliàs † per pignoratio-
4 nem legatum non uideatur reuocari. institu. de legat. §. si rem. l. iij. C. de legat.

5 Secundò ampliatur dicta regula procedere † nõ solum cum alienatur ipsa res legata, uerũ & alia, cuius contemplatione ob iniunctum onus factum fuit legatum, puta, in legato iniunctum fore onus pro reparatione molendini: nam si postea testator uendat molendinum, tacitè uidetur reuocasse legatum propterea factum ob onus adiunctum.
6 Nam † ad ademptionem oneris sequitur ademptio honoris, & relicti. l. alumnæ. §. Seiæ. ff. de adim. legat. & l. filio. §. matri. ff. eodem titulo. Faciunt notata in simili in Clementi. dudum. de sepultu. per Glo. & Doctores in c. in nostra. extra eod. titu.

7 Tertiò ampliatur, † etiam si dicta uoluntaria alienatio, seu donatio fuerit nulla, & suum nõ sortiatur effectum, satis enim est eam demonstrasse.
8 Nam ea † quæ à mera uoluntate dependent, licet per translationem non sortiantur effectum, utilẽ tamen ademptionem faciunt. l. & si. ff. de adimen. lega. & ibi Barto. l. planè. in principio. & ibi Bar. ff. de leg. primo. Glo. in d. §. si rem. insti. de lega.

9 Sed certè uidetur contra, † cum per tacitã inualidam uoluntatem non inducatur ademptio legatorum. l. si iure. & ibi Barto. & uult Cynus in l.
10 in nostram. in fine. C. de testamen. Primum † uerum in actibus inter uiuos, qui & si nulli sint, inducunt legati reuocationem: ut in donatione est textus in l. legatum. §. finali. ff. de adimend. legat. Ad id textus in l. tertia. §. minor. ubi Glo. & Bart.
11 ff. de fund. instruct. quod † secus est in ultimis uoluntatibus: secundum Bartolum in l. quæsitum. §.
12 si quis. ff. eodem titulo. in ultima † uoluntate ꝑ inutilem seu nullam dispositionem legati ademptio non inducitur. & est ratio, ut in dictis iuri-
13 bus notatur † quia in ultima uoluntate nõ uidetur quis habere animum reuocandi primùm si secundum non ualeat, quod non est in actibus inter uiuos, ad quod est text. apertus in l. cum dominus. §. filiusfamiliàs. ff. de pecul. legat. Ad idem textus in l. & ideò. ff. de adimen. lega. & in l. si legatum. ff. de legat. primo. Idem Bartol. in l. fina. ff. de auro & argent. legat. quod & communi-
✻ ter tenetur. ✻

14 Quartò ampliatur procedere dicta regula † etiã si res alienata iterum in testatorem redeat, uel donationem, quam de re legata testator fecerat, reuocauerit, cum propterea legatum extinctum nõ restauretur. l. cum seruus. & ibi Glos. & Bart. ff. de adimen. lega. quod uoluit Glo. in dicto. §. si rem. institu. de legat.

15 Quintò ampliatur procedere dicta regula † in nomine debitoris legato; nam si testator illud postea exigat, legatum reuocare uidetur. l. fideicommissa. §. si rem. ff. de lega. iij.

16 Istud autem limitandum, & primò: † quando testator qui nomen debitoris, quod legauerat exegisset, & pro deposito pecuniam habuisset: nam tunc deprehenditur animi perseuerantia, & non reuocatio. d. l. fideicommissa. §. si rem. & ibi Glos. in uerbo, pro deposito.

17 Secundò limitatur: † quando testator dictum nomen debitoris legatum non exegisset sponte, sed debitam oblatam pecuniam à debitore recepisset, ex tali enim receptione non deprehendit mutatio uoluntatis, ideo legatũ debetur. d. §. si rẽ.

18 Tertiò fallit ipsa regula: † quando rei legatæ fieret alienatio ex necessitate rei familiaris. d. §. q rem. ubi tex. clarus. & ibi Glo. & in d. l. rem legatam. ff. de adimend. legat. & ibi Barto. ubi textus
19 † ostendit necessitatem considerandam, præterquàm: quando alienaretur per uiam donationis,
20 scilicet secundum Bar. ibi: quando † donaretur ex præcedenti liberalitate: uel ex quadam malitia, tũc enim per donationem huiusmodi legati adẽ-
21 ptio induceretur, secus autem quando † donationem præcessisset necessitas, ut est casus in l. j. circa principium. ff. de tut. & rat. distrah. & in l. cum plures. §. cum tutor. de admini. tut. non enim creditur testatorem habuisse animum legatum reuogandi: quando rei familiaris necessitate ductus rẽ legatam uendit, hoc Glos. in l. tertia. C. de legat.
✻ quod uerum est, & communiter tenetur. ✻

22 Quartò fallit † quando esset legata quantitas in genere, tunc enim licet non fuerit generalissimum, non tamen ita de facili extinguitur. l. cum pater. & ibi Bart. ff. de adim. leg. quod procedit, siue tota res legata alienetur, siue pars, nam si tota, totum reuocetur. d. l. rem legatam. si pars, & illa reuocata intelligatur. l. si ex toto. ff. de leg. j. & instit. de leg. §. si rem. ubi Glossa.

23 Quintò fallit † quãdo esset legata species, & illa ab hærede foret uendita, tunc non induceretur legati ademptio. l. seruum filij. §. si Pocula. ff. de leg. j. secundum Glo. ibi, & Bar. in d. l. rẽ legatam.

24 Sextò fallit: quando † in locum speciei à testatore sub conditione legatæ, ut qui meus erit, uel si meus erit, & per eundẽ alienatæ, aliud loco eius ab eo redimatur, tunc enim legatum non uidetur reuocatum, & ideo debetur, casus est in l. filiæ. §. j. ff. de condi. & demonstr.

Septimò

25 Septimò fallit: † quando legatur pretium rei, tunc enim ob illius rei legatæ uenditionem, legati ademptio non inducitur. l. Lutius Titio. ff. de leg. ij. secundum Bart. in d. l. rem legatam.

26 Quod ampliatur procedere, † etiam si tale pretium legatum daretur alteri in solutum uel permutaretur: nam nec propterea uideri legatum reuocatum, secundum Bart. in d. l. rem legatam.

27 Octauò fallit: † quando rei legatæ solum ususfructus per testatorem alienaretur, tunc enim propterea non inducitur legati reuocatio seu ademptio. ut l. ii. ff. de condit. institut. secundum Glos. in l. iij. C. de legat. & Bart. in d. l. rem legatam.

28 Nonò fallit: † quando testator nō uendidisset, sed dedisset potestatem hæredi alienandi rem legatam, non enim propterea creditur testatoris uoluntatem fuisse legatum reuocare, alio non constito, vnde debetur, vt l. postquàm. & ibi Glos. ff. ut legator. nom. caueat.

29 Decimò fallit: † quando rem legatam & si testator uendidit, non tradidit, nec pretium recepit, tunc enim propterea non censeatur ademptū legatum, nisi manifestè de contraria uoluntate testatoris hæredes doceant: singularis est textus in l. prædia. §. liberto. de fundo instructo.

CONCLVSIONIS & Regulæ CIX.

ARGVMENTVM.

Diuisio rerum communium per quem facienda, & in quibus rebus pro indiuisis deducenda sit legitima seu trebellianica.

SVMMARIVM.

1 ☞ Diuisionis actus æqualitatem requirit, nisi aliud iudici uideatur. nu. 2. qui potest dare uni onus diuidendi. num. 3.

4 Maior natu facere debet diuisionem rerum communium, seu is qui eas administrauit: & hoc si iudici æquum uideatur. nu. 5.

6 Dominus domus cum milite hospite habitationem diuidit in tres partes, primam eligit dominus, secundam hospes, tertia domino remanet secus si hospes esset illustris.

7 Electio loci contigit quandoque ex contiguitate.

8 Grauata de restituēdo nō rapaci, si se deferat, lucratū dimidiā, & in diuisione cum fisco habet optionē.

9 Diuidens cum fisco regulariter habet optionem.

10 Electio quandoque in diuisione forte dirimitur, licet aliâs iudex assignare possit partē, quā uult. nu. 11.

12 Ecclesia in diuisione rei communis eligit, & alter diuidit. Idem in minore. & republica. nu. 13.

13 Minor & ecclesia æquiperantur.

14 Minor & respublica æquiperantur.

15 Reipublicæ appellatione uenit omnis ciuitas.

16 Maior quòd debeat diuidere, & minor eligere, contra uulgares, falsum est, nisi in priuilegium concedatur, secundum communem opinionem. ✻

17 Minor nō potest diuidere, nec ad diuisionē prouocare.

18 Minor tunc diuidere potest quando est ad diuisionem prouocatus, uel aliâs ei diuidere expediret, secundum communem opinionem. ✻ num. 19. uel res communis esset ei damnosa, secundum communem opinionem. ✻ nu. 20.

21 Minor indistinctè fructus communes diuidere potest, secundum communem opinionem. ✻


22 Ecclesia & respublica indistinctè possunt res communes cum alijs diuidere, licet minoribus æquiperentur, ubi assignatur diuersitatis ratio.

23 Legitima seu trebellianica debetur in singulis rebus pro indiuiso. deducitur'que arbitrio iudicis. num. 24. Nisi partes ipsæ inter se concordent. num. 25. Vel testator in uita illam rem concessisset. nu. 26.

27 Fructus percepti iudicio defuncti, uel post litem contestatam computantur in trebellianica.

28 Filius habens detrahere legitimam seu trebellianicam, si aliquod de hæreditate alienauit, in eius portionem imputatur: secus si fideicommissarius contradiceret. nu. 29.

30 Legitima seu trebellianica in rebus indiuisibilibus in una re deduci potest. Idem in repletione legitima.



OMMVNIVM rerum diuisio per quem facienda sit, sæpius quæri solet: etiam respectu vsus, cui proximum est, in quibus rebus pro indiuisis legitima, seu trebellianica debeatur & deducenda sit. Circa primum dicendum
1 est † quòd in actu diuisionis seruanda est æqualitas iuxta notata. institut. de offic. iudic. per totum. & C. de sacrosan. eccle. l. iubemus. la ij. & ibi per Bart. quod licet regulariter uerum sit, tamē fallit.
2 Et primò, † si iudici aliud uideatur, cuius arbitrio diuisio committitur: ut patet instit. de offi.
3 iudic. per totum. posset † enim ipse iudex si ei uideatur iniungere onus diuidendi ei qui habet maiorem notitiam rerum. c. si episcopus. de paroch. & ibi D. Nicolaus. vnde ibidem Hostien. Abbas,
4 Ioannes And. dicebant † diuisionem bonorum cōmunium facere deberi non per maiorem natu, sed per eum qui diutius res communes seu hæreditarias administrauit, & facta diuisione minor caperet partem, quæ sibi magis placeret, quod intellige
5 uerum ut supra, † si id æquum iudici uideatur sic arbitrari, secundum Bart. in l. C. de his qui se deferunt libro xj.
6 Secundò fallit † in casu. l. ij. C. de metat. & epidemet. libro xii. vbi dominus domus ea diuisa in tres partes ad habitandum, primam eligit, secundam miles hospes, tertia domino remanet. Si hospes fuerit illustris, tunc dominus duas faciet partes, & hospes eliget.
7 Tertiò fallit † in casu. l. quicumque. la. ii. C. de omni agro desert. lib. xi. vbi dicit electionem loci contingere ex contiguitate, secundum Ludouic.

de

de Vrbe in quodam suo consilio, quod incipit. lucrum autem ex dote proueniens. qui allegat Andream de Barulo in eadem l. quicunque.

8 Quartò fallit † in casu dictæ l. i. C. de his qui se deferunt lib. xi. vbi uxor granata de restituendo non capaci, si se deferat lucratur dimidiam, & facta diuisione cum fisco, habet optionem, quod
9 est regulare † quando quis habet diuidere cum fisco, cum fiscus debeat facere partem, & alteri dare electionem, secundum Bart. in l. senatus. §. senatus. ff. de iure fisci. per notata in l. edicto, in principio. ff. eodem titulo de iure fisc.

10 Quintò fallit † in casu l. ij. C. quando, & quib. quarta pars. libro. x. vbi facta diuisione per hæ-
11 redem, cuius sit electio dirimitur sorte, licet † aliàs iudex possit assignare quam partem vult cui vult. §. si familiæ. institut. de offic. iudic. secundum Barto. in dicta l. ij.

12 Sextò fallit † secundum eundem Ludouicum de Vrbe in dicto consilio in ecclesia, quæ eligit, & alter diuidit. Et idem dicendum est in minore,
13 † cum minor & ecclesia æquiperentur. c. i. de in integr. restit. & l. minorum. C. quando in integ. re-
14 stitut. Idem in republica, cum pariter † minor & respublica æquiperetur. l. rempublicam. C. de iure reipubl. libro xi. & l. respublica. C. ex quibus caus.
15 mai. libro x. & pro † republica intelligitur de omni ciuitate. secundum Glos. in d. l. rempublicam, quam sequitur Bart. quidquid in contrarium uoluerit Petrus, quem rrfert Cyn. in l. i. C. ex quib.
16 caus. maior. Nec his quo ad minorem † obstat quod uoluit Bart. in l. i. C. de his, qui se deferunt libro xj. contra uulgares dicentes quòd in diuisionibus maior debet facere partem, & minor eligere. quod est falsum, secundum eum, & bene: nisi in casibus in quibus pro priuilegio conceditur. quia ibi Bart. non loquitur de minore respectu uigintiquinque annorum, sed de minore respectu ætatis, quo ad maiorem natu. quod & communi-
✻ ter tenetur. ✻

17 Sed aduerte: † q a minor non pôt diuidere, nec ad diuisionem socium seu cohæredem prouocare l. si pupillorum. ff. de rebus eorum. & l. penult. C. de prædiis minor. sed dic istud regulare esse. quod & fallit.

18 Et primò, † cum socius seu cohæres maior eum ad diuisionem prouocat: ut est textus in d. l. penult. ubi Glo. & l. inter pupillos. ff. de auctor. tut. & curat. tunc enim necessitate ductus id facit, ut dictis iuribus.

19 Secundò fallit: † quando ipsi minori diuisionem facere expediret: quia haberet socium rixosum seu contumeliosum. l. iubemus. la ij. C. de sa-
✻ crosan. eccle. & ibi Bart. & cômuniter tenetur. ✻

20 Tertiò fallit, † si res cômunis minori esset damnosa dicta l. iubemus. ubi Cynus Bart. & Bald. &
✻ communiter tenetur. ✻

21 Quartò fallit † in fructibus, quos indistinctè diuidere potest, secundum Bart. in dicta lege iubemus. & Bald. in l. i. ff. de reb. eorum, quod &
✻ communiter tenetur. ✻

Et hæc in minore: secus autem in ecclesia seu
22 republica, † quæ possunt diuidere & prouocare ad diuisionem, & est ratio diuersitatis: quia impedimentum in minore est temporale: secus in ecclesia, & republica, quæ semper sunt eiusdem status. vnde si id esset eis prohibitû inconueniens esset, secundum Bart. in d. l. si pupillorum.

23 Circa secundum, quod est, in quibus rebus † legitima seu trebellianica debeatur; & deducenda sit, materia diffusè tractatur per Hostien. & Abbatem in c. Raynutius. de testam. & per Ioannem And. post Innocen. & Hostien. ubi etiam D. Nicolaus in c. Raynaldus eo. tit. per Bart. in l. in quarta. ff. ad leg. Falcid. & Bald. in l. scimus. §. repletionem. C. de inoffic. testam. ex quorum dictis simul iunctis concludi potest, quòd debentur in singulis rebus pro indiuiso, ut dicit Innocen. in dicto c. Raynaldus. Ad hoc l. linea. & l. plautius. ff. ad leg. Falcid. & l. ij. C. eod. tit. & l. si peculium. ff. de pecul. legat: & hoc modo intelligenda est Glo. in
24 dicto c. Raynaldus. † Deducendoq; eorum tempore diuisionis regulariter iudicis arbitrio, ut voluit in eodem c. Raynaldus. Innocen. & Hostien. q iudex in hoc arbitrabitur æquitate pensata, ne patrimonium destruatur. Ad hoc l. ii. C. quando, & quib. quart. pars. debet. libro xij. & l. potest. ff. delegat. i. secundum Cynum in dicta l. ij. & D. Florianum in d. c. Raynaldus. Quod licet regulariter uerum sit, tamrn fallit.

25 Et primò: quando † quælibet pars uellet quòd in una uel duabus rebus deducatur, cum tunc ita detrahi debeat: prout & uoluit Glos. in d. c. Raynaldus. per dictam l. potest. ff. de legat. i.

26 Secundò fallit: † quando testator in uita illam rem concessisset, cum tunc iudex illam in portionem sibi debeat imputare: ut l. filiû. C. fami. erci.

27 Tertiò fallit † in fructibus perceptis iudicio defuncti, uel post litem contestatam, cum illi computentur in trebellianica, prout notatur in cap. Raynutius. de testam. ubi de hoc. & ff. ad leg. Falc. l. quod de bonis. §. fi. ubi de hoc.

28 Quarto fallit: † quando ipse filius aliquid de hæreditate alienasset: cum tunc illud imputetur in portionem suam: prout notatur in auctent. res quæ. C. commun. de legat. & in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebell. ubi plenius de hoc, de quo per Azonem in summa ad Trebell. ubi uidrrur idem tenere, quod & uidetur etiam tenere Oldradus, in
29 consilio cxlv. & procedit † quando fideicommissarius non contradicit: aliàs forte aliud esset, prout uoluit D. Nicolaus in dicto c. Raynaldus. de quo in d. §. res quæ, & in d. l. filium.

30 Quinto fallit † in rebus indiuisibilibus, cum tunc portio in una deduci possit. ff. ad leg. Falc. l. sed & si seruus. & l. si fundus. ut uoluit Barto. in dicta l. in quarta. ubi de his, de quibus in dicta leg. filium, & in dicto. §. repletionem. & per Oldradum in consilio prædicto; ubi uide-
31 tur dicere, quòd idem † sit in repletione legiti-
mæ,

mæ, quod est in ipsa legitima, ut uidelicet fiat prout iudici uidebitur, si relictum filio ad legitimam non ascendat, secundum Dominum Nicolaum in eodem cap. Raynaldus. De quo in dicto §. repletionem.

CONCLVSIONIS et Regulę CX.

ARGVMENTVM.

Hæres conficiens inuentarium Falcidiam detrahere potest.

SVMMARIVM.

1 Hæres si inuentarium conficit detrahit falcidiā nisi testator expresse prohibuerit. nu. 2. quod & in trebellianica procedit. nu. 3. secundum communem opinionem. ✱

4 Hæres & si inuentarium conficiat, non tamen falcidiam detrahit in legatis factis ad pias causas, uel pro redemptione captiuorum. Idem secundum cōmunem opinionem, ✱ procedit in trebellianica. nume. 5.

6 Falcidia non detrahitur per hæredem, etiam si inuētarium cōfecerit, in re in qua testator disposuit ne alienetur, sed remaneat apud successores.

7 Falcidia cessat in libertatibus et in relicto pro bonorum subsidio. nu. 8.

9 Falcidia cessat ratione delicti, & nu. 10. & hoc non solum propter iudicis condemnationē, uerum si p iussum testatoris. nume. 11. sed in hoc contrarium uerius. nume. 12. secundum communem opinionem. ✱ nume. 13.

13 Intellectus ad. l. cum pater. & sequentem. ff. ad legem Falcid.

14 Falcidia cessat, quando legatum commodè diuidi non potest.

15 Falcidia cessat in legato pro dote.

16 Falcidia cessat quo ad hæredem qui præstitit fidem non capaci, detrahit tamen fiscus.

17 Falcidia cessat in re prohibita alienari.

18 Falcidia cessat: quādo hæres scienter sine illius detractione soluit legata.

19 Falcidia cessat si hæres non confecit inuentarium uel minus legitimè.

20 Adiens hæreditatem necessitate coactus falcidiam non detrahit. Idem in trebellianica.

21 Falcidia omneq; commodum cessat si hæres nō satisfacit legata integraliter infra annum: qui annus incipit currere à die monitionis factæ per iudicem secundum communem opinionem ✱. nu. 22. & tūc in legatis ad pias causas deuoluitur hæreditas ad episcopum & executio relictorum. nume. 23. in aliis uerò ad eos de quibus in dicto §. si quis autem. nume. 25.

24 Intellectus ad §. si quis autem non implens. in auth. de hæred. & falcid.

26 Hæres non soluens legata infra annum à die factæ monitionis, non priuatur commodo hæreditario, si iusta causa impeditus fuit.

27 Monitio facta hæredi ut infra annum soluat legata, fit ad constituendum eum de negligentia.

28 Testator si præfigat hæredi tempus quo habeat soluere legata, cessat tempus statutum à lege, & illud currit à die aditæ hæreditatis & scientiæ, secundum communem opinionem. ✱

29 Testator deputādo speciale executionem, tunc hæres non adimplens hæreditate non priuatur, nisi monitus foret à iudice post quàm executor testamentarius renuntiauit, uel alio modo defecit. nu. 30.

31 Hæres non adimplens uoluntatē testatoris minus sollemnem, quo ad inhumanitatem, non priuat ur hæreditate, nec per legem neque si à testatore fuerit adiecta priuatio nume. 32. & tunc si testator non prouidit ad quem, applicabitur hæreditas substituto uel coniuncto nu. 33.

32 Legata debentur ex minus solenni uoluntate.



POSTQVAM de legitima seu Trebellianica uerba fecimus uideamus, † an hæres conficiens inuentarium possit detrahere falcidiam? & dicēdum quòd sic regulariter. textus est in auctem. de hæred. & falci. §. si uerò non fecerit inuentarium. quod tamen fallit.

2 Et primò: † quādo testator eam expresse prohibeat, ut in auctent sed cum testator. C. ad leg. Falcid. & ibi Cynus. & §. si uerò expressim. auct. de hæred. & falci. quod & habet similiter locum

3 † in Trebellianica, ut si testator eam prohibeat non detrahatur, prout uoluit Bartol. & Imola in l. Marcellus. §. quod autem. ff. ad Trebellia. ubi plenius: quem sequuntur Canonistæ in dicto ✱ c. Raynaldus. communiter. ✱

4 Secundò fallit: † quando legatum fuisset factū ad pias causas, uel pro redemptione captiuorum, ut in auctem. de ecclesiast. tit. §. sinautem. & auct.

5 similiter. Quod & locum habet similiter † in Trebellianica, ut non detrahatur de relictis ad pias causas, ut est cōmunis opinio Doctorum utriusque iuris, ✱ secundum D. Antonium in eodem c. Raynaldus. de quo in c. si pater. de testamen. lib. vj. & in d. §. quod autem. & per Bald. in l. id quod pauperibus. C. de episc. & cleri.

6 Tertiò fallit: † quando relinquitur res, cum hoc ut non alienetur, sed remaneat apud successores: ut in auctem. ut sponsalit. §. i. & C. ad leg. Falcid. auctem. sed in ea.

7 Quartò fallit † in libertatibus. ff. de inoffi. testa. l. Papinia. §. sed an ultra.

8 Quintò fallit: † quando aliquid relinquitur pro debito bonorum subsidio. C. de inofficioso testamen. l. scimus.

9 Sextò cessat † ipsa falcidia ratione delicti: ut est quando hæres cancellaret testamentum, ad

10 hoc ut nō daret legata, uel si negetfrem esse hæreditariam

reditariam, & conuincatur de mendacio. ff. ad l. Falcid. l. si tacitum. & l. beneficio. & l. hæreditatem. §. ultimo. secundum Vincentium & Ioannem Andr. in dicto c. Raynaldus. & hoc uult Glo. finalis & præcedens in uerbo, beneficio. in d. c. Raynaldus.

11 Ampliatur ista fallentia procedere † nō solum propter iudicis condemnationem, ut in illo non detrahatur falcidia, sed etiam si per iussum testatoris, ut uidetur uelle prædicta Glo. finalis indistinctè loquens, & id uerius esse tenet ibi D. Flo-
12 rianus. Sed certè † ista ampliatio non est iuridica, quinimò ista fallentia in hoc sublimitanda est, ut nō procedat in eo quod uenit nomine pœnę ex mandato testatoris. unde licet falcidia non detrahatur de eo quod pœnæ nomine, & pro pœna aufertur, seu accrescit, prout uult dicta Gloss. finalis, tamen ea intelligenda est, & procedat in eo quod aufertur seu accrescit, pœnæ nomine propter iudicis condemnationem, ut in illo non detrahatur falcidia. l. cum pater. ff. ad leg. Falci. uel propter specialem affectionem; ut in l. seq. ff. eod. titu. secus autem si per iussum testatoris; quia tunc negari non potest, quòd sit legatum, prout uoluit Inno. Petrus & Abbas in d. c. Raynaldus. cū quibus residet ibi Ioannes Andr. licet Hostien. nihil firmet. & hoc uerius, est, cum hęc pœna, quæ uenit ex iussu testatoris, non sit merè pœna. sed legatum, quod uenit ex uoluntate de-
13 functi secundū D. Antonium ibi. Nec tex. † in d. l. cum pater. & in l. sequenti obstant, cum loquātur de pœna, quæ uenit ex mandato iudicis, uel legis, non autem de illa quæ uenit ex mandato testatoris, qui ut in dicto c. Raynaldus. non mandanit simpliciter ne contradicerent, sed sub conditione uidelicet: quòd si contradicant omnia bona legabat auunculis, in quam pœnam ipse hęres uoluntariè incidit, testatoris uoluntatē spōte non adimplendo, unde ne sit frustratoria, hæres potest detrahere ipsam falcidiam etiam de tali pœna quæ legatum censetur. quod & tenet in eo. c. Raynaldus D. Nicol. & tenendum est, cum communiter approbetur. ✻

14 Septimò fallit: † quādo legatum commodè diuidi non potest, sicut est, quando legatur instrumentum. ff. ad leg. Falcid. l. si prædiorum.

15 Octauò fallit: † quando legatur aliquid in dotem. ff. ad leg. Falcid. l. cum in dotem.

16 Nono fallit: † quando hæres fidem præstitit nō capaci, cum tunc licet ipse hæres non detrahat, detrahet filius. ff. ad leg. Falc. l. si ita.

17 Decimò fallit: † quando res legata prohibita est alienari: ut dicta auctentica. sed in ea. secundum Ioannem Andr. in eodem c. Raynaldus. & ista comprehendi potest sub tertia, licet Ioannes Andr. separatim ponat.

18 Vndecimò fallit: † quando ipse hæres scienter ipsa legata præstaret sine detractione facidiæ: ut d. auct. sed cum testator.

19 Duodecimò fallit: † quando ipse hæres non confecisset inuentarium solenniter: ut dicto. §. & si præfatum: & dicta auct. sed cum testator.

20 Decimotertiò fallit † in eo: qui necessitate coactus per iudicem adiuit hęreditatem, cum eā non deducat: ut d. §. sed quia. & l. nā quod. §. qui compulsus. ff. ad Trebell. Idem in trebellianica, nam cum cessat una cessat altera, ut dicta l. Marcellus. §. quod autem. ff. ad Trebell. quod & tenet Batto. ex mente Specul. Iacobi de Beluiso & Cyni in auct. de ecclesiast. titu. §. si autem hæres.

21 Decimoquartò fallit: † quando non satisfacit legata integraliter infra tempus anni, cum tunc priuetur non solum falcidia, sed omni commodo, secūdum Gloss. in uer. legitimum. in d. c. Raynaldus. & auct. hoc amplius. C. de fideicom. & c.
22 si hæredes. de testam. & iste † annus incipit currere à die monitionis factæ per iudicem: ut dicta auct. hoc amplius. & ibi Bar. & est text. in dicto c. nos quidem. de testam. & idem Gloss. in d. aucten. de hæred. & falc. §. si quis non implens. & ita communiter tenetur. ✻ Sed an idem † in le-
23 gatis ad pias causas, & non pias, fuerunt opiniones. tamen concludi potest secundum Imolam iura iuribus concordando, quòd si hæres sit negligens in adimplendo relicta ad pias causas, deuoluatur hæreditas ad episcopum, & executio ipsorum relictorum, & ita propriè loquatur &
24 procedat dictus † §. si quis autem. Si uerò † in-
25 prehēdatur hæres negligēs in aliis relictis, quā ad pias causas, & tunc deuoluatur execution & emolumentum ad personas de quibus in d. §. si quis autem non implens. & dicta auct. hoc amplius. & hoc modo ius canonicum non discordabit à iure ciuili, & ita practicatur. Quod licet uerum sit ut negligēs ita priuetur, & regulariter procedat, tamen fallit.

26 Et primò: † quando hæres iusta causa fuisset impeditus, prout uoluit Hos. Ioan. And. & Imo. in d. c. nos quidem. de testamen. & Federicus de Senis. consi. xxiiij. aliàs consi. cxxviij. Ad hoc. c. Odoardus. de solutio.

27 Nam † illud tempus datur ad conuincendum de negligentia, unde non currit impedito, per id quod habetur in c. quia diuersitatem. de concess. preb. & in l. genero. ff. de infam.

28 Secundò fallit; † quando aliud tempus esset ab ipso testatore præfinitum ad implendum eius uoluntatē, cum illud sit attendendum, & non tempus à iure statutum; & currat à die aditę hæreditatis, & scientiæ, per id quod habetur. ff. de statu. l. statuliberos. §. hæredi. & C. de iure deliber. l. fin. §. si autem. & istud uoluit in dicto c. nos quidem. Petrus de Ancharano, Imola & D. Nic. & communiter Doctores. ✻

29 Tertio fallit; † quando testator deputauit specialem executorem, per quem appareat, quòd testator ipsum hæredem potestate exequendi priuauit, cum tunc hęres non adimplens, non priuetur hęreditate; ut uoluit Bart. in d. auct. hoc amplius, per textum in l. multa. in principio. ff. de

de condit. & demonst. & plenius in quodam suo consilio incipiente statuto communis Gualdi.

Quod licet uerum sit, tamen sublimitandum
est, secundum eundem Barto. in d. auth. hoc am-
30 plius: †quando hæres fuisset monitus à iudice,
postquàm primus executor desiit esse executor
renuntiatione, uel morte, uel alio modo, tunc
enim perinde esset ac si non fuisset datus: argu-
mento. l. finalia. §. sed & si quis. C. de fals. caus.
adiect. legat.
31 Quartò fallit, † cum minus legitima fuerit uo
luntas testatoris, secundum Glo. in l. non opor-
tet. C. de iis quib. ut indign. per l. quidam. ff. de
condi. insti. & l. seruo alieno. §. fina. ff. de legat.
j. intelligas quo ad inhumanitatem ipsius uolun-
32 tatis, non quo ad solennitatem, cum † ex uolunta
te minus solenni debeantur legata: ut l. quæstio-
nem. & ibi Bar. C. de fideicom.
Et hæc uera: quando hæres priuatur hæredita
te ex dispositione iuris, si uerò ex dispositione
defuncti, ut quia ipse testator in testamento ap-
posuit pœnam priuationis in casu negligentiæ,
33 uel delicti, & tunc † iterum hoc limitato, ut su-
pra in quarta fallentia: aliàs si testator non pro-
uidet ad quem, & tunc applicatur hæreditas sub-
stituto vel coniuncto, secundum Barto. in l. uxo-
rem. §. hæres. ff. de lega. iij. quem sequitur Imola
in d. c. si hæredes. de testa.

CONCLVSIONIS & regulæ CXI.

ARGVMENTVM.

Legata in testamenro, non adita hære-ditate, ex eo cegulariter non debentur.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Legata non debentur non adita hæreditate ex testamento. nu. 4.*

2 *Testamenti confirmatio inducitur per hæreditatis aditionem.*

3 *Relicta ut debeant necessaria est hæreditatis aditio. nisi legata forent ab intestato repetita, secundum communem opinionem, ✻. uel nisi testator dixerit ut ualeat iure cuiuslibet ultimæ uoluntatis. nu. 6. & 9. uel iure codicillorum. nu. 8. quæ clausulæ an differant uide. nu. 7.*

5 *Intellectus ad l. eam quam. C. de fideicom. secundum communem opinionem. ✻. nu. 10.*

10 *Hæreditas cùm non potest adiri: quia testator instituit erroneè quem filium putabat, legata non adita hæreditate ex testamento debentur, secundum communem, ✻.*

11 *Legata debentur non adita hæreditate ex testamento: quando institutus in fraudem omissa causa testamenti adit ab intestato.*

12 *Testamento nullo ex causa præteritionis uel ex hæredationis. si tamen legata debentur & hoc nisi concurrant duo testamenta, primum ualidum, secundum inualidum ex causa præteritionis: seu exhæredationis, cùm tunc legata in secundo non debeantur. nu. 13. ratio ponitur. nu. 14. Vel nisi præteritus sit filius ignoranter. nu. 16.*

Intellectus ad authent. ex causa. C. de liber. præter. & nu. 13. 14. 16. 17. & 20.

14 *Testamento nullo ex causa præteritionis, uel exhæredationis, legata petuntur conditione auth. ex causa. C. de libe. præter. sed contrarium uerius, secundum communem opinionem, ✻ ut debeãtur & petantur ex testamento. nu. 15.*

17 *Præterito filio ignoranter etiam si in testamento dictum sit, si non ualet iure testamenti. &c. Vel si non ualet uel ualebit, ualeat &c. legata non debentur. Sed contra cum solum per clausulam præsentis temporis, si non ualet &c. testamentum sustineatur, sed communiter reiicitur. ✻ nume. 18. sed contra. nu. 23. & 24. concordia. nu. 25.*

19 *Testamentũ in quo sit clausula, si non ualebit &c. non sustinetur si posthumus prætereatur. Sed in contrarium est communis opinio, ✻ & nu. 20.*

21 *Verba præsentis temporis non porriguntur ad futura, sed bene uerba futuri tẽporis, licet præsens sit.*

22 *Verborum significatio attendenda, nisi manifestè in contrarium appareat de mente testatoris.*

23 *Intellectus ad l. penultimam. ff. de iure codicil.*

24 *Intellectus ad l. Titius. ff. de libe. & posthu.*

25 *Testamentum in quo est clausula, si non ualebit. tenet quo ad legata etiam si posthumus prætereatur, uel filius quem habere non credebat, & hoc regulare nisi legata exhaurirent hæreditatem. nu. 26. & hoc uerum nisi legata essent pro restitutione malè ablatorum. nu. 27. Vel alium filium instituisset, & eadem legata reliquisset. nu. 30. Nisi nominatim reliquisset à filio instituto. nu. 31. Item nec legata deberentur si nominatim relicta sint à filio præterito. nu. 32.*

28 *Prima charitas incipit à semetipso.*

29 *Anima cunctis rebus præferenda.*

33 *Testamentum ex causa præteritionis seu exhæredationis irritatur quo ad hæredis institutionem, cum legata debeantur, etiam si in eo fuerit dictum. si non ualet iure testamenti &c. secundum communem opinionem. ✻ Et idem dicendum secundum eandem communem opinionem, si dicta clausula extenditur uidelicet, si non ualet iure testamenti ualeat iure cuiuslibet ultimæ uolũtatis. nu. 34.*

Clausula si nõ ualet iure testamẽti &c. cuius effectus.

34 *Clausula si non ualet iure testamenti, ualeat iure cuiuslibet ultimæ uolũtatis. cuius effectus. et nu. 38.*

35 *Testamẽtum si ex præteritione quasi posthumi rumpatur, tamen legata debentur, etiam si procedat primum in quo adsit clausula, si non ualet, uel ualebit &c. nu. 36.*

37 *Testamentum primum per secundum reuocatur cum omnibus in eo contentis.*

39 *Testamenta duo nulla si concurrant, & in utroq; adest clausula codicillaris, in primo illa nihil operatur*

ratur, in secundo si nullitas respiciebat testamentũ & codicillum, & idem si testamentum solum, tunc remanet codicillus. & si utrunque nullum ex causa praeteritionis uel exhaeredationis, legata debentur ex secundo.
40 Legata deberi etiam non adita haereditate ex testamento, sed per petitam contra tabulas bonorum possessionem.
41 Testamento nullo si haeres rogatur iuramento, tunc legata debentur etiam non adita haereditate ex testamento quia iuramentum habet uim repetitio nis ab intestato.
42 Testator si facto testamento haredẽ cancellauit, tũc ab intestato legata debentur.
43 Testamentum falso rumore factum nullum est, tamen legata debentur.
44 Legatum libertatis debetur quantumcunque testamentum sit nullum. 45. sed contra. nume. 46. prima communis ✻ quae procedit quando uoluntas de se esset perfecta quoad illum actum de quo quaeritur num. 47. aliàs secus: sed si adiecta foret clausula si non ualet etc. uel codicillaris indistinctè deberetur. nu. 49. et 50. si uerò nulla foret testamentum ratione solennitatis communiter ✻ tenetur libertatis legatum sustineri & deberi. dicto. nume. 50.
Intellectus ad l. generaliter. §. si quis. ff. de fideicom.
48 Libertatis fauore iuris rigor remittitur.
51 Dilectio & pietas sustinet legatum quantumcunque testamentum nullum sit
52 Legata debentur quantumcunque haereditas auferatur ab indigno per fiscum. & nu. 53.
54 Legata etiam non adita haereditate ex testamento debentur quando institutus ob errorem testantis non potuit adire.
55 Haeredes si testatoris captiui negligunt redemptionẽ perdunt successionem, legata tamen debentur. secundum communem opinionem. ✻ Idem si curam furiosi negligant, ab eius haereditate excluduntur firmis remanẽtibus legatis secundum communem opinionẽ. ✻ nu. 56. Idem in casu auct. idem de nestorianis. C. de haret. & manich. nu. 57.
58 Testator si prohibuit detrahi falcidiam, haereditate non adita ex testamento legata debentur secundũ communem opinionem.
59 Intellectus ad l. i. & ij. C. de fideicom.
60 Legata ad pias causas etiam non adita haereditate ex testamento debentur. sed contra. nume. 61. Sed primum uerius & commune. ✻ num. 61. nisi in tuncta essent nominatim certo haeredi num. 63. & haec cum testamentum nullum esset ratione solennitatis. nume. 64.
65 Legata ad pias causas etiam si testamentum nullum esset ratione eius imperfectionis, dummodo perfectum sit quoad dicta legata ad pias causas debentur etiam non adita haereditate ex testamento.
66 Legata etiam nõ adita haereditate ex testamento debentur, si testator commisit executoribus quòd illa praestarent non expectata haereditatis aditione.
67 Alimentorum legatum debetur etiam non adita haereditate ex testamento. & hoc uerum si factũ sit pauperi, secus si diuiti. nu. 70.
68 Alimentorum legatum dicitur ad pias causas.
69 Alimentorum praestatio moram non requirit.
71 Legatum taliter relictum ut post aditam haereditatem praestari non possit, ante illius aditionem debetur.
72 Statuto seu consuetudine ualide disponi potest, quòd legata etiam ante haereditatis aditionem praestentur.
73 Legans si apparet quòd noluit decedere intestatus, tunc legata debentur etiam ex testamento non adita haereditate.
74 Legatum sapiens donationem praestandum etiam nõ adita haereditate ex testamento.
75 Donatio causa mortis est species ultimae uoluntatis quoad aliqua, & quoad quae, & nume. 79. quo ad ordinationem magis accedit e contractu. numero 76.
77 Donatio causa mortis pendere potest à consensu tertij, seens ultima uoluntas.
78 Donatio causa mortis non fit nisi praesenti & acceptanti.



LTIMARUM uoluntatum seu testamentorum materiam
1 prosequendo, videamus, an relicta in testamento non adita haereditate ex eo, uel à ueniẽtibus ab intestato, debeantur, & certè confirmatio testamenti est illa per quam testamẽtum transit in suum effectum, adeò quòd post, ad causam intestati reduci non potest, &
2 † haec confirmatio inducitur per aditionem haereditatis: ut l. si alienum. §. in extraneis. ff. de haered. insti. & l. i. in fin. ff. ut in poss. leg. seu fideic.
3 adeò † ut relicta in testamento ad hoc ut debeãtur, regulariter necessaria sit haereditatis aditio. l. eam quam. & ibi Glo. quae ponit regulam de qua ibi in textu, et Gloss. prosequitur fallentias aliquas & ibi Barto. C. de fideicommis. ad idẽ est textus in l. nemo. ff. de testam. totel. & in l. si nemo. ff. de regul. iur. & in l. proximè. ff. de iis quae
4 in testam. delent. ex quibus † concluditur regulariter non adita haereditate ex testamento legata non deberi, secundum Speculatorem in titulo de testam. in prin. uers. pone quòd nullus. Quod tamen fallit.
Et primò secundum dictam Gloss. in d. l. eam
5 quam. † quando legata fuissent ab intestato repetita, eo enim casu debentur ab instituto si adiuit sin secus à uenientibus ab intestato, & sic non adita haereditate ex testamento. Nam cum legata repetuntur ab intestato, uidetur uenientes ab intestato, rogati ut illa soluant, secundum Bart. in l. prima. C. de iur. codicil. quod communiter
✻ tenetur secundum eũ, ✻ & illud uult Glo. praedicta † tenendo lecturam Placentini, quod ibi fatetur uerum Bart. non tamen de eo ibi esse casum,

fum, vt vult Glo.sed probari ista fallentia per l. j.& ij. C. de iure codicil.& l. fina.§.i.eod.titul.& ff.de lega.secundo. in l. in codicillis. §. fina. per quæ iura dicta Glo. ponit secundam fallentiam,
6 videlicet † cùm testator dicit, vt etiam iure cuiuslibet ultimæ uoluntatis ualeat testamentum, sed certè diuersi sunt casus, & sic duæ fallentiæ, se-
7 cundum Gloss.& bene. Nam si † claulula si non valet iure testamenti ualeat iure codicillorum, differt ab ea videlicet, si non valet iure testamenti vel codicillorum, valeat iure cuiuslibet ultimæ uoluntatis, ut sentit ipse Barto. in quodam suo cõsilio quod incipit.omne illud quod aliàs. Quo
8 niam † codicilli requirunt quinque testes.ut C.de
9 codic.l. fi. Clausula uerò, † si non ualet &c. valeat iure cuiuslibet vltimæ voluntatis. si opponat in testamanto inter liberos, non requirit nisi duo testes, etiam si sint mulieres, ut est textus in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C.de testamen. & ibi Bartol. Vnde secundum Gloss. apposita dicta clausula eo etiam casu non adita hæreditate ex testamento, legata deberi, & sic fit secunda limitatio ad regulam.

Tertiò fallit, secundum Barto.in eadem l. eam
10 quam.† in casu illius.l. secundum lecturam Azonis, quæ certè uerior uidetur, & communiter te-
* netur, * scilicet, quòd quando non potest hæreditas ex testameuto adiri, ea eo: quia testator errauit instituendo eum qui filium putabat, cum re uerà non esset, tunc legata simpliciter relicta debeberi à uenientibus ab intestato, & sic non adita hæreditate ex testamento, & est ratio. Nam si testator, ab eo qui filium putabat, solui uolebat legata, quanto fortius à uenientibus ab intestato.& speciale est ibi, ubi Imperator noluit testantis errorem præiudicare præter mentem testantis ipsis legatarijs.

Quartò fallit, secundum Gloss.& Barto.ibi,
11 quando † institutus omissa causa testamenti iu fraudem legatorum accipit hæreditatem ab intestato, tuoc & si ex testamento hæreditas non sit adita, tamen legata debentur: ut est textus in l.ij. C. si omiss. caus. testamen.& in l.i. in princ. ff eodem titulo.

Quintò fallit, secundum dictã Glo.& Bart. ibi
12 in casu auct.† ex causa.C.de libe. præt. ubi est casus quòd licet testamentum ea causa præteritionis uel exhæredationis irritum sit, illud procedit, quoad hæredis institutionem, cum cætera firma remaneant, & sic specialia casus, in quo non adita hæreditate ex testamento legata debentur.
13 Sublimitatur ista fallentia non procedere: † qñ concurrent duo testamenta, primum validum, secũdum inualidum ex causa præteritionis seu exhæredationis, cum legata in secundo non debeantur, nec conseruentur eo casu per d.auctẽn.ea cau
14 sa.cum † illa tollat obstaculum præteritionis & exhæredationis, non autem aliud quod perueniret ex præcedenti testamẽto ualido, & sic nullitas cãta ex primo remanet, & in eo iura antiqua remanent incorrecta: ut patet in corpore unde sumitur.in §.aliud quoq; capitulum, ibi, sola enim nostræ serenitatis est intentio à parentibus & liberis iniuriã præteritionis auferre, unde non extendenda, ut alia iura corrigantur: ut l. præcipimus. in fi.C.de appe.& auct.quas actiones.C.de sacro san.eccl. Præterea dicit tex.in d.§. aliud. Quod relicta quæ conseruantur præstari habent per successores ab intestato, ibi rescisso testamento eis q. ab intestato. Vnde si ad causam intestati res non reducitur, legata non debentur, sed cum primum ualidum firmum remanet, ergo, nã quidquid uoluerit Hugo & Cyn.in d.aucten.ea causa. dum tenent legata quæ conseruantur peti conditione ex
15 illa auct.in contrarium † est ueritas, & communi-
* ter tenetur * quòd tunc dicta legata debeantur & petenda ex testamento, nã licet illud quo ad institutionem ex causa præteritionis seu exhæredationis annulletur, tamen quo ad legata firmum remanet, ut ex eo legata debeantur, secundum Bar. in l.i.C.de iure codicil. & in l.ita tamen.§. quoties.ff.ad Trebel.& in d.aucten.ea causa. ubi idẽ uoluit Petrus, Dynus, Iacobus de Rauenna & Iacobus Butrigarius, & ita tenuit Ange.in consilio incipiente, Berta habens uirum. quidquid in contrarium senserit Bar.in l.si iure. uersic.pro declaratione.ff.de lega.iij.ubi tenet primũ ualere quo ad institutionem, secun dum quo ad legata.

Sublimitatur & secundo dicta quinta fallentia
16 † procedere, cũ præteritur filius iam natus, nam aliàs si ignoranter filium præterisset, ut quando nesciebat uxorem prægnantem, uel aliàs de filio, quem mortuum credebat, desperabat, tunc non habet locum dicta auctẽn.ex causa. Sed incorrecta remanent iura antiqua. unde tunc cùm testamentum in quo filius qui uere uiuebat vel posthumus est præteritus nullo iure ualeat, nec tunc legata debentur secundum Bart. in quodam suo consilio, quod incipit. factum est tale Cecchua. Idem in alio consilio quod incipit omne illud qđ aliàs consului. Idem in l.j.ff. de iure codicil. versiculo quinto quæro. & sequenti. Idem in alio suo consilio quod incipit. Lapus fecit testamentum. Idem in dicta aucten.ex causa. uersicu. nunc ad quæstionem propositam. dicens quod quando pater ignorãs preterit filiũ, tunc iura antiqua remanere incorrecta, & testũ nullo iure ualere. Idem in l. filio præterito. versiculo secundo. est videndum. de iniust. testament. Idem in l. tale pactum. §.pater in fine.ff.de pact. in quibus locis plura iura, Glo.& rationes adducit. Quod
* & communiter tenetur. *
17 Ampliatur ista sublimitatio † procedere, etiã si apposita fuerit clausula, si non ualet iure testamenti &c. Item si apposita fuerit alia, & dictum foret, si non ualet uel non ualebit ualeat &c. Nã si ignoranter filius præteritus fuerit, tunc nato posthumo, istud testamentum non ualebit, nec legata debentur, & sic dicta auctentica ex causa, etiam non habebit locum isto casu: sed iura

EE antiqua

antiqua remanent incorrecta, secundum Bart. in
d.l.i.ff.de iure codic. Idem Bar. in consilio præ-
dicto quod incipit. omitte illud quod aliàs con-
sului. & in dicto alio consilio. Lapus fecit testa-
mentum.ubi uult legata prætereà non deberi, eo
casu quo testator de posthumo non cogitauit, p
l.si cum vel in vtero.ff. de milita.testa. nec dictas
clausulas operari,vt porrigatur ad casum præte-
ritionis posthumi de quo non cogitauit. Idē con
suluit Angelus in alio consilio quod incipit,ista
quæstio principaliter. Idem Angelus in alio con
silio quod incipit, posita pro cōstāti.quod priua
voluit Albertus Galeoti in sua margarita in titu-
lo de testamen.ubi concludit, quòd testator siue
dicat si non valet,siue si valere non potuerit,præ-
teritione posthumi testamentum omni iure nul-
lum,nec legata deberi:quia semper dicta uerba re
spiciunt solennitatis defectum,non autem uolun
tatis. Et pro opinione Bart.dicit Ang.in l.fi.ff.de
iure codicil.consuluisse Collegium Perusinum.
18 Ista ampliatio continet duo, primum: †quando
apposita est clausula, si non ualet &c. & sic præ-
sentis temporis,& in hoc contrarium tenuit Odo
fred. quem sequitur Gulicl. in Speculo in titu.
de instru.editione.§.compendiosè.uers. item vi-
de.cum quibus resider ibi in additionibus Ioan-
nes And.in verbo.valeat.& in ea ratione: quia si
dicta clausula suum effectum non potest operari
in præsens, quo ad defectum solēnitatis ut actus
valeat, operatur ex euentu in posthumi agnatio-
ne,uel alio modo nec negatoria sit apposita. Sed
* certè in hoc contrarium communiter tenetur, *
vt inferius patebit, ubi & aliud secundum etiam
reprobatur,videlicet quòd si apposita sit clausu-
19 la † si non valebit. non porrigi ad casum præte-
ritionis,cum cōtrariam opinionem tenuerit ipse
Barto.in dicto consilio quod incipit. factum est
tale. Cechus condidit.in quo dicit omnes Docto
* res * tenere hanc sententiam,uidelicet si dictum
sit si non valet vel non valebit. porrigi ad casum
præteritionis posthumi,per l. si ita scripsisset. ff.
de lega.ij.& l.si ita stipulatus fuerim.§.i.ff.de ver
bo.oblig.refertque ita tenere Cynum & Dyn.in
20 d.auten. ex causa.& isto casu habere locum † di
cta auten.& corrigi iura antiqua, & sic rupto te
stamento agnatione posthumi, legata deberi etiā
non adita hæreditate ex testamento. Idem vult
Barto.in l.qui filiabus. in fine principij.ff. de le-
gat.j.istam opinionem tenuit Iacobus de Belui-
so,vt refert ipse Bar.in d.l.j.ff. de iure codic.qui
Iacobus dicebat omnes Doctores tunc temporis
ita sentire. Hanc consultius tenet ipse Angel. in
alio suo consilio quod incipit,Simon notarius.&
sic procedat Glo.in l.generaliter.§. penulti.ff.de
fideicom.liber.& in l.si pater.ff.eod.titu.& ff.de
captiuis & postlim.reuers.in l. bona.§.fi.& in l.
j.C.de codicill.& ff.de legat. ij. in l. facto testa-
mento.& in l.j.ff. de testam. tutel. Quod commu
* niter tenetur, * vt sufficiat sic in genere cogitas-
se de posthumo,per illa uerba, si non ualebit &c.

quæ cum sint futuri temporis porriguntur ad te-
stamentum quod rumpetur natiuitate posthu-
mi:secus,per uerba si non valet. quæ sunt præsen
tis tēporis:quia tunc deficit conditio. Nam uerū
est tunc valuisse testamentum, licet posteà annul
letur,per l. si ita.ff.de auro & argen.lega.& l.si à
colono.& l.cum stipulamur.ff.de uerbo. obli. &
l.quidam.secundo responso.ff.de iure codic.qui
21 bus iuribus optimè probatur † uerba præsentis tē
temporis non porrigi ad futurum,sed bene uerba
futuri temporis,licet præsens sit, vel de præsenti
eorum effectus est de futuro, unde futurum ca-
22 sum videtur cogitasse,ideò † à verborum signifi
catione non recedendum,nisi manifestū sit,aliud
sensisse testatorem.l.non aliter.ff. de legat. iij. &
istam sequitur Imola in l.filio præterito.ff.de in-
iust. testam. & ab ea in iudicando non receden-
dum, Articulus enim adeò est dubius, vt indi-
geret Imperatoria declaratione,& ut ostēsum est
ipse Barto. & Ange.nedum aliis uerum sibi ipsis
contrarij fuerunt.

Contra istam communem opinionē multum
23 facit †.l.penultima.ff.de iure codicil. in sui ratio
ne. Nam ibi uidebatur dicēdum quòd quemad-
modum testator grauauit filium quem habebat,
pariter fuisset grauaturus quē habere ignorabat,
nihilominus contrariū ibi deciditur,ea ratione,
de qua in fine illius legis; quoniam ille nō fuerit
filio ablaturus,nisi solum sibi putaret successorem
24 futurum. Fortius stringit †.l. Titius.ff. de liber.
& postum.ubi deciditur quòd testator in exhære
datione utendo uerbo,filij,& omnes,dicitur ex-
pressè nominatim fieri exhæredatio, & nihilomi
nus ista sic expressa exheredatio, non excludit
quin iudex possit adiri,et per eum interponi iu-
dicium an uerisimile fuerit testatorem uoluisse
exhæredare filium quem ignorabat habere, uel
oriundum esse. Vnde idem uidetur dicendum, cū
dicitur si non ualet vel non ualebit. quorum ef-
fectus licet futurum respiciat, & sic propterea
porrigatur ad posthumi præteritionem, non ta-
men ita firmiter vt iudicis iudicium excludatur.
Vtraque enim opinio nititur à præsumpta men-
te testatoris. Creditur qui futurum inclusit de po
sthumo cogitasse, quem ignorabat habiturum,
creditur etiam qui filios omnes exhæredauit,ex-
hæredare uoluisse quem nesciebat habere.
25 Vnde pro concordia † crederem dici posse in
tam dubio articulo à communi non receden-
26 dum, & hoc regulariter. Illam † autem limi-
tarem, vt ipse Barto. in dicto consilio quod in-
cipit,factum est tale, & clarius considerauit An-
gelus in allegatis consiliis non procedere: quan-
do legata essent tot & talia quæ exhaurirent hære
ditatem, adeò quòd uerisimile non sit patrem uo
luisse grauare filium,& ipsum quodammodo in-
directa via bonis paternis priuare, cōtra natura-
lem charitatem,& hoc sentit etiam Bal.in quodā
suo cōsilio quod incipit, in Christi nomine. arg.
l.Lucius.la. ij ff.de hæredi.insti.ubi bona Glos.

Magis

Magis enim creditur patrē diligere filios quā ne potes, multo fortius filios quam extraneos.

27 Ista limitatio uidetur sublimitanda: † quando & si legata exhaurirent hęreditatem, tamen essent pro restitutione malè ablatorum, nam talia uerisimile est, quòd testator, & si filium sciuisset habi

28 turum, omnino reliquisset, cum† prima charitas incipiat à seipso. l. praeses. ff. de seruit. & aqua. &

29 anima † sit cunctis rebus pręferenda. l. sancimus. C. de sacrosan. eccl. & istud voluit Bal. in d. l. filio ꝓterito. ff. de iniu. testa. sicut enim aequitas stat ꝑ ꝓcedenti limitatione, ita & ꝑ ista sub limitatiōe.

30 Secundò sublimitatur: † quando testator alium filium instituit, & ab eo dicta legata solui uoluisset, tunc enim & si ipsius testamentū pręteritione posthumi uel reditu alterius filii: quem mortuū credebat annulletur sustinentur legata, per dictā authen. ex causa, & legata debebūtur: quia est uerisimile quòd sicut vnū filium grauauit, ita alium grauasset: argumento dictae l. Titius. ff. de liber.

31 & posthum. Et hoc uerum † nisi nominatim reliquisset à filio instituto: quia tunc haberet locum d. l. penul. ff. de iure codicil.

Sublimitatur & secundò dicta communis opinio, quae est si dictū fuerit, si non ualet uel nō valebit: porrigi ad casum praeteritionis posthumi, & per dictā clausulā legata deberi ab intestato ve

32 nientibus † non procedere: quādo nominatim legata relicta forent à filio praeterito, tunc enim dicta clausula nihil operaretur: sicut operatur: quādo simpliciter relicta sunt, secundū Bar. in l. ex filio. ff. de leg. iij. ꝑ illū tex. cū sua Gl. & hoc modo ꝓcedere posset qđ ibi dixit Rayner. de Forliuio.

Praedicta quinta fallentia ampliatur procedere (ampliationes enim post posuimus ad' euitandā

33 materiarum cōfusionē) ꝗ † si in testamento fuerit apposita clausula, si non ualet iure testamēti. &c. Nā rupto testamento ex causa praeteritionis, dicta clausula nihil operatur, operatur enim qñ adesset defectus solennitatis. Nam in testamēto regulariter requiruntur septem testes & rogati, unde dicta clausula facie, ut sufficiant quinque & non rogati. d. l. fi. C. de codicill. & sic patet, quòd si testamentum patitur defectum in his quae sunt de substantia, & eius essentia, nullo modo potest in ius codicillorum resurgere, ut esset quādo nullum esset testamentum ratione uoluntatis imperfectae, vt quia anteaquā o impleretur decessisset testato r. l. fideicommissum. §. i. ff. de legā. iij. & l. ex ea scriptura. ff. de testa. Glo. in l. si is qui. ff. de testameo. secundum Bart. in l. i. ff. de iniust. testa. & in l. i. ff. de iure codicil. & hoc uoluit Glo. com

✱ muniter ✱ approbata. in d. l. eam quam. Idem di

34 cendum per praedicta † si extenderetur dicta clausula, scilicet si non ualet iure testamenti, ualeat iure cuiuslibet ultimae uoluntatis. & sic etiam illis casibus non adita haereditate, ex testamento, legata debentur per dictam authen. ex causa. ubi

✱ Barto. dicit hoc communiter teneri. ✱

Ampliatur secundò dicta quinta fallentia pro

35 cedere † in praeteritione quasi posthumi, id est, eius qui subducto primo de medio incipit tenere locum sui per l. velleiam. tunc & si rumpatur testamentum, tamen legata debentur, & sic non adits haereditate ex testamento, si enim testator filium suum legatis grauauerat, praesumitur quòd multo magis grauasset nepotem: qui erat in ulteriori gradu, & hoc voluit Glos. in l. i. ff. de tests. tutel. quam sequitur Bartol. in dicta l. filio praeterito. ff. de iniust. testameo. versicu. tertiò est videndum.

36 Ampliatur tertiò procedere etiam † si in primo testamento fuerit apposita dicta clausula, si non

37 valet uel non ualebit &c. Nam † per secundum etiam simpliciter factum primum reuocatur, vnà cum omnibus in eo appositis, secundum Bart. in

38 l. i. ff. de iure codic. versi. decimoquintò. quis † dicta clausula debet intelligi si non valet aliter quā per reuocationem; quae inducitur per secundum testamentum, cum omni eo, quod in primo continetur, quod prius uoluit Nicol. de Matarellis in quadam sua quaestione. & post eum Gulielm. in Speculo. in titulo de instrumentorum editione. §. compendiosè. uersi. pone in suo testamento, quos ibi in additionibus in verbo ad literam sequitur Ioan. And. Ista uerè non est ampliatio ad dictā quintā fallentiam, sed potius limitatio, quo ad effectū dictae clausulae de qua supra.

39 Quid autē † si duo concurrerent, testamenta, & utrunque nullum. An si in vtroque fuerit apposita dicta clausula, vtrunque uel alterum ualeat ut codicillus? & ex praedictis concludi potest, quòd in primo non est dubitandum, quòd nihil dicta clausula operatur, in secundo posset dici ꝙ si nullitas respiciebat testamētum pariter & codicillum, & idem, si testamentum solum, tunc codicillus remanet in uim dictae clausulae, & si vtrunque nullum ex causis de quibus in dicta authentica ex causa, tunc circunscripto primo in totum, legata debentur ex secundo, per dictam authentic. ex causa.

40 Sextò fallit regula praedicta † in quibusdam personis, petita contratabulas bonorū possessione. vt ff. de leg. praest. l. i. in prin. & l. iii. & per totū titul. secundum Gl. & Bar. in d. l. eā quam. C. de fideicom. ius enim ciuile istos non admittebat ad rumpendum testamentum, vnde cum praetor eos admittat per bonorum possessionem contratabulas, & si grauat legatarius, sua aequitate conseruat legata certis personis, & sic eis debētur ēt non adita haereditate ex testamento, secundū Barto. in dicta l. j. ff. de iniust. testam.

41 Septimò fallit † secundum dictam Glo. in casu l. cum pater. §. filius. ff. de legat. ij. ubi iuramento rogatus haeres, si nullo iure factum sit testamentum, & sic ex testamento non adita haereditate, tamen legata cogitur soluere, iuramentum † enim habet uim repetitionis ab intestato. Sed certè ista est eadem cum prima fallentia, ut vult Bar. & bene in d. l. eam quam.

42 Octauò fallit:† quando testator fecit testamẽtum instituit hæredem, diuersa legata reliquit, demum cancellauit institutionem, tunc enim uidetur uoluisse ab intestato decedere, & ab intestato legata solui, & ea debentur eo casu, etiam non adita hæreditate ex testamento. casus est in l. proximè. uersic. cum Valerius nepos. circa finem. & ibi Glo. secundum Gloss. & Barto. in d. l. eam quam. C. de fideicommis.
43 Nonò fallit:† cùm prolato falso rumore testamentum factum fuit. Nam & si propterea ipsum non ualeat, legata tamen debentur, & sic non adite hæreditate ex testamento. l. fina. ff. de hæred. instituend. secundum dictam Glo. sed certè secundum Barto. ibi. & in l. j. ff. de iniust. testam. & bene diuersa sunt facta, sed eadem ratio de qua in dicta l. eamquam. unde unica comprehenduntur limitatione.
44 Decimò fallit† fauore libertatis secundum dictam Glo. in eadem l. eam quam. & ibi Barto. per textum in l. in testamento. & ibi Glo. & Bart. & in l. Antonius. & ibi Glo. ff. de fideicommis. liberta. & l. fideicommissa. §. quoties. & ibi Bart. ff. de legat. iij. Idem Bartol. in dicto suo consilio, quod incipit, factum est tale, uersicu. tertio. & Glo. in l. generaliter. §. si quis. uersic. ex testamen
45 to. ff. de fideicom. libertat. ubi dicit† illum §. corrigi. per dictam auct. ex causa. C. de liber. præter. Ad hoc textus in d. l. penultima. ff. de his, quæ ab intestato delentur, in q̃bus iuribus patet fauore libertatis nõ adita hæreditate ex testõ (ex quo nullum erat ratione imperfectionis) tamen deberi legatum libertatis. Sed certè hoc non transit si
46 ne probabili dubitatione.. † Nam ut refert Bar. in d. l. in testamento. Vltramontani, tamen contrarium, quos sequitur Cynus & Petrus & D. Nicolaus in quodam consilio incipit, omnipotẽtis Dei &c. videtur primo &c. per l. is qui. ff. de testam. ubi dicitur quòd incipiens facere testamentum & non perficiens, talis eius uoluntas pro nihilo reputatur. Ad idem l. fideicommissa. §. quoties. ff. de lega. iij. contrariisque respondetur illa procedere, & intelligi de imperfectione solennitatis, & eius respectu, non autẽ uoluntatis. & hoc uoluit Barto. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. ff. de testam. Ad hoc Glo. in l. fina. C. famil. ercisciund. ubi Bar. & hoc tenet expressè, & Bald. & Salyc. in l. si iure. C. de testamen. manum. Ad hoc textus in l. cum quasi. §. fi. uersi. quanquàm. & l. generaliter. §. si quis. uersiculo. ex testamento. ff. de fidicommis. libertat. vbi legitur ex irritis codicillis, uel ex rupto testamento præteritione posthumi, libertates non deberi. & istam credo ueriorem de iure, licet alia ob auctorita-
✣ tem tot Gloss. communiter teneatur. ✣ Quam
47 crederem procedere: † quando uoluntas quo ad ipsam dationem libertatis de se esset perfecta quo ad illum actum de quo quæritur, & hoc fauore libertatis, pro qua in dubio iudicandum est, cap. licet. de coninga. seruor. cap. fin. de regulis iuris. libro vj. cap. ex literis. de probation.
48 rigor† enim iuris fauore libertatis remittitur, uoluntas testatoris extenditur. l. si hæreditas. ff. de statu liber. & l. cum quasi. §. final. ff. de fideicommiss. liberta. & hoc argumento regulæ, utile per inutile. de regulis iuris. eodem libro vj. Non enim est uerisimile quòd si testator ulterius processisset, & testamentum perfecisset se correxisset, nisi perspicuis coniecturis aliud demonstretur & sic procedat fallentia, ut etiam non adita hæreditate ex testamento. legatũ libertatis
49 deberi per dictam auctem. ex causa. Quod † sine dubio procederet, si in testamento, licet aliàs nullo huiusmodi legatum repetitum foret ab intestato, per clausulam illam si non ualet &c. uel clausulam codicillarem, ut suprà in simili est conclusum, & in indiuiduo uult Glo. in dicta l.
50 si iure. C. de manum. testamen. & hoc † quando testamentum esset nullum ratione imperfectę uoluntatis, aliàs si ratione solennitatis omnes
✣ concedunt, ✣ tunc fauore libertatis legatum deberi, etiam non adita ex testamento hæreditate, etiam & non apposita dicta clausula, ut per Guiliel. in Speculo. in titulo de instsumen. editione. §. nunc autem aliqua. uersicu. sed pone. vbi Ioannes Andreæ in additionibus. & est textus apertus. institu. de eo cui liber. caus. bon. additio. vbi Gloss.
51 Vndecimò fallit† secundum dictam Glo. in d. l. eam quam; & ibi Barto. propter dilectionem & pietatem ut est casus in dicta l. in testamento. ff. de fideicommis. libert. ibi, cum imperfectum esset testamentum, in quo alumnæ libertæ fuerat data libertas per fideicõmissum, hæredes qui ab intestato succedunt ad hoc tenentur speciali fauore dilectionis: ut ibi vult Glo. & Bald. in dicta l. si iure. C. de manum. testam.
52 Duodecimò fallit, † secundum eandem Gloss. quando hæreditas aufertur ab indigno per fiscũ: vt in l. cum fisco. ff. ad Syllan. & in l. non intelligitur. §. cum causa. & l. dicitur. ff. de iure fisc. tunc enim & si hæreditas ex testamento non adeatur, legata firma manent, & debentur, quod non placet Bart. in d. l. eam quam. C. de fideicom. ex quo hęreditas aditur ab ipso indigno, uel à fisco, qui eius loco succedit, sed certè aditio indigni est sine iuris effectu, & fiscus nõ ex testamẽto accipit, ideò opinio Gl. fortè procedit, nisi dicatur, q̃ indigni aditio & si quo ad ipsum sine iuris effectu: secus quo ad legatarios: ut l. j. §. sed si legatum. ff. si quis aliquem testati prohibuer.
53 Decimotertiò † fallit, secundum dictam Glos. in casu dictę. l. j. §. sed si legatum. ff. si quis aliq. test. proh. sed certè secundum Bart. in dicta l. eam quã. iste casus cõprehenditur sub pręcedẽti.
Decimoquartò fallit, secundũ eandem Gloss.
54 † quãdo institutus ob errorem testatis nõ potuit adire, ut quia non fuit legitimæ adoptatus: ut d. l.

eam quam. vel quia fuit institutus incapax, secun
dum Barto. in l. j. ff. de iure codicil. uersic. tertio-
decimo quæro. allegat eandem. l. eam quam. vbi
vult id probari secundum unã lecturam. Sed ista
fallentia Glo. est eadem cum tertia de qua supra,
secundum Bar. in d. l. eam quam. ob quod Gloss.
ibi uidetur quodammodo recedere ab opinione
Placentini, & Azonis lecturam sequi. quod notá.
55 Decimoquintò † fallit, secundum Odofredum
& Bar. in eadem l. eam quam. in casu aucte̅ticæ.
si captiui. C. de episco. & cleri. ubi scriptis hæredi
bus denegatur successio, si neglexerint captiui re
demptionem, firmis remanentibus legatis, li-
cet hęreditas ex testamento non adeatur. quod
priua uoluit Glos. in corpore unde sumitur in
aucten. ut cum de appellati. coguosc. §. si uuum.
✽ & communiter tenetur. ✽
56 Decimosextò † fallit, secundum Odofre-
dum: quem sequitur Bar. ubi supra in casu aucte̅.
liberi. C. de episcop. audientia. ubi curam furiosi
negligentes ab eius hæreditate priuantur, licet
filij & scripti hæredes sint, firma tamen remanet
legata, quæ non adita hæreditate ex testamento
debentur. quod priua voluit Glo. in d. aucten. ut
cum de appel. cogno. §. si quis de prædictis. Idem
✽ Glo. in §. sequen. & communiter tenetur. ✽
57 Decimoseptimò † fallit, secu̅dum Odofre. que̅
sequitur Bar. ubi supra in casu auct. idem de Ne-
storianis. C. de hæret. & manich. & in corpore vn
de sumitur, in auct. ut cum de appel. cogno. §. ge-
neraliter. collatione viii.
58 Decimooctauò † fallit, secundum Barto. in ead.
l. eam quã. ubi Petrus & Bal. & plenius per Bart.
in aucten. de hæredib. & falcid. §. si uerò expres-
sim. ubi Iacobus de Beluiso. in l. nemo. §. i. si quia
omissa causa testam. quando testator prohibuis-
set detrahi falcidiam, cum tunc hæreditate ex te-
stamento non adita legata debeantur. Idem Bar.
in l. cum testator. §. secundo capite. ff. ad leg. Fal
cid. & est textus apertus in dicta aucte̅ti. de hæ-
red. & falcid. §. si uerò expressim. iuncto antece-
denti. §. si uerò ablatam partem. & communi-
✽ ter tenetur. ✽
Decimononò limitauit Bartol. in eadem l.
59 eam quam. † in casu l. primę vel secundę. C. de fi-
deicommiss. sed certè illa præstatio dicitur facta
ab hæredibus qui ex testamento potuerunt adire,
unde non ad nostram regulam.
60 Vigesimò fallit † in legatis ad pias causas, quæ
etiam non adita hęreditate ex testamento debe̅
tur. Bar. in hoc articulo uacillauit in d. l. eã quã.
inclinat tamen deberi, licet tutius esse dicat fieri
debere aditio conseruandorum legatorum causa.
61 † in l. prima. C. de sacrosant. eccles. in prima
lectura in contrarium uidetur inclinare, & quòd
necesse sit aditio legatorum conseruãdorum gra
62 tia, ut debeantur. Ab † ea tamen opinione re-
cedit in repetitione dictę l. primę. versi. quartò
quęro. & quintò quęro. Nec dicatur Bart. in pri-
ma lectura sentisse de iure ciuili, in repetitio-
ne verò de iure canonico, cum & id esse etiam de
iure ciuili fateatur, ibi dum dicit, in legatis ad
pias causas, ad eorum confirmationem non re-
quiritur aditio, ut in casu huius legis, nec aliquo
alio &c. ubi dicitur liber sit stylus &c. Idem uo-
luit Barto. in allegato suo consilio incipiente fa-
ctum est tale, quod & prius tenuit Specul. in tit.
de instrum. editione. §. nunc verò aliqua. uersicu.
sed pone. vbi idem Ioannem Andr. in additioni-
bus ex mente Nicolai de Matarellis. Idem uult
Bald. in dicta. l. i. C. de sacrosanct. eccles. quia in
eis cessant solennitates iuris ciuilis. Ad hoc quod
habetur in l. miles ita. §. i. ff. de testament. milita.
quod & tenuit Petrus de Anchar. & D. Nicol. in
c. relatum. el j. de testam. Idem Bal. in d. l. eam
quam. C. de fideicommis. versicu. quinto quæro.
& id esse de iure diuino ex actoritate Pauli Apo-
li ad Hebræos, capite. ix. plene discutit Barto. in
✽ dicta repetitione. & hoc communiter tenetur, ✽
quidquid dixerit Imola in d. c. relatum. Quod li-
cet uerum sit, ut in legatis ad pias causas non sit
necessaria hǽditatis aditio ex testame̅to tñ fallit.
63 Et primò † quando tale relictum ad pias causas
iniunctum esset nominatim certo hæredi, cum
tunc non transeat ad alium cum illo onere, cũ vi
deatur habitum esse respectum ad personam cui
iniunctum fuit, & ideò ad existentiam dicti lega-
ti tunc necessaria esset eius aditio à quo legatum
relictum est argumento. l. qui quadraginta. ff. ad
Trebellian. & hoc uoluit Bald. in dicta l. eam
quam. C. de fideicommis. uersi. tertiò quæro. &
uidetur uelle Barto. in l. Marcellus. ff. ad Trebel.
Idem sentit Bal. ubi supra in fideicommisso uni-
64 uersali, & hæc † quando testamentum in quo talia
legata relicta forent, nullum esset ratione solen-
nitatis: vt supra est conclusum.
65 Quid autem † si nullũ esset ratione imperfectio
nis uoluntatis, passus est multum dubius, tamen
ęquitas suadet ut eadẽ distinctione & rationibus
de quibus supra in decima fallentia in materia
libertatis legatę, & istud determinetur, ut quan
do uoluntas ad pias causas de se est perfecta quo
ad illum actum de quo quæritur, & tunc & si testa
mentum ob imperfectionem uoluntatis non te-
neat, ualeat tamen legatum in eo factum ad
pias causas, fauere piæ causæ argumento regu-
læ, utile per inutile. de regul. iur. lib. vj. Nõ enim
est verisimile, si testator uoluntatem perfecisset
tam pium opus reuocasset. ff. de cond. & demon-
stratio. l. nam ad ea. & ita intelligi poterit quod
notatur per Barto. in simili in l. in testamento. ff.
de fideicom. libert. & hoc etiam quod notatur
per Imolam in cap. cum esses. & in cap. relatum.
el primo. de testamen.
66 Vigesimoprimò fallit: † quando testator datis
executoribus cõmisit eisdẽ ꝙ legata præstarent,
non expectata hęreditatis aditione, cum tũc dicta
legata debeantur, nec requirant hæreditatis adi-
tionem ex testamento vel ab intestato, sed iudi-
dicis officio tuenda est testatoria uoluntas, &

ſolum iudicis officium locum habebit, ſecundum Bal. in d.l.nemo poteſt.ff.de legat.ii.
67 Vigeſimoſecundò fallit † in legatis alimentorum, quæ etiam non adita hæreditate debentur,
68 & hoc duplici ratione, prima. quia† legatum alimentorum dicitur ad pias cauſas, textus eſt in l.
ſancimus & ibi Glo.C. de ſacroſ.eccle. Gl.in l.ſi
quis Titio.ff. de lega.ii. Barto. in tractatu alimẽtorum. uerſicu. quæro utrum. Secunda: quia
69 † alimenta moram non requirunt. unde hæreditatis aditio non expectatur, ſecundum Bal. in d.
l.eam quam. C. de fideicommiſſ. qui ad hoc adducit notata in l.de hærede. ff.de acquiren.hæredit. Ad hoc etiam l. hæreditas. ff.de petitio.hæ-
70 redita.& hoc uerum† cum pauperi legatur: ſecus
ſi diuiti: ut in auten.ut cum de appella.cognoſc.
§.aliud quoque capitulum.ibi, ægenis.& eſt Glo.
in l.ſi cum annum.ff.de annuia legat.
71 Vigeſimotertiò fallit: †quando legatum eſt ita relictum quòd impoſsibile eſt deberi poſt aditã hæreditatem, & non eſt poſsibile deberi niſi ante aditam hæreditatem, puta ſi teſtator reliquit vxori uſufructum in uita ſua, & poſt mortẽ ſuam inſtituit hæredem uidelicet Titium, tunc uoluntas teſtatoris eſt adimplenda: quę eſt lex, & ſeruanda: autenti. de nupt.in principio, etiam ſi non præcedat hæreditatis aditio.
72 Vigeſimoquartò fallit† in loco ubi ſtaret ſtatutum ſeu conſuetudo in contrarium. Nam per ſtatutum ſeu conſuetudinem diſponi poteſt, ut ad confirmationem legatorum & eorum ſatisfactionem hæreditatis aditio non requiratur: ut d. l.eam quam.C.de fideicom.& ibi per Bal. & in.l. id quod pauperibus. C.de epiſco.& cleri.& in dicta l. extraneum.ff. de hære. inſti. Ad hoc notata in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure.
73 Vigeſimoquintò fallit: †quando legans uoluit decedere inteſtatus, & de hoc conſtat expreſsè, & in codicillis legata reliquit, cum tunc ualeant legata, licet non ueſtiantur teſtamento, ſecundum Dominum Florianum & Imolam in c. indicante. de teſtamen. Ad hoc l. ſi quis eum nullum. ff.de iure codicill. Tunc enim & ſi hæreditas non poſsit adiri teſtamento, tamen legata ualent, & debentur. & hoc uerum, ſi in codicillis in quibus legatur, fuerit adhibita requiſita ſolennitas quinque teſtium.per l.primam.ff.de iure codicill. & l. finalem. C. de fideicom. Quod procedit ſi tunc adita fuerit hæreditas à uenientibus ab inteſtato: ut voluit. Gloſſ. notabilis in l. qui filio. §. ſeruus. in uerbo liber. ff. de hæredi. inſtituend. Idem dicendum ſi legans hoc non expreſſit, & non appareat an uoluerit decedere teſtatus vel inteſtatus, dummodo legauerit ſine hæredis inſtitutione, cum tunc ſatis videatur uoluiſſe inteſtatum decedere, & in his caſibus non adita hæreditate ex teſtamento legata debentur: ut uidetur probari in d.c.indicante.de teſtamen. & ibi per Dominum Florianum Imolam & Dominum Nicolaum.
74 Vigeſimoſextò fallit, † quando legata ſaperent donationem inter viuos, ut puta, ſi teſtator legauit domum quo ad proprietatem, reſeruato uſufructu, & uita durante, cum poteſtate etiã in eius uita poſſeſsionẽ capiẽdi propria auctoritate, dũmodo de fructibus reſpondeat, tunc enim dictũ legatum, vel potius donatio, poſt mortem teſtatoris, aliter hæreditatis aditionẽ non requirit ad eius cõfirmationẽ, ut debeatur, cum cenſenda ſit donatio, eſto quòd facta ſit per uerbum lego, ob adiunctionẽ reſeruationis uſufructus, uel ob traditionẽ poſſeſsionis. Ad hoc l.ſi adiciatur.ff.pro ſocio.& l.qui lancem.ff.de aur. & argen. lega. & notatur per Bar. in l.ſi communem.ff.de ſtatu ho-
75 mi. Nã licet† donatio cauſa mortis ſit ſpecies ultimarum uoluntatũ quo ad aliqua, uidelicet quo ad ipſius ordinationem, cum in ea requiratur prę ſentia quinque teſtium, ſicut in qualibet alia ultima uoluntate: ut l.fina.C.de codicil. Tamen &
76 † quo ad ordinationem, magis accedit contractui, cum fiat ſtipulatione uel pacto, ff. de donatio.cau.mor.l.mortis cauſa donatio.& in l.inter
77 mortis. & † poteſt pendere ex conſenſu tertij, quod non cadit in ultimis uoluntatibus.l. fin. ff.
78 cõi prędio. Item † quia donatio cauſa mortis nõ põt fieri niſi præſenti & acceptanti, ut d. l. inter
79 mortis, & licet † ſi conſideretur quoad confirmationem tunc accedat ultimæ uoluntatis, quæ morte confirmatur, nõ tamen requiritur aditio, ſicut in legatis, ut notatur.ff.de lega.ij.& in l. cum pater.§.eorum.& §.ſequenti.

CONCLVSIONIS & Regulæ CXII.

ARGVMENTVM.

Legatum ad certum uſum, in alium conuerti non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Legata ad certũ uſum deſtinata in alium uſum conuerti non poſſunt, ſecundum communem opinionem. ✠ nume. 4.*
2 *Vnum quodque utendum eſt, ad id, ad quod eſt conſtitutum.*
3 *Altare unum non debet propter aliud detegi.*
4 *Teſtatoris uoluntas non commutanda, niſi relictum tenderet ad utilitatem priuatam, & ambæ partes conſentirent. nu. 5.*
6 *Relictum ad fauorem publicum ſeu pium, ſi non poteſt de iure uel de facto adimpleri commutari poteſt quod ad fauorem publicum per hæredem legantis, & eum cui legatum factum eſt abſque ſuperioris licentia. nume. 8. & 12. & in his quæ ad pium uſum, in alium pium uſum per legatum à latere ſeu epiſcopum cum conſenſu hæredis legantis ſecundum cõem opinionem, ✠.nume. 9. Idem ſi cum maxima difficultate adimpleri poſſet, nu. 13.*

Mona-

7 *Monasterium nouum mendicantium prohibitum est construi.*

10 *Legata ad pias causas regulantur secundum ius canonicum, & non ciuile.*

Intellectus ad Clementinam, quia contingit. de relig. domib. & supra. nu. 1. & 11.

14 *Legatum relictũ ad certum usum si adimpleri nequit, de iure uel de facto, seu sine maxima difficultate, non propterea fit caducum, sed commutandum est in alium usum.*

15 *Testator legans aliquid pauperi pro anima, alteri pauperi relictum, si ille non esset pauper, si ille cui relictum est decedat ante testatorem, legatum non fit caducũ, sed alteri pauperi debetur, et hoc quandocunque contemplatione piæ causæ factum sit, quod qualiter appareat. uide nu. 16.*

16 *Intellectus ad. c. quamuis. de pœnis. lib. vi.*

Carcer inuentus ad custodiam: & non pro pœna.

17 *Legatum ad certũ usum in alium commutari potest, si testator hoc permisit.*

18 *Legatum in pium usum certum in alium magis pium cõmutari potest, auctoritate diœcesani. faciens maius & melius non aliud, sed idem facere uidetur. numer. 20.*

19 *Testator mandans in suo fieri Hospitale, et illud dotauit ad usum pauperũ, & quod rector ad certi prælati nutum esset amouibilis, executores eum diœcesano etiam prælato contradicente possent facere ad usum religiosorum. sed † contrariũ est communis sententia * nu. 21. sed primum procedit quando prouentus ad utrunque sufficerent. nu. 24. sed à communi non recededum indistinctè.*

22 *Testatoris uoluntas pro lege seruanda. nu. 36.*

23 *Mandati forma specificè seruanda.*

25 *Legatũ pro anima factũ diuiti, quẽ testator credebat inopem, aufertur, & in alium pium usum cõuertitur. sed contra. nu. 26. primũ æquius es practicat.*

27 *Legatũ factum ob imminentem necessitatem, ea cessante non debetur.*

28 *Legata pecunia, ad aliquod nouum opus construendũ, si ciuitas illis abundet, et alia reparatione indigeat, ad id pecunia conuertenda: & nu. 29.*

30 *Permissum à iure, princepi permittere uidetur.*

31 *Papa & princeps temporalis de eorum plenitudine potestatis legatum ad certum usum in alium conuertere possunt.*

32 *Papa de plenitudine ptãtis põt supra ius dispensare.*

33 *Papa solus dispensat in reseruatis sedi Apostolicæ, sed contra, cum & legatus de latere uideatur posse etiam dispensare. nume. 34. primum procedit quando contra legem, secundũ in his quæ non sunt contra legem. nume. 35.*

37 *Papa contra ius dispensare potest de plenitudine potestatis, sed necessaria est clausula, non obstante in lata forma. nume. 38.*

39 *Legatum ad certum usum per Papam seu principem in alium usum commutari non potest, si testator prouidisset, quod si fieri non posset de iure uel de facto ad hæredem reuerteretur. secundum communem opinionem. **



1 EGATA, † seu relicta ad certum usum destinata, regulariter in alium usum conuerti nõ possunt. Clementina quia contigit, de relig. domib. l. j. ff. de administra. rer. ad ciuita pertinent. Vnum quodque. enim futendum est ad id quod est institutum, c. iij. c. suggestum. de appella. & ibi Glo. xxij. q. ij. canone. is autem. xlv. dist. canone. licet. el ij. c. inter corporalia. de translatione episcop. non enim conuenit † propter compassiones, unum altare detegere, pro altero tegẽdo, non enim hoc est pium opus facere. auctent. quomod. opor. episco. §. si uerò hoc non fecerit, & ibi Glo. in uerbo. hęc adimplenda. † est igitur testatoris uoluntas & non commutanda: ut dicta Clem. Ad hoc l. liberto. §. Lucius. ff. de annuis legat. secundum Speculatorem in titu. de instrum. editione. §. nunc aliqua. uersiculo quod si quis. * quod & communiter tenetur, * & licet regulare sit, tamet fallit.

5 Et primò † (si relictum tenderet in fauorẽ priuati) quando hæres defuncti, & ille cui factum est legatum in commutando & alium usum consentirent. l. legatum. ff. de usufru. lega. & ibi Bar. & per Imol. in c. nos quidem. de testam.

6 Secundò fallit, † in relictis ad fauorem publicum seu pium: quando non posset ut testator disposuit adimpleri: quod procedit siue nõ poterit adimpleri de facto, ut quia pecunia pro illo adimplendo non sufficit. Ad hoc quod habetur in dict. l. legatum. siue non possit adimpleri de iure, vt quia testator mandauit construi monasterium, in loco qui ad alium spectat, qui non vult consentire. Ad hoc l. si Titius statuas. ff. de conditio. & demonstra. secundum Imolam in c. nos quidem. de testamen. siue ex eo: quia mandauit cõstrui in loco prohibito, vel si de nouo mã

7 dauit † construi monasterium mendicantiũ, quod est prohibitum, ut in c. i. de excess. præl. lib. vi. Ad hoc notata per Bartol. in d. l. legatum. Siue quia fuerit legatum pro missis canendis, quæ celebrari non possent propter interdictum, secundũ Bar.

8 ubi supra. Istis casibus, & similibus † legata ad certum usum destinata in alium usum commutari possunt, scilicet, in iis quæ ad fauorẽ publicum, si partes ad id consentiant: uidelicet, si hæres defuncti legantis, & cui relictum factum est absque superioris licentia, secundum Barto. in d. l. legatum. ff. de usufruct. legat. & eundem Bart. in tractatu minoricarum, libr. ij. capite tertio.

9 In iis autem, † quæ ad pium usum relicta sunt, his casibus in aliũ pium usum conuerti possunt, per legatum à latere seu episcopum: quatenus consentiat hæres defuncti. d. c. nos quidem. ubi D. Nicolaus, & hoc uoluit Lapus in dicta Clem. ij. de religios. domib. per notata per Vincentium & Ioannẽm Andreę in c. fin. de testamen. quos in dicta Clementi. sequitur Aegidius Bellamera, * Cardin. & D. Nicol. & communiter tenetur, * quod

quod sentit Barto. in dicto tractatu minorica-
rum, in d.cap.iij. Et ratio diuersitatis est: quia
10 † legata ad pias causas respiciunt spiritualia, &
in eis non attenditur ius ciuile, sed canonicum,
ut superius discussum est, & habetur per Bar. &
Bal. in l.i.C.de sacros.eccl.

Nec obstat quod in cõtrarium uoluerũt in ea-
dem Clemen.ij.D.Florianus,& Imola, dicentes
prædicta procedere: quando ageretur de mutan-
da uoluntate ipsius hęredis, secus si ipsius defun-
cti, quam inferior à Papa mutare non potest, etiã
cum consensu hæredis, ut per iura in principio
11 allegata: †quia eorum dictum uerum est, & pro-
cedit: quando adimpleri posset uolũtas testato-
ris, prout disposuit: tunc enim solus Papa com-
mutare posset, ut inferius dicetur: secus quando
de iure uel de facto eo modo quo defunctus de-
12 stinauit adimpleri nequit, & tunc † procedat di-
✱ cta communis opinio ✱ in profanis & si ad pu-
blicum fauorem, lege conceditur partibus, in ca-
sibus prędictis in hoc concordare, & in alium
usum conuertere: quando licitè uel impoßibile
est posse pareri iudicio testatoris. l. Imperatores.
ff.de pollicitationi. d.l. legatum. ff. de usufruct.
lega.l.i.C.de capens.ludor.lib.xi.& d.l.legatum.
in fin.ff.de administ.rer.ad ciuit.pert.

13 In spiritualibus dicta communis opinio,† quæ
est quòd quãdo testatoris uolũtas de iure & de fa
cto adimpleri potest, tunc ab eo ad certum usum
pium relictum per solum Papam posse in alium
usum conuerti, limitanda est in casu, in quo, & si
de iure, & de facto adimpleri poßibile sit: tamẽ
maxima inest difficultas. tunc enim pariter per
inferiorem à Papa commutari potest, secundum
Petrum de Perusio in tractatu de canonica por-
tione episcopi

14 Nec iis casibus dicendum, † legatum fieri ca-
ducum, & ob impoßibilitatem iuris uel facti re-
uerti ad grauatum: sed commutandum est in aliũ
pium usum, ut est textus in d.c.nos quidem. & in
d.l.legatum.ff.de usufruc.legat. secundum Bart.
in l.pater. §.Tusculanus.ff.de legat.iij.ex hoc di
15 cens quòd † si testator relinquat alicui pauperi
aliquid pro anima, alteri pauperi relicturus, si
ille non fuisset pauper, quòd si ille cui relictũ est,
deficiat ante ipsius legantis mortem: debebit da-
ri alteri pauperi, per notata in dictis iuribus, &
hoc si contemplatione piæ causæ reliquisset: ut
quãdo expreßit pro eius anima, pro amore Dei,
pro eleemosina. & idem tenet Imola in dicto c.
nos quidem.

16 Tertiò fallit † in casu.c.quamuis.de pœn.libr.
vj.ubi carcer ad custodiam inuentus. ut l.j. C.de
custod. reor. pro pœna ibi deputatur quod est
ibi speciale ex causa, nisi dicatur effectũ ibi car-
ceris alterari in odium delinquentium. unde nõ
ad consequentiam trahendum in tertij præiudi-
cium sine sui culpa, ut esset si legata ad pios usus
hospitalium, uel aliàs destinata propter pauperũ
indigentiam, in alium usum etiã pium conuer-
terentur: contra dictam Clementinam ij. de re-
ligios.domib.

17 Quartò fallit: †quando testator qui legauit, hoc
disposuisset seu permisisset. Ad hoc l.quidam.ff.
de usufruct.legat.

18 Quintò fallit: † quando legatum pium cõuer-
teretur in alium usum pium magis fauorabilẽ &
priuilegiatum, cum tunc poßit conuerti & com-
mutari auctoritate diœcesani, & sic proximi supe
rioris, etiam si aliàs de iure & de facto testatoris
19 uoluntas adimpleri posset. Nam † si testator mã-
dat fieri in fundo suo hospitale, & illud dotauit
ad usum pauperũ, & quòd rector ad nutum cuius-
dam prælati esset amouibilis, tunc executores cũ
auctoritate diœcesani etiam dicto prælato con-
dicente possent facere ad usum religiosorum, pro
ut consuluit Ioannes Andr. cum aliis Doctori-
bus tũc temporis, ut refert Lapus in dicta Clem.
20 ij. mori: quia † qui facit maius & melius, non
aliud, sed idem facere uidetur. sed plus est facere
ecclesiam religiosorum, quam hospitale. facit c.
scripturæ. de uoto. & regula plus semper. de regu.
iur. lib.vi. cum quo uidetur residere Do. Antun.
21 in d.c.fin.de testamen. Sed certè †contrariũ com
✱ muniter ✱ tenetur: quia †testatoris uoluntas pro
22 lege seruanda est, si est rationabilis. canone. ul-
tima uoluntas. xiij.q.ij.& §.disponat. in auctẽ.
de nup.colla.iiij.c.tua.de testam.c.cum Marthæ.
23 de celebra. missæ. quia† forma mandati specifi-
cè seruanda est, nec minus, aut plus exequendũ.
c.cui de sacerdotali. de præben. lib. vi. c. cum dile
cta. de rescript. l. diligenter. ff. mandati. quæ, eo
fortius procedunt in ultimis uoluntatibus, secun
dum Lapum in d.Clem.ij.& ibidem D.Florianus
& Imola. Ad hoc quod notatur in c. postulasti.
24 de rescri.& in d.c.cui. nisi pro concordia † dica-
tur cum Aegidio Bellamera in eadem Clementi.
opinionem Ioannes And. procedere posse quan-
do testatoris uoluntas non mutaretur in totum,
sed in melius in parte alteraretur, ut si prouentus
sufficerent manente hospitali & hospitalitate in
ecclesiam collegiatam & religiosam diœcesanus
erigere uellet: quod licet uideatur tolerabile, &
satis æquum, tamen iure non probatur, & de ea
parte prouentuũ quæ religiosis attribuerentur, ege
ni, quibus testator reliquit, fraudarentur, ideo à
✱ communi non recedendum. ✱

25 Sextò fallit: † in legato facto pro anima & amo
re Dei diuini, quę testator credebat in opẽ, à quo
forte auferri potest, & in alium pium usum con-
uerti; argumento dictæ l. legatum ff. de usufruc.
legat. secundum Bar. in l.i. in repetitione. uers. se-
cundo quæro. C. de sacros. ecclesiis. Quod tamen
26 † non transit sine dubitatione, cum contrarium
teneat ibi Bal.& forte uerius est. Sed opinio Bar-
tol. æquior & magis pia, & ita practicatur. Nam
27 † relictum factum ob imminentem necessitatẽ,
ea cessante non debetur. ff. quando dies legat. ced.
l. nec semel. §. si in habitatione. sed cum neceßi-
tas, quam inesse credebat testator, in legatario
non

non ægeno cesset ; ergo &c.
28 Septimò fallit:† quando pecunia relicta foret
ad aliquod opus nouum fabricandum, quibus ci-
uitas abundaret, tūc enim si iam constructa ædi-
ficia restauratione indigerent, & deesset pecunia
legatum ad illum usum conuerti posset. l. fin. ff.
de oper. publi. & ibi Bartol. qui argumento illius
29 textus uult, quòd † si relictum sit pro construen-
da noua ecclesia, & ciuitas ecclesiis abundaret, &
iam constructę reparatione indigerent, quòd tūc
legatum per episcopum ad illum usum conuerti
poterit : iis enim casibus iuris auctoritate ad unū
usum certum destinata, in alium conuerti pos-
30 sunt. Quod enim † ius permittit, & princeps per-
mittere uidetur. l. i. §. j. C. de ueteri iure enuclean.
secundum Glo. in d. l. legatum. ff. de admini. rer.
ad ciuit. pertinent.
31 Octauò fallit † in Papa, & principe tempora-
li, qui de eorum plenitudine potestatis possunt
legata ad certum usum destinata, licet adimpleri
possint de iure & de facto, in alium usum ad li-
bitū conuertere. De principe temporali est tex-
tus in dicta l. legatam. de Papa in dicta Clemē. ij.
32 Papa † enim de plenitudine potestatis de iure po
test supra ius dispensare. c. proposuit. de concess.
33 præbeo. & quod † Apostolicæ sedi reseruatur, in
eo solus Papa dispensare potest, ut dicta Clem. &
ibi Lapus, & notatur, per Ioannem And. in Clem.
nec litera. de præben. Nec obstaret quoad legatū
34 de latere si diceretur aliud est dicere † Apostoli-
cæ sedi reseruatum, ut in dicta Clem. ii. aliud, ipsi
Romano pontifici, cum quando reseruatur sedi
Apostolicę videatur in eo legatū de latere sedis
Apostolicæ dispensare posse : secus in reseruatis
ipsi pontifici; vt notatur per Ioannem And. in c. si
abbatem. de elect. libr. vi. & in c. si Apostolicæ se-
dis. de præb. libr. vi. & in c. auctoritate. de priuil.
eod. libro. in uerbo. sedi Apostolicæ. quia si hoc
sic simpliciter intelligeretur, sibimet Ioan. And.
contrarius foret, cum cōtrarium uelit in c. quòd
35 translationem. de offic. leg. cum primū † proce-
dat in his quæ non sunt contra legem in quibus
& si sedi Apostolicæ sint reseruata, legatus de la-
tere dispensat : secus in iis quæ sunt contra legē,
quod soli principi reseruatur, tunc legatus de la-
tere sedis Apostolicę non dispensat, sed solus Pa-
36 pa. Vnde cùm † testatoris dispositio facta ad cer-
tum usum pro lege seruanda sit ut dicto canone.
ultima uoluntas. xiij. q. ii. ideò nomine sedis Apo
stolicæ solus Papa intelligitur & nō legatus, aliàs
secus. & istud uoluit Lapus in dicta Clem. ij. quod
37 not. Quod uerum est: † quādo Papa uel princeps
hoc faceret de plenitudine potestatis, ita quòd
38 † necessaria est insertio clausulæ non obstante. in
lata forma, secundum Bald. in l. si testamentum.
C. de testamen.
39 Quæ omnia sublimitantur : † quando testator
prouidisset, quod si fieri non posset de iure uel de
facto ad hæredem legatum reuerteretur, secundū
Barto. in d. l. liberto. §. Lucius. ff. de annuis legat.
secūdum Barto. in d. l. legatum. ff. de usufruc. leg.
Glo. notabilis in dicto §. Lucius. & fuit secundū
Bart. ibi opinio Azonis. Isto enim casu legata ad
unum usum, si in illum uoluntas testatoris non
adimpleretur, ex auctoritate superioris nō pos-
set in alium usum conuerti, cum testator aliud
prouiderit. quod nota cum communiter te-
neatur. ✻

CONCLVSIONIS et Regulę CXIII.

ARGVMENTVM.

Incertitudo quando uitiet legatum.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Legatum quando ob incertitudinem uitietur, remissiuè.*
2 *Incertitudo legati respectu personæ cui relinquitur regulariter legatum uitiat, non tamen in legatis ad pias causas, secundum communem opinionem.* ✻ *nume.* 3.
4 *Legatum de centum monasterio sanctæ Mariæ, si non cōstet de quo senserit testator, & in diœcesi legātis, non est tale monasterium. debentur ecclesiæ cathedrali, si una tantum sit : & illi debentur. num.*
5 *si plura sint dabitur existenti in ciuitate, non extra. num.* 6 *si ambo sint in ciuitate dabitur existenti in parochia, secundum communem opinionem.* ✻ *nume.* 7 *si ambo in eadem parochia, dabitur ei à quo legans recepit obsequia. num.* 8 *aliàs illi ubi magis conuersabatur. nume.* 9 *si pariter in utroque, tunc pauperiori nu.* 10 *& si adsit paritas, tunc episcopus potest gratificare cui uult : secundum communem opinionem.* ✻ *nu.* 11.
12 *Coniectura una excludit aliam.*
13 *Legatū incertum ratione loci regulariter uitiatur, non autem in legatis ad pias causas secundum cōmunem opinionem. nu.* 14.
15 *Legata ad pias causas, & si incerta sint, tamen declarari possunt superioris officio & sic certificari.*
16 *Incertitudo in legato respectu rei legatæ propter dispositionem alternatiuam non uitiat legatum, & tunc si uerba executiua referantur ad ipsum hæredem ipsius erit electio. nu.* 17 *si ad legatarium & ipsius erit nu.* 18 *si ad neutrum, & idem, ut sit legatarij. nu.* 19.
20 *Electio in contractibus est debitoris.*
21 *Incertitudo in legato propter genus generalissimum relictum, uitiat illud. Idem si propter genus subalternum. nume.* 22.
23 *Species id apud logicos, quod genus apud legistas.*
24 *Incertitudo in legato, in eo quod est genus prædicabile de pluribus differentibus numero, uel specie si habet certos terminos sola hominis destinatione, illud uitiat, si certos terminos facto hominis, nō uitiat; sed hæredis erit electio. n.* 15. *Nisi legans non haberet aliquid de illo genere, cū tūc nullum sit legatum*

gatū secūdum communem opinionem. ✻ *nu.26.*

27 *Legatum incertum respectu generis præiudicabilis de pluribus numero uel specie non uitiatur. Sed electio erit hæredis, & sic intelligetur de uiliori secus si ad pias causas tum tūc de meliori.nu.28.*

Intellectus ad Glo.in c.indicante.de testam.

29 *Legatum incertum respectu generis habentis certos terminos à natura, secundum omnes* ✻ *ualet. & tunc si uerba directa sint ad hæredem, ipsius erit electio.nume.30.aut ad legatarium & ipsius erit electio.nu.31.*

32 *Legati incerti de quo supra uerba ad neutrum directa, si est incertum de certis dant electionē hæredi, nisi inter res esset magna inæqualitas.nu. 33.tunc mediocris deberetur.nume.35.Sed primum uerius.nu.36.nisi res esset adeò minima ut nullum commodum afferret.nu.37.*

34 Declaratio libelli obscuri non transit ad hæredes.

36 *Intellectus ad §. si quis plures.l.si quis à filio.ff.de legat.1.*

38 *Nullum seu nihil, & parum seu modicum æquiperantur.*

39 *Legati incerti uerba ad neutrum directa, si testator non sensit de certo, electio erit legatarij.*

40 *Testator legans certum de incertis, si illius generis in patrimonio d.misit & illius electio erit legatarij, ita ut mediocrem eligat, si uerò nullas species illius generis in patrimonio reliquit. electio erit hæredis.nu.41.& si est reperire speciem inutilem mediocris eligetur.nu.42.aliàs minimum debere:ur.nu.43.præterquam in legatis ad pias causas, in quibus id quod est melius debetur.nu.44.*

45 *Legato calice ad pias causas licet solerent fieri de peltro argentato, deberetur illud de argento.*

46 *Legatum incertum fauore alimentorū non uitiatur.*

47 *Dotis legatum & si incertum ualet.*

48 *Studij causa legatum & si incertum ualet.*

49 *Dotis causa & studij uniuersaliter æquiperantur, secundum communem opinionem.* ✻

59 *Legatum incertum pro uia reficienda ualet, & debetur, idem in similibus causis fauorabilibus.*



EGATORVM materiā prosequēdo: uideamus, an, & quā-
1 do † incertitudo uitiet legatū? de hoc tractatur per Gloss. & Bartol.in l.legato generaliter. ff.de legat.j.per Bart.in l. quidam.ff.de rebus dubiis. & in l.si ita fuerit. eo.tit. & ibi per Glo.Goffred.Innoc.Host.Ioan. And. D.Florianum & Imolam in c.nos quidem.de testamen.& per D.Antonium, Imolam & D. Nicolaum in c.indicante.eo.tit.de testam. Ex quorum dictis recolligendo, eaque simul iungendo, & ordinatè procedendo concludi potest. Quod ipsa incertitudo potest causari tribus modis.

2 Vno & primo modo, † respectu personæ, cui relinquitur: ut relinquatur Titio, & sint plures Titij, & dicendum est quòd ipsa incertitudo regulariter uitiat, dicta l.si fuerit.& ibi Bart. saltem quoad effectum: quia hęres non cogitur soluere, nisi appareat de quo testator senserit, secundum
3 Barto. in dicta l.quidam. quod tamen fallit † in legatis ad pias causas. textus est in auctēn. de ecclesi.titu.in §. si quis in nomine.collat. ix. & tex. in cap.indicante.in fin.de testamē. ubi per Ioan. And.D. Antoniū Imolam & D.Nicolaū, quod
✻ & communiter tenetur.✻ Sed dubium est, puta
4 † si relinquantur centum monasterio Sanctę Mariæ, & non appareat de quo senserit testator, cui debeatur? circa quod prędictorum dicta recolligendo concludi potest.

Quòd aut in ciuitate seu territorio ipsius ciuitatis cuius est ciuis, uel incola ipse testator, ubi testatur non est aliquod monasteriū Sanctæ Marię.& tunc debeatur ecclesiæ cathedrali domicilij ipsius testatoris; ut in d.§.si quis in nomine.

5 Aut † in ipsa ciuitate seu territorio est unum tantum monasterium Sanctæ Marię, & illi debebitur, cum de illo uideatur sensisse, prout uoluit in d.c.indicante.Ioan.And.& Imo.Ad hoc text. in d.§.in nomine.secundum D.Nicolaum in eodem c.indicante.

Si uerò non sit unum tantum monasterium,
6 † sed plura monasteria Sanctæ Mariæ in ipsa ciuitate seu territorio, & tunc si unum sit in ciuitate & aliud extra ciuitatem, in territorio tamen ciuitatis, & dabitur monasterio ciuitatis, si testator sit de ciuitate. Sicut & in simili dicetur infra de parochia. Ad hoc d.§.si quis in nomine. & ita dicendum erit econuersò eadē ratione, secundum Imo.in d.c.indicante.

7 Aut † ambo sunt in ciuitate, uel territorio, & tunc aut ipsa monasteria non sunt in eadem parochia, sed unum est in parochia ipsius testatoris, & aliud extra, & tunc dabitur existēti in eius parochia, cum de eo uideatur sensisse: arg.l.quę conditio. §.fin.ff.de condit.& demonst.ubi Bar. hoc uoluit, quod prius uoluit Cyn.in l.1.C.de sacrosanc.eccles.& D.Antonius, Imola, & D. Nicolaus in dicto c. indicante. & communiter te-
✻ netur. ✻

8 Aut † ambo sunt in eadem parochia, & tunc, aut ab uno recepit aliqua obsequia uel merita, & illi debetur: arg.l.si quis seruum.§.si inter duos. ff.de legat.ii.secundum D.Antonium & Imolam ubi supra.

9 Si uerò † non recepit obsequia ab altero, uel pariter ab ambobus, & tunc si in uno magis cōuersatur, quàm in alio, & illi debetur: arg. l. qui semisses.ff.de usur.secundum Imol.quod & uoluit etiam Cyn.in d.l.j.

10 Si uerò † in utroq; pariter conuersatur.& tunc aut apparet de pauperiori: & tunc illi debetur: ut d.§. si quis in nomine. & ita procedere poterit Glo.in d.c.indicante.

11 Aut † non apparet: ut quia æquali paupertate laborant, & tunc episcopus poterit gratificari assignando uni, uel diuidendo inter ipsa monasteria, prout eidem uidebitur; arg. ff.de legat.i.l.

Titiæ

Titiæ testores. & de paroch.c.i. & de decimis. c. quoniam. prout uoluit in d.c. indicante. Ioannes Andr. post Hustiensem, quod & tenuit etiã Speculator in titu. de instrumentorum editione. §. nunc uerò aliqua. uersi. quid si aliquid. idẽ in eo. c. indicante. Petrus de Ancharano D. Antonius, * & Imola & ita communiter tenetur: * arg. dicti c. quoniam. & d.c.i. Ea quibus apparet coniecturas esse attendendas: quod & uoluit D. Nicolaus in eo.c. indicante, & si plures adsint coniecturæ, illæ sunt attendendæ quæ præponderant, cũ una

12 † excludat aliam. l. diuus. & ibi Glos. ff. de in integr. rest. c. accedens. & ibi Gloss. de crimin. falsi. c. tua. & ibi Glo. de sponsa. c. literas. de præsump.

13 Secundo modo † incertitudo causari potest respectu loci. & tunc licet aliàs regulariter uitietur legatum huiusmodi argumento. l. si domus. ff. de legat. i. in fin. principij & notatur in l. legato generaliter. ff. de leg. j. nam de loco incerto non uidetur obligari ad faciendum, sicut in promissione liquidũ est. l. iii. §. si quis insulam. ff. de eo quod certo loc. & l. qui insulã. & l. ita stipulatus sum. ff. de uerb. obl. Sicut & regulariter uitiatur ratione incertitudinis respectu personæ, ut supra est conclusum. Quod licet uerum sit; tamen fallit.

14 Et primò † in legatis huiusmodi ad pias causas maximè concurrente fauore ultimæ uoluntatis, ita quòd ualet testatoria dispositio, si mãdat monasterium cõstrui, nõ declarato loco, in quo construi debeat. Ad hoc quod notatur in l. in testamento. & in l. legatum. ff. de cond. & demonst. sed melius facit. l. quidam. eod. titu. & l. si cui. ff. de annuis lega. & hanc opinionem tenet in d.c. nos quidem. Lauren. et Tancred. quos sequitur ibi Glo. Idem ibi Goffred. Innocen. et Hostien. per illum textum. Idẽ ibi Aegidius, quem refert, et sequitur Ioannes Andr. D. Florianus et Imola * et communiter tenetur, * & est ratio: † quia in

15 relictis ad pias causas talia legata nõ possunt omnino dici incerta, ex quo possunt superioris officio declarari, & certificari, ut patet in d.c. nos quidem. quod intellige cum consensu executionis testamenti secundum D. Nicolaum in eodem c. nos quidem.

16 Tertiò modo † causari potest ipsa incertitudo respectu rei legatæ, & in hoc ultimo dicendum est, quòd ipsa incertitudo causari potest duobus modis. uno modo propter dispositionẽ alternatiuam, & tunc ipsa incertitudo non uitiat, sed cu-

17 ius sit electio † dubium est, circa quod dicendũ est, aut uerba executiua relata fuerunt ad hæredẽ, ut quia dixit testator hæres. dato Stichũ aut Pãphilum, & ipsius erit electio. ff. de leg. ij. l. si ita

18 relictũ. §. fin. Aut † fuerunt relata ad legatarium, ut quia dixit, ipsi legatario loquendo, sumito tibi Stichum aut Pamphilum, & electio erit ipsius legatarij. l. plenè. §. fin. ff. de legat. j. & ff. de leg. ij. l.

19 Lucio. ubi est bona Glo. Aut † ad neutrũ, ut quia dixit simpliciter. lego stichum, aut Pamphilum, & in dubio electio erit legatarij, fauore ultimæ uoluntatis, ut sic fiat plenior interpretatio, ut di. cta l. Lucio. Ad hoc c. cum dilecti. de donat. esto

20 † quòd aliud sit in cõtractibus, in quibus electio est debitoris. ff. de iure dot. l. plerumque. & ut notatur. ff. de leg. ii. l. si legatarius, secundum. Imolam in dicto cap. indicante. Ad hoc notata in regula, in alternatiuis. de regul. iur. lib. vj. & in cap. inter cætera. de rescrip. et in cap. gratia. eodem titu. libro vj.

21 Secundo modo † causari potest ipsa incertitudo, propter dispositionem generis in pluribus rebus seu speciebus uerificabilem, & tunc dicendũ est, quòd ipsa incertitudo, quandoque & primo, causatur propter genus generalissimũ relictum, ut quia, fuerit relicta substantia, uel res, & nõ ualet, cum dando paleam, uerificaretur dicta dispositio: ut notatur per Gloss. in dicta l. legato generaliter.

22 Quandoque & secundò † causatur incertitudo propter genus subalternum relictum, quod sub primo genere, & uerificaretur de pluribus differentibus specie, ut est si relinquatur animal, & idem, cum dando muscam liberaretur, ut dicit ibi Glossa.

23 Quandoque & tertio † causatur propter dispositionem generis inferioris, quod appellatur species apud Logicos, & genus apud Legistas, ut est illud, quod est prædicabile de pluribus differentibus numero, uel specie, ut homo, equus, & similia. & circa hoc dicendum est.

24 Quòd quandoque, & primò, † tale genus relictum habet certos terminos sola hominis destinatione: ut fundus. ff. de lega. i. l. quod in rerum. §. j. & tale relictum factum simpliciter de fundo est inualidum & derisorium, cum dare possit unũ fundum unius digiti: ut notatur per Glos. in l. cũ post. §. gener. ff. de iure dot.

25 Quandoque & secundò, † tale genus habet certos terminos facto hominis, ut domus. & tale relictũ ualet, & erit ipsius hæredis electio, ut d. l. si domus. in prin. ff. de lega. j. Quod licet uerum sit regulariter, tamen fallit.

26 Et primò: † quando testator non haberet aliquas domos, uel aliquid de illo genere, de quo legatũ facit, cum tunc nullum sit: prout plenè notatur in dicta l. si domus. ubi communiter Doctores. *

27 Hinc est, quòd si testator † de illo genere habet de quo legatum fecit, intelligetur de uiliori. uerisimile est enim hæres, cuius est electio id eligat, unde si plures habent scutellas in domo & leget unam simpliciter, intelligetur de illa quam hæres eliget, & de uiliori, ut notatur ubi supra. Quod licet uerum sit regulariter, tamen fallit.

28 Et primò † legando ad pias causas, cum tunc intelligatur de meliori per id quod habetur in l. Titia. §. Seia. ff. de auro & arg. leg. prout uoluit in d.c. indicante. Imo. & D. Nicol. prout infra plenius patebit, et hoc modo erit intelligenda Glos. in eod. c. indicante.

Quandoque

29 Quandoque † et tertiò, tale genus habet certos terminos à natura, ut homo, equus, et similia: et tunc legatum huius generis secundū omnes ualet, & ut in d. l. legato. Sed dubium est cuius sit electio.† sup quo fuerūt opiniones de qui
30 bus per Gloss. in d. c. indicante. & in d. l. legato. Circa quod dicendum est, quòd cum tale legatū generis valeat, ut supra, quòd aut uerba directa fuerunt ad hæredem, ut quia dixit, hæres dato seruo, & ipsius hæredis erit electio. ff. de leg. at. j. l. si ita relictum. §. fina. & l. qui concubina. §. j. ff. de legat. iij.

31 Aut † uerba fuerunt relata ad legatarium, ut quia dixit, sumito tibi seruum, & ipsius erit electio: argu. l. planè. §. pen. ff. de leg. j & ut notatur in d. l. Lucio. & in d. l. qui concubina. §. j.

32 Aut † uerba neutri fuerunt directa, ut quia simpliciter legauit equum, vel seruum, & tunc aut legauit incertum de certis, ut quia dixit lego vnū de seruis meis, & tunc si sensit de certo, sed nō appareat de quo, & hęredis erit electio, cū ad ipsum spectet declarare uoluntatem testatoris cuius loco succedit. ff. de lega. j. l. si quis à filio. §. si quis plures. Quod licet verum sit regulariter, tō fallit.

33 Et primò † secundum D. Antonium in dicto c. indicante. de testamen. non procedere, quando inter res, de quarum una haberet fieri electio, essent multum dispares & inæquales. vnde si hęredis esset electio, multum grauaretur legatarius, vnde tunc puta, si vna est magna, alia mediocris, alia minima, non spectabit declaratio ad hæredē, secundum notabilem Glo. in l. idem Pomponius scribit. §. fina. in uerbo. appareat. ff. de rei uendic.

34 quæ in simili vult quòd † declaratio siue interpretatio libelli obscuri non transeat ad hæredes. Ad hoc l. duo sunt Titij. ff. de testam. tutel. Vn-

35 de † tunc mediocris debebetur. C. de donatio. l. si quis argentum. §. j. & ij. & C. communia de lega. §. j. & ff. de legat. j. l. si hęres generaliter.

Sed certè hoc non videtur verum, cum textus

36 † io d. §. si quis plures. generaliter & indistinctè, loquatur, vnde indistinctè intelligi debet. ff. de publiciana. l. de pretio. Nā legatarius quodcunque consequatur, commodum capit, unde hæredis declaratio quæcunque sequatur damnum afferre non potest, legatarius enim tractat hic de lucro consequendo, non autem de damno uitando: aliàs aliud esset. & ita procedit quod voluit Gloss. in dicto §. fina. et voluit Barto. ibi & in l. inter stipulantem. §. primo. ff. de verborum obligation. quem sequitur Petrus in dicto c. indicante. & Imola.

37 Quod tamen † sublimitandum est ex mente prędictorum, si eorum uerba bene ponderentur, & ex his quæ supra diximus, cum legatum esset derisorium, nō procedere, si altera res esset adeò minima, quòd nullum quasi commodum afferret,

38 nullum † seu nihil & parum seu modicum æquiperantur, c. licet causam. §. quamquam. de proba. instit. de lege Falcid. in princip. cum similibus, quod tamen procedit secundum quòd inferius distinguetur inter species & species.

39 Si uerò † ipse testator non sensit de certo, & tunc electio erit ipsius legatarii. ff. de legat. tertio. l. qui duos.

40 Aut † ipse testator legauit certum de incertis, puta, quia dixit, lego Titio, seruum, bouem uel equum, & tunc, aut testator dimisit in suo patrimonio aliquas species illius generis, & sic aliquos seruos, boues uel equos, & legatarij erit electio, ita tñ ut mediocrem eligat, per id quod habetur. ff. de lega. j. in l. si seruus. §. cum homo. & in dicta l. legato. quod ideò est: quia aliàs tolleretur electio actionum competentium pro legato, quod ius non patitur. ff. de eo quod certo loco. l. itj. §. Scæuola. & l. cum filius. §. uariis. ff. de lega. ii.

41 Aut † testator nullas species illius generis reliquit in patrimonio, & tunc electio erit hęredis. dummodo mediocrem, & non minimum: ut d. l. legato. Ad hoc l. iij. & iiij. ff. de vino & tritic. legat. & si non potest alibi habere, debebit æstimationem. ff. de legat. iij. l. dubium. §. fin. tunc enim cum non sit testatoris, nō potest competere actio realis, sed tātum personalis, cuius electio sibi nō tollitur, licet hæres habeat eligere, qui uidetur in effectu hæres grauatus in quātitate, pro qua emere debet seruum, secundum Dominū Antoninum

42 & Imolam in eod. c. indicāte. qui dicit † hoc procedere in speciebus in quibus est reperire alquā speciem, quam potius expedit non habere, ut contingit in boue, equo, & similibus, cum tunc eligi debeat mediocris, sine electiō pertineat ad hære-

43 dem, siue ad legatarium. Aliàs † si sint tales species in quibus expedit habere aliquam, etiam si sit minimi ualoris, prout est in quantitatibus, ut in numeris, frumento, seu uino. & tunc ueniret in ta li legato minimum, seu id quod est minoris ualoris. l. si ita scriptum. ff. de leg. j. & hoc voluit Gl. in dicta l. legato. & in l. fideiussorem. ff. mandat. Ad hoc quod notatur in regula, in obscuris. libro vj. secundum Imolam. Quod licet uerum sit, & regulare, tamen fallit, ut supra in alio capite dictum est. uidelicet.

44 In legatis † ad pias causas, cum tunc ueniat id quod melius est fauore pię causę, unde si testator habeat scutellas de peltro, & alias de argento, si leget scutellam, quę habet terminos facto hominis, & propterea esset dicendum electionem esse hęredis, per notata in d. l. si domus. tamen secus si legauit ad pias causas, cum tunc intelligetur de scutella argentea, sicut si simpliciter legauit calicem, qui solcat fieri de peltro argentato uel aricalco, tamen intelligetur de calice de argento, p id quod habetur in dicta l. Titia. §. Seia. ubi Bar. & per Petrum. Imolam & D. Nicolaum in d. cap. indicante.

46 Alimentorum † etiam legatum priuilegiatum est. Nam & si aliàs legatum ratione incertitudinis ut supra est conclusum nullum sit, ut d. §. gener. cum similibus, tamen fallit. in legato

pro

pro alimentis, ut est textus & ibi Glos. & Bar. in l. Stichus. ff. delegat. j. text. & ibi Batto. in l. si cui annuum. ff. de annua legat. Barto. in l. quidam te stamento. ff. delegat. ij.

47 Sicut & dotia † cuius legatum & si incertum ualet, & debetur ut dicto. §. gener. l. cum post. ff. de iure dot. & l. si filiæ. ff. de leg. iij. & in d. l. Theo pompus. ff. de dute prælegat. idem Bart. in d. l. si cui annum. & in l. quidã testamento. ff. de lega. ij.

48 Idem † in legato causa studij, quod incertitudo non uitiat secundum Bald. in. l. i. ff. de lega. ij. nec restringendum ad studium tantum Theologiæ,

49 quia † causa studiorum uniuersaliter, & causa dotis æquiperantur, secundum Batro. et alios in l. i. ff. sol. matri. quod cõmuniter tenetur. ✱ ergo idem in causa studij. facit l. Sthus, ff. de leg. iij.

50 Idem † in legato incerto pro uia reficienda, ualet enim & debetur l. quidam in testamento. & ibi Bar. ff. de lega. ij. Idem in similibus, causis fa uorabilibus, secundum Barto. in dicta l. si cui an num. ff. de annuis lega. per l. j. & ibi notata. C. de dot. promiss. & in dicto. §. gener.

SVBSTITVTIONVM TRACTATVS AMPLVS

In partes quinque diuisus, in quo profunda hæc materia ad certas conclusiones, distinctiones & REGVLAS cum ampliationibus & limitationibus reducitur COMMVNES OPINIONES demonstrantur, ab impugnationibus defenduntur, & quandoque ipsarum aliqua optima ratione subuertitur.

PRIMAE SPECIEI SVBSTITVtionum scilicet vulgaris.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Substitutionum materia famosa, profunda, & difficilis.*
2 *Institutio quid sit, & quibus uerbis fiat, nu. 3.*
4 *Substitutio quid sit, & quibus uerbis fiat, nu. 5.*
6 *Substitutio quotuplex sit.*
7 *Substitutio directa quæ sit?*
8 *Substitutio indirecta seu fideicommissaria quæ sit, numero 11.*
9 *Substitutio indirecta quare aliquando dicatur obliqua, & aliquando precaria, nu. 10. & 12.*
13 *Substitutio indirecta quocunque de prædictis nominibus nuncupetur, una est species, & cogi hodie potest hæres adire, & restituere.*
14 *Substitutio directa quotuplex sit, & quot sint eius species.*
15 *Substitutio vulgaris quare sic dicatur, nu. 20.*
16 *Substitutio vulgaris quotuplex sit. nu. 24.*
17 *Substitutio vulgaris qualiter, & per quæ verba fiat.*
18 *Substitutionis vulgaris qui sint effectus.*
19 *Substitõ vulgaris qualiter finiatur seu extinguatur.*
21 *Vulgare dicitur illud quod directum est.*
22 *Nomina imposita sunt ad beneplacitum, unde disputatio super eis pertinacibus relinquenda est. numero 23.*
25 *Substitutio uulgaris expressa dici potest tribus modis, & quibus. nu. 26. 27. & 28.*
29 *Substitutio uulgaris tacita consideratur duobus modis, & quibus.*
30 *Substitutio uulgaris partim expressa & partim tacita, diuersimodè considerari potest, & quibus.*
31 *Substitutio uulgaris quibus uerbis fiat.*
32 *Substitutio uulgaris ut facta ualeat, requiritur, ut præcedat institutio, quod licet regulare sit, fallit nume. 33.*
33 *Substõ qualibet directa habet duo extrema, et quæ.*
35 *Substitutionis uulgaris quintuplex est effectus, & qui singulariter. nu. 36. 37. 38. 39. & 40.*
36 *Substitutionis uulgaris effectus primus est in homine sui iuris instituto. nu. 41.*
42 *Substitutus succedere non potest quandiu potest ueni re institutus. quod intelligendum, quandiu institutus potest esse hæres de iure communi, secus si beneficio restitutionis in integrum. nu. 43.*
44 *Attendi non debet quod de iure speciali euenire põt.*
45 *Substitutus ut admittatur, requirisur etiam quòd institutus nõ faciat aliũ hæredẽ mutata cõditione.*
46 *Institutus decedendo transmittit ius deliberandi ad eius hæredem.*
47 *Substitutus excluditur etiam quando hæres institutus admittitur per beneficium, l. unica. C. qui ante aperti. tab.*
48 *Institutus transmittit hæreditatem non agnitam be neficio suitatis: quando per substitutionem non tollitur beneficium suitatis.*
49 *Filiusfamiliás institutus si repudiat pater excludit substitutum, et hoc quando contemplatione patris fuit institutus, secus si aliter. nu. 50.*
51 *Monachus institutus si repudiet, monasterium exclu det substitutum uulgarem. pro & contra nu. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. & sequentibus.*
52 *Monachus respectu monasterij, æquiperatur filio respectu patris. & nu. 58.*
54 *Seruo instituto inuito, dominus hæreditatem adire non potest.*
57 *Monachus æquiperatur seruo. nu. 58.*
60 *Monachus non habet nolle nec uelle. quod quomodo intelligatur declaratur, nu. 62.*
63 *Monacho in prælato electo, monasterium eo irrequi sito consentire non potest.*
64 *Monacho mortuo nõ adita nec repudiata hæreditate, an monasteriũ possit adire. n. 67. 68. 69. 71. et 72. Intellectus ad §. idem Iulianus. l. apud Iulianum. ff. ad Trebellia.*
65 *Seruo mortuo & non adita hæreditate, dominus adi re non potest.*
65 *Filio mortuo non tamen infanti non adita hæredita te pater eam adire nonpotest.*
70 *Monasterium loco filij habetur.*
73 *Institutus habens substitutum uulgarem & fideicõmissarium si hæreditatem repudiat, fideicommissa rius potest facere cogi ut adeat & restituat, & sic*

præferretur substituto vulgari.quod quando procedat, vide nu. 74.

75 *Institutus si indignus est, licet ei sit datus substitutus vulgaris, veniet tamen fiscus qui excludit substitutum.*

76 *Institutus & substitutus vulgaris simul non admittuntur,sed institutus præfertur, nisi testator insti tuisset illum quem liberum putabat, licet re vera non esset. nu. 77.*

78 *Patronus si à liberto instituitur, & grauatur in re propria, & datur ei substitutus vulgaris,si nō acceptat nō ppterea excluditur à debita portione.*

79 *Filius à patre institutus grauatus in re propria, si ei datus sit substitutus vulgaris, & filius nolit acceptare,poterit tamen debitam portionem consequi,& residuum erit substituti.*

80 *Institutus in primo gradu.sed non eo modo quo testator voluit,hæres esse pōt,excluditur à substituto.*

81 *Testamentum an possit incipere & effectum assumere à substitutione vulgari: de quo & nu. 82.*

83 *Testamentum an possit incipere à tacita vulgari cōprehensa in pupillari. & nu. 87. 88.*

84 *Intellectus ad §. idem Iulianus. l. apud Iulianum. ff. ad Trebellia.*

85 *Intellectus ad l. si pater. ff. de hæred. instituen.*

86 *Intellectus ad l. quod si filius. ff. de captiu.*

89 *Substitutio vulgaris expressa continet tacitam pupillarem,etiam concepta in uno casu. & num. 90. nisi aliud appareat de mente testatoris expressè siue tacitè. nume. 91. nel testator in utroque casu prouidisset. nu. 92. Vel pupilli mater superesset in medio. nu. 93. Vel in medio esset pater uel auia tenens locum matris, secundum cōem. & nu. 94.*

95 *Substitutio vulgaris expressa non continet tacitam pupillarem:quando superest frater ipsius pupilli utrinque coniunctus, secus si ex latere patris tantum,secundum communem.*

96 *Substitutionis vulgaris alius effectus quòd per eam succeditur defuncto, & non ei cui facta est substō.*

97 *Substitutio vulgaris locum habet etiam si mater pupilli sit in medio quod restringitur. nume. 98. quid autem si mater testatoris. nu. 100. & 101.*

99 *Intellectus ad l. fina. C. de insti. & substi.*

102 *Substitutio vulgaris,an faciat de suo & necessario voluntariū. & n. 103. 104. 105. 106. & 107.*

108 *Substitutio vulgaris qualiter & quando finiatur. nume. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. & 129.*

115 *Intellectus ad l. filio præterito. ff. de iniusto testam.*

127 *Substitutio compendiosa continet vulgarem, & etiā fideicommissariam in casu aditæ hæreditatis.*

129 *Conditio impossibilis uitiat actum.*



1 AMOSA & profunda materia † substitutionum est adeò difficilis, quòd quamplres ab earum studio deterrentur. cupiens propterea ad publicam utilitatem plano stylo. illam tractare, optimus mihi modus uisus est aliorum opinionea fideliter eecitare, ac discutere, & aliqua addendo distinguere, & ad regulas & fallentias eam reducere. Præmittendum est ergo primò, quid sit institutio, & quid sit substitutio?

2 Institutio autem † est prout Imola post Anto. in cap. Raynutius. extra de testam. uoluit primus gradus hęredum uocatorum directò per testatorem ad hæreditatem. ff. de vulg. & pup. l. i. in principio. & ipsa est caput testamenti. insti. de lega. §. ante hęredis. adeò quòd illa deficiente non ualet testamentum. ff. de his quæ in testam. delen. l. proximè. Ad hoc etiam l. eam quam. C. de fideicom.

3 Fit autem † ipsa institutio, per hæc uerba uidelicet. Instituo talem hæredem, uel talis sit mihi hęres, vel per similia uerba. vt d. l. j.

4 Substitutio † uerò est secundus gradus uel vlterior uocatorum pee testatorē post institutos in

5 primo: nt d. l. j. Fit autem † ipsa substitutio pee hæc uerba. Si Titius hęrea non erit, sit mihi hæres Seius, nel Seium substituo, ucl similia. Ita q; secnndo loco uocabitur Seius, si Titius nolnerit esse hæres, prout uoluit Imola in dicto c. Raynutius. Quod locum habet in substitutione uulgari, cum substitutio pupillaris, exemplaris, & aliæ, de quibus infra patebit, fiant pee alia uerba, prout plenius infra.

6 Secundò uidēdū ęst † quotuplex sit ipsa substitutio, seu quot sint eius species? & in hoc dicendū est, quòd duplex est substitutio, seu eius species. Quædam enim est directa, & quędam indirecta seu obliqua sen fideicommissaria, prout colligigitur ex Glo. iij. in eod. c. Raynutius.

7 Directa † enim substitutio est illa per quam directò quia capit hęreditatem defuncti à se ipso nullo mediante, ita quòd sui animi destinatione fit hęres, & acquirit dominium directum rerum hęreditariarum sine corporali apprehensione. ff. de acquir. poss. l. cum hęrede a.

8 Indirecta † uerò seu fideicommissaria dicitur esse illa per quam non succedit testatori directò, sed capitur eius hæreditas de manu alterius, & sic

9 indirectè fit hęres, & ob hāc causam dicitur † obliqua, cum per mediam personam hęreditatem

10 capiat. Quę interdum † uocatur precaria, in-

11 terdum fideicommissaria † & sic dicitur: quia interdum testator committit fidei heredis ut restituat: ut l. cum pater. §. fidei. ff. de legat. secundo. & ista similiter dicitur etiam obliqua: quia uidelicet per eam non succeditur immediatè testatori, sed per obliquum & mediam personam hæredis restituentis hęreditatem substituto, ut notatur per Glo. & Docto. C. de fideicom. l. eamquā. quæ com denominatur precaria

12 † ideò est: quia interdum testatoe rogat hæredē ut restituat hęreditatem alteri, & sic preces erga illum porrigit. l. cum pater. §. rogo. ff. de legat. ij. secundum Imolam in d. c. Raynutius. qui etiā

13 dicit † quòd siue dicatur fideicommissaria, siue obliqua, siue precaria, est indirecta & una spe-

cies

ties,& cogi potest hæres hodie adire & restituere,secundum quod habetur instit.de fidei comis. hæred.in princip.§.j.& §.fina.

14 Tertiò uidendum est de ipsa substitutione† directa,quotuplex sit, & quot sint eius species? & in hoc dicendum est,quòd quantuncunqne dicta Gloss.in d.c.Raynutius.dicat quòd sunt quatuor species,omittendo breuiloquam. Tamen dicendum est quòd quinque sunt species ipsius substitutionis directæ.Nam quædā est vulgaris. Quædam pupillaris. Quædam exemplaris. Quædam breuiloqua.Quædam compendiosa:vt de his omnibus per Gloss. institu. de pupilla. substitut. §. qua ratione.& in c. si pater.eodem tit.in vj. Circa quas substitutiones duas vltimas aduertēdum est:quia in eis ueniunt quandoque substitutiones obliquæ & fideicommissariæ ut patet in d. c. Raynutius. & infra plenius dicetur. Vnde de qualibet dictarum quinque substitutionum separatim & de per se uidendum erit.

15 Et primò† de vulgari de qua per Barto. in d. l. j.circa quam,& pro eius declaratione quinque videnda sunt. Et primò,quare sic dicatur.

16 Secundò † quotuplea sit. Tertiò † qualiter &
17 per quæ uerba fiat ipsa vulgaris. Quartò † quis
18 sit eius effectus, Quintò † qualiter finiatur seu
19 extinguatur.de quibua. per Barto.in d.l.j. & ibi
Imola.sed plenius in d.c.Raynutius.

Circa primum dicendum est quòd ideò dici-
20 tur† vulgaris:quia à quolibet de uulgu, & cuili-
bet de vulgo fieri potest. Ad hoc l.in ratione. §.
quod vulgo.ff.ad leg.Falci. Imò & etiam fieri po
test à milite & milni, & sic à quolibet, pp quod
di ci potest uulgaris. potest etiam dici uulgaris
alio respectu: quia fit uerbia vulgaribus & con-
suetis.ff.de furt.l.uulgaris. Imò & ēt.qa fit uer-
21 bis directis.Nā vulgare † dicitur id quod est dire
ctum: ut est text. cum Gloss.ff.de hęred.instit.l.
quidam cum filium. secundum ipsum Imol. qui
in d.c.Raynutiua. post D.Florianum, dicit super
22 his insistendum non esse,cum nomina† sint im-
posita ad beneplacitum.C.de ingen.& manum.
23 l.ad recognoscēdum.Vnde disputatio † super eis
pertinacibus est relinquenda. C.de instit.pecun.
l.ij.& hæc circa primum.

24 Circa secundum,quod est quotuplex † sit ipsa vulgaris substitutio?dicendum est quòd licet d. Glo.iij.in dicto c.Raynutius.sentiat quòd sit duplea,& similiter Glo.in d.§.qua ratione. Tamen prout voluit Bartol.in d.l.j.est triplex. Quædam enim est eapressa. Quædam tacita. Et quędam patim eapressa & partim tacita.

25 Circa eapressam† dicendum est,quòd ipsa ex-
pressa dici potest tribus modis,uno.& primo mo
26 do, quando † est expressa in genere,sed tacita in
specie, ut est illa quæ cōprebēditur in reciproca,
uel in compendiosa. Nam si testator institutis
duobus suis filijs pupillis, eos inuicem substi-
tuat, uel instituat filium suum hæredem, & ei
quandocunque decesserit aliquem substituat, in
istis enim casibus est expressa ipsa substitutio in
genere propter generalitatem uerborum, sed nō
in specie,& singulariter.

27 Secundò modo dicitur † expressa in specie sed non singulariter ipsa substitutio uulgaris,ut est, quādo ita substituit.si Titius hęres non erit,talis sit hæres,cum talis substitutio comprehendat expressè ipsam substitutionem,videlicet si hęres nō erit;quia nolit, seu quia nō potuit,sed non comprehendit singulariter omnes casus.

28 Tertio modo dicitur ipsa substitutio † expressa in specie et singulariter, videlicet quando unua casus comprehensus in uulgari exprimitur: ut si dico. si filius meus me uiuo morietur,& sic non potuerit esse hęres.talia sit hęres,uel talem substituo.ff.de liber.et posthum.l.Gallus.in princ.

29 Circa secundam † quę est tacita,dicendum est quòd hęc substitutio uulgaris tacita potest cōsiderari duobus modis,uno modo:quia est uno respectu tacita,et alio respectu expressa.et de hac dictum est supra. Secundò modo potest considerari ipsa substitutio tacita, ex eo: quia omnino est tacita et omni respectu, ut est illa quę continetur in expressa pupillari,ut est si testator dicat, si filius meus hæres institutus erit hæres,& in pupillari ætate decesserit, talē substituo. talia enim uerba substitutionis non comprehendunt ipsam vugarem,quę est,si hæres non erit, nec apta sunt cōprehēdere,imò potius oppositum,sed ex iuris dispositiōe,ipsa substitutio pupillaris ipsam vulgarem comprehendit,cum præsumatur testatorē ita uoluisse.Ad hoc l.iam hoc iure.ff. de vulg. & pupil.Et hæc est vulgaria omuino tacita, prout voluit Bar.in d.l.j.& Imola in d.c.Raynutiua. & hęc est propriè illa pupillaris, quę continet tacitam vulgarem,ut dixit Bald.in l.precibus.C. de impub.& aliis substi.

Circa tertiam verò speciem, quæ est quando
30 ipsa uulgaris† est in parte eapressa & in parte ta
cita,dicendum est,quòd & ipsa diuersimodè con
siderari potest.Nam quædam est expressa in ge-
nere,sed tacita in specie, ut est illa quæ contine-
tur in reciproca & compendiosa, de quibus su-
pra. Quædam uerò est partim expressa,vt quia sit
eapressa in specie & singulariter, seu in uno casu
de comprehensis in ipsa substitutione vulgari,
quæ natura comprehendit duos casus si expressè
fiat. videlicet:si hęres non erit, tunc comprehen
dit duos casua, videlicet: si noluerit esse uel non
potuerit.C.de hæredib. instituen.l.cum propo-
nas.Vnde si sit expressus unus casus singulariter,
videlicet: si non potuerit,uel si uiuo testatore de
cesserit,ipse hæres institutua, & tunc in dicto ca-
su etiam pro dicta parte est expressa, & cum
talis substitutio in dicto casu facta comprehen
dat alium casum ex iuris dispositione, videli-
cet: si hæres esse noluerit, & similiter è conuer-
sò,si talis substō facta sit in casu in quo noluerit
esse hęres,cū cōprehēdat ex iuris dispōne casum
in quo esse non potuerit.l.fi.C.de insti. & substi.

& ut notatur.ff.delib.& posthu.l.Gallus.§.& qd si tantum. & ibi per Bar.ubi concludit ꝙ in materia substitutionis, substitutio facta in unum casum comprehendit alium, qui aliàs sit de natura ipsius substitutionis, ut ibi plenius per eum, & quo ad casum ita comprehensum ex iuris dispositione ipsa substitutio uulgaris dicitur tacita, & sic in parte censetur tacita, prout uoluit Batto. in d.l.j.& Imola in d.c.Raynutius.qui ex his concludit, quòd est reperire substitutionem partim expressam quò ad uerba, & partim tacita quò ad aliam partem uerborum.& similiter est reperire substitutionem uno respectu partim expressam, & aliò respectu partim tacitam: quia est reperire expressam in genere,& tacitam in specie,& similiter est reperire expressam in specie,& tacitam singulariter, ita quòd erit expressa in uno casu, & tacita in alio,prout supra plenius dictum fuit.

31 Circa tertium quod est qualiter, † & quibus uerbis fiat ipsa substitutio uulgaris, dicendum est, prout et uoluit Glo.iij. in d.cap. Raynutius. quòd ipsa substitutio fit sub hac forma,uidelicet instituo talem hæredem, ipsum nominando, et si ille nō erit heres, talis sit heres,uel talem substituo. Et secūdum hoc uidetur uelle Glos. quòd

32 ad hoc † ut substitutio uulgaris facta ualeat, requiritur quòd præcedat institutio. Quòd uerū est regulariter, cū ipsa institutio caput sit testamenti. institutio. delegat. §. ante hæredis.

33 Quod tamen † fallit in casu l.si ita quis heres instituatur si legitimus heres esse noluerit. ff. de here. instituend. cū tunc ualeat; ut ibi, quod ideò est: quia ex mente testantis uidetur ipse legitimus tacitè institutus. Ad hoc l.conficiuntur. ff.de iure codicill. secundum Imolam ubi supra. Circa quod dicendum est prout plenius notatur in d.l. si ita. & in d.l.Gallus.circa princ. & ultra hęc aduertendum est:quia.Glo.in d.§.qua ratione, dicit aliter quàm Glos.iij. sępius allegata in d.c. Raynutius. loquendo de uerbis. & dicendo quòd uulgaris expressa fit uerbis negatiuis, sed tacita fit uerbis affirmatiuis, circa qd̄,dicēdū est prout plenius notatur p Bar. in d.l. i. ff. de uulg.

34 & pup. ubi concludit ꝙ quęlibet † substitutio directa habet duo extrema, Vnū quod refertur ad illum cui fit substitutio, & istud semper est negatiuum quo ad effectum, cum semper fiat negatione seu priuatione pręmissa, ut patet ex exemplis prędictis. Aliud & secundum quod refertur ad illum qui substituitur,& istud semper est affirmatiuum,in effectu,cum fit ut fit hęres. Quod & locum habet siue loquamur in expressa substitutione,siue in tacita à iure subintellecta, cum ius semper intellegat illam secundum qualitatem prędictorum extremorum. Item locum habet etiam si exprimantur solum uerba quę respiciunt illum substitutum, ut est si dicat. Quisquis mihi hęres erit,sit hęres filio meo. Nam licet omittantur illa uerba, quę respiciunt illum cui fit ipsa substitutio uulgaris, quę sunt, si hæres non erit, tamē subintelliguntur etiam illa uerba quæ respiciunt illum cui fit substitutio, uidelicet:si hęres non erit. prout patet in.l.qui liberis.§.hæc uerba. ff. de uulg.& pupill.& l. finali. C. de institut. & substitut. Ad hoc etiam quod notatur per Gl. de except.del.l.fin.§.finali,

35 Circa quartum † quod est de effectu ipsius uulgaris,dicendum est: quòd eius effectus est quintuplex,cum talis substituto uulgaris habeat quin

36 quę effectus. Quorum primus est † in homine sui iuris instituto,uidelicet:quòd illa uerba,si hæres non erit.intelliguntur si hæres non erit per se uel alium mutata cōditione hæredem nō fecerit. sed in instituto qui sit alieni iuris intelliguntur, si alium hæredem nō fecerit, uel si ipse mutata conditione hæres non erit. ff. de hæred. instit. l.si pater. & C.eodem titulo.l. cum proponas. Quod uerū intellige: quādo talis substitutio fit homini alieni iuris à testatore sciente. aliàs dicendum est pro ut notatur in d.l.si pater.

37 Secundus effectus † est:quia testamentum potest assumere uires,& sic accipere effectū à substitutione uulgari.ff.de liber. & posthu.l.iij. §.fina.

38 Tertius effectus † est: quia expressa uulgaris continet tacitam pupillarem. ut.l. iam hoc iure. ff.de uulgari & pup.

39 Quartus effectus † est:quia per eam succeditur defuncto, & non hęredi instituto.ff.de uulg. & pup.l.i.& insti.de pupill.subst.in principio.

40 Quintus effectus † est:quia de suo et necessario hærede substitutio uulgaris facit ipsum uoluntarium hæredem,pro ut notatur. ff.de lib.& posth. l.si filius hæres.& per Glo.ff. de inoffic.testam.l. Papinianus.§ si quia impuberi.

41 Circa primū effectum † pro eius declaratione, dicendum est,quòd ad hoc ut ipse substitutus ex ipsa substitutione uulgari admittatur, & succedat,requiritur, quòd ipse institutus nō sit hæres, imò & quòd nō possit esse hæres,ut quia repudiauit,uel alio modo sit exclusus.cum aliàs quandiu

42 potest † uenire ipse institutus,non potest uenire & succedere substitutus.ff.de acquir.hæred.l.quā diu. Quod uerum intellige ut substitutus nō ad-

43 mittatur † quandiu institutus potest esse hæres de iure communi.aliàs si non de iure communi,sed beneficio restitutionis in integrum possit esse hæres,ut quia minor xxv. annis hæres institutus repudiauit, & tunc quantumcumque ipse possit implorare beneficium restitutiōis in integrum, & sic succedere, nihilominus ipse substitutus admittetur ad ipsam hæreditatem ex ipsa substitutione.l. & si secundū.§. sed quod Papinianus. ff.

44 de minor. Non enim attendi † debet id quod de iure speciali euenire potest. ff. de fideicom.libert. l.iiij.§.i.prout uoluit Bartol.in d. l.i. & Imola in

45 d.c.Raynutius. Imo.& ultra hæc requiritur † ad hoc ut substitutus admittatur, ꝙ ipse institutus non faciat alium hæredem mutata conditione,

46 ut supra. Ex quo infertur † quòd si hæres institutus decedat, & decedendo transmittat ius deliberandi

randi ad eius hæredem secundum formam. l. cũ antiquioribus. C. de iure deliberand. tunc ipse substitutus excludetur, si hæres ipsius instituti ex iure deliberandi uelit adire, prout uoluit notabiliter Bart. in d.l.j. & per dictam l. si pater. & d. l. cum proponas. tunc enim ipse institutus videtur fecisse alium hæredem suo ministerio mutata conditione, prout uoluit Bart. in dicta l. prima. pro quo facit. l. si quis filium. §. primo. coniungendo. §. cum principio. ff. de acquir. hæredi. secundum Imolam vbi supra, qui hoc tenet maxi
* me ratione prædicta, & communiter tenetur, *
esto quòd Angel. in dicta l. prima. aliud voluerit, & non bene, secundum ipsum respondentem ad eius rationes, & cum opinione Barto. tenentem. Quam opinionem tenuit etiam Bald. in d. l. cum antiquioribus. & in d.l. cũ proponas. vbi etiã di
47 cit quòd similiter excluditur † substitutus, quan do hæres instituti admittitur per beneficium. l. vnicæ. C. qui ante aper. tabu. Imò & etiam quan
48 do † ipse institutus transmittit hæreditatem non agnitam beneficio suitatis: quando per substitutionem non tollitur ipsa suitas. prout voluit Bart. in dicta l.i. quod quãdo sit patebit infra in quinto effectu. Tunc enim ipse hæres instituti se beneficio suitatis ipsam hæreditatem adeat, excludet ipsum substitutum prout supra patet. facit enim tunc ipse institutus ipsum hæredem mutata conditione, ut supra. Imò & plus si institutus
49 † sit filiusfamilias cum alius sit vulgariter sub institutus, & ipse filius institutus repudiet, poterit eius pater ipsam hæreditatem adire. per id quod habetur. C. de bonis quæ libe. l. cum non solum. circa principium. & §.j. & ipse pater tunc adiens excludit ipsum substitutum. prout voluit Gloss. & Barto. in dicta l. prima. & in dicta l. cum non solum. vbi Bald. hoc idem tenet, quod & tenet etiam in dicto cap. Raynutius. Imola. &
50 procedit † quando filius fuit institutus contemplatione patris, aliàs si testator non cogitasset de patre, sed de filio, ut si mater instituisset filium secundi matrimonij eidem substituendo filium primi matrimonij, si talis filius non sit hæres, & tunc ipse pater filio repudiante non excludet substitutum, cum non sit uerisimile quòd ipsa testatrix hoc voluerit. prout voluit Bald. in dicta l. cum proponas. adducens ad hoc quod notatur. ff. de vulgar. & pupilla. l. qui liberis. §. hæc verba. vt plenius ibi per eum. Quod & simili-
51 ter † locũ habebit in monacho, si institutus sit hæres, & eidem datus substitutus vulgaris, & ipse monachus repudiet, cum & tunc monasterium poterit, sicut & potest pater filio repudiante, vt supra. & hoc tenuit Archidiacon. xviij. quæstione prima. cap. primo. & Ioannes Andr. in cap. in præsentia. de probation. prout refert Barto. in dicta l. prima. de vulgar. & pupil. idem tenens, dicens hoc æquius esse, cum ipse mona-
52 chus † tunc æquiperetur ipsi filio, ut plenius ibi per eum de hoc, de quo per Bald. in dicta l. cum proponas. ubi videtur hoc idem tenere. Sed ipse Bald. in dicta l. cum non solum. circa princi-
53 piũ videtur tenere, quòd ipsum † monasteriũ seu abbas non possit adire inuito ipso monacho, si-
54 cut & non potest † dominus inuito seruo. vt di-
55 cta l. cum proponas. esto † quòd ipse abbas bene possit ipsum monachum incarcerare & cogere vt adeat, prout dicitur in seruo. in dicta l. cum proponas. & hoc idem voluit ipse Angel. in di-
56 cta l. prima. de vulgar. & pupil. vt ipsum † monasterium tunc adire non possit ipso monacho
57 inuito, cum æquiperetur † ipsi seruo, per notata in cap. cum olim. de priuileg. el secundo. per Innocen. quod procedit de iure, sed de æquitate
58 canonica bene posset ipse † abbas adire, prout voluit Bald. in l. Deo nobis. C. de episcop. & cle. quod videtur tenere etiam Bald. in l. prima. C. qui admitti. Dicens quòd ipse abbas poterit adire, cum monachus æquiperetur filio vel seruo, prout vtilius est ipsi monasterio, prout uoluit Innocen. in dicto c. cum olim. quod intel-
59 ligendum est, quòd ipse abbas adire possit † cum conuentu, & sic monasterium possit adire, prout voluit ipse Innocen. in dictu c. in præsentia. & Ioannes Andr. post eum in verbo minor annis. dicens quòd hæreditatem delatam monacho melius agnosceret, & apprehendet monaste-
60 rium, quàm monachus, cum monachus † non habeat uelle vel nolle, sed omnis eius uoluntas sit in voluntate superioris. unde poterit abbas cum conuentu, seu monasterium eam apprehendere, etiã sine uoluntate monachi, prout voluit Imola in dicto cap. Raynutius. dicens hoc procedere si ipsi monacho sit datus substitutus vulgaris, cũ & tunc poterit monasterium adire, & substitutum excludere, prout uoluit Bart. in dicta l. prima. cuius opinio ita saluari poterit, ut plenè per Imolam ubi supra. qui finaliter dicit quòd licet opinio Innoc. & Ioannis Andr. videatur fauere
61 † religioni, & per consequens sit amplectẽda. ff. de relig. & sump. fune. l. sunt personæ. & eam se-
* quantur communiter Canonistæ. * in d. cap. in præsentia. & Frãciscus de Ramponibus in l. post aditã. C. de impub. & aliis substi. tamen non procedit sine dubitatione, ex eo: quia licet videa-
62 tur ius velle quòd monachus † nõ habeat velle, uel nolle & posuerit voluntatem suam in nolũtate superioris, tamẽ illud videtur intelligendũ quò ad hoc vt ipse monachus non possit facere aliquem actum per quem possit inferri præiudicium monasterio sine licentia uel consensu superioris, non ex eo quòd superior possit facere actum respicientem personam ipsius mo-
63 nachi: aliàs sequeretur quòd † si ipse monachus esset electus in prælatum, posset monasterium consentire eo inrequisito, quod uerum non est: ut in cap. religiosus. de election. in vj. Vnde dicit per prędicta, quòd si monachus instituatur hæres, cum ex aditione uel repudiatione præiudicari possit monasterio, non poterit ipse

monachus adire,uel repudiare sine licentia superioris. & similiter non poterit ipse superior
sine consensu ipsius monachi,& sic videtur de iure æquiperandus potius seruo, quàm filio secundum ipsum Imolam, secundum quem de iure hoc uidetur teneri posse.Sed licet de iure id teneri posait, prout & uoluit ipse Bald. in dicta l. Deo nobis.tamen de æquitate canonica dici poterit quòd ipsum monasterium poterit absque consensu ipsius monachi adire,& substitutum excludere,prout voluit Barto.in dicta l. prima. dicens hoc æquius esse. & Bald.in d.l. Deo nobis. quod & tenuit etiam ipse Imola in dicta l.prima.
✻ & ita communiter tenetur vt supra. ✻ Vnde in
64 practica videtur hoc seruandum, & hęc † dum
uiuit ipse monachus.Sed si ipse monachus decedat non adita, nec repudiata ipsa hæreditate sibi delata, & tunc non poterit monasterium eam
65 adire,sicut & non posset † dominus mortuo ser
66 uo, vel pater † mortuo filio, nisi esset infans: ut
dicta l. cum proponas. & l. si infanti. C. de iure deliberand.prout uoluit Barto.& Angel.in di
67 cta l.prima.& hoc idem† cum monasterium tunc
adire nõ posait ipso monacho mortuo tenuit Cynus in d.l.cum non solum.C.de bonis quę liber. & Bald.ibi.& in l.prima.C.qui admitti. Sed certè si teneatur dictum Innocentij.& Ioannis And. in d.cap.in præsentia. teneri poterit,quòd etiam
68 tunc † monasterium adire posait, cum ratio eorum locum habeat, etiam in dicto casu secũdum ipsum Imolam in d.c.Raynutius.Et si fortè procedat de æquitate canonica ut monasterium tunc adire posait, tamen de iure non videtur procedere,put supra patet. & hoc uoluit Bal.in d.l. Deo
69 nobis.Quod verum est,† nisi sit hæreditas ascendentium quę transmittitur ad descendentes, prout habetur in l. vnica.C.de his qui ante aper. tabu. cum tunc transmittatur ad monasterium,
70 † quod loco filij habetur: vt dicto cap.in præsen
tia.prout voluit Barto.& Angel.in d. l.i. vel nisi
71 ipse † monachus decedat infra tempus iuris de-
liberandi,cum tale beneficium transmittat ad monasterium,prout supra dictum fuit de tali beneficio quod transmittitur excluso substituto,ut su-
72 pra.vel nisi ipse monachus † sit suus cum benefi-
cio suitatis transmittat hæreditatem paternam ad monasterium,si per dationem substituti ipsa suitas nõ sit sublata,prout uoluit Bal.in d.l. Deo nobis.vbi de his,circa quæ vide notata in d.cap.
73 in præsentia. Et ultra hoc dicendum est,quòd † si
institutus habens substitutum vulgarem & fideicõmissarium repudiet hęreditatem,poterit ipse fideicommissarius ipsum cogere seu facere cogi vt adeat & restituat & sic pręferretur substituto vulgari.ff.ad Treb.l.si facta.§.Iulianus.& C.eo.tit.l.
74 non iustam. Quod† uerum est, quando fideicom-
missum tacitè,vel expressè esset repetitum ab ipso substito,aliàs pręferretur substitutus vulgaris.ff. ad Trebel.l.si patroni.§.fi. prout tenuerunt Bar. & Ang.in dicta l.i.de vulga. & pupilla.Sed imò
& tunc licet non sit repetitum fideicommissum à substituto, præferendus erit ipse fideicommissarius,prout uoluit Imo.in d.l.j.& in d.c. Raynutius.per notata per Barto.in d.l.Iulianus.& quia ita videtur fuisse de mente ipsius testatoris grauando institutum per fideicommissum,eum substituendo videatur uelle prouidere in casu quo fideicommissum non habeat effectum: ut plenius
75 per Imolam vbi supra. Qui etiam dicit † quòd si
institutus cui datus est substitutus vulgaris sit indignus, ueniet tunc fiscus & excludet ipsum substitutum,prout uoluit Bar.in d.l.j. Quod procedet non solum si ipse institutus adeat,sed ẽt si repudiet,cum uideatur in fraudẽ fisci facere. ff. ad Treb.l.recusare.§.fisco.prout uoluit ipse Imo.in d.l.j.& in d.c.Raynutius.hoc tenẽs,licet Ang. in d.l.i.aliud uoluerit,ut plenius per Imol.in dictis locis.Qui in d.c.Raynutius.subdit,quòd licet re
76 gulariter † institutus & substitutus vulgaris nõ
admittantur simul. sed institutus præferatur substituto.l.quandiu.ff.de acquir.hæred. tamen fallit in tribus casibus.
77 Et primò fallit† quando testator instituisset illũ quem putabat liberum & re uera nõ erat:quia erat seruus,cum tunc si dedit eidem substitutũ, substitutus admittetur ad dimidiam ut est casus singularis.in l.si pater.ff.de hęred.institu.
78 Secundò† fallit.quando patronus esset institutus à liberto & grauatus in re sua propria alteri danda,& datur eisdem substitutus uulgaris cum tũc si nolit acceptare hoc onus, poterit habere debitã portionẽ,& residuum habebit substitutus: ut est casus singularis. ff.de bonis quæ liber.l. libertus patrono.
79 Fallit & tertiò† in filio instituto à patre grauato in re propria,si eidem datus sit substitutus uulgaris,& nolet grauamẽ acceptare,cum tũc posait portionẽ sibi debitam habere, & residuũ habere substitutus.prout voluit Bar.in d.l.i.& Imo.in d. c.Raynutius.per d.l.libertus.& eius argumento.
80 Fallit & quartò† secundum Bart.in d.l.j.in secundo effectu:quia licet institutus in primo gradu posait esse hæres,sed non eo modo quo testator uoluit:ut quia,tempore testamenti erat suus, sed non tempore mortis:ut quia erat emancipatus,cum tunc præteratur ipse substitutus, si ipsa substitutio fuit necessaria: vt quia fuit facta in casu Galli de quo in d.l.Gallus.§.& quid si tantum. secus si uoluntaria, cum tunc pręferatur ipse institutus si adire velit:ut d.l.Gallus. §. fina. prout uoluit Bar.in d.l.j.
81 Circa secundum effectum,qui est † an testamentũ posait incipere,& effectũ assumere à substitutione vulgari? dicẽdũ est,ꝙ aut quęritur de vulga
82 ri expressa aut tacita. Primo† casu dicendũ est, ꝙ
põt incipere,& effectũ assumere ab ea, prout est expressum.in d.l.iii.in fi.ff.de libe.& posth.quod procedit prout voluit Bar.in d.l.j.& Imo.in d. c. Raynutius,qñ deficit primus gradus ex parte ipsius instituti: vt quia noluit adire,imò potius repudiet

pudiet,uel quia non posit adire, puta exclusus
tēpore uel alia incapacitate.ff. de acquir. hær. l.
quandiu.& C.de caduc.toll.l.uni.§.pro seruo.&
d.§.hęc ipsi ianium. Si uerò defectus in primo
gradu non proueniat ea parte instituti, sed ex
parte testamenti ius quia filius fuit præteritus in
primo gradu institutionis, & tūc si talis defectus
sit in primo, sed non in secundo gradu fuit ex-
hæredatus & tunc testamentum potest incipere
ab ipsa uulgari substitutione, & uires assumere,
licet ipse filius exhæredatus posit querelā pro-
ponere: ut uoluit Barto.in d.l.j.& Imola. in d.
c. Raynutius. Ad hoc quod notatur in d.l.iij.§.fi.
& l.si is qui soluendo.ff.de hæred.instit. Si uerò
talis defectus pariter interueniat in secundo gra
du,sicut in primo: ut quia in utroque fuit præ-
teritus,uel superueniat & post facto. ut quia te-
stamentum ruptum ex post facto natiuitate po-
sthumi,& tunc non poterit assumere uires ex ip-
sa uulgari substitutione,cum ex ea non admitta-
tur substitutus;prout non admittitur institutus.
ff.de iniust.testam.l.nam & si sub conditione.§.
rumpendo.prout uoluit Barto.in d.l. i. & Imola
ubi supra.

83 Secundo † uerò casu cum quæritur de ipsa ta-
cita uulgari,puta comprehensa in pupillari, an
ex ea posit testamentum incipere & effectum
assumere? & dicendum est quòd sic,quòd & ip-
sa nō requirat aditionem ad eius confirmationē,
licet pupillaris substitutio requirat,& hoc uoluit
Glo.ff.de uulg.& pupill.l.lex Cornelia.& in l.si
pater captus.Quod & tenuit Guil. de Cuneo.&
Bald.in d l.lex Cornelia.& Barto.& Angel.in l.
j.ff.de vulg.& pupill.per l.neque.§.fin.ff. de te-
stam.milit.& l.pen.ff.de uent.inspic.ubi uidetur
* casus,& ita communiter tenetur,* esto ꝙ Glos.
in l.apud Iulianum.§.idem Iulianus.ff.ad Treb.
aliud uoluerit,& non bene,prout uoluit Bart. &
84 Ang.in d.l.i.respondendo ad dictum. † §. idem
Iulianus.ad quem respondetur.prout dicit Imo.
in d.c.Raynutius.quòd ibi non loquitur de uul-
gari substitutione.ut requirat aditionem, sed de
tabulis pupillaribus,ut eam requirant, cum ibi
fuerit sublata suitas per dationem cohæredis ex-
tranei, prout dicit in d.c.Raynutius. Imola di-
cens hunc esse uerum intellectum dicti.† §.non
diuinandos.ut plenius ibi per eum.& in d.§.idem
Iulianus, unde poterit testamentum incipere &
effectum assumere ab ipsa tacita uulgari, quod
procedit quando ipse filius pupillus institutus,
cui datus fuit substitutus pupillariter, decesit
post mortem ipsius testatoris naturaliter,cū tunc
à tacita uulgari posit testamentum assumere ef-
fectum,etiam si ciuiliter eo uiuo decesisset, pro
ut uoluit.Glo.in d.l.lex Cornelia.Si uerò deces-
sisset in uita testantis naturaliter ipse pupillus.&
tunc si pater post ipsum filium incontinenti de-
cedat, ita quòd non habeat tempus ad mutādum
testamentum,& idem,cum et tunc similiter po-
terit assumere effectū ab ipsa tacita uulgari. pro
ut uoluit Bart.in d.l.i.per d.l.neque.§.fin.cum l.
85 sequēti.& ita procedat † d.l.si pater.& eius Glo.
Si uerò non decesit statim, sed posteà ex inter-
uallo, ita quòd pater sciuit,& mutare potuit te-
stamentum,& non fecit,& tunc substitutus non
86 admittitur.& ita loquitur.† l.quod si filius. ff.de
captiu.prout uoluit Bar.in d.l.i.& Ange. ibi.di-
centes.quòd substitutus pupillariter uentri, si
uenter non nascatur admittit ex tacita uulgari, si
spes natiuitatis posthumi defecit post mortem te
statoris,uel aliter per modicum tempus: secus si
antea per magnum spaciū,ut patet ex prædictis.
Sed certè d. l. quod si filius.non probat hoc quod
dicit Barto.cum non loquatur de uulgari,sed de
pupillari.Vnde uidetur indistinctè tenendum,ꝙ
siue testator potuerit prouidere post mortem ip-
sius filij,siue non potuerit,testamentum assume-
re uires ab ipsa tacita uulgari,per notata in iuri-
bus prędictis.& maximè in d.l.quod si filius.ubi
Dyn.& Bartol.uidentur idem uelle, sed Imola
in dicto cap.Raynutius. plenius. circa quæ ui-
de notata per Bald.in l.quidam elogio.C.de iu-
87 re deliberan.ubi dicit ꝙ ita † demum ex uulgari
tacita potest testamentum assumere effectum, si
primus gradus ualuit in potentia,licet non in suo
actu alias si non potuisset adiri hęreditas ex pri-
mo gradu,nō ualuisset pupillaris expressa à prin
cipio, & per consequens non contineret tacitā,
unde ex ea non posset testamentum assumere ef-
fectum,esto quòd expressa uulgaris non requi-
rat quòd primus gradus ualeat actu, nec poten-
tia: ut plenius ibi per eum. Circa quę uide nota-
88 ta in d.l.i.ubi Ang.dicit,quòd † aditio facta ex
uulgari etiam tacita confirmat substitutionem
pupillarem,quod & tenuit etiā Bart. in l. ij.ff.de
uulg.& pup.& Bal.in l.fin.C.de insti.& subst. &
hæc circa secundum effectum.

89 Circa tertium effectum † qui est de ipsa sub-
stitutione uulgari expressa, ut & ipsa contineat
tacitam pupillarem: dicendum est,quòd hoc ge-
neraliter uerum est,ut ipsa uulgaris expressa cō-
tineat tacitam pupillarem,ut l.iam hoc iure.ff.de
uul.& pup.Quod procedit etiam si ipsa uulgaria
expressa sit concepta in uno casu, ut etiam tunc
contineat uulgarem tacitam in alio casu,& etiam
pupillarem tacitam.C.de instit.& substitu.l.fin.
prout uoluit Bald.ibi.& Bartol.in d.l. ff.de uul-
gar.& pupill. & Imola in dicto cap. Raynutius.
90 Sed licet † hoc sit regulariter uerum ut & ipsa
uulgaris expressa contineat tacitam pupillarem:
ut supra.

91 Tamen fallit & primò.† quando aliud appa-
reret de mente ipsius testatoris, ut non uoluerit
eam includi,siue hoc appareat expresè: ut d. l.
iam hoc iure. siue tacitè, prout est in breuiloqua
facta personis disparibus: ut eadem l. hoc iure.
& l.Lucius.ff.de uulg.& pup.

92 Secundò fallit † quando ipse testator in utro-
que casu prouidit illum.l.cum filio.§.j.ff.de uul-
gar.& pupill.

Tertiò

93 Tertiò fallit† quando superesset mater pupilli in medio, tunc enim prout uoluit Glos. in l. precibus. C. de impub. & aliis substit. continet ipsam pupillarem, tamen non admittitur, nec habet effectum contra ipsam matrem, & hoc etiam uoluit Glos. in d. l. fi. C. de instit. & substit. & Bar. in l. ij. & l. Cēturio. ff. de uul. & pup. per d. l. fi. ex hoc inferens quòd si mater repudiet hæreditatē filij, tunc non ueniet uenientes ab intestato, sed substitus. quod & uidetur etiam tenere Bald. in d. l. Centurio. Bart. recitando, & Petrus de Ancha. & D. Florianus. in c. si pater. eodem titulo. in vj. esto quòd Glos. in d. l. Centurio. aliud tenuerit, uidelicet: quòd tunc non contineat pupillarem tacitā, quando mater est in medio. quod & tenuit Petrus & Cynus in d. l. precibus. & Baldus in quibusdā repertationibus. & Angel. in d. l. i. ff. de uulg. & pup. Quod procedit prout uoluit Bald. in d. l. fi. quando mater est in medio, cum successionis effectu, ita quòd uelit succedere, ut tunc non includatur: aliàs includatur, ut patet ex dicta. l. fina. secundum ipsum Bald. ibi. qui ex hoc uidetur in effectu idem uelle quod Bartol. cum quo tenet etiam Imola in d. c. Raynutius, tenendo opinionē ipsius Bartoli per id quod habetur in d. l. finali. p quam patet, quòd si ipsa mater moriatur antequàm adeat hæreditatem pupilli, ueniet ipse substitutus, qui non ueniret, si aprincipio per existētiam matris non contineretur: argumento l. quod ab initio. ff. de regul. iur. secundum ipsum Imol. quę opinio & si nō careat contradictione, tamen ✻ communiter tenetur ✻.

94 Fallit & quartò† quādo esset in medio pater uel avia tenens locum matris, ut & tunc ipsa uulgaris expressa nō contineat in effectu tacitam pupillarem ita quod eos excludat, prout uoluit Bartol. in d. l. ij. de uulg. & pup. per id quod habetur in l. ij. §. si mater. ff. ad Tertull. & in l. nepotes. C. de ✻ suis & legit. & ita communiter tenetur ✻ pro ut dicit Imola in eodem c. Raynutius. in materia pupillaris. ubi de hia.

95 Fallit & quintò† quando superesset frater ipsius pupilli utrinque coniunctus, cum tunc ipsa uulgaria non includat ipsum fratrem: prout uoluit Bar. in d. l. ij. ubi dixit idē esse in fratre ex latere patris tantum, ut & contra ipsum similiter nō admittatur: ut plenius ibi per ipsum, sed Bal. post Iacob. But. tenuit contrarium in ipsis fratribus ut excludantur p ipsam tacitā pupillarē in d. l. precibus. Quod & tenet etiam Imola in d. c. Raynutius. in materia pupillaris, cum non sit eadem ratio in eis, quæ est in matre, cum non debeatur eis legitima, ut matri, ut plenius de his, p ipsum Bald. in d. l. precibus. & per ipsum Imolam ✻ ubi supra. & ista communiter tenetur ✻.

96 Circa quartum dictum† dicendum est quòd per ipsam substitutionem uulgarem succeditur defuncto, & non ei cui facta est substitutio. in institutio. de pup. substit. in prin. quod procedit siue sit substitutio uulgaris expressa siue tacita, unde nō trahitur ad bona ipsius pupilli, sed tantum ad bona ipsius defuncti. Ad hoc Glo. in d. l. fi. & hoc voluit Bar. in l. ij. ff. de vulg. & pup. ubi etiam pet

97 hoc dicit, quòd tacita† vulgaris locum habet et si mater pupilli sit in medio, ex quo per ipsam succeditur defuncto, quod procedit in vulgari tacita inclusa in pupillari. si vero sit vulgaris tacita inclusa in vno casu vulgaris expressę, & idem ut ipsa mater tunc non impedat ipsam tacitā vulgarē, adeo qp ex ea succedetur ipsi defuncto, quantum-

98 cunque mater pupilli superfit, & hoc† nisi ipsa mater sit instituta hæres pro parte, & ipsi pupillo instituto in alia parte dato cohæres, cum tunc

99 tacita vulgaris locum nō habeat, ut est casus† in d. l. fina. C. de insti. & subst. prout voluit Barto. in d. l. j. quod procederet si d. † l. fi. intelligeretur in tacita vulgari, de qua d. l. non loquitur. sed de ✻ tacita pupillari, prout cōmuniter intelligitur. ✻ qui intellectus melior est secundum Imo. in d. c. Raynutius. vt plenius ibi per eum, & hoc in ma-

100 tre impuberis. Si uerò sit† in medio mater ipsius testatoria, & tunc contra eius matrē nō habebit locū ipsa tacita vulgaris, nec excludet, prout volut Bar. & Ang. in d. l. j. & Imola vbi supra. Ta

101 cita† enim vulgaria nō admittitur contra eā, sicut & nō admittitur tacita pupillaris contra matrem impuberis: vt supra secundum eos.

102 Circa quintum, † & vltimum quod est de ipsa substitutione vulgari, an faciat de suo & necessario volūtarium? Dicendū est, qp aut loquimur in tacita vulgari, & illa non facit ipsum volūtariū, vnde non tollit ipsam suitatē, prout voluit Bar. & Ang. in d. l. j. de vulga. & pupilla. & Bal. in d. l. cum proponas. C. de hęred. instic. & Imo. in d. c. Raynutius. per l. filius qui se paterna. & l. Iulianus. ff. de acquir. hæredit. & l. si filius qui patri. ff. de vulga. & pupil.

103 Aut loquimur† in vulgari expressa, & tunc, aut in illa q̄ fit ex necessitate; vt est illa quæ fit secundum consilium Galli vel l. hęc. & illa finaliter non tollit ipsam suitatem, prout voluit Bartol. & Ange. in d. l. i. & Imola vbi supra per notata in dicta l. Gallus. Aut in illa quę fit volunta-

104 riè, & tunc, aut† ipsa vulgaris substitutio fuit facta in casu impotentiæ. & tunc non tollit existentiam suitatis, sicut non tollit tacita vulgaris, eadem ratione. Ad hoc l. illud. ff. ad leg. Aquil. & cap. ij. de translatio. prala. & quod notatur in l. si filius hæres. ff. de liber. & posthum. secundum Imolam ubi supra, quod & uoluit etiam Bald.

105 in dicta l. cum proponas. Aut† ipsa substitutio fuit facta in casu volūtatis, vel per illa verba, si hæres non erit; quę cōprehendit casum impotentiæ & voluntatis. & tunc talis substitutio ✻ vulgaris tollit secundum omnes necessitatem. ✻ & hoc voluit Gl. ff. de inoffi. testa. l. Papinianus.

106 §. quarta. Sed an tollat† suitatem fuerunt opiniones, de quibus ibi, & plenius in d. l. si filius hæres. Nam Gloss. in d. §. quarta. si bene ponderetur, videtur velle, quòd etiam tollat suita-

tem

tem,& hoc sequitur Barto.in d.l.si filius hęres.&
in d.l.j. de uulga.& pupil. quod & etiam uidetur
tenere Bal.in d.l.cum proponas.Sed Ang. tenuit
contra, quem & refert Imola in d.c.Raynutius.
qui remittit ad notata in d.l.si filius hęres. & per
notata ibi dicit sustineri posse opinionem Glos.
& Bart.qui tenuerunt per talem substitutionem
uulgarem tolli.de quo plenius in d.l.si filius hę-
107 res.ubi etiã notatur de datione† cohæredis,an
tollat ipsam suitatem. de quo plene in l. apud Iu
lianum.§.idem Iulianus.ff.ad Trebell.& C.de iu-
re delib.l.iij.& hoc de quinto & ultimo effectu.
108 Circa quintum † principale,quod est qualiter
& quando ipsa substitutio uulgaris finiatur &
extinguatur.& dicendum est quòd ipsa uulgaris
substitutio finitur & extinguitur pluribus.& pri
109 mò † per aditionem hęreditatis factam ex pri-
mo gradu,etia si sint plures gradus substitutio-
nis,cum omnes extinguantur facta aditione ex
primo gradu.C.de impuber.& aliis subst.l. post
aditam.Quod procedit etiam si ipsa aditio sit fa-
cta per unum ex pluribus hæredibus institutis in
primo gradu,cum & tunc extinguatur substitu-
tio omnibus facta, dummodo sit facta omnibus
copulatiuè,uel coniunctim.ff.de uulg.& pupill.
l.quidam.& C.de impub.& aliis substit.l. quam-
uis. aliàs si separatim & singulariter sit facta, &
tunc secus erit, cum tunc quoad illum & nõ quo
ad alios expiret.ff.de iniust.testam.l. pen.& pro
ut notatur.in l.unica.§.pro secundo.C.de caduc.
toll.& hoc uoluit Barto.& Ang.in d.l.i.& Imo.
in d.c.Raynutius.Imò & excludentur ipsi substi-
tuti si ille qui potest uenire de iure ciuili & præ-
110 torio per secundum tabulas, cum bonorũ†pos-
sessor quo ad effectum sit hæres.institut. de bon.
possess.§.quos autem.Quod procedit etiam si nõ
uelit uenire de iure ciuili, imò & repudiet ius
111 adeundi de iure ciuili, cum possit † unum ius
repudiare & aliud amplecti.C.de iure delib. l.pu
berem.prout uoluerunt Barto.& Angel. in d.l.i.
ubi etiam dicunt idem esse èconuerso,si institu-
tus qui potest uenire de iure ciuili & prætorio,
uelit uenire de iure ciuili & ex dicto iure, adeat
& repudiet bonorum possessionem secundum ta
bulas, cum & tunc similiter excludetur substitu-
tus.licet contrarium uideatur uelle Glo. in l.suũ
C.de iure delib.& non bene secundum eos.quod
& uoluit etiam Bal.in d.l.suum.& hoc quando re
pudiaret ex uno iure, & ex alio uellet amplecti:
112 secus autem † si simpliciter repudiat, cum tũc
uideatur omne suum ius repudiare. per id quod
habetur.ff.de success. edict.l.j.§.sed uidendũ.pro
ut uoluit Imola in d.c.Raynutius. & hæc quãdo
ipse institutus potest uenire utroque iure. Si ue-
113 rò † ipse institutus possit uenire solum uno iu-
re,puta de iure prætorio,& sic bonorum posses-
sionem petere & tunc si ueniat per ipsam bo-
norum possessionem, cum sic efficiatur hæres,
excludetur ipse substitus, quantumcunque ipse
substitutus ueniret de iure ciuili cum præferatur
ipse institutus ita ueniens,ut supra.prout uoluit
114 Barto.& Ange.in d.l.i.Quod procedit † quan-
do ius petendi bonorum possessionem incipit ha
bere originem uiuo testatore, ut quia conditio
turpis apposita reiicitur à prætore.l.facta.§.si in
danda.ff.ad Trebell.uel posthumus præteritus ui
uo testatore decessit.ff de iniust.testam.l.posthu
115 mus.in princip.Si uerò† incipiat habere origi
nem post mortem testatoris, ut si filius præteri-
tus approbet post mortẽ testm̃,& tunc nõ extin
guetur substitutio, sed substitutus pręferetur,pro
ut uoluit Angelus in d.l.i.dicẽs ex hoc limitari
†.l.filio præterito.ff.de in iust. testam.ut locum
non habeat quando gradus à quo est præteritus
habet substitutũ: ut plenius ibi per eum. et hæc
quando ille qui hæreditatem adit uel bonorum
possessionem petit durat hæres,ut tunc extingua
116 tur ipsa substitutio:aliàs si † desinat esse hę res;
ut quia aduersus aditionẽ hæreditatis petit re-
stitutionem in integrum, et obtinet et sic desinit
esse hæres, et tunc reuiuiscit substitutio, adeò
quòd substitutus admittetur.ff.de minor.l.& si
sine.§.sed quod Papinianus.& .ff.ad Treb.l.i.§. si
117 quis adita. & erit † hæres ipse substitutus de
iure ciuili utiliter tamen.cum primus remaneat
hæres directo, prout notatur in d.§. sed quod Pa
pinianus.& in d.§.si quis adita.ubi uidetur casus
secundũ Bar. in d.l.j.imò est casus in l.ex cõtra-
ctu,ff.de re iudic.secundũ Ange.in d.l.i. de uulg.
118 & pup.ubi etiam dicit quòd sic reuiuiscit† substi
tutio si iussus infra annum non adimpleat reli-
cta in testamento,secũdum quod habetur in aut.
hoc amplius.C.de fideicommiss.
119 Secundo † modo finitur seu extinguitur uul-
garis hoc modo uidelicet:per emancipationem
factam de filio impubere, cui pater pupillariter
120 substituit. Nã † cum per talem emancipationẽ
finiatur seu extinguatur ipsa pupillaris.ff. de uul
gar.& pupill.l.Ii.similiter extinguetur uulgaris
tacita in ipsa uulgari comprehensa.prout uoluit
Bar. in d.l.i.circa fi.ff.de uul.& pup. per id quod
habetur in l.neq; enim.ff.de testam.milit.Quod
tamen non procedit sine dubio: quia substitutio
uulgaris tacita æquè principaliter continetur in
ipsa pupillari,unde non uidetur extingui, licet
facto testatoris extinguatur ipsa pupillaris, &
hoc nisi aliud appareat de mente testatoris, se-
cundum Imolam ubi supra, quod & uidetur te-
nere Bald.in l.fin. C.de instit.et substi.ubi latius
de hoc,de quo in d.l.j.
121 Finitur, et tertiò † ipsa uulgaris tacita com-
prehensa in pupillari; quando ille cui est facta
substitutio pupillaris expressa efficitur pubes
uiuente testatore,tũc enim eua ne scit non solum
ipsa pupillaris, sed etiam ipsa uulgaris tacita in
ea comprehensa, prout uoluit Bartol. in d. l.
i. circa finem. ubi dicit hoc procedere quan-
122 do fuit facta† talis substitutio pupillaris cum
limitatione temporis.ut si dicit si intra pupillarẽ
ętatem decesserit.l.si ita quis.ff.de uulg.et pupil.
aliàs

aliàs uerò si sit facta sine ipsa tēporis limitatione, ut quia dixit, quisquis mihi hæres erit, sit hæres filio meo, uel io maius tempus, ut quia dixit, si decesserit iofra xx. aonos. & tūc licet euanescat ipsa pupillaris substitutio ipso effecto pubere tamen durabit ipsa uulgaris prout uoluit Bart. in d. l. j. argumento l. fin. C. de hæred. instit. & hæc quando ipsa uulgaris tacita fuit unita cum pupillari, aut quia pupillaris à principio erat in ea comprehensa, prout est in casibus prædictis: aliàs uerò
123 † si ipsa uulgaris non sit unita cum pupillari: ut quia pupillaris à principio non ualuit: ut quia fuit facta extraneo uel maiori, & tunc licet non ualeat pupillaris nihilominus cōprehendet uulgarem, & ualebit ut uulgaris, prout uoluit Guil. de Cun. in l. precibus, C. de impub. & aliis subst. & Bart. in d. l. i. in fin. per id quod habetur in d. l. fin. de hær. instit. Quod tamen non uidetur procedere sine dubio, cum talis substitutio ita facta,
124 ex quo oon potest ualere. † ut directa pupillaris, uidetur ualere ut fideicōmissaria. per id quod habetur. ff. de uulg. & pupill. l. uerbis ciuilibus. & ff. ad Treb. l. Scęuola. & iosti. de pupill. subst. §. j. & §. extraneo, & cum ualeat ut fideicommissaria, non debet ualere ut directa uulgaris, cum sint
125 † species oppositæ, prout uoluit Glo. iij. in d. c. Raynutius. ubi Imola. qui tameo dicit quòd licet
126 substitutio, † quæ semel iure directo ualuit post aditam hæreditatem regulariter non obligatur oec trahitur ad fideicōmissum: prout notatur in d. l. ex uerbis. & io d. l. Centurio. Tamen non est absonum dicere quòd eadem substitutio ualeat iure directo ut uulgaris in casu non aditæ hæreditatis, & post aditam hæreditatem ualeat ut fideicommissaria. & sic in diuersis casibus. Nā
127 & hoc contingit io cōpendiosa, † cum illa cootineat uulgarem & etiam fideicommissariam in casu aditæ hæreditatis. per id quod habetur in d. c. Raynutius. & in c. si pater. eod. tit. lib. vj. et pro ut notatur per Bar. in d. l. Centurio. in iij. principali quæstione per Imolam ubi supra: & io d. l. j. qui dicit hæc procedere in extraneo; quando fuisset facta ipsi substitutio pupillaris tempore quo erat impubes, & similiter in filio suo, quando fuisset facta ipsi tempore quo erat pubes, & sic maior, per illa uerba, quisquis mihi hæres erit, sit hæres filio meo. cum tunc sit idem ac si fuisset facta extraneo, ut contineat ipsam uulgarem:
128 ut supra. aliàs uerò † si substitutio sit facta ipsi maiori per illa uerba, si talis filius meus decesserit in pupillari ętate, talis sit ei hęres. uel talē sibi substituo, & tuoc ex quo tempore substitutionis erat pubes, & sic sit eo tempore fioiri debet ipsa pupillaris. l. in pupillari. ff. de vulg. & pupil. & tūc nullatenus ualebit ne dum ut pupillaris, sed oec etiam ut fideicommissaria: argumento. l. filio cū morietur. ff. de usufruct. secundum Imolam. qui uidetur etiam uelle, quòd & tunc non ualeat ut uulgaris, ex quo, (prout ipse dicit,) nullatenus
129 ualet. & † hæc quādo ipse testator putabat illum esse impuberem, cum esset pubes, cum tunc conditio impossibilis uitiet actum. ff. de condit. indeb. l. seruo manumisso. secus si sciebat cum puberem, & tamen substituit sub dicta forma seu conditione. cum talis conditio in iam facto pubere sit impossibilis. Ad hoc l. si mihi Męuia. & quod ibi notatur. ff. de hæred. instit. per quod uidetur quod tūc uitietur, per ea quæ habētur in d. l. si mihi Mæuia. & in l. cum ille. §. penultimo. & l. obtinuit. ff. de condit. indeb. secuodum Imolā, & hæc de uulgari.

AD SECVNDAM SPECIEM SVBstitutioοum uidelicet pupillarem.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio pupillaris quare sic dicatur. & quare fuerit introducta. nu. 8.*
2 *Substitutio pupillaris quo iure fuerit introducta nume. 10.*
3 *Substitutio pupillaris ut fieri posit, quod & qua requirantur. nu. 14.*
4 *Substitutio pupillaris quotuplex sit. nu. 73.*
5 *Substitutio pupillaris qualiter & quibus uerbis fiat nume. 75.*
6 *Substitutionis pupillaris qui effectus. nu. 89.*
7 *Substitutio pupillaris qualiter finiatur.*
9 *Pupillus qui dicatur.*
11 *Consuetudo dat ius testandi, & formam.*
12 *Statutum dat ius testandi & formam.*
13 *Consuetudo licet reducatur in legem scriptam non propterea perdit esse consuetudinis.*
15 *Substitutio pupillaris, primò requirit quòd ille, cui fit sit de liberis, ad hoc ut fieri posit. nu. 23.*
16 *Substitutio pupillaris ut fieri posit requiritur quòd ille cui fit sit impubes. nu. 27.*
17 *Substitutio pupillaris ut fieri posit, requiritur quòd ille cui fit sit in potestate testantis. nu. 32. & 33.*
18 *Substitutio pupillaris ut fieri posit, requiritur quòd ille cui fit, sit sui iuris per mortem testantis, & sic quòd nō sit recasurus in potestatem alterius. nu. 39. limitatur in milite. nu. 40. & 41.*
19 *Substitutio pupillaris ut fieri posit, requiritur quòd ille cui fit ante mortē testantis non desinat esse in potestate ipsius testatoris. nu. 42.*
20 *Substitutio pupillaris ut fieri posit, requiritur quòd ipse pater seu parens faciat sibi testamentum. nu. 48. limitatur in milite.*
21 *Substitutio pupillaris ut fieri posit requiritur quòd impubes sit institutus uel exhæredatus saltem in re certa institutus. nu. 51. restringitur ut pater nō sit uilis & turpis persona. nu. 52. & id quando esset sibi ipsi bonorum administratio interdicta: aliàs secus. ibidem.*
22 *Substitutio pupillaris ut fieri posit, requiritur quòd hæreditas patris seu testatoris adeatur. nu. 60. et hoc regulare, fallit. nu. 61. 62. 63. & 64.*
23 *Pater filijs naturalibus tantum, uel spurijs, substituere*

tuere non potest.nu.24. quod limitatur .ut ibi.

26 Pater filio legitimo tantum substituere potest pupillariter, & arrogato ac adoptato: quando tansiret in potestatem adoptantis.

29 Substitutio pupillaris adulto seu puberi fieri non potest, & quid si fiat. quod est regulare &.nu. 25. fallit in milite. nu. 30. fallit etiam quando à statuto seu consuetudine aliud inductum esset.nu.31.

34 Legitimari potest filius etiam post mortem patris, & tunc fingitur legitimus ex præterito.

Intellectus ad §.sed si extraneum.l.ij.de uulg.& pup.

35 Pater filio emãcipato pupillariter substituere nõ põt nec mater uel alius ascendens per lineã fœmininã, & hoc quare.nu. 38. quòd dupliciter ampliatur in matre.nu.36.restringitur.nu.41.

42 Substitutio pupillaris expirat, cum ille cui facta est desinit esse in potestate testantis, etiam per emãcipationem.nu.43. uel adoptionem.nu.44.uel religionis ingressum nu. 45.secus per dignitatis adoptionem. nu. 46. uel quod spes sit quòd reincidat in potestatem.nu.47.

49 Institutio est caput testamenti.

50 Substitutio pupilaris ut ualeat, requiritur ut prius testator faciat sibi testamentum, deinde ipsi filio substituat.secus in milite, qui filio substituere potest etiam nullo facto testamento, imò etiam illo exhæredato.&.nu.49.

53 Testamentum licet rumpatur ex causa præteritionis uel exhæredationis, nihil ominus hodie firma remanet pupillaris substitutio. quod quomodo procedat uide.nu.54.

55 Substitutio pupillaris fieri non potest si testamentum à principio non ualet: ut quia filius fuit præteritus & non institutus, uel ritè exhæredatus. & hoc regulare. quod tamen fallit ut infra.

56 Testamentum militis ualet, licet filium pæteræat, dũmodo scienter, & sic pupillariter in eo ualidè substituit: ut ibi.

57 Testamentum in quo præteritus est suus uidelicet: nepos ex filio emancipato in potestate retentus ualet, & eidẽ nepoti potest pupillariter substitui.

58 Substitutio pupillaris facta in testamento in quo filius esset p̃teritus ualet, si filius illud approbauit.

59 substitutio pupillaris hodie remanet ualida quantumcumque filius sit præteritus.

65 Suitatis existentia dato cohærede extraneo nõ operatur confirmationem tabularum pupillarium.

66 Sui hæredes qui dicantur? quod ampliatur, ut nume.67. 68.

69 Institutus ab ascendente, ad hoc ut dicatur suus, sufficit quòd sit in potestate tempore mortis ipsius testantis, licet alius eum præcedat.

70 Hæredum quidã sui, qui olim erant sui & necessarij.

71 Hæredum quidam necessarij & non sui.

72 Hæredũ quidam nõ sui nec necessarij, sed uoluntarij.

73 Substitutio pupillaris quædam est omninò expressa, quædam omninò tacita, quædam partim expressa, & partim tacita.nu.84.

74 Substitutionem partim expressam & partim tacitam non est reperire communiter quo ad casus.

76 Substitutio pupillaris expressa quibus uerbis fiat. nume.78.

77 Substitutio expressa facit silere tacitam.

79 Verba illa, videlicet: si hæres erit, quæ sunt affirmatiua non sunt de substantia pupillaris substitutionis.

80 Substõ facta pupillo per illa uerba videlicet, si filius in pupillari ætate decesserit talis sit hæres, erit compendiosa, licet limitata ad pupillarẽ ætatem.

81 Substitutio pupillaris propriè per quæ uerba fiat.

82 Verba illa, videlicet: si hæres erit. licet non sint de substantia pupillaris substitutionis, tamen si apponantur non restringunt eam.

83 Substitutio pupillaris omninò tacita, quibus uerbis fiat.

85 Substitutio partim expressa & partim tacita quo ad uerba quibus uerbis fiat.

86 Substitutio partim expressa & partim tacita quo ad casus, quibus uerbis fiat.

87 Substitutio pupillaris, si hæres eris, non trahitur ad alium casum non expressum.

88 Substitutio facta in unum casum non continet alium casum, ut quia de necessitate sit expressus, sed quia lex extendit.

90 substitutio pupillaris continet in se tacitam uulgarẽ.

91 Substitutio pupillaris non simplex sed specialis & specifica, de qua ibi continet uulgarem omninò tacitam, non ex uerbis sed ex quadam præsumpta mente testantis. quod regulare est.

92 Substitutio pupillaris de qua supra proximè, non continet omninò tacitam uulgarem, si appareat de contraria mente testantis,

93 Substitutio pupillaris de qua supra, non continet omninò tacitam uulgarem, quãdo superest mater defuncti in medio.

94 Substitutio pupillaris de qua supra, non continet uulgarem omnino tacitã, si stat statutum in loco, quòd uerba testamentorum ad literam seruentur sine ulla interpretatione, uel extraneo intellectu.

95 Statutum exludens interpretationem ac extraneũ intellectum, nõ excludit interpretationem a iure approbatam, sed friuolam.

96 Pupillaris substitutionis inter alios effectus unus est quòd succeditur ipsi pupillo directè instituto.

97 Substitutio pupillaris in filio legitimo tantum, ut in adoptato seu arrogato, trahitur ad omnia bona peruenta ad ipsum pupillum ab ipso patre testante.

98 Substitutio pupillaris in filio legitimo & naturali facta à milite.trahitur ad omnia bona ipsius pupilli.quod tamen fallit.

99 Substitutio pupillaris in filio legitimo & naturali facta à pagano, trahitur ad omnia bona ipsius pupilli undecunque eidem quæsita. Quod quomodo procedat declaratur,

100 Substitutio pupillaris facta in re certa si per uerba directa merè ciuilia, trahitur ad omnia bona ipsius pupilli.

Intellectus ad l.cohæredi.§.finali.ff. de uulgari. & pupilari.

101 Substitutio pupillaris facta in re certa, per uerba

commu-

communia, & tunc non trahitur ad omnia bona.

102 *Testator quos sibi instituendo potest facere suos & necessarios, poterit & facere substituendo ipsi pupillo, & qui exinde effectus.*

103 *Substitutio pupillaris expressa excludit matrem, et quoscunq; alios ascendentes praeteritos, etiā quos ipse huius praeterire non posset.*

104 *Substitutio pupillaris expressa excludit matrem, & quoscunque alios ascendentes praeteritos, etiā à legitima.*

105 *Intellectus ad l. humanitatis. C. de impube. & alijs substitutio.*

106 *Iurium correctio uitanda.*

107 *Substitutio pupillaris in parte tacita & in parte expressa quoad uerba excludit matrem.*

108 *Substitutio pupillaris in parte tacita & in parte expressa quoad uerba aequiperatur pupillari expressae.*

109 *Substitutio pupillaris in parte tacita & in parte expressa uidelicet: expressa quoad uerba, & tacita quoad uerba, eiusdem effectus eius de qua supra.*

110 *substitutio pupillaris partim expressa & partim tacita quoad casus similiter matrem excludit.*

111 *Substitutio pupillaris omninò tacita non excludit matrem, & in aliqua parte non institutam.*

112 *Substitutio pupillaris tacita non excludit patrem ipsius pupilli.*

113 *Pupillo decedente superstitibus patre & matre, ambo ab intestato ueniunt ad haereditatem.*

114 *Auia non excluditur per pupillarem substitutionē tacitam.*

115 *Substitutio pupillaris tacita an excludat fratrem utrinque coniunctum? Quid autem de fratre cōiuncto ex uno latere tantum? nu. 116. 117. et 119.*

118 *Intellectus ad l. cum acutissimi. C. de fideicom.*

120 *Statutum in matre & alijs ascendentibus, non extenditur ad ipsos fratres.*

121 *Substitutio tacita pupillaris regulariter non excludit matrem, nec alios ascendentes. tamen fallit ut infra.*

122 *Subitutio tacita pupillaris constito de mente saltē praesumpta testantis, excludit matrem & alios ascendentes. nu. 123.*

124 *Testes quot requirantur ad probandam mentem testantis contrariam seu praesumptam pupillariter substituentis.*

125 *Testantis & pupillariter substituentis praesumpta mens in tacita, ut mater excludatur, quomodo deducenda.*

126 *Testantis & pupillariter substituentis tacita mens matris exclusiua colligitur ex uerbis prolatis extra testamentum, & qualiter.*

127 *Actus quantumcunque perfecti recipiunt formam declaratiuam.*

128 *Testantis & pupillariter substituentis tacita mens matris exclusiua, colligitur ex uerbis prolatis in testamento & quomodo.*

Mater ut per pupillarem substitutionem tacitam excludatur, an sufficiat quòd eidem sit aliquid relictum, & quid referat relictum esse ab ipso testante, uel ab ipso substituto, uel à pupillo cui substituitur.

129 *Mater de iure ad haereditatem pupilli ab intestato decedentis uocatur.*

130 *Matri cum aliquid relinquitur, et relicto priuatur, si ad secunda uota transeat, an propter hoc dicendum etiam ab haereditate filij excludi nu. 133.*

131 *Mater per transitum ad secunda uota uidetur filijs iniuriam facere.*

132 *Mariti praedefuncti memoria contristatur, ob transitum uxoris ad secunda uota.*

134 *Iniuria & quae inducat priuationem legati & haereditatis.*

135 *Testantis & pupillariter substituentis tacita mens excludens matrem à successione filij deprehenditur, si ipsa erat inimica testatori uel inhonestam uitam ducebat. quod quomodo procedat uide nume. 136. & 137.*

138 *Testantis & pupillariter substituentis tacita mens exclusiua matris à filij successione, deprehenditur à cōditione substituti, si enim mater testatoris uel filius frater ipsius pupilli fuerit substitutus, mater censetur exclusa & est communis opinio, licet contrarium de iure uerius. nume. 139. 141. & 142.*

140 *Substitutio pupillaris tacita indistinctè iure cauetur quòd matrem non excludit.*

143 *Mater pupilli cui mater testātis & pupillariter substituētis substituta erat eam excludit.*

144 *Substitutio pupillaris finitur pubertate adueniēte.*

145 *Substitutio pupillaris finitur, si testator ualidum aliud condat testamentum.*

146 *Substitutio pupillaris finitur natiuitate posthumi praeteriti.*

147 *Substitutio pupillaris finitur, si testamentum in totum per querelam rumpatur.*

148 *Substitutio pupillaris finitur si testamentum per cōtratabulas irritetur ante aditam haereditatem. contra nume. 149.*

149 *Testamentum de iure ciuili non annullatur per cōtratabulas.*

150 *Substitutio pupillaris extinguitur si haereditas non adeatur ex testamento paterno. & ibi remissiuè.*

151 *Substitutio pupillaris extinguitur adueniente tempore apposito in ipsa substitutione.*

152 *Substitutio pupillaris extinguitur ex defectu conditionis extrinseca in ea apposita.*

153 *Substitutio pupillaris finitur ex superuenientia liberorum.*

154 *Substitutio pupillaris finitur capitis diminutione, non solum maxima, sed etiam magna.*

155 *Substitutio pupillaris finitur etiam minima capitis diminutione.*

156 *Substitutio pupillaris licet minima capitis diminutione finiatur, hoc tamē non procedit quoad effectum quod declaratur.*

157 *Substitutio pupillaris an finiatur per emancipationem sicut per arrogationem.*

RESTAT



ESTAT ammodò ut videatur
de secunda specie substitutio-
nis † quæ est pupillaris. circa
quam & pro eius declaratione
septem videnda sunt. Et primò
1 † quare sic dicatur. Secundò
2 † quo iure fuerit introducta. Tertiò † quot requi
3 rantur vt fieri possit et valeat ipsa substitutio pu
4 pillaris. Quartò † quotuplex sit ipsa substitutio
5 pupillaris. Quintò † qualiter, & qbus uerbis fiat.
6 Sextò quis † sit eius effectus. Septimò † qualiter
7 finiatur. de quibus omnibus per Bar. in l. ii. ff. de
vulg. & pupil. & ibi per Imolam. Sed plenius de
his per ipsum Imolam in d. c. Raynutius. & per
Bald. in l. precibus. C. de impube. & aliis substi.
& in d. c. si pater. ubi etiam de his dixi in repeti-
8 tione. Circa quod dicendum est, quòd † dicitur pu
pillaris: quia fit pupillo. & illi soli fieri potest. Di
9 citur autem † pupillus ille qui nõ compleuit xiiij.
annum, si est masculus, uel xij. si est fœmina. in-
stit. quib. mod. tut. finitur. in principio. & §. j. &
de sponsal. impub. c. j. & ij. fuit autem introducta
ipsa substitutio pupillaris, vt pupillus qui non po
test facere sibi testamentũ propter defectum ętа-
tis. ff. de testamen. l. qua ętate. habeat hæredem ex
testamento per dispositionem testamẽti paterni.
instit. de pupil. substi. §. j. Ad hoc quod habetur.
ff. de vulg. & pupi. l. patris & filij. & ff. de inoffi. te
sta. l. Papinianus. §. sed nec impuberi. & in d. c. si
pater. & hoc de primo.
10 Circa secundum quod est † quo iure fuerit in-
troducta ipsa substitutio pupillaris, dicendum
est quòd iure consuetudinario; quia ex moribus
& consuetudine Lacedemoniorum. l. ij. ff. de uul.
& pupill. quæ consuetudo est hodie approbata
de iure ciuili, ut ibi patet, per id quod dicit Bart.
in d. l. ij. quod dici potest, quòd hodie etiam di-
catur esse ex iure con suetudinario, & sic non ex
scripto. Ad hoc quod habetur insti. de iur. nat.
gent. & ciuil. §. ex non scripto. esto quòd tale ius
redactũ sit ad scripturam. sicut & dicitur de con-
suetudinibus usus feudorum, quæ etiam appellan
tur consuetudines, sed sunt in scriptis redactæ.
prout dicit Bart. in d. l. ij. & Imola in d. c. Ray-
nutius. quæ notanda sunt. cum ex his inferatur,
11 quòd, † consuetudo ferre potest iura testãdi. Quod
12 & similiter † facere poterit statutũ. Vnde ualebit
statutum disponens quòd pater possit testari pro
filio adulto, & quòd possit in testamento curato-
rem testamentarium dare. & hoc uoluit Bald. in
13 d. l. ij. Et ultra etiam infertur quòd licet † consue
tudo reducatur in legem scriptam, tamen per hoc
non perdit esse. nec formam consuetudinis. quod
facit ad notata. ff. ad leg. Fal. l. i. §. i. & de rescr. c. j.
14 Circa tertium quod est, quot † requirantur ad
hoc ut ipsa substitutio pupillaris fieri possit, &
ualeat, & effectum sortiatur. dicendum est quòd
requiruntur quinque, prout uidetur Glos. in d.
l. ij. secundum Guliel. de Cuneo in l. precibus. C.
de impub. & aliis subst. & Bartol. in d. l. ii. ubi di
cit alia tria colligi ex textu in d. l. ij. & sic requi-
15 runtur octo. Quorum primum est † quòd ille cui
16 fit, sit de liberis. secundò † quòd sit impubes. Ter-
17 tiò † quòd sit in potestate testantis. Quartò † quòd
18 efficiatur sui iuris per mortem testantis. & sic
quòd nõ sit recasurus in potestate alterius. Quin
19 tò † quòd ante mortem testantis non desinat esse
20 in potestate ipsius testantis. Sextò † quòd ipse pa
ter seu parens faciat sibi testamentum. Septimò
21 † quòd impubes sit institutus uel exhæredatus.
22 Octauò † & ultimũ quòd hęreditas patris seu
testatoris adeatur. Circa quæ, & pro declaratione
prædictorum de quolibet ipsorum octo ui-
dendum erit.
23 Et Primò, de primo † quod est ut requiratur
quòd sit de liberis, ut patet in d. l. ij. circa princi-
pium. & in c. si pater. eodem titulo in vi. Nec re-
fert siue sit masculus siue fęmina: ut d. l. ij. & siue
sit de liberis primi gradus, siue de ulterioribus,
ut ibi patet, & siue sit natus, siue nasciturus. pro
ut patet in d. l. ij. circa principium. Quod uerum
intellige, ut requiratur quòd sit de liberis, videli-
cet naturalibus & legitimis; ut patet in d. l. ij. &
instit. de pupi. substit. in principio.
24 Cum liberis † naturalibus tantum uel spuriis
substitui non possit pupillariter, cum non sint in
potestate, pro ut notatur. ff. de uulg. & pupill. l.
25 Lucius. & hoc † nisi sint legitimati per principẽ
uel comitem habentem auctoritatem ad hoc.
cũ talibus sic legitimatis pater possit substituere.
pro ut uoluit Bart. in d. l. ij. & infra patebit. imò
26 † & liberis legitimis tantum poterit pater substi
tuere pupillariter. prout patet in d. l. ij. §. sed si
extraneum. Quod procedit in arrogato & in ado
ptato hodie, quando transiret in potestatem ip-
sius adoptãtis, cum aliàs secus sit: ut in l. cum ad-
optiuus. C. de adop. prout uoluit Bartol. in d. l. ij.
& Imola in d. c. Raynutius. cum quibus cæteri
✻ communiter transeunt ✻.
Secundum uidendum est de secundo, quod re-
27 quiritur † ad hoc ut ipsa substitutio pupillaris
fieri possit, quòd ille cui fit sit impubes, ut patet
28 ex textu in d. l. ij. & d. c. si pater. Nam puberi † seu
adulto fieri non potest, ex quo testari potest, pro
ut patet in dictis iuribus, & si fiat licet dubiũ sit,
an ualeat ut fideicommissaria de quo per Barto.
in d. l. ij. & in l. uerbis ciuilibus. de uulg. & pupil.
29 & supra in uulgari dictum fuit. Tamen ut † dire-
cta sine dubio non ualet. pro ut patet ex dicta. l.
uerbis. Quod & licet Regulariter sit uerum;
tamen fallit.
30 Et primò † in milite, cum ipse possit substitue
re directo, etiam post pupillarem ætatem priui-
legio militari: ut patet in l. Centurio. de uulg.
& pupill.
31 Secundò † fallit: quando hoc inductum esset
statuto uel consuetudine quòd possit quis di-
rectò substituere, etiam post pupillarem æta-

tem, cum tunc poterit, prout voluit Bald. in d.l.
ij. per illam l. non tamen poterit pater directò
ſubſtituere filio poſt pupillarem ętatem infra xx.
annum, quantuncunque ſtatutum diſponat quòd
minor xx. annis non poſsit teſtari, cum non re-
periatur hoc iure cautum. prout voluit Bal. in d.
l. ii. ubi plenè per Barto. & Imol. in d. c. Raynu-
* tius. cum quibus cæteri reſident. *
32 Tertiò uidendum eſt de tertio† quod requiri-
tur ad ipſam pupillarem, quod eſt, quòd ille
cui fit dicta ſubſtitutio pupillaris ſit in poteſtate
ipſius teſtantis: ut patet in dicta l. ij. quod proce-
dit etiam hodie, licet ſit ſublata differentia eman
cipationis & patriæ poteſtatis, cum in ſucceſsio
ne ex teſtamento nõ ſit aliquid immutatum, pro-
ut notatur. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de
libe. & poſthu. & ibi Gloſſ.
33 Circa quod aduertendum eſt: quia etiam † ſi
requiratur quòd ſit in poteſtate ſubſtituentis, ta
men ſufficit quòd ſit in eius poteſtate tempore
mortis, ut eſt textus in d. l. ij. §. ſed ſi extraneum.
ff. de uulg. & pup. ubi de hoc per Glo. & Bartol.
vbi ex hoc dicit quòd ſi filius naturalis cui ſubſti
tutio pupillaris facta fuit legitimetur ante mor-
tem teſtantis, ualebit talis ſubſtitutio pupilla-
ris. Imò & plus dicit ibi Bart. quòd etiam ſi legi-
34 timetur † poſt mortem patris per principem vel
comitem habentem auctoritatem ualebit ipſa
ſubſtitutio. eſto quòd tempore mortis non fue-
rit in poteſtate, cum talis legitimatio traha-
tur retro, & habeatur perinde ac ſi ſemper fuiſ-
ſet legitimus & in poteſtate, ff. de natal. reſtit.
l. fina. & ut notatur in auctentico quibus modis
natur. effic. ſui. §. illud. & §. fina. Ad hæc etiam
quod habetur in l. lex Cornelia. ff. de vulgari
& pupillari. Quód & licet notandum ſit tamen
non tranſit ſine dubio. per dictum §. ſed ſi extra-
neum. † qui videtur requirere quòd ſit in po-
teſtate ſaltem tempore mortis, niſi dicatur quòd
trahatur ad dictum tempus per quandam conſe-
quentiam, cum fingatur fuiſſe in poteſtate ip-
ſius tempore mortis, licet principaliter fingi non
poſsit, ex quo deficit unum extremum, cum pater
non viuat tunc, iuxta notata in l. ſi is qui pro em-
ptore. ff. de uſucap. Ad hoc quod notatur in l. j.
ad finem. ff. de auctori. tutor. ſecundum Imolam
in d. c. Raynutius. circa quæ uide notata in dicto
§. & quid tantum. & in cap. quanuis. de reſcrip.
lib. vi. Et ultra hæc dicendum eſt ex prædictis
cum requiratur quòd ſit in poteſtate ſubſtituen
tis ſaltem tempore mortis ut ſupra patet. in-
35 fertur † quòd pater filio emancipato pupilla-
riter ſubſtituere non poteſt, ſimiliter & ma-
ter uel alius aſcendens per lineam fœmininam
non poterit ſubſtituere ipſi deſcendenti cum
non ſint in eorum poteſtate. Ad hoc quod no-
tatur inſtitut. de adoptionib. §. fœminæ. ff. de
36 vulga. & pupill. l. ſi mater. Quod locum † habet
in ipſa matre ut pupillariter ſubſtituere nõ poſ-
ſit, etiam ſi ſtatutum diſponat quòd filius ſit in
poteſtate matris poſt mortem patris. prout no-
luit Bal. in l. precibus. de impub. & aliis ſubſtitu
37 C. Imò & locum habet etiam† ſi permittatur à
principe ipſi matri, vt adoptare poſsit filium, &
ſic habeat in poteſtate, prout voluit Nicolaus
Vannolut in tractatu ſubſtitutionum in ſubſtit.
tione pupillari. Ad hoc quod notatur per Gloſſ.
in l. prima. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdic.
Facit etiam quod notatur de prębend. cap. quia
in tantum. & cap. non poteſt. §. primo. eod. titu.
in vj. Sed licet talis ſubſtitutio pupillaris facta
emancipato uel per matrem ſeu alium aſcenden
tem ex linea fœminina ipſi deſcendenti non va-
38 leat ut directa, tamen† ualebit vt fideicommiſ-
ſaria: ex quo à principio valere non poteſt, vt di-
recta per notata in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg.
& pupil. quod uerum intellige quando fit à paga
no, cum ſi fiat à milite ualebit ut directa, quo ad
bona ipſius ſubſtituentis, cum poſsit directò ſub
ſtituere ipſe miles in bonis ſuis non exiſtenti
in ſua poteſtate. prout notatur in dicta l. Cen-
turio. & in l. miles ita. §. exhæredato. ff. de te-
ſtamen. milita.
Quartò uidẽdum eſt de quarto, ſcilicet quod
39 requiritur† quòd ille cui fit ipſa ſubſtõ pupilla-
ris efficiatur ſui iuris poſt mortem ipſius ſubſti-
tuentis, ita quòd non ſit recaſurus in poteſtatem
alterius. dicta l. ij. Vnde ſi auus habens filium &
nepotem pupillariter ſubſtituat ipſi nepoti, cum
poſt mortẽ aui ipſe nepos recaſurus ſit in pñtem
patris, non ualebit ipſa ſubſtitutio, cum ipſe ne-
pos ex quo eſt in poteſtate alterius, non poſsit
facere teſtamentum: ut plenius per ipſum Barto.
in dicta l. ſecunda. vbi dicit hoc locum habere ẽt
ſi ille cui facta eſt ipſa ſubſtitutio ſit alia ratione
quàm ętatis inteſtabilis, cum eidem non poſsit
pupillariter ſubſtitui: ut plenius ibi per eum. ubi
ſubdit hæc procedere, etiam ſi teſtator inſtituat
militem impuberem in alterius poteſtate recaſu
rum, cum eidem non poſsit pupillariter ſubſti-
tui, cum fieret iniuria ei in cuius poteſtatem eſ-
40 ſet recaſurus. Et hoc niſi ipſe† teſtator eſſet mi-
les, cũ tunc ſubſtituere poſsit. prout voluit Bart.
in d. l. ii. per l. cum filium. ff. de teſtam. mil. Quod
intellige quo ad bona collata per ipſum militem
vt poſsit in eis directò ſubſtituere, nam quo ad
alia bona vt patet ex notatis in d. l. cum filium. &
in dicto. §. exhæredato. ſecundum Imolam vbi ſu
pra, qui ex his dicit referendo Angelum, quòd ſi
filiusfamiliãs miles ſubſtituat pupillariter filio
ſuo, ſi talis filius reincidat in poteſtatem aui,
vel maneat & moriatur ipſe filius teſtans, tene-
bit talis ſubſtitutio per ipſum facta, quo ad bo-
na ipſius filij, & non quo ad alia, per ea quæ ha-
bentur in dictis iuribus. Et ſic poterit euenire ca-
ſus in quo reperiretur pupillũ decedere pro par-
te teſtatum, & pro parte inteſtatum, ſi for-
tè contingat quòd auus nullum alium dede-
rit

tit substitutũ,& præmortuus sit pater ipsius filij,
cui facta sit substitutio, & posteà auus & deinde
ipse pupillus.& hoc propter priuilegium militis,
secundum ipsum Imolam, qui ad hoc adducit
quod notatur in l.j. & ij.C. de testam. milit.di-
cens hoc procedere quãdo tale impedimẽtum nõ
esset sublatum tempore mortis testantis,aliàs si
esset sublatum; ut quia pater in cuius potestatem
erat recasurus decessisset ante mortẽ ipsius aui te-
stantis, & tunc ualebit talis substitutio, per ea
quæ habentur.in d.§.sed si extraneum.Quod ue-
41 rum intellige † nisi post mortem ipsius ex forma
statuti recasurus sit in potestatem matris, cũ tunc
substitutio pupillaris eidem facta non ualebit.
prout uoluit Bald. in l.precibus. C.de impub.&
aliis substitut.dicens ipsam substitutionem con-
tra matrem non admitti dicto casu, ut plenius
ibi per eum.

42 Quinto uidendum est de quintò † quod requi
ritur, quod est,quòd ante mortem testantis non
desinat esse de potestate ipsius testantis, cum
aliàs expiret ipsa pupillaris substitutio. l. cohæ-
redi. §. cum filiæ. prout uoluit Barto. in dicta l.
43 secunda.ff.de vulg.& pupil. Quod uerum † est
quando desiit esse per emancipationem, ut quia
ab eo emancipetur: ut patet in d.§.cum filię.pro
ut uoluit Barto.in dicta l.ij.ubi dicit idem esse si
44 desiit esse.ex eo: quia † sit datus in adoptionem,
puta auo materno.l.cum adoptiuis.C.de adopt.
45 Imò & eadem ratione † si exeat per ingressum re
ligionis:vt patet ex notatis per Bart.in l.in pupil
lari.ff.de vulg.& pup.& per Bal.in auct. ingressi.
C.de sacrosan.eccles.Quod procedit:quando ip-
se pupillus doli capax professionem fecisset au-
ctoritate Papæ, cum aliàs talis professio non ua-
leret,nec obligaret ipsum religioni, ita ꝙ tran-
situt in potestatem Abbatis: ut habetur in cap.j.
de regul.in vj.prout uoluit Imola in d.c. Raynu-
tius.qui dicit idem esse si datus sit ipse pupillus
ipsi religioni à parentibus,nam cum posit exi-
re eueniente pubertate: ut in c.ij.de regular.non
censetur perfectè professus,cum ipsa substitutio
non expirat.prout voluit ipse Imo.ubi supra.

Quod et locum habet si exeat ipsam potesta-
46 tem † per adeptionem dignitatis, vt & tunc
non expiret ipsa substitutio, per id quod habe-
tur in auctẽn. constitutio. de dignitat. §. illud.
collat. vj.vbi patet, quòd non intelligitur exiis-
se quo ad illa quæ concernunt eius commoda,
prout est ipsa substitutio. prout uoluit Bartol.
in dicta l.secunda. & Imola ubi supra. Quod
47 & locum habet † si exeat seu spes sit quòd re-
incidat: ut quia sit captus ab hostibus, cum &
tunc similiter non expiret, prout voluit Bart. In
dicta l. secunda. per id quod habetur in l. lex
Cornelia. ff. de vulgar. & pupilla. cum quibus
* cæteri resident. *

Sextò uidendum est de sexto, quod requiri
48 tur, † quod est vt ipse pater faciat primò sibi testa
mentum,ut l.j.§.prius.ff.de uulg. et pupill.cum
49 institutio † sit caput testamenti. instit.de legat.
§.ante heredis.& ideò requiritur quòd ipse pa-
ter faciat primò sibi testamentum instituendo in
eo aliquem, & deinde ipsi filio eidem substituen
do:ut d.§. prius.quando ipsa testamenta fiunt
diuersis temporibus, aliàs si eodem tempore, &
idem si ipse filius sit exheredatus. prout uidetur
tenere Glos.ibi.& Bartol.aliàs si sit institutus ip-
se filius, & tunc non refert an primò sibi. uel
è conuerso faciat testamentum, prout tenuit
Barto. in d.§. prius.& Imola in d. c. Raynutius.
& ut plenius notatur.ff.de uulg & pupill.l.si quis
50 eum.§.fin. Et hec in pagano. In milite † uerò di-
cendum est quòd ipse poterit substituere ipsi fi-
lio etiam si non faciat sibi testamentum, imò &
poterit substituere ipsi filio exhæredato, etiam
si sibi nullum faciat testamentum. prout habetur
in l.miles,ita.§. fi.ff.de testam.mil. Et hæc quan-
do ipse pater facit testamentum solenne, aliàs
si ipse testamentum faciat minus solenne, &
tunc poterit in ipso testamẽto pupillariter substi
tuere ipsi filio, & tenebit ipsa substitutio, dum-
modo substitutus sit de liberis, cum inter eos ua-
leat testamentum etiam minus sollenne. C. de
testam.l. hac consultissima.§. ex imperfecto. se-
cus si substitutus sit extraneus,per id quod habe-
tur in d.§.ex imperfecto.& hoc uoluit Bartol. in
dicta l. secunda. & Imola ubi supra. & commu-
* niter tenetur *.

Septimò uidẽdum est de septimo, quod requi
51 ritur ad hoc † ut ipsa substitutio pupillaris fie-
ri possit. Requiritur enim quòd ipse pupillus sit
institutus saltem in re certa cum tunc ualeat te-
stamẽtum.auc.ut cum de appell. cognosc.§.aliud
quoque.cum & possit eidem pupillariter substi-
tui.prout habetur in l.cohæredi.§.fina.ff.de vul-
gar.& pupilla.& in cap.si pater. eod.tit. libro vj.
Imò & poterit eidem substitui si non sit institu-
tus,dummodo sit exhæredatus, cum & tunc si-
militer ualeat testamentum, & posit eidem pu-
pillariter substitui,prout uoluit Glos. in dicta l.
secunda.Quod procedit non solum si fuerit bo-
na mente exhæredatus:argumento l.multi. ff. de
libe.& posthu.prout uoluit Bart. in dicta l.ij.ubi
52 dicit hoc procedere,nisi pater † esset turpis & vi-
lis persona,adeò quòd ei tunc non committitur
administratio bonorum filij,cum tunc non pos-
sit eidem per patrem pupillariter substitui: argu-
mento.l.fina.C.de sent.pass.& l.si cum dotem.§.
eo autem tempore.ff.solut.matrimon. prout uo
luit Barto. in dicta l.ij. quod & uoluit etiam Bal.
in l. humanitatis. in septima differentia. C. de
impuber.& aliis substitu. Sed Angelus in dicta l.
secunda.tenuit contrarium videlicet quòd & tũc
ipse pater posit facere substitutionem pupilla-
rem quantuncunque sit turpis & vilis persona,
cum iura indistinctè loquantur.unde indistinctè
sunt intelligenda: argumento. l. de pretio.ff. de
publician.& de priuile. cap. quia circa. quorum
dicta Imola in dicto c.Raynutius.ad concordiam

reducendo dicit. Aut pater est adeò turpis perso
na quòd eidem est interdicta administratio ver-
borum per iudicem,& nõ poterit tunc substitue
re pupillariter ,cum tunc non posit pater facere
testm̃. l. is cui bonis.ff.de testamen.& ita proce-
dere poterit opinio Bat.secus autem si nulla sit
facta interdictio per iudicem,cum tunc posit fa-
cere testamentum pro se,& similiter pro filio. &
ita procedere poterit opioio ipsius Angel. per
dicta iura , quę indistinctè loquuntur secundum
Imol.& bene. qui etiam dicit in eo.c.Raynutius.
53 quòd † si testamẽtũ fuerit aliquod, sed rumpatur
per contratabulas, nihilominus non rumpetur
ipsa pupillaris substitutio.ff.de vulga.& pup.l.&
si contra.quod & locum habebit similiter si rum-
patur per querelam inofficiosi testamenti,& hoc
si rumpatur pro parte & non in totum. ff. de in-
offi.testa.l.Papinianus.§.sed nec impuberis,aliàs
si in totum,& tunc rumpetur ipsa pupillaris sub-
stitutio,ut ibi. & hęc secundum iura antiqua,sed
54 hodie secundum communem †opinionem,* li-
* cet rumpatur testamentum ex causa pręteritionis
vel eahęredationis , nihilominus remanet firma
pupillaria substitutio. ut probatur p auct.ea cau-
sa.C.de libe.præte.& ibi per Glo.& Bat. Ad hoc
etiam quod notatur per Glo.& Doctores in l. j.
ff.de vulg.& pup.ubi de his.& hæc quando testa
mentum à principio ualuit:ut quia filius fuit in-
stitutus uel eahęredatus ut supra . Si uero testa-
mentum à principio non ualuit , ut quia ipse fi-
lius fuit pręteritus , & non institutus vel eahęre
datus,& tunc eidem regulariter non potest pupil
lariter substitui:vt d.l.ij.§.sed si teoa. Quod licet
55 † regulariter sit uerum,tamen fallit.
56 Et primò: † quando ipse testator esset miles,
cum & tunc ualeat eius testamentum quantun-
cunque prętereat eius filium,dummodo scienter
faciat.C.de testa.mili. in l.sicut certi.ubi de hoc.
57 Secundò fallit: † quando esset prætetitus talis,
qui esset suus,sed non rumperet testamentum, ut
nepos ea filio emancipato in potestate retentus,
cum eidem posit pupillariter substitui,prout vo
luit Barto.in dicta l.secunda.ubi de hoc , de quo
in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. &
posthum.
58 Tertiò fallit : † quando ipse filius pręteritus
testamentũ approbasset,cum tunc substitutio ua
leat , prout voluit Iacob. de Arena. & Bartol. in
dicta l.secunda per l.filio pręterito.ff.de iniusto
testam. vbi de hoc,circa quod dicendum est pro
ut dictum fuit supra in vulgari.& hęc secundum
59 antiqua iura , & tempora. Hodie † uerò ipsa
pupillaris substitutio remanet valida quãtuncun
que filius sit præteritus, prout communiter te-
* uetur * per ea quę habentur in dicta auctn. ex
causa.ubi de hoc.de qua in dicta l.j. de vulga. &
pup.vt supra dictum fuit .
Octauò videndum est de octauo , quod est ad
60 hoc † ut ipsa substitutio pupillaris ualeat facta in
testamento paterno requiritur, quòd tale testa-
mentum non solum sit morte confirmatum , sed
etiam ex eo adita sit hęreditas : vt d. l.secunda.
versicu.adeò.& C.de fideicommiss.l. eam quam.
Quod procedit etiam si sit adita ea vulgari taci-
ta comprehensa in pupillari. prout voluit Barto.
& Ang. in d.l.ij.& Bal.in l.fin. C.de insti.& sub-
sti. vbi de hoc,de quo dictum fuit supra in vulga
* ri & communiter tenetur. *
Quod licet regulariter sit verum : ut requi-
ratur ꝙ ipsa hęreditas sit adita ex ipso testamẽ-
to,tamen fallit.
61 Et primò : † quando tale testamentum fuisset
factum à milite.ff.de testa.mili.l.miles ita.§.fina.
62 Secundò fallit: † quando ipsa hęreditas fuisset
adita ab intestato per titulum. ff. si quia omiss.
caus.testamen. prout patet in dicta l.secunda.ver
siculo planè .
63 Tertiò fallit : † quando talis substitutio fuis-
set facta ad pias causas , prout voluit Petrus de
Anchara. in cap. si parer, eodem titulo libro vj.
vbi plenius de hoc. de quo in l. prima. C.de sa-
crosan.eccles.
64 Quartò fallit : † quando eaistentia sui hęredis
confirmaret tabulas pupillares. ff. de priuileg.
credito.l.pater. & ff. de acquiren. hęredita.l.Iu-
lianus.& hoc uoluit Bart.in d.l.secunda. & Bal.
in dicta l.fina. & Imola in dicto cap. Raynutius.
qui ad hoc adducit quod notatur. ff. de vulgar.
& pupilla. in l. si filius qui patri.dicens hoc pro
cedere, quando ipse pupillus suus solus fuisset
hęres institutus, & eidem datus pupillaris sub-
stitutus,uel quando eidem fuisset datus cohęres
suus , & similiter substitutus pupillaris per id
quod habetur in dicta l. si filius qui patri: aliàs
65 † si fuisset datus cohęres extraneus , & tunc ipsa
eaistentia suitatis non operaretur confirmatio-
nem tabullarum pupillarium : ut est casus singu-
laris.ff.ad Trebellia.l.apud Iulianum. §.idem Iu
lianus.secundum Imolam ubi supra,qui etiam di
66 cit quòd illi dicuntur † esse sui hęredes, qui sunt
in potestate morientis , ut est filius , filia, nepos
& neptis ea filio , & deinceps omnes alii descen-
dentes per lineam masculinam,cum sint in pote-
state propter quod dicuntur quodammodo do-
mini rerum paternarum,etiam viuente ascenden
te.ff.de liber.& posthum.l.in suis.& in eos dici-
tur dominium continuari, vt ibi,quod & locum
habet non solum si sunt naturales & legitimi il-
67 li qui sunt in potestate, † sed etiam legitimi tan-
tum:vt adoptiui.C. de adop.l.cum in adoptiuis.
68 & non solum † si ipsi descendentes sint nati , sed
etiam nascituri,vt posthumi.Ad hoc quod habe
tur institu.de hęred.quę ab intest.defer.§.sui. &
institu. de hęredum qualit. & differ. §. sui , ubi
de his , de quibus plenius in dicto c.Raynutius.
69 per ipsum Imolam . Qui etiam dicit † quòd ad
hoc vt institutus ab ascendente dicatur suus suf-
ficit , quòd sit in eius potestate tempore mortis
ipsius testantis, licet alius eum pręcedat: ut est
textus notabilis. in l. qui in altera. §. inter-
dum.

70 dum.ff.de acqui.hęred.Vnde hæredum † quidam sunt in potestate, ut hodie est, cum habeant bene ficium abstinendi à prætore concessum.instit.de hæred.qualit.§.sed & his permittit.sed olim erãt sui & necessarij.prout habetur. ff.de acquir.hę-
71 red.l. necessarijs. sunt & quidam alij † qui sunt necessarij & nõ sui, ut sunt serui hæredes instituti cum libertate.C.de nece.seru.l.cum quid.sunt &
72 quidam † alij qui non sunt sui nec necessarij, sed uoluntarij, prout sunt homines liberi & extranei hęredes instituti, put patet in d.tit.de hær.qual. §.t.ubi de his.& hæc de ipso octauo,& sic de octo requisitis ad ipsam pupillarem substitutionem in dicto membro tertio positis.
73 Circa quartum quod est † quotuplex sit ipsa pupillaris substitutio, dicendum est quòd triplex est. Quædam enim est omninò expressa, ut est illa quę fit uerbis expressis conuenientibus ipsi substi tutioni pupillari, de quibus dicetur in sequenti membro. Quædam omninò tacita, ut est illa quæ continetur in expressa uulgari: ut ff. de uulg. & pup.l. iam hoc iure. Quædam autem partim est expressa & partim tacita; nã interdum est expressa in genere, sed tacita in specie, ut est illa quæ continetur in breuiloqua & compendiosa, prout & dictum fuit supra in uulgari, in qua dictum fuit quòd interdum est expressa quo ad uerba, quę referuntur ad eum cui fit ipsa substitutio, ut contigit quando dicitur, quisquis mihi hę-res erit, sit hęres filio meo, de qua. ff. de. uul-ga. et pupilla. l. qui liberis. §. hæc uerba. Non
74 tamen † est reperire ipsam substitutionem partim expressam et partim tacitam communiter quo ad casus. Nam si testator substituat pupillari ter filio suo si decesserit infra decimum annum, non extendetur ad casum in quo decedat post decimum annum.ff.de uulg.& pup.l.si ita quis.pro ut dicit Imola in d. c. Raynutius. quod & licet procedat in dicto casu, tamen interdum est reperire eam partim expressam quo ad casum prout dicetur plenius in sequenti membro.
75 Circa quintum † quod est quibus uerbis fit ipsa pupillaris substitutio; dicendum est quòd cum sit triplex, ut supra dictum est, ita & fit uerbis tribus modis conceptis, prout infra patebit. Vnde uidendum est & primò de expressa pupillari, & in ea dicendum est, prout uoluit Glos.iij.in d.c.
76 Raynutius. Quòd ipsa † substitutio pupillaris expressa fit per illa uerba, filius meus mihi hæres estò.& si hæres non erit, uel hæres erit & in pupil lari ætate decesserit, talis sit hæres, prout dicit ipsam Glo. prædicta. sed certè tunc sunt duæ substitutiones expressæ, una uulgaris,& alia pupillaris, unde una non comprehendit aliam, cum
77 † expressum faciat silere tacitum. ff. de uulg. & pup.l.cum ex filio.§.i.prout dicit in d.c.Raynutius.extra de testam.Imola dicens post Ioannem Andreę quòd expressa pupillaris fit illis uerbis. si hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, sed certè Bartol. in dicta l. secunda de uulga. & pu-
78 pills. aliter loquutus fuit dicendo, quòd † ipsa substitutio pupillaris expressa fit per uerba affirmatiua si habeatur respectus ad illum, cui fit ipsa substitutio, unde concludit ipse Barto. quòd uerba illa quæ referuntur ad illum cui fit substitutio, semper sunt negatiua, cum fiat per illa uer-
79 ba, si in pupillari ætate decesserit. cum illa uerba † si heres erit, quæ sunt affirmatiua, non sint de substantia ipsius pupillaris substitutionis, quæ fieri potest exhæredato & etiam prę terito, ut supra patet. Ad hoc. l. qui uerbis. §. hæc uerba. & l. cohæredi. §. finali. ff. de uulg. & pup. secundm Ioannem Andreæ qui cum dicto Bartol. uidetur transire. sed certe, ut uidetur tenere. Bald.in l.finali.C.de institu.& substit. & clarius.in l.precibus.C.de impub. & alijs substi.
80 si † institutio fiat pupillo per illa uerba, si filius in pupillari ætate decesserit, talis sit heres, substitutio talis erit compendiosa, licet limitata ad pupillarem ætatem, unde continet non solum pupillarem, sed etiam uulgarem expressam, pro-
81 ptere quod dicit † quòd pupillaris propriè est illa quæ fit per talia uerba, si filius hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, cum tunc contineat uulgarem omninò tacitam, ut ibi plenius per eum. cuius dictum licet uerum sit quo ad effectum de quo loquitur, uidelicet ut contineatur in pupillari expressa ipsa tacita uulgaris, cum quo ad hoc est necesse ut apponantur illa uerba affirmatiua, si hęres erit. tamen non est de necessitate ipsius substitutionis, quòd illa uerba apponantur, cum possit ipsa substitutio pupillaris fieri exhæredato & præterito, pro ut dixit Bartol. in dicta l. secunda. & bene. quod & uoluit etiam ipse Imola ubi supra, qui etiam dicit
82 † quòd posito quòd illa uerba non sint de substantia, tamen si apponantur non restringunt ipsam substitutionem, ut uidelicet non comprehendatur casus, quando uidelicet hæres non erit, & in pupillari ætate decesserit. cum talis casus comprehendatur. prout uoluit Bartol. in dicta l. secunda. per id quod habetur. ff. de acquir. hæred.l. Iulianus. & in l. pater. ff. de priuileg. creditor. Quod & satis uidetur esse de mente l. iam hoc iure ff de uulg. & pup.& hæc dę expressa pu-
83 pillari. Pupillaris † uerò omninò tacita, ut est. quæ continetur in expressa uulgari, fit per illa uerba uidelicet. si filius meus hęres non erit, talem substituo, uel talis sit hęres, cum tunc ex iuris dispositione talis substitutio contineat pupillarem omninò tacitam: ut dicta l. iam hoc iure. prout uoluit Bartol. in dicta l. secunda.& Imola ubi supra & communiter tenetur.
84 Est & quędam † alia substitutio partim expres-
85 sa & partim tacita, & tunc si est † partim expressa, & partim tacita quo ad uerba, ut est illa quę continetur in breuiloqua,& compendiosa,& illa fit illis uerbis quibus fit substitutio breuiloqua & compendiosa, de quibus in qualibet eatũ dicitur, ut dictum fuit supra in vulgari.

86 Quædam uerò est † partim expressa & partim tacita quo ad casus, & tunc licet rarò id reperiatur, cum solùm in unum casum fiat, videlicet, si decesserit in pupillari ætate, tamen si fiat infra pupillarem ætatem, id est, certum tempus. puta, si decesserit infra decem annos, non continebit aliud tempus, unde non ueniet substitutus si decedat post illud tempus. dicta l. si ita quis. prout voluit Ioannes Andreæ & Florianus in dicto cap. Raynutius. Quod & si procedat in casu prædicto, tamen si apponantur in ipsa substitutione uerba illa. si hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, erit partim expressa & partim tacita, cum comprehendat etiam casum in quo hæres, unde veniet substitutus hoc casu, licet filius non fuerit hæres, ut quia abstinuit, vt patet in dicta l. Iulianus. & hoc voluit Bartol. in dicta l. secunda. & Imola in d. c. Raynutius. sed certè hoc dictum non videtur procedere. Nam
87 substitutio † facta sub conditione, si hæres erit, cum talis conditio non sit conditio, non sit necessaria ad ipsam substitutionem pupillarem, nec ad eius effectum, ut supra dictum fuit, non videtur trahi ad alium casum non expressum, videlicet si hæres non erit, prout patet ex notatis in d. l. iam hoc iure. & in l. Gallus. §. & quid si tantū. ff. de libe. & posthum. Nisi dicatur prout dixit Bartol. & Angel. in dicta l. iam hoc iure. quòd
88 † substitutio facta in unum casum non continet alium casum: vt quia de necessitate fit expressus alius casus, sed quia lex extendit, vnde si extendit substitutionem uulgarem ad pupillarem, vel è conuerso, fortius pupillarem in vno casu expressam extendit ad pupillarem in alio casu nō expresso. Ad hoc d. l. fina. Quod procedit nisi in casu dictæ l. si ita quis.
89 Circa sextū principale, quod est † de effectibus ipsius pupillaris substitutionis, & dicendū est ꝙ ipsa pupillaris substitutio habet quatuor effectus.
90 Quorum primus † est: quia ipsa pupillaris substitutio continet in se tacitam vulgarem. ff. de vulg. & pup. l. iam hoc iure. quod uerum est quādo ipsa substitutio pupillaris est simpliciter facta: vt quia dicatur talem substituo filio meo si decesserit in pupillari ætate. cum subintelligatur tunc, ꝙ fit substitutus si non sit hæres, uel etiam si sit hæres, & in pupillari ætate decesserit, prout dicit Floria. in d. c. Raynutius. sed certè hoc casu dici potest ꝙ sit vulgaris tacita in specie, sed expressa in genere, sicut & illa quæ continetur in breuiloqua seu compendiosa, prout dicit Imola in d. c. Raynutius. & dictum fuit supra in proximo membro.
91 Si uerò ipsa † substitutio pupillaris non sit simpliciter facta, sed specialiter & specificè, ut quia dictum sit, si filius meus hæres sit, & in pupillari ætate decesserit, talem substituo, & tunc ista pupillaris continet uulgarem omninò tacitam, non ex uerbis, cum uerba non sint apta ad comprehendendum ipsam vulgarem, sed appo sita scilicet ex quadam præsumpta mente testatoris: ut d. l. iam hoc iure. Quod licet regulariter sit verum, ut tunc contineat ipsam uulgarem, ut supra, tamen fallit. &
92 Primò: † quando appareret de uoluntate testantis contraria, videlicet, quòd non uoluerit eam comprehendi expressè vel tacitè, prout est quando in utroque casu prouidisset, vt quia substituisset in casu in quo non sit hæres, & in casu in quo sit hæres, & in pupillari ætate decesserit. Nam cum resultent duæ substitutiones, uidelicet vulgaris & pupillaris, ipsa uulgaris non continet pupillarem, nec econtrà; cum expressum faciat silere tacitum. ff. de vulga. & pupilla. l. cum ex filio. §. primo. secundum Imolam ubi supra, & secundum ut dictum fuit in præcedenti membro.
93 Secundò fallit † quando superesset mater defuncti in medio, cum tunc ipsa pupillaris nō continebit tacitam uulgarem, ut dictum fuit supra in tertio effectu vulgaris.
94 Tertiò fallit: † quando esset statutum in loco disponens quòd verba testamentorum ad literam seruentur sine ulla interpretatione vel extraneo intellectu, cum tunc ipsa pupillaris non contineat ipsam vulgarē omninò tacitam, prout uoluit notabiliter Bald. C. de impube. & aliis substitut. l. precibus. ubi de hoc. de quo per eundem in l. maximum uitium. C. de liber. præter. & per Imolam ubi supra. in materia pupillari in fine sexti membri: vbi uidetur in hoc tenere contrarium, ut videlicet & tunc includatur ipsa pupillaris tacita, per id quod uoluit Bartol. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure ubi concludit † quod tale statutum solum intelligitur
95 remouere friuolam interpretationem, & non illam quę alias à iure esset approbata, vt est quòd ipsa tacita pupillaris includatur in ipsa uulgari, propter quod ut ipse Imola dicit, æquior & rationabilior est. circa quod vide notata per Bald. in l. non dubium. C. de legib. & in dicta l. maximum uitium.
96 Secundus effectus est: quia † per pupillarem succeditur ipsi pupillo directè. institu. de pu-
97 pilla. substitutio. circa principium. Sed an † tractatur ad omnia bona ipsius pupilli talis substitutio? & in hoc dicendum est, quòd aut loquimur in filio legitimo tantum, uel in adoptato seu in arrogato, & talis substō trahitur ad omnia bona peruēta ad ipsum pupillū ab ipso patre testante, ita quòd ipse substitutus mortuo ipso pupillo succedit in eis, præterquam in quarta parte, quæ debetur ipsi filio, cum in illa non ueniat substitutus, sed illi qui successuri sunt ab intestato eidem. ff. de vulgari & pupillari. l. sed & si plures. §. ad substitutos. & sequenti. secundum Imolam circa quod dicendum est prout plenius notatur in dicta l. prima. §. in arrogato. & in l. si arrogato. ff. de adoptionib.
98 Aut loquimur † in filio legitimo & naturali. & tunc, aut talis substitutio fuit facta à milite

milite. & tunc trahitur ad omnia bona ipsius
pupilli, & hoc nisi appareat quòd miles uo-
luerit substitutum admitti ad certa bona, quia
tunc ad illa admittetur, & non ad alia, prout no-
tatur in d.§.ad substitutos.& l.miles ita.ff.de te-
99 stam.milit. Aut † talis substitutio fuit facta à pa
gano, & sic non â milite, & sic trahitur ad omnia
bona ipsius pupilli undecunque eidem quæsita,
cum nō possit decedere pro parte testatus.& pro
parte intestatus. ff. de regul. iur. l. ius nostrum.
Quod procedit quando talis substitutio fuisset
facta ipsi pupillo simpliciter uel uniuersaliter in
omnibus bonis, siue sit facta per uerba directa, si-
ue per uerba communia: vt d.§.ad substitutos.&
100 in c.si pater.eod.tit.lib.vj. Si uerò † fuerit facta
in re certa, & tunc si per uerba directa mere ci-
uilia, & idem, cum & tunc trahatur ad omnia
bona ipsius pupilli.ut est casus notabilis secun-
dum unam lecturam.† in l.cohæredi.§.fin. ff. de
101 uulg.& pup. Si uerò † fuerit facta per uerba cō
munia, & tūc non trahitur ad alia bona.l.cogi. §.
& generaliter.ff.ad Trebell. secundum Imolam.
Quod & fortè locum habet quando fuisset facta
per uerba directa non ciuilia, prout ipse sentit.
& prout notatur. in d. §.fin. ubi plenius de hoc.
de quo in c.si pater.eo.tit.lib.vj.

102 Tertius effectus est: † quia quos ipse testator
potest facere instituendo suos & necessarios, po-
terit facere substituendo ipsi pupillo similiter
suos & necessarios.ff.de uulg.& pu.l.sed & si plu
res.§.quos possum. Quod est utile pro trāsmissio
ne hæreditatis quæ fit ad quoscunq; ratione sui-
tatis secundum notata.ff.de acqui.hæred. l.uen-
tre.& C.de suis & legit.l.apud hostes. prout uo
luit Bar.in d.l.ij.& Imo.in d. c. Raynutius. cum
* quibus cæteri resident. *

103 Quartus & ultimus effectus est: † quia ipsa
substitutio pupilaris expressa excludit matrem,
& quoscunque alios ascendentes præteritos, etiā
quos ipse filius præterire non posset. prout ha-
betur in l. Papinianus.§.sed nec impuberis. ff. de
inoffic.testam. & l.precibus. C.de impub.& aliis
substit.& hoc tenuit Dynus in dicta l.ij.tenendo
104 † ꝙ eos excludat etiam à legitima. Quod pro
cedit etiam hodie: ut est casus in d.c.si pater.esto
quòd aliud sit in exemplari. C.de impub.& aliis
substit.l.humanitatis. prout uoluit Bart. in dicta
l.ij.& Imola ubi supra. qui hoc tenet tendo cum
* opinione Dyni quæ communiter tenetur, * li-
cet aliud uoluerit Iacobus de Arena. & Riccar-
dus Malumbræ per d.l.humanitatis. & Guil. de
Cuneo in dicta l.precibus.& nō bene. cum dicta
105 † lex humanitatis loquatur in exemplari & nō
in pupillari. in qua ita est hodie expressum. in d.
c. si pater. nec reperitur aliquod in ea immutatū,
106 nec est fienda extensio, cum † iurium correctio
sit uitanda. de elect.c.cum expediat. in vj.& hęc
in pupillari expressa, quæ non solum excludit ma
trem sed alios ascendentes, imò & patrem eman-
cipatum, si sit facta per auum nepoti in potesta-
te detento, eadem ratione, secūdum ipsum Imo-
lam. Si uerò substitutio pupillaris sit tacita, ut
quia ista potest esse diuersimodè ut dictum fuit
supra in quarto membro principali, dicendum
est, quòd aut est in parte tacita & in parte ex-
107 pressa, aut est omninò tacita. Primo casu: † quā-
do est in parte tacita & in parte expressa, & tunc
aut quoad uerba: ut qa fuit expressa in parte uide
licet in genere, & partim tacita uidelicet in spe-
cie, ut est illa quæ cōtinetur in reciproca & cōpē
diosa, & hęc excludit matrem, prout uoluit Glo.
fina. in d.l.precibus. ubi uidetur de hoc casus, cū
108 talis † æquiperetur pupillari expressæ, prout
dixit Imola in d.c.Raynutius. unde excludit ip-
sam matrem & quoscunque alios ascendentes,
prout uoluit Bar. in l.Lucius.ff.de uulg.& pup.
109 & Imola ubi supra. Quod & locum † habet si-
militer quando est partim tacita et partim ex-
pressa; ut quia sit expressa quoad uerba, quæ re-
ferūtur ad eū q substituit, sed tacita quoad uerba
quæ referuntur ad illū cui fit substitutio: ut quia
dixit, quis mihi hęres erit, sit hæres filio meo. Nā
et ista similiter excludit ipsam matrem et alios
ascendentes, eadem ratione, sicut et comprehen-
sa in cōpendiosa uel reciproca, & fortius cū tunc
magis appareat de uoluntate ipsius testatoris, ut
uoluerit ipsum substitutū admitti. l. qui liberis.
§.hęc uerba.ff.de uulg.et pupil. secūdum Imol. unde
talis excludet ipsam matrē & similiter alios ascē
dentes alia ratione, et hoc uoluit Barto. in d.l.ii.
Ad hoc etiam quod notatur in l. in testamento.
110 C.de testam.milit. Aut est † partim expressa et
partim tacita quoad casus: ut quia ipsa pupilla-
ris substitutio fuit expressa in uno casu: ut quia
dictum fuit si filius meus hæres erit et in pupilla
ri ætate decesserit. sed tacita in alio casu, uidelicet
in quo non sit hæres & in pupillari ætate deces
serit, quem casum ipsa pupillaris expressa conti-
net: ut supra dictum fuit. & hæc substitutio taci-
ta similiter ipsam matrem excludit: quia qua ra
tione testator uoluit excludere matrem in casu
in quo filius sit hæres, eadem ratione uerisimili-
ter uoluit ipsam excludere, si ipse non sit hæres
prout Bar. in d.l.ii.& Imo. ubi supra. Quod & lo-
cum habet similiter & eadē ratione in aliis ascen
dentibus ut ipsa pupillaris eos excludat.

111 Secundò uerò casu † quando ipsa substitutiō
pupillaris est omnino tacita, ut est illa quæ cō-
prehensa est in expressa uulgari, et hęc non ex-
cludit matrem non solum si ipsa mater sit in par-
te instituta, & sic sit data cohæres ipsi filio. l. fin.
C.de instit.& substi. sed etiam si non sit in aliqua
parte instituta: ut est casus in l. precibus. C. de
impub.& aliis substitut. Vnde ipsa pupillaris in-
distinctè & generaliter ipsam matrem non ex-
cludit, & hoc tenuit Bar. in d.l.ii.& communiter
* tenetur * secundum Imolam in d.c. Raynutius.
112 Similiter & talis † substitutio pupillaris tacita
non excludit patrem ipsius pupilli, prout tenuit
* Bart. in d.l.ii.& communiter tenetur * cum ea-
dem

dem ratio sit in patre, quæ est in ipsa matre,pro
113 ut dicit Imola ubi supra. Ex his dicens † quòd si
pupillus ipse decedat superstitibus ipso patre &
matre,ambo uenient ab intestato ad hęreditatem
ipsius pupilli.C.ad Tertull. auctēn. defuncto.ut
114 plenius de iis per eum qui dicit † idem esse in
auia,ut & ipsa non excludatur per ipsam tacitam
pupillarem,prout & tenuit Bar.in d.l.ii.& com-
* muniter tenetur * cum auia succedat in locum
matris. Ad hoc quod habetur in l.nepotes. C. de
suis & legit. Quod & locum habet similiter & in
115 fratre pupilli,ut † & ipse non excludatur per ip
sam tacitam pupillarem,prout & tenuit Guil.de
Cuneo argumento l.cum acutissimi.C.de fidei-
116 commiss. Quod procedit † in fratre utrinque
coniuncto,cum talis succedat ab intestato simul
cum matre: ut d.auct.defuncto.secus si sit frater
ex uno latere tantum , cum ille non parificetur
matri.prout uoluit Raynerius de Forliuio. etiam
dictum procedit prout uoluit Bar.in d.l.ii.in fra
117 tre ipsius pupilli † ex latere matris tantum, cum
ille non sit de descendentibus ipsius testatoris
118 unde in eo non uidetur habere locum ratio † d.
l.cū acutissimi. secus si sit frater ex latere pater-
no tantum,cum in eo uideatur habere locum ra-
tio.d.l.cum acutissimi.sicut & in fratre utrinque
coniuncto, unde neuter ex ipsis excluditur,per
ipsam tacitā pupillarem, & hoc si sit substitutus
extraneus.prout uoluit Bar.in d.l.i.Imò & indi-
119 stinctè † ipse frater excluditur per ipsam tacitā
pupillarem,siue sit coniunctus ex uno latere ,si-
ue ex utroque,ut uoluit Iacob.Butrig.& Bald.in
d.l.precibus,ex eo: quia non est eadē ratio quæ
est in matre & aliis ascendētibus , cum eis debea-
tur legitima in bonis filij seu descendentis, quæ
non debetur ipsis fratribus in bonis ipsius fratris
120 decedentis. Et ideò † statutum in matre & aliis
ascendentibs non extenditur ad ipsos fratres:ar-
gumento l.iij.& l.finalis. C. de interdict. Quod
& uerius est de iure quidquid dixerit Guil.Ray-
ner.& Barto.secundum quod uoluit & ipse Imo.
in d.c.Raynutius.& bene,& Bal.in d.l.precibus.
de quibus supra dictum fuit in effectibus uulga-
* ris & communiter tenetur. *

Circa quæ aduertendum est: quia licet regula
121 riter † ipsa tacita pupillaris non excludat matrē
& alios ascendentes ut supra,tamen hoc fallit &
122 Primò. † quādo appareret de contraria mente
ipsius testatoris saltem pręsumpta uel pręsum-
ptiuè. uidelicet quòd uoluerit ipsam matrē ex-
cludi per ipsam tacitam pupillarē:nā tunc exclu-
ditur ipsa mater,prout voluit Gl.in d.l.precibus.
& Barto.in d.l.ij.& Imola.ubi supra. Quæ limi-
123 tatio † ampliatur habere locum & eadem ratio-
ne in aliis ascendentibus ut et ipsi excludantur
per ipsam tacitam pupillarem si appareat de cō-
traria mēte testantis pręsumpta. Circa quæ cadit
124 dubitatio † primò per quot testes requiratur
quod probetur de contraria mente,& in hoc di-
cendum est quòd ad probandam ipsam uolunta-
tem contrariam pręsumptam requiruntur septē
testes si teneatur quòd tacita pupillaris non in-
cludatur in ipsa uulgari expressa ; quando ma-
ter est in medio per notata in l.hæredes palam.§.
si quis post.ff.eod.tit.aliàs si teneatur quòd in-
cludatur sed nō habeat effectum contra matrem,
* prout communiter tenetur * & uerius est,& tūc
sufficient ad probandam ipsam contrariam uo-
luntatem duo testes,cum tunc agatur de uolun-
tate declarāda per id quod habetur in d.§. si quis
post.& ff.de leg.iii.l.cum proponebatur. secun-
dum Imolam ubi supra.
125 Secundo cadit dubitatio,qualiter † de ipsa cō-
traria mente pręsumpta possit apparere,& in hoc
dicendum est quòd apparere potest ex uariis &
diuersis coniecturis,de quibus per Barto. in d.l.
ii.& per Bald.in d.l.precibus & Imolam ubi su-
pra. Ex quorum dictis recolligēdo, dici potest ꝙ
de tali mente contraria apparere potest quatuor
modis , seu ex quatuor coniecturis ex his resul-
tantibus.
126 Et primò † ex uerbis prolatis per ipsum testa-
torem extra testamentum, puta,si dixit anteaquā
faceret testamentum,quòd si filius suus morire-
tur ipse nollet quòd mater sua haberet unum obo
lum de bonis suis,in qua uoluntate præsumitur
mansisse tempore testamenti argumento.l. Titia.
§.idem respondit.ff.de uerb.oblig.& quod nota-
tur.ff.de legat. i. in l. si quis in fundi uocabulo.
Imò & idem si talia uerba protulisset post testa-
mentum etiam ex interuallo,prout dicit Bald. in
127 d.l.precibus. Cum † actus quantuncunque per-
fecti recipiant formam declaratiuam : ut d.l.hę-
res palam.§.sed si notam.
128 Secundo modo † apparere potest de ipsa cō-
traria mente ex uerbis prolatis in testamento,ut
est si ipse testator in testamēto relinquat aliquid
matri ipsius pupilli,& iubeat eam esse tacitam &
contentam,& plus de bonis suis petere non pos-
sit,prout uoluit Bar.in d. l. ii.dicens hoc proce-
dens quando sic reliquisset ipsi matri à substitu-
to ipsius pupilli : argumento.l.pero.ff.de leg. ij.
Secus si fuisset sibi relictum ab ipso pupillo.per
notata.ff. de legat. iij. in l. Paulo Callionacho.
Imò & plus dicit Bald.in d.l.precibus,quòd &
idem esset si pater relinquat matri ipsius filij post
mortem ipsius filij aliquid taxatiuè , puta, si di-
cat , relinquo ipsi matri post mortem ipsius filij
decem tantum ,uel decem simpliciter , cum uim
taxatiuæ habeat,appositum enim ad diminuen-
dum.l.alimenta.§.Basilicæ.ff.de alim.& cib. leg.
Imò & si testator relinquat uxori decem si non
nupserit,uel decem annuatim quousq; non nu-
pserit & uidualem uitam seruauerit,& tunc sicut
excluditur à tali relicto si trāseat ad secunda uo-
ta.ita et excludatur ab hæreditate ipsius pupilli ex
ipsa pupillari tacita inducta ex pręsumpta men-
te testātis.prout uoluit Bar. in d.l.ii.et Bal. in d
l.precibus. Quod tñ nō vř de iure ꝓcedere in di-
cto casu,ex quo fuit relictum à pupillo,et non ab
eius

eius substituto, ut supra. Et ētiam quia tūc agitur de
excludendo matrē à legato,& sic à parte bonorū
testatoris,quod non est,quando agitur de exclu-
129 dendo eam per † ipsam tacitam pupillarem,cū
tunc agatur de excludendo eam à successione fi
lij sui pupilli,ad quam de iure uocatur ab intesta
to:ut in d.auctĕn.defuncto.C.ad Tertullia. Vn-
de non est eadem ratio in excludendo eam ab ip-
sa hæreditate pupilli, quę est in excludendo ab
ipso relictum propter transitum ad secunda uota,
secundum Imolam in d. c. Raynutius.qui etiam
130 dicit † similiter non procedere dictum Angeli,
qui tenuit in d.l.ij. quòd si nihil sit relictum ma
tri si ipsa transeat ad secunda vota,tunc tacita pu
pillaris admittetur contra eam:quia per talē trā-
131 situm uidetur fecisse † iniuriam filiis,in auctĕn.
de non eligen.§.Gregoria.& quia ex hoc uide-
132 tur † contristari memoria defuncti. in auct. de
nupt.§.sin autem tutelam.collatio.iiij.Tale enim
dictum Angeli non videtur de iure procedere,
133 cum non probetur iure. Et quia † mater per
transitum ad secunda uota non priuatur succes-
sione filii defuncti dummodo petierit tutorē da
ri. ff.ad Tertull.l.ii.§.si mater. & eadem ratione
non priuatur hoc casu. Nec obstat ratio ipsius
134 Angeli. cum † non quælibet iniuria inducat
priuationem legati uel hæreditatis, cum requira
tur quòd sit grauis prout notatur.ff.de adimend.
leg.l.iij.secundum ipsum Imolam,ut plenius ubi
✻ supra per eum, quod & communiter tenetur. ✻
135 Tertiò hoc † apparere potest ex conditione
ipsius matris, ut si ipsa mater erat multum inimi
ca ipsi testatori,ut quia habebat in honestā ami-
citiam cum aliquo scholari,cum tunc uerisimili-
ter noluerit ipsam venire ad hæreditatem ipsius
pupilli,propterea excluditur per ipsam tacitam
pupillarem:ut uoluit Barto. in d.l.ij. argumento
l.iij.ad finem.ff.de adimen.lega.Quod & locum
136 habet † si inhonestam amicitiam duxisset igno-
rante testatore,ita quòd si sciuisset, noluisset ip-
sam habere huiusmodi hæreditatem pupilli, per
id quod voluit Gloss. notabilis in l.fideicommis-
sum.C.de fideicommiss. secundum Imolam ubi
supra.Et plus:quia si post mortem testatoris di-
ctam inhonestam uitam seu amicitiam habuisset
cum eo,idem esset,prout uoluit Barto. in d.l. ii.
Ad hoc quod notatur per Glo. in l. sororem.C.
de his quibus ut indigni. Sed certè hoc casu non
excluditur ex ipsa præsumpta mente,cum iam fi-
137 nita sit per mortem.Sed bene,† poterit ab ipsa
hæreditas pupilli auferri tanquam ab indigna,
per id quod habetur in d.l.sororem.& l. hæredi-
tas. C.de his quib.vt indig.& hoc voluit Bald.in
l.precibus. vbi Franciscus de Ramponibus hoc
idem tenuit secundum Imolā.secundum quē hoc
idem voluit Bar.in l.i.ff. de his quib. ut indign.
vt plenius per ipsum Imolam. Secundum quem
ipsa mater similiter excluditur per ipsam tacitā
pupillarem, si transeat ad secunda uota nō petito
tutore,per id quod habetur in d.l.iij.§. si mater.
imò habetur per inde ac si non esset capax hære-
ditatis ipsius pupilli.si eidem tutorem non petiit
unde admittetur substitutus ac si ipsa nō superes-
set,prout voluit Bal.in d.l.precibus.& Imola vbi
✻ supra,& communiter tenetur. ✻
138 Quarto & ultimo modo † hoc apparere pōt ex
conditione ipsius substituti: ut, quia est substitu
ta mater ipsius testatoris, uel filius ipsius testato-
ris frater ipsius pupilli, prout uoluit Glos. in d.
l.precibus.& Barto.in d.l.ij.dicens plures Docto
res hoc tenere.adducens quod notatur. ff. de hę-
red.insti. l. Lucius.& C. de fideicommis.l. cum
139 acutissimi. dicens hoc uerum † in fratre ipsius
pupilli, cum aliud sit in fratre ipsius testatoris:
argumento l.iij.ff.de lega.j. sed imò & nec frater
ipsius pupilli excludit ipsam matrem ipsius pupil
li,cum maior ratio sit in matre ipsa, cui est debita
legitima,quàm in ipso fratre,cui non debetur ip-
sa legitima,per quod uidetur quod talis frater pu
pilli non excludat matrem pupilli, per ipsam ta-
citam pupillarem.& hoc tenuit Bald. in d.l.pre-
cibus.uersicu.circa tertium,quod & forte uerius
140 est de iure. ex quo † iura dicunt simpliciter &
indistinctè quòd tacita pupillaris non admit-
titur contra matrem secundum Imolam in d.c.
141 Raynutius. qui dicit quòd licet hæc opinio † sit
uerior de iure,tñ durum est recedere ab opinio-
✻ ne Glos. & Bar. ex quo illa cōiter approbatur. ✻
142 Quod & † locum habet similiter & in matre
ipsius defuncti,ut ipsa substituta ex tacita pupil
lari non excludat matrem pupilli, eadem uel ma
iori ratione,licet Bart.aliud uoluerit in d. l. ii.&
143 non bene.cū † in successione ipsius pupilli, ma-
ter ipsius pupilli eidem pręferatur.ut in auct. de-
functo.C.ad Tertu. secundum Imolam. Quod &
uoluit etiam Bald.in d.l.preces.& hæc de quarto
& ultimo effectu ipsius pupillaris,& sic de sexto
principali membro.

Circa septimum principale membum quod est
quando, & quomodo finiatur seu extinguatur
ipsa pupillaris substitutio, de quo per Barto. &
Glos.in l. in pupillari. ff. de uulg. & pup. & per
Imolam in d.c. Raynutius.ex eorum dictis recol
ligendo:Dicendum est quòd ipsa pupillaris sub-
stitutio finitur seu extinguitur decem modis. &
144 Et Primo † pubertate adueniente: ut d. l. in
pupillari.quod est eo ipso quòd ingreditur ulti-
mam diem anni decimi quarti si est masculus, si
uerò fœmina eo ipso quòd ingreditur ultimam
diem anni duodecimi, cum tunc incipiant posse
testari.ff.de testam.l.qua ętate.
145 Secundo finitur † si testator faciat aliud testa-
mentum ualidum, cum per illud reuocetur pri-
mum testamentum,& contenta in eo. ff. de uulg.
& pupill.l.si quis enim.§. fina. secus si faciat aliud
inualidum & non solenne, per id quod habetur
in l.si iure.ff.de leg.iij.prout uoluit Barto. in d.l.
in pupillari. & Imola in d.c. Raynutius.
146 Tertio finitur † natiuitate posthumi præte-
riti.ff. de uulg. & pupil. l. si pater filium, quod
procedit

procedit de iure antiquo, cum hodie conseruetur per auctén. ex causa. C. de liber. preter.

147 Quarto finitur † si testamentum per querelam in totum rumpatur. ff. de inoffici. testam. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. quod hodie locum non habet, cum conseruetur per d. auctén. ex causa. ut uoluit Barto. in d. l. in pupillari.

148 Quinto finitur † si irritetur ipsum testamentum per contratabulas ante aditam hæreditatem prout & tenuit Nicolaus Alexandri in tractatu pupillaris, per id quod habetur in l. illud. ff. de contratabul. & in l. ut liberis. C. de collat. Sed hoc dictum non uidetur de iure procedere cum

149 † testamentum non annulletur per contratabulas de iure ciuili: prout patet ex notatis per Barto. in d. l. illud. & per Angel. in l. ex duobus. §. finali. ff. de contratab.

150 Sexto finitur † si non adeatur hæreditas ex testamento paterno, quod intellige ut dictum fuit supra circa octauum requisitum ad pupillarẽ substitutionem.

151 Septimo finitur † adueniente tempore apposito in ipsa substitutione pupillari, si minus tẽpus fuit appositum, ut si decesserit infra decimum annum: ut patet in. l. si ita quis. ff. de uulg. & pup.

152 Octauo finitur † ex defectu conditionis extrinsecæ in ipsa substitutione appositæ. l. sed & si plures. in principio. ff. de uulg. & pup.

153 Nono finitur † ex superueniẽtia liberorũ; ut si ille pupillus liberos habeat, cum in pupillari ætate contrahere possit matrimonium, & habere filios, malitia supplente ætatem. prout notatur de spon sal. impub. cap. nobis. & c. de illis. Ad hoc etiam quod notatur per Glos. xx. q. i. in summa. & hoc uoluit Barto. in d. l. in pupillari. de uulg. & pupilla. & Imola ubi supra. Quod procedit secundum canones cum de iure ciuili in tali ætate matrimonium contrahi non possit. instit. de nuptijs. in principio, quod uoluit Bald. in l. humanitatis. C. de impub. & aliis substit.

154 Decimo finitur † capitis diminutione; quod procedit non solum si sit maxima: ut quia ipse pupillus doli capax efficiatur seruus pœnę. uel magna: ut quia deportetur. ff. de testam. l. eius qui. et ff. de testa. tut. l. si arrogatori. In istis enim casibus finitur ipsa pupillaris substitutio, licet aliud sit in fideicommissaria, prout notatur. ff. de iure fisc. l. Statius. §. Cornelio. ut uoluit Imola ubi supra.

155 Sed etiã finitur † minima capitis diminutione ipsa pupillaris, ut est si ipse pupillus dedit se in arrogationem alteri, cum non transeat, cum tunc transeat in alterius potestatem. l. nec ei.

156 §. eorum. ff. de adop. Sed licet tunc de iure † finiatur, tamen quantum ad effectum non finitur, cum ipse substitutus ex substitutione expressa uel tacita petere possit bona quæ pupillus ipse habebat tempore arrogationis. l. nec enim. & l. his uerbis. ff. de adopr. prout uoluit Bartol. in d. l. in pupillari. & Imola in dicto cap. Raynutius. qui

157 dicit † idem esse in emancipatione, ut ex ipsa ẽt capitis diminutione minima. l. fi. ff. de capi. dimi. finitur ipsa pupillaris de quo supra in quinto requisito ad pupillarem, ubi etiam dictum fuit plenius de ingressu monasterij, an per ipsum ingressum finiatur ipsa pupillaris, de quo per Barto. in d. l. in pupillari. & hęc de septimo & ultimo membro principali ipsius substitutionis pupillaris.

AD TERTIAM PARTEM SUBstitutionum uidelicet exemplarem.

SUMMARIUM.

1 ☞ *Substitutio exemplaris quare sic dicatur. nu. 7.*

2 *Substitutionis exemplaris quæ fuit causa. nume. 9. 12. & 14.*

3 *Substitutio exemplaris quæ, & quot requirat. n. 16.*

4 *Substitutio exemplaris quotuplex sit, & quibus uerbis fiat. nu. 96.*

5 *Substitutionis exemplaris quotuplex, et quis sit eius effectus. nume. 109. 110. 113. 115. 119. 125. 129. & 130.*

6 *Substitutio exemplaris quibus modis finiatur. num. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. & sequentibus.*

8 *Nominum magistralium non est curandum.*

10 *Parentes posse capere consilium pro eorum liberis mentecaptis, & de eorum successione disponere humanum est.*

11 *Substitutionis pupillaris causa fuit patria potestas.*

12 *Substitutio pupillaris moribus inducta fuit.*

13 *Substitutio pupillaris inducta fuit ad prouidendum ei qui propter ætatem sibi prouidere nõ poterat.*

17 *Substitutio exemplaris ut fieri possit, requirit quòd ille cui fit sit de liberis. quinimò quòd sit naturalis & legitimus. nu. 24. etiã si legitimus sit per arrogationem uel adoptionem. nume. 25. & 26. imò & sufficit quòd sit naturalis tantũ. nu. 27. & 28.*

18 *Parentes non solum masculi sed etiam fœminæ substituere possunt exemplariter, & quare.*

19 *Mater et alij ascẽdentes per lineam fœmininã substituere non possunt pupillariter. & quare ibidem.*

20 *Filius non potest exẽplariter patri mẽtecapto substituere uel furioso, etiam si ipse filius sit sui iuris.*

21 *Frater exemplariter substituere non potest fratri mentecapto.*

22 *Maritus exemplariter substituere non potest uxori mentecaptæ.*

23 *Filius frater, maritus exemplariter substituere possunt patri, fratri, uxori mentecaptis quando hoc eis id princeps concederet.*

24 *Mater non habet filium in potestate.*

29 *Mater naturalis & legitima quæ ad secunda uota non transiuit exemplariter substituere põt filio pupillo. nu. 30. contra quod. nu. 32. 33. & 34.*

31 *Pater põt filio pupillo exẽplariter substituere quãtumcunq; super induxerit ei nouercã & quare.*

Intellectus

33 Intellectus ad l.humanitatis.C.de impube. & alijs substit.nu.119.123.& 128.

34 Pater naturalis tantum an filio pupillo exemplariter substituere possit,nu. 35. & 36. Quid autem in spurio,uel ex damnato coitu.nu.38. & 39.

37 Substitutio exemplaris ut fieri possit, requiritur ut eidem cui fit relinquatur legitima.

Mater illustris an exemplariter substituere possit filio pupillo uulgo quæsito,uel naturali tantum,quid in nato ex damnato coitu?nu.38.& 39.

39 Spurius uel ex damnato coitu procreatus à patre institui non potest.

40 Pater potest filio spurio uel ex damnato coitu procreato uulgariter substituere.

Substitutio exemplaris ad hoc ut fieri possit requiritur quòd ille cui fit sit mente captus.quid autem in furioso dicendum.nume.41. ubi distinguitur de prolixo & breui furore,& pōderatur quando ex morbo uel ex uoluntate.nu.42.& 43.

43 Prodigo an exēplariter substitui possit.n.44.& 68.

45 Muto & surdo an à patre exemplariter substitui possit.nu.47.

46 Legis prouisio ad casum similem ubi eadem est ratio se extendit.

48 Minori xxv. annis substitui exemplariter potest sicut prodigo si stat statutū quod testari non possit.

49 Substitutio exemplaris ut à parente fieri possit, requiritur quòd filius mentecaptus seu demens cui substituitur non sit impubes & in potestate, & id quare,quod restringitur. nume. 51. exemplificatur.nu.52.53.& 54.

54 Naturalis defectus præualet accidentali.

55 Substitutio exemplaris ut fieri possit requiritur quòd parens qui uult substituere sit bonæ & honestæ uitæ alias secus.quod restringitur.nu.56.

57 Substitutio exēplaris ut fieri possit,requiritur quòd ipse parens sibi ipsi possit facere testamentū: aliàs secus.ubi quid in patre monacho et matre monali.

58 Substitutio exemplaris ut fieri possit,requiritur non solum quòd parens sibi possit facere testamentum, sed quòd illud faciat.quod est regulare.num. 59. tamen fallit ut infra.

60 Miles exemplariter filio substituere potest, etiam si sibi non condat testamentum,& id quare.

61 Miles exemplariter substituere non potest filio si eū exhæredat.sicut nec paganus.

62 Substitutio exemplaris necessariò non habet fieri unà cum testamento,cum ex interuallo fieri possit.

63 Substitutio exemplaris in codicillis fieri non potest.

64 Substitutio exēplaris ut fieri possit,requiritur quòd ille cui fit non sit in potestate alterius decasurus, uel quòd propter alium sibi ne posteà possit facere testamentum.

65 Furiosus quando de crimine inquiri & condemnari poßit,& in eum exequi, pulchra distinctio.num. 66.67.69.& 70.

Furioso condemnato de crimine ante furorem,et propterea effecto intestabili,an exemplariter substitui poßit.& numeris sequentibus

71 Substitui ut poßit exemplariter mentecapto seu non sanæ mentis, requiritur quòd ille sit institutus saltem in legitima uel in minus.nu.73.licet secus in substitutione pupillari.nu.72.

74 Substitutio exemplaris ut ualeat,requiritur ut non solum morte ipsius furiosi uel mentecapti sit ipsa confirmata, sed etiam morte ipsius substituentis suum testamentum sit confirmatum.Quid autem si simul parentes sic substituunt, & alter postea decedat.nu.75.

76 Substitutio exemplaris ut confirmetur,non requiritur quòd substituentis hæreditas sit adita,sicut in pupillari.sed peti habet bonorum possessio secundum tabulas,nu. 77.& 78. quod restringitur.nu. 79.& 80.quod iterum reuocatur in dubium & discutitur.nu.81.& 82.

82 Testamentum assumere potest uires & effectum ab ipsa substitutione uulgari tacita comprehensa in exemplari, sicut ex uulgari tacita comprehensa in pupillari.

83 Substitutione exemplari facta,si filius mentecaptus uiuo patre decedat an ipsa expiret.

84 Substitutio exemplaris ut ualeat, an requiratur quòd filij mentecapti cui substituitur substituantur, & omnes uel alter. Quid si dementes erunt?quid in auo? nu.85.& 86.Quid si adsunt filij naturales uel ex damnato coitu,uel fratres & utroque uel uno latere coniuncti?nu.89.90.91.& 92. Quid si hos non habeat sed matrem?nu.93.

85 Frater tenetur alimentare fratrem inopem.

86 Substitutio exemplaris an matrem excludat. nume. 125.126.127.& 128.

Intellectus ad l.in concubinatu.ff.de concub. & nume.147.

95 Parentes non existētibus filiis uel fratribus filij mētecapti licet ad libitum eis exemplariter substituere posiint, non tamen semetipsos.

97 Substitutio exemplaris quædam est expressa. numero. 100.

98 Substitutio exemplaris quædam est omnino tacita. nume. 102.

99 Substitutio exemplaris quædam est partim expressa & partim tacita.nu.105.

101 Substitutio exemplaris ut subsistat, necessario non requiruntur apponi illa uerba, uidelicet : si hæres erit.

103 In dubio non uidetur cogitatum de casu aduersæ fortunæ liberi hominis.

104 Specialia duo prouenientia ex eadem causa concurrere non possunt:secus si ex diuersis causis.

106 Substitutio exemplaris datur partim expressa & partim tacita, uidelicet expressa in genere & tacita in specie.

107 Substitutio exemplaris partim expreßa & partim tacita aliquando dicitur quoad uerba. exemplificatur.

108 Substitutio exemplaris datur partim expressa & partim tacita quoad casum & id quomodo.

110 Substitutio exemplaris expressa continet in se tacitam uulgarem,et hoc quando fit certis uerbis. de quibus etc.nu.112.quod restringitur.nu.111.

113 *Substitutio exemplaris expressa continet in se pupillarem tacitam & tacitam uulgarem, & hoc quomodo, imò quandoque fideicommissariam. numero 114.*

115 *Substitutionis exemplaris effectus inter alios est: quia per eam succeditur directo ipsi furioso seu mentecapto. qd restringitur in facta à parētibus legitimis & naturalibus uel naturalibus tantū, uel legitimis tantū. nu. 116. Secus si ab extraneis. nu. 117. ponderatur tamen quando est facta in re certa. uel in uniuersum. Item per uerba cōmunia seu directa ciuilia. nu. 118. quando autem trahatur ad omnia bona undecunque quæsita discutitur. numero 119.*

120 *Substitutus exemplariter à patre honestæ uitæ præfertur substituto à matre turpi personæ et ecōtrà. quod declaratur. nu. 121.*

122 *Parentes uiles et turpes personæ, si eis est bonorum administratio interdicta, exemplariter substituere non possunt.*

123 *Substituentium exemplariter dato concursu præfertur proximior. quod restringitur in matre. & numero 124.*

129 *Substitutio exemplaris cum iure accrescendi unita est transmissibilis etiam ea non agnita.*

130 *Pater quos sibi suos & necessarios facere potest, potest & furioso & mentecapto sicut filio suo pupillo exemplariter substituendo.*

145 *Intellectus ad l. ex facto. ff. de uulg. et pup. n. 147.*

149 *Filij naturalis super ueuientia regulariter nō rumpit testamētum. multo minus per natiuitatem spurij. ibidem.*

150 *Substitutio exemplaris regulariter rūpitur per natiuitatē filij legitimi et naturalis, ipsius filij furiosi.*

151 *Substitutio exemplaris nō expirat ob superuenientiā filij nō sanæ mentis ipsius furiosi cui facta est.*

152 *Substitutio exemplaris an expiret superuenientia filij ipsius furiosi si ante mortem parētis decedat.*



NDE videndum est de tertia specie substitutionis, quæ est exemplaria siue exemplaris, de qua per Barto. & Angel. in l. ex facto. ff. de uulg. & pup. & ibi per Imolam. & per Bald. in l. humanitatis. C. de impub. & aliis substit. & per Imolam in c. Raynutius. de testam. circa quam & pro eius declaratione omisso eorum ordine, sed recolligendo ex eorū dictis uidendū est de sex.

1 Et primò, † quare substitutio exemplaris sic
2 dicatur. Secundò † quæ fuit causa ipsius substi-
3 tutionis. Tertiò † quæ, & quot requirantur in
4 ipsa substitutione exemplaria. Quartò † quotuplex sit ipsa substitutio exēplaria, & quibus uer-
5 bis fiat. Quintò † quis & quotuplex sit eius ef-
6 fectus. Sextò † quibus modis finiatur. Quibus uisis & discussis apparebit in quo conueniat cum pupillari, & in quo non conueniat.

7 Circa primum, † quod est quare sic dicatur, dicendum est prout dicit Glo. in d. c. Raynutius. quòd exemplaria seu exemplaris dicitur: quia introducta fuit ad exemplum substitutionis pupillaris. C. de impube. & aliis substit. l. humanitatis. & instit. de uulg. & pup. §. qua ratione. Sed certè secundum hoc dici debuit potius exemplata quàm exemplaris. per notata. ff. de fide instrumento. l. iij. & ff. de bono. poss. secundum tabul. l. i. §. si quis in duobus. propter quod Gulielm. de Cuneo in d. l. ex facto, prout refert Bartol. ibi & Florianus. in d. c. Raynutius. quòd est potius no-
8 men† magistrale, de quo curandum non est. C. de constit. pecun. l. ii. & c. petitio. de procura. & ita resìdet Imola ubi supra. Sed quidquid dicat dici potest quòd ipsa substitutio exemplaris, licet fiat ad exemplum pupillaris propter quod appellatur exemplaria seu exemplaris, tamen est species de per se, unde non potest dici exemplata. cum exemplata dicatur illa quæ exemplatur ex alia, propter quod dicitur eadem, prout uoluit Bar. in d. l. ex facto. & Bald. in d. l. humanitatis. Ad hoc l. unum. ff. de testam.

9 Circa secundū† φ est, quæ fuerit causa ipsius substitutionis, dicendum est, φ aut quæritur de causa productionis & inuentionis, & dicendum
10 est in hoc quòd fuit humanitas, cum † humanū & æquum sit quòd parentes capere possint consilium pro eorum liberis mentecaptis, & de eorum successione tractent & disponant: ut d. l. hu-
11 manitatis. ubi Bal. hoc noluit. & in hoc differt† à pupillari, cuius causa non fuit ipsa humanitas, sed patria potestas. prout patet ex notatis. in d. l. ii. ff. de uulg. & pupill.
12 Aut quæritur † de causa efficienti, & causa efficiens fuit ipsa lex seu princeps qui eam induxit: ut d. l. humanitatis. & sic fuit inducta à iure
13 ciuili, & in hoc differt à pupillari, quæ † moribus inducta est: ut patet in d. l. ii. & hoc uoluit Barto. in d. l. ex facto. Aut quæritur de causa fina-
14 li, &† causa finalis fuit ut prouidere posset ei qui sibi prouidere nō poterat, ex eo: quia erat mentecaptus uel furiosus, & in hoc differt à pupilla-
15 ri, quæ† inducta fuit ad prouidendum ei qui propter ætatem prouidere sibi non poterat, licet cōueniant in hoc: quia utraq; fuit inducta ad prouidendum ei qui sibi prouidere non potest.

16 Circa tertium † quod est quæ, & quot requirantur in ipsa substitutione exemplaria, & ut fieri possit, dicendum est, quòd requiruntur duodecim.

17 Et primò † quòd ille cui fit talis substitutio exemplaria sit de liberis, ut patet in d. l. humanitatis. nec refert an sint liberi primi gradus uel ulteriores, ut patet ibi, uel sint nati uel nascituri prout uidetur uelle Bal. in d. l. humanitatis. dicens quòd etiam posthumo fieri poterit ipsa substitutio exemplaria, et ualebit ut exemplaria, si decedat post pupillarem ætatem ipse furiosus seu mentecaptus ut ibi, & in hoc uidelicet quòd sit de liberis, conuenit ipsa exemplaria cum pupillari, et cum requiratur quòd ille cui fit talis sub-

stitutio

ſtitutio ſit de liberis,in conſequentiam requiſi-
tur quòd ipſe ſubſtituens ſit de parentibus. Pa-
18 rentes † enim ſubſtituere poſſunt exemplariter,
non ſolum ſi ſint maſculi,ſed etiam ſi ſint fœmi-
næ, cum non ſolum pater uel auus poſsit exempla
riter ſubſtituere, ſed etiam mater uel auia & alii
aſcendentes.prout uoluit Bart.in d.l.ex facto. &
clarius Bal. in d.l. humanitatis.p d.l.ubi plenius
de hoc.& in hoc nõ conuenit ipſa exẽplaria cum
19 pupillari, cum † mater & alij aſcendentes per li-
neam fœmininam ſubſtituere non poſsint pu-
pillariter, prout patet ſupra in pupillari ſubſti-
20 tutione. Ex quibus † infertur ꝙ cum requiratur ꝙ
ſubſtituens ſit parens ſeu de parentibus, & il-
le cui fit ſubſtitutio ſit de liberis, non poterit fi-
lius ſubſtituere exemplariter patri mentecapto,
uel furioſo, etiam ſi ipſe filius ſit ſui iuris. Non
enim hoc reperitur iure cautum, & hoc uoluit
Barto.in d.l.ex facto. & Bald. in d. l.humanita-
tis. ubi etiam dicit, quòd ſimiliter non poterit
21 † frater ſubſtituere fratri furioſo ſeu mẽtecapto.
22 Nec maritus † uxori,cum non ſint de liberis &
parentibus,quibus hoc cõceditur & indulgetur,
quod extendi non debet:argumen.l.ſi verò. §. de
uiro.ff.ſol.mat.& prout voluit Bald.in d.l. huma
23 nitatis.ubi videtur uelle,quòd hoc procedat † niſi
hoc concedatur à principe,cum poſsit cõcedere;
ut d.l.ex facto.vbi de hoc.
24 Secundò requiritur, † quòd ille cui fit talis ſub
ſtitutio exemplaria non ſolum ſit de liberis ut ſu
pra,ſed etiam ſit naturalis & legitimus,ut patet in
d.l.humanitatis. uel legitimatus tantum, prout
voluit Barto.in d.l.ex facto. per l.ſi arrogator.ff.
de adoptionib.& l. ſed & ſi plures.§.in arrogato.
ff.de uulga.& pupill.& in hoc conuenit ipſa exẽ
plaria cum pupillari: ut patet ſupra in pupillari.
25 Quod uerum † intellige in legitimo per arroga
tionem uel adoptionem, eo caſu quo adoptatus
tranſit in poteſtatem ipſius adoptantis,cum tunc
poſsit pupillariter ſubſtitui, vt in dictis iuribus.
26 Aliàs † ſi non tranſiret in poteſtatem adoptantis,
& tunc ſimiliter erit idem quod in pupillari. Nã
ſicut tunc non poteſt eidem pupillariter ſubſti-
tui:ut d.l.ij. ſimiliter vt non poterit eidem ſub-
ſtitui exemplariter, cum non debeatur eidem le-
gitima,vnde non poteſt eidem exemplariter ſub
ſtitui:ut dicta l. humanitatis. ſecundum Imolam
27 in dicto cap.Raynutius.Imò & plus: † quia ſi ali-
quis de ipſis liberis ſit naturalis, ſed non legiti-
mus,nihilominus poterit ipſe pater eidem exem
plariter ſubſtituere,cum & illa fieri poſsit per ma
28 trem. Quæ † non habet filium in poteſtate:ut d.
l.humanitatis.& hoc tenuit Bart.in d.l. ex facto.
dicens in hoc differre exemplariam ab ipſa pupil
29 lari.Quod procedit † in matre ut poſsit exempla-
riter ſubſtituere ſi ſit naturalis & legitima, ut di-
30 cta l.humanitatis. & hoc † niſi tranſiuerit ad ſe-
cunda uota,cum & tunc non poſsit, cum eidem
interdicta ſit adminiſtratio:ut in autẽn.matri &
auiæ.C.quando muli. tut. offic. fung.poſſ. prout
uoluit Barto.in d.l.ex facto.ubi Angel.hoc idem
31 tenuit, dicens † aliud eſſe in patre, cum & ipſe
poſſit exemplariter ſubſtituere quantuncunque
ſuper induxerit nouercam, cum eius animus ſit
cõſtantior.Ad hoc auct.hęc quoque.C.de reuoc.
donat.ſecundum Imolam.ubi ſupra. Qui tamen
32 dicit † de iure dicendum eſſe aliud ut & ipſa ſub
ſtituere poſſit ꝓut & pater poteſt, ſaltem ſi petiit
curatorem dari ipſi mente capto anteaquam tran
ſeat ad ſecunda uota, cum tunc non priuetur
ſucceſſione filii.ff.ad Tertull.l.ij.§.ſi mater. & §.
filiis.& multo minus priuari debet poteſtate ſub
ſtituendi, cum talis tendat ad cõmodum ipſius
33 filij.& quia d.l. † humanitatis. generaliter & in-
diſtinctè loquitur,proper quod dici poteſt,quòd
etiam ſi non petierit curatorem dari, nihilomi-
nus ipſa mater poterit ſubſtituere exemplariter.
Quod procedit in matre legitima & naturali:ſe-
34 cus uerò ſi † ipſa mater ſit naturalis tantũ,& ſimi
liter pater.Sed in patre naturali dicendũ eſt quid
quid dixerit Bar.& Ange.in d.l.ex facto.ꝙ ipſe
35 pater † non poterit ſubſtituere exemplariter fi-
lio naturali, cum non teneatur eidem ad aliquã
legitimam:prout habetur.ff.de leg.ij.in l.vxorẽ.
§.pater naturalis.& ff. de bo.poſſ.contr.tabu.l. j.
36 §.j.& ibi per Gl. Vnde † cum non debeatur legiti
ma ipſi filio naturali,non poterit ipſe pater eidẽ
37 exemplariter ſubſtituere,cum ipſa † ſubſtitutio,
ut fieri poſsit requiratur, ut eidem cui ſubſti-
tuitur relinquatur legitima:ut d.l.humanitatis. ſe
cundum Imolam in d.c.Raynutius. Qui dicit idẽ
dicẽdum in matre naturali ſi ſit illuſtris, ut & ip-
ſa exemplariter ſubſtituere non poſsit, eſto quòd
aliud ſit aliàs,ſi non ſit illuſtris ſed naturalis, per
id quod habetur.C.ad ſenatuſconſ.Orficia.in l. ſi
qua illuſtris.& inſtitu.eodem titu.§. nouiſsimè.
38 Si verò † ipſe filius ſit ſpurius,& tunc non poterit
pater ſubſtituere exemplariter,prout uoluit Bar.
in d. l.ex facto. ex eo:quia tunc non eſt nomina-
tus filius. C.de natu. liber. auctẽn.ex complexu.
39 Quod procedit † in ipſo ſpurio non ſolum ſi ſit
natus ex damnato coitu, ut tunc ſubſtituere non
poſsit, cum & tunc non poſsit etiam ipſa ma-
ter eadem ratione, ut ſupra, ſed etiam ſi ſit uul-
go conceptus, nam cum non poſsit inſtitui per
ipſum patrem.l. ſecunda. C.de hæred. inſtituen.
non poterit eidem per ipſum patrem exemplari-
40 ter ſubſtitui, licet † vulgariter ſubſtitui poſsit.
prout vult Bal.in d.l.humanitatis.& Imo.in d.c.
Raynutius.ut ſupra patet.& in hoc conuenit ip-
ſa exemplaris cum pupillari,ut ſupra.
41 Tertiò requiritur † quòd ille cui fit dicta ſub-
ſtitutio exemplaris ſit mentecaptus: ut dicta l.
ex facto. & d.l. humanitatis. Quod intellige de
mentecapto largo ſumpto uocabulo pro omni
penitus inſipiente, ut ſic comprehendat de men-
tiam ſenã & quietã prout dicit Bal.in d.l.huma-
nitatis.vbi ex hoc vr̃ uelle † ꝙ idẽ ſit in furioſo,vt
poſsit eidẽ exemplariter ſubſtitui ſicut et men-
* tecapto, & ita cõiter tenetur, * prout dicit Imo.

vbi supra, adducens ad hoc teatum cum Gl. in l.
fina. §. j. C. de decura. furios. ubi Gloss. hoc idem
tenuit per d. l. humanitatis. Ad hoc etiam text. in
d. l. ex facto. in vers. Nam & si furioso. ut plenins
de his per ipsum Imol. ubi supra, qui dicit hęc ꝓ
cedere, qnando furor seu dementia est proliaus
seu prolixa ob quam solet dari curator, aliàs si sit
breuis, ut si sit freneticus, qui decedit ex freneSi,
& huic substitui nō pōt exēplariter, aliter posset
substitui ei qui est in articulo mortis. Quod ue-
rum non est. prout dicit Bal. in d. l. hnmanitatis.
42 & Imola ubi supra. Item procedit † quando ta-
lis dementia seu furor procedit ex morbo aliàs, si
voluntariè & culposè ut in prodigo, & huic non
poterit eaemplariter substitui, prout uoluit Gu-
43 liem. de Cuneo. in d. l. ex facto. Sed hoc † non est
uerum, prout uoluit Bartol. in d. l. ea facto. dicēs
quòd ipsi prodigo potest exemplariter substitui,
cum ipsa prodigalitas procedat ea quadam demē
tia, propter quam prouidetur à lege ut detur cura
tor in uita: ergo & eadem ratione prouidetur in
morte, ut eidem posśit substitui. Quod & tenuit
etiam Bal. in d. l. humanitatis. dicens hoc uerum,
44 † nisi demētia uel ꝓdigalitas sit simulata, ut ple-
nius ibi per eum. & in d. c. Raynutius. per Imo-
lam, qui hoc idem videtur tenere in prodigo,
qui testari non potest, cum agatur de eatensio-
ne in casu fauorabili. Ad hoc quod notatur. ff. so-
lu. matrim. in l. si constante. circa principium. &
in l. si uerò. §. de viro. eod. titn. & ita communiter
✻ tenetur, ✻ licet aliud voluerit Ange. in d. l. ex fa
cto secundum ipsum Imolam ubi supra. Imò &
45 plus: † quia si filius seu aliquis ea liberis non sit
demens, furiosus, nec prodigus, sed sit mntus &
surdus, adeò quòd testari non poterit, & tunc po
terit eidem eaemplariter substitui, cum sit eadem
46 ratio in eo, & prouisio † legis ad casum similem
se extendat. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de li-
ber. & posthum. prout uoluit Bart. post Guliel.
de Cuneo & Rayner. in dicta l. ex facto. & hoc
idem tenuit Bald. in dicta l. humanitatis. & ita
communiter tenetur. secundum Imolam vbi su-
✻ pra ✻ qui hoc idem videtur tenere in † ipso mu-
47 to & surdo, qui testari non possunt, cum tracte-
tur tunc de extensione in casu fanorabili. esto ꝙ
Iacob. de Aren. Cyn. & Angel. in d. l. ex facto. &
Ioan. Andr. in d. c. Raynutius. aliud uoluerint, ut
plenius in d. c. per ipsum Imolam. Qui etiam di-
cit, idem dicendum esse si per staturum prouidea
48 tur † quòd minor axv. annis non posśit testari,
cum posśit tunc tali fieri talis substitutio, sicut
& prodigo, circa quod dicendum est, prout dictū
fuit supra in pupillari.

49 Quartò requiritur † qnòd ipse mentecaptus seu
nnn sanæ mentis cui parens uult substituere, non
sit impubes & in potestate: quia si sit impubes &
in potestate, & tunc non poterit eidem exempla
50 riter substitui, sed pnpillariter, cum † defectus na
turalis pręualeat. ff. de tutel. l. qui habet. & hoc vo
luit Bar. post Guliel. de Cuneo in d. l. ex facto. &
Bal. in d. l. humanitatis. dicens ꝙ cū ista substitu-
tio sit subsidiaria, non pōt fieri nisi adulto, id est,
maiori uel minori in potestate non existenti, nō
illi cui directò substitui potest post aditam hære
ditatem alio iure: ut plenius per ipsum Bal. ibi. &
per Imol. in d. c. Raynutius. Qui dicit hanc opi-
✻ nionem ueriorem esse & communem ✻ esto ꝙ
Ang. in d. l. ea facto. tenuerit oppositum, dicens
quòd si pater substitnat expresse filio suo impube
ri in patria potestate existēti eaemplariter, uale-
bit ut exemplaris, & non bene; qnia voluntas te-
stantis non est considerāda quando non adest po
testas, ut in casu prædicto, secundum ipsum Imo
51 lam, qui dicit, ꝙ licet † non posśit pater substitue
re exēplariter filio impuberi mentecapto in eius
potestate eaistenti vt supra, tamen bene poterit
substituere exemplariter filio impuberi menteca-
pto emancipato, cum & mater posśit substituere
✻ ipsi filio. & ita communiter tenetur, ✻ ut plenius
per eum in d. c. Raynutius. qui circa prædicta cō
cludit plures casus considerando.

52 Nam qñq; & primò, † pater filio impuberi mē-
tecapto in sua ptāte eaistēti substituit in hac for
ma. videlicet: si filius meus decesserit in pupillari
ætate, talis sit hæres. & tunc si decedat infra pu-
pillarē ætatem ualebit ut pupillaris, & posteà nul
lo modo ualebit, imò expirabit tanquam tempo-
re limita: vt ff. de vulg. & pup. l. si ita quis.

53 Quandoque & secundò † taliter substituet, ui-
delicet, qnisquia mihi hæres erit, sit hæres filio
meo, & tunc si decedat infra pupillarem ætatem
valebit, ut pupillaris. si posteà ualebit ut eaempla
ria, prout uoluit Bar. in d. l. ex facto. Quod & lo-
cum habebit similiter, si ita substituat, talem filiū
menm hęredem instituo, & quòd ei talis sit hęres
quandocunque decesserit, cū & tunc similiter ua
lebit ut pupillaris si ipse non sanæ mentis dece-
dat infra pupillarem ætatem, & postea ualebit ut
eaemplaria ut supra.

54 Quādoq; & tertiò † ipsa substitutio fit hoc mo
do, videlicet, ꝙ si talis filius meus qñcunq; deces
serit non sanæ mentis, talis sit ei hæres, & tunc si
decedat non sanæ mentis infra pupillarem ętatē,
& idē ut valeat ut pupillaris. Si uerò decedat post
pnpillarem ætatem, & tunc ualebit ut caemplaria
& hæc quādo decedit non sanę mentis, si uerò de-
cederit sanę mentis post pupillarē ætatem, & tūc
non ualebit cum deficiat conditio, sed si decedat
infra pupillarem ætatem, & tunc videtur ꝙ ipsa
substitutio non habeat effectum, quasi defecerit
cōditio sub qua facta fuit, nisi dicatur quòd tunc
valeat, nt pupillaris, vt sic ille casus eapressus in-
cludat & pupillarē substitutionem infra tempus
infra quod fieri potest: argu. eorum quæ haben-
tur in l. cum iam hoc iure. ff. de vul. & pup. & quæ
tangit Bart. in d. l. ex facto. ubi dicit quòd eaem-
plaris expressa continet tacitam pupillarem. Ad
hoc quod notstur in d. l. Gallus. §. & quid si tan-
tum. secundum Imol. secūdnm quem hęc pars sa-
tis sustineri potest per prædicta.

Quan-

55 Quandoque requiritur quòd † ipse parens qui uult exemplariter substituere sit bonæ & honestę uitę, cum aliàs si sit uilis & inhonestæ uitę seu in famis substituere non possit exemplariter, cum eidem uideatur administratio esse interdicenda. ff. ad Trebellian. l. Imperator. pro ut uoluit Bald. in d. l. humanitatis. per d. l. Imperator. & per l. fi.
56 C. de senten. pass. Quod uerum quãdo esset † eidẽ interdicta administratio. ad hoc. l. is cui bonis. ff. de testam. aliàs uerò, si non sit interdicta & poterit substituere, prout & tenuit Angel. in d. l. ex facto. sequitur Imola in d. c. Raynutius. qui dicit quòd etiam si postea sibi interdicatur administratio non uitiabitur testamẽtum prius factum. per id quod habetur. ff. de bono. possess. secund. tabu. l. i. §. exigit.
57 Sextò requiritur † quòd ipse parens qui uult exemplariter substituere potuerit & possit facere testamentum, unde poterit pater etiam si sit monachus, & mater etiam si sit monialis exemplariter substituere, eo casu quo testari possunt, secundum quod habetur C. de sacro. eccles. auct. si qua mulier. secus autem, si non posset facere testamentum: ut quia esset de ordine mendicantium. prout uoluit Bald. in d. auct. si qua mulier. & clarius in d. l. humanitatis. Ad hoc quod habetur in Clementina exiui. de uerbor. signific.
58 Septimò requiritur † non solum quòd ipse no lens exemplariter substituere possit facere testamentum, sed ultra hoc, requiritur quòd ipse faciat sibi testamẽtum, sicut & requiritur in pupillari substitutione. cum testamentum ipsum sit principale, & ipsa substitutio sit accessoria. unde oportet quòd cõfirmetur à suo principali: prout uoluit Bartol. in d. l. ex facto. addncens ad hoc text. in d. l. humanitatis. requirentẽ institutionẽ in legitima, qđ & uidetur tenere Bal. in d. l. huma
59 nitatis. Quod & licet sit † regulariter uerũ, tamen
60 fallit † in milite, qui potest exemplariter substituere, licet sibi testamentum non faciat, sicut & potest substituere pupillariter. ff. de testa. milit. l. miles ita. ad finem, prout uoluit Bart. in d. l. ex facto; cuius dictum licet Angelus ibidem impugnet, tamen sustineri potest: quia quando miles non facit sibi testamentum, & sic non facit sibi aliquem hęredem, & tunc saltem tacitè relinquit in filio legitimam. l. conficiuntur. §. i. ff. de iure codicill. vnde poterit substituere ipsa exemplaria substitutione ex priuilegio militis absque alia expressa substitutione: argum. d. l. miles ita. secundum Imolam ubi supra. qui tamen dicit quòd licet ipse pater miles possit ita substituere
61 tali filio ita non instituto, tamen † non potest substituere mentecapto, si eum exhæredet, sicut & paganus: ut d. l. humanitatis. Circa quod dicendũ est; quia licet requiratur ut uolens exemplari
62 ter substituere † quòd & sibi faciat testamentum, & anteaquam substituat quando non in eodem instanti substituit prout & in pupillari substitutione, tamen non requiritur quòd eodem die uel loco substituat, cum possit alio die uel loco substituere: argumento l. ii. §. si prius. ff. de vulga. & pupill. prout uoluit Bald. in d. l. humanitatis. Ad hoc l. si eum. §. fina. ff. de vulg. & pupilla. Non
63 tamen † poterit talis substitutio exemplaris fieri in codicillis prout uoluit ipse Bal. in d. l. humanitatis. per ipsam l. de quo plenius ibi.
64 Octauò requiritur † quòd ipse mẽtecaptus seu non sanæ mentis post mortem testantis efficiatur sui iuris, & sic q non reincidat in potestatem alterius, sicut & in pupillari, cum eadem ratio sit, cum enim ille cui fit talis substitutio, non solum impeditur propter defectum mentis, sed etiam propter aliud defectũ, videlicet: quia est in potestate alterius. ff. de testa. l. qui in potestate. & hoc uoluit Bartol. in d. l. ex facto. & Bal. in d. l. huma
* nitatis. cum quibus cæteri transeunt, * Imò & idem esset si propter alium defectum efficeretur intestabilis, seu non posset facere testamentum, cum tunc non possit eidem exemplariter substitui. Ad hoc l. neque per se. C. de hæred. instit pro ut voluit Barto. post Guliel. de Cuneo in d. l. ex
65 facto. Vbi ea hoc dicit † quòd furioso condemnato ante furorem de crimine ex quo effectus est intestabilis, vt quia fuit condemnatus vt hæreticus. vel deportatus, & tunc eidem exemplariter substitui non posset. Ad hoc quod notatur. ff. de iniust. testamen. in l. si quis filio. §. irritum.
66 & C. de hære. l. Manichæos. si uerò furiosus † fuisset condemnatus post furorem ea crimine prius commisso. & tunc non ualuisset processus. prout voluit Bald. in d. l. humanitatis. ubi ex hoc dicit,
67 quòd si † furiosus ante fuorẽ committat homicidium non poterit post furorem cõdemnari ad mortem, cum processus contra eum fundari non possit, ex quo non potest litem contestari, & si contra eum procedatur, illud erit de facto, propter quod ut ipse dicit ibi, substitutio exemplaris sibi facta non inualidatur. & hoc idem uidetur uelle Bal. in l. furiosum. C. qui testamen.
68 facere possunt. ibi tamẽ dicit secus esse † in prodigo. cuius dictum Imola. in dicto cap. Raynu-
69 tius. dicit procedere quando † non fuisset ante furorem factus processus, nec lata sententia, propter quod non posset executio fieri, aliàs uerò si fuisset factus processus, & lata sententia ante furorem, & tunc si ante executionem furor superueniat, dici potest quòd si speretur quòd redeat ad sanam mentem differretur executio, & interim bene custodiretur: argumento. ff. de pœnis. l. prægnantia. Si uerò non spere-
70 tur † quòd redeat ad sanam mentem, & tunc est maius dubium, cum tunc dici possit quòd fiet executio ne delictum remaneat impunitum. Ad hoc l. ita vulneratus. ff. ad legem. Aquiliam. Sed in contrarium facit: quia tunc uidetur fieri executio quodammodo de homine mortuo, seu absente, cum pro absente habeatur. ff. de iure codicill. l. secunda. §. furiosus. secundum Imolam ubi supra. Qui

ad tollendam hanc difficultatem dicit quòd su-
perior consulendus est,& ad ipsum recurrẽdum,
per id quod habetur.ff. de offic.præsid. in l. di-
uus.vbi de his.
71 Nonò requiritur† quod ipse mentecaptus seu
non sanæ mentis cui vult exemplariter substitue
re parens, sit institutus hęres saltem in legitima
in testamento ipsius substituentis , ad hoc ut ip-
sa substitutio exemplaria eidem fieri possit:vt d.
l.humanitatis.propter quod non poterit fieri ip-
sa substitutio ipsi exhæredato,prout uoluit Bar.
in d.l.ex facto.& Bald.in d.l.humanitatis.ubi di
72 cit quòd etiam hodie † fieri non potest præteri-
to. licet aliud sit in ipsa pupillari.prout notatur
in l.ij.ff. de vulg.& pup.& ut supra dictum fuit
in materia pupillaris. Vnde in hoc differt ab ip-
73 sa pupillari . Sed licet † non possit fieri ipsi ex-
hæredato vel præterito , tamen poterit fieri ipsa
substitutio ipsi non sanæ mentis, non solum si sit
institutus in minus quàm in legitima , cum tunc
perinde habeatur ac si institutus sit in legitima,
ex quo potest agere ad supplentum. l. omnimo-
do.C. de inoffic.testamen.& hoc uoluit Bartol.
✻ in d.l.ex facto.& ita cõmuniter tenetur . ✻ quod
& æquius est cum faueat ipsi substitutioni , cui
in dubio fauendum est.c.fi.de re iudic.esto quòd
Ange.in dicta l. ex facto. sub dubio fortè aliud
uoluerit , & eius opinio fortè de iure defensari
possit secundum Imol.in d.c.Raynutius .
74 Decimò requiritur† ut ualeat ipsa substitutio
exemplaria,ꝙ nõ solùm morte ipsius furiosi vel
mentecapti sit confirmata,ipsa substitutio exem-
plaria,sicut in pupillari substitutione supradictũ
est,sed etiam quòd morte ipsius substituentis suũ
testamentum sit confirmatum,prout videtur uel-
le Bald.in d.l.humanitatis.ubi plus dicit, quòd
75 si† duo simul uidelicet pater & mater substitue-
rint exemplariter filio mentecapto quòd ad con
firmationem substitutionis exemplariæ sufficit
mors alterius,cũ consensus uiuentis iudicio mor
tui accedat:argumento l sicut.§.venditionis . ff.
quibus modis pign.uel hypothec.solu.Quod vi-
detur uerum ut ualeat quo ad bona prouenientia
ad ipsum filium à linea ipsius mortui, ut infra di
cetur.Item hoc uerũ : quando talis furiosus uel
mentecaptus non esset in potestate,aliàs si fuisset
in potestate,& superuixisset pater, & tunc nõ va
luisset talis substitutio facta per matrem, cum tã
morte ipsius matris quàm ipsius filii reperiatur
in potestate prout supra dictum fuit .
76 Vndecimò requiritur†quòd hęreditas sit adi-
ta ex testamento ipsius substituentis vt valeat ip-
sa exemplaria, sicut & in pupillari supra dictum
est,& sufficit quòd sit adita ab vno cohæredum
argumen.l.apud Iulianum.§.idem Iulianus.ff.ad
77 Trebel.Imò & † sufficit quòd curator ipsius fu-
riosi vel mentecapti petat bonorũ possessionem
secundum tabulas exemplarias, sicut & fideicom
missum uniuersale,ꝑut est casus singularis.ff. ad
Trebe.l.cum hęres instituta.Secundum ꝙ voluit
78 Bar.in d.l.ex facto.Si uerò ipsa hæreditas † non
sit adita,nec petita ipsa bonorum possessio ut su-
pra,& tunc cũ non ualeat testamentum ipsius sub
stituentis,nõ ualebit ipsa substitutio exemplaria,
sicut & nõ ualet ipsa pupillaris substitutio. ff. de
vul.& pup.l.ij.§.adeò.prout & voluit Bar. in d.l.
79 ex facto.ubi dicit hoc uerum † nisi existentia sui
hęredis cõfirmet ipsas tabulas pupillares, ut quia
ipse furiosus uel mentecaptus erat in potestate
patris & solus institutus:argu.l.fina.§.j.C. de cu-
80 rato.furio.vel nisi†talis substitutio fuisset facta
à milite,uel ad pias causas,prout dictum fuit su-
pra in pupillari . Sed certè ꝑut videtur uelle Bal.
in d.l.humanitatis.etiam si non adeatur hęredi-
tas ex testamento ipsius substituentis , nec peta-
tur ipsa bonorum possessio ualebit ipsa substitu
tio exemplaria cum ab ea possit incipere testamẽ
tum,qua testator substituendo ipsi filio furioso
vel mentecapto sciuit illum non posse adire hære
ditatem , & sic intelligatur fecisse substitutionẽ
vulgarem, cum videatur ipsa substitutio suscipe-
re naturam compendiosæ,in qua etiam contine-
tur uulgaris,prout dicetur infra in materia com
81 pendiosæ.Sed certè licet†ipsa exemplaria expres
sa contineat tacitam uulgarem sicut expressa pu-
pillaris,tamẽ ex ipsa tacita uulgari si testm̃ aliter
non sit confirmatũ non poterit adiri ipsa hæredi
tas cũ ipsa exẽplaria nõ ualeat si nõ adeatur hę-
reditas ex ipso testamento.l.eam quam.C.de fi-
deicommiss.prout.voluit Imola. in d. c. Raynu-
82 tius.de testam.sed quidquid dicat uerius est † ꝙ
ex ipsa vulgari tacita comprehensa in exemplaria
testamentum ꝓtest assumere vires & effectum
sicut ex uulgari tacita comprehensa in pupilla-
✻ ri,prout communiter tenetur,✻ secundum quòd
dictum fuit supra in vulgari in primo effectu , &
83 in pupillari in tertio membro. Imo.& plus:†quia
si ipse furiosus uel mentecaptus decedat uiuo pa-
tre,tunc ipsa substitutio nõ expirabit,quo ad bo
na ipsius substituentis , ex quo testator hoc casu
sibi prouidit sicut & ventri substituendo , prout
voluit Bal. in d.l.humanitatis.cuius dictum non
videtur ꝓcedere, nisi pater post mortẽ filii adeò
incontinenti decessisset quòd testamentum muta
re nõ potuisset,prout supra dictum fuit in secun
do effectu vulgaris.ubi plenius de hoc.
84 Duodecimò requiritur†ꝙ in tali substitutio-
ne exemplaria substituantur filii ipsius menteca-
pti uel furiosi si filios habeat,uel alter ex ipsis sub
stituatur:ut d.l.humanitatis. vbi Riccardus Ma-
lumbræ hoc tenuit . Quod uerum est : quando
alii instituuntur in re certa vel ex causa iusta ex-
hęredantur , prout uoluit Gloss. ibi. aliàs si ip-
si filii non instituantur saltem in re certa , &
sic prætereantur uel exhæredentur non ex iu-
sta causa , & tunc ipsa substitutio non ualebit,
cum cesset tunc humanitas. & hoc uoluit Gloss.
in d. l. humanitatis. ubi Bald. hoc idem uoluit
& Bartol. in d. l. ex facto. quod æquius est, licet
de iure defendi posset alia opinio quam tenuit
ipse

ipse Riccardus, ut & ipse substitnens non tenca-
tur alios substituere, cum aliquem ex ipsis substi-
tuat, cum hoc magis conformet literæ, secundū
Imolam. quod tamen uon procedit siue dubio;
quia licet ille textus dicat, quòd debeat substi-
tuere unum, uel certos, uel omnes, tamen intelli-
getur singulos singulis referendo, uel intellige-
tur ut debeat alios instituere, substituendo, in re
certa uel exhæredare prout in aliis iuribus di-
sponitur. cum iura iuribus sint concordanda. C.
de inoffic. dotib. l. unica. & c. cum expediat. de
85 elect. in vi. Et hęc † quando filii ipsius furiosi uel
mentecapti sunt sapientes; aliàs si sint insipientes
ipsi uel alter ipsorum. & tūc ipsos insipientes in-
stituere non tenetur: ut colligitur ex d. l. humani-
tatis. à contrario sensu, ubi Bald. hoc idem uo-
86 luit. vnde poterit † ipse auus substituendo præte-
rire licet pater uon possit. ut colligitur ex d. l. hu
manitatis. iuncta. l. Papinianus. §. sed uec impu-
beris. ff. de inoff. testam. secundum Imolam qui
hoc tenet in d. c. Raynutius. licet alind uoluerit
Angel. in d. l. ex facto; dicens uon esse differentiā
an filii ipius sint sapientes uel insipientes, & non
bene, ut patet ex d. l. humanitatis. à cōtrario sen-
su; quod & uoluit Imo. ubi supra, qui dicit quòd
tunc uerisimiliter auus ipsis prouidebit, & si non
prouideat, ad quencunque transient ipsa bona
transiet & onus alimentandi ipsos filios. pro ut
uoluit Cynus in. l. alimenta. C. de nego. gest. Prę
87 tereà † frater tenetur alimentare fratrem ino-
pem, pro ut notatur. ff. de tutel. & ration. distrah.
l. ij. §. sed non illos. & ff. ubi pupill. educ. deb. l.
88 qui filium. Item hęc uera, quando † ipsi filii ip-
sius furiosi uel mentecapti sunt naturales & legi-
timi, imò & si sint naturales tantum, ut nati ex
concubina in domo detenta concubinario affe-
ctu durante ipsa dementia. iuxta notata in l. con
cubinatus. ff. de concub. locum habebunt prędic-
ta, cum etiam de ipsis intelligatur. d. l. humanita-
tis. per id quod habetur. ff. ad Trebe. l. hęredibus.
prout uoluit. Bartol. in d. l. ex facto. circa finem.
& Bald. in d. l. humanitatis: ubi uidetur uelle
89 quòd d. l. locum habeat tantum in illis † natu-
ralibus qui nati sunt durāte ipsa dementia ex con
cubinatu qui pręcessit ipsam dementiam, cum
pręsumatur in ea perseuerare. per id quod habe-
tur. ff. de his, qui sunt sui uel alien. iur. l. furioso.
sed Angel. in d. l. ex facto. uidetur uelle quòd lo-
cum habeat in omnibus naturalibus natis durāte
ipsa dementia uel furore indistinctè, per d. l. hę-
redibus. et sic siue ipsa concubina ante dementiā
sit retenta in domo, siue post dementiam, esto
quòd post dementiam non possit dici quòd con-
cubinario affectu eam detineat, ex quo nō habet
intellectum, propter quod si ita teneretur, dicēdū
esset quòd † d. l. in concubinatu. locum habeat
tantum in illo qui est sanę mentis, ut retinere
debeat cocubinam affectione cocubinę, secundū
90 Imolam, qui dicit † hoc procedere in liberis
natis ex cōcubina. aliàs si essent nati ex damnato
coitu, et tunc in istis locū nō habeat d. l. huma-
nitatis, cum sint in successibiles ipsi patri & auo.
iuxta notata in auct. licet. C. de natural. liber. &
hæc quando ipse furiosus seu mentecaptus ha
91 beat filios: si uerò † non habeat filios sed fratres,
& tunc tenetur ipse pater in testō exemplariter
substituere ipsos fratres uel alterū ex eis. ut d. l.
humanitatis. Quòd procedit in fratribus utrin-
que coniunctis, ut ipse uel alter ipsorum sit sub-
stituendus, siue talis substitutio fiat à patre, siue
linea paterna, uel à matre seu à linea materna. si
92 uerò sunt † fratres ex uno latere tantum coniun
cti, ut consanguinei, uel uterini, & tunc ipsi fra-
tres uel alter eorum substituendi erunt hoc mo-
do, videlicet: cōsanguinei si substitutio fiat à linea
paterna, si uerò à linea materna, & tunc substi-
tuendi erunt ipsi fratres uterini uel eorum alter,
prout uoluit Raynerius quem sequitur Bal. in d.
l. ex facto. cessat enim tunc humanitas si mater
non substitueret filium suum fratrem uterinum
ipsius mentecapti. Imò & plus: quia si sint fratres
ipsius mentecapti utrinque coniuncti consan-
guinei & uterini, tū poterit ipse pater instituēdo
substituere unū ex ipsis fratribus utrinq; coniun
ctis uel consanguineis tantum, & similiter mater
poterit substituere unum ex ipsis fratribus utrin
que coniunctis uel uterinis. ut d. l. humanitatis.
quę ita generaliter & indistinctè loquitur. & hoc
uoluit Rayner. & Bartol. in d. l. ex facto. & Imo.
in d. c. Raynutius. nec poterūt alij fratres nō sub
stituti impugnare ipsam substitutionem; arg. l.
Papinianus. §. sed nec inpuberis. ff. de inoffic. te-
stam. & hæc quando ipse furiosus seu menteca-
ptus non habet filios sed fratres, si uerò non ha-
beat filos nec fratres, & tunc poterit ipse pater
substituere quos uoluerit: ut d. l. humanitatis.
93 Quod procedit etiam si habeat matrem ipse mē-
tecaptus, cum & ipsam non teneatur substituere,
prout uoluit Glos. instit. de uulg. & pupill. §. qua
ratione, & Iacob. Buttig. & Martin. Silliman. &
Barto. in d. l. ex facto. & Imola in d. c. Raynutius.
sed ipse Barto in l. ij. ff. de uulg & pup. uidetur
sentire contrarium faciendo differentiam inter
pupillarem & exemplariam. & Bald. in d. l. huma
94 nitatis. dicens † exemplariam in hoc differre à
pupillari, cum pupilaris excludat matrem, sed nō
exemplaria, & hoc similiter tenet Petrus de An-
charano in c. si pater. de testam. in vi. Cessat enim
tunc humanitas ob quam inducta fuit ipsa substi
tutio exemplaria, si mater non substituatur, pro-
pter quod ipsa mater poterit impugnare ipsam
substitutionem querelando seu de nullitate di-
cendo, sicut & si ipse filius testando eam nō insti
tuisset, quod non cadit in pupillari, cum non fue-
rit inducta propter humanitatem, sed propter
patriam potestatē. Vnde ipsa matrem ipsā exclu
dit: ut d. §. sed nec impuberis. et d. c. si pater. Circa
quæ aduertēdū est: quia lice ipse pater possit sub-
stituere quos uult non existētibus filiis uel fra-
tribus, nec matre ut supra, uidelicet: in bonis

psternis,& similiter mater posait substituere nõ
existentibus ipsis filiis fratribus uel patre vide-
licet in bonis maternis. prout infra patebit , ta
95 men† non poterit pater uel mater seipsos substi-
tuere,argumento l.fina.& l.si præses. ff. de inof-
fic.testam.prout voluit Barto. in d.l. ex facto. &
Bald.in d.l.humanitatis.
96 Circa quartum quod est, † quotuplex sit ipsa
substitutio exemplaria, & quibus verbia fiat; di
cendum est quòd ipsa substitutio exemplaria
97 est triplex. Quædam †enim est expressa exempla
98 ria. Quædam† est tacita,& quędam† est partim
99 expressa,& partim tacita.
100 Expressa enim † exemplaria est illa quæ fit
verbia exptessis, prout est si testator ita substi-
tuat,si filius meus decesserit prius quàm ad sanã
mẽtem perueniat talis sit hęres, prout uoluit Gl.
in verbo exemplariter.in d.l.humanitatis.uel ta-
lem instituo.l.precibus.C.de impub.& aliis sub-
stit.& idem si dicat talem substituo, cum verbum
substituo,licet sit commune tamen in dubio ad
directam substitutionem trahitur, qusndo trahi
potest:ut in c.si pater.eodem titu.libr. vi. Imò &
idem,si dicat talis sit mihi hæres, cũ verbũ mihi,
non impediat exemplarism,sicut & non impedit
pupillarem.l.si ita.§.qui sibi.ff.de bonor.possess.
secun.tabul.vbi est casus notabilis secundũ Bal.
in d.l.humanitatis.& Imolam ubi supra. Hoc est
101 † necesse ꝙ apponantur uerba illa, si hæres erit.
prout uoluit Bald. in d. l. humanitatis. Ad hoc
quod dictũ fuit supra in materia pupillaris. Sed
certè si talis substitutio exemplaria fiat per talia
uerba,comprehendit non solum tacitam uulga-
rem,sed etiam expressam uerbis generalibus, pro
ut breuiloqua & compendiosa, si non apponan-
tur illa uerba,si hæres erit, sed si apponantur, ut
quia testator substituendo dicat,si filius meus hæ
res erit,& priusquàm perueniat ad sanam men-
tem decesserit ipse testator substituat uerbis præ
dictis,& tunc erit substitutio exemplaria,non so
lum expressa,sed etiam propria & specialis facta
in casu uno videlicet, si filius hæres erit,quo casu
an cõtineat tacitam uulgarem patebit infra dum
tractabitur de eius effectu.
102 Tacita autem† exemplaris est illa quæ cõtine
tur in expressa uulgari,quæ fit his uerbis uideli-
cet: si filius meus hæres non erit talis sit hæres.
Talis enim substitutio vulgaris continet tacitam
exemplariam, sicut & continet tacitam pupilla-
rem.quando fit pupillo, ut dictum fuit supra in
materia pupillaris, vnde continet similiter taci-
tam exemplariam, quando fit dementi & furio-
so, dummodo fiat illi qui sit tempore testamen-
ti demens uel furiosus, aliàs si tempore testa-
menti non fuisset demens uel furiosus, & tunc
quantuncunque posteà efficiatur demens uel fu-
riosus non cõtinebit tacitam exemplariam, cum
103 non † videatur in dubio cogitatum de casu ad-
uersæ fortunæ liberi hominis. l. inter stipulan-
tem. §. sacram. ff. de verborum obligatio. Imò &
aliquando continebit ipsa vulgaris expressa ta-
citam pupillarem & tacitam exemplariam, pro-
ut est quando fit pupillo dementi & in potesta-
104 te constituto, duo † enim specialia & si non
cõcurrere nõ possunt quando procedunt ex eadẽ
causa.l. prima. C. de dot. promiss. tamen bene
possunt concurrere quando procedunt ex diuer-
sa causa. ff. si certum petatur. l. singularia. pro-
ut dicit Imola in dicto cap. Raynutius. qui dicit
quòd in casu prædicto continebitur tacita pu-
pillaris,si decedat in pupillari ætate. l. qui habet.
ff. de tutel. & si decedat post pupillarem ætatem
demens seu in dementia uel furore continebitur
tacita exemplaria, prout uoluit ipse Bartol. in
dicta l. ex facto. & Bald. in dicta l. humanitatis.
✠ & Imola ubi supra,cum quibus alii resident. ✠
105 Est & tertiò† quædam substitutio exemplaria
partim expressa & partim tacita, quod potest cõ
tingere tribus modis.
106 Vno & primò †modo: quia est expressa in ge
nere seu verbis generalibus, & tacita in specie
seu uerbis specialibus, prout est illa, quæ con-
tinetur in reciproca,ut est, si duos dementes in-
uicem substituat, uel in compendiosa, pro-
ut est, si testator instituat ipsum filium furio-
sum seu dementem eidem substituat,quandocun
que decesserit, cum in istis contineatur ipsa
exemplaria si fiet ipsi dementi, prout & conti-
netur pupillaris quando fit pupillo in potestate
constituto,vt supra.
107 Secundò modo† potest contingere ut sit par
tim expressa & partim tacita quo ad uerba, pro
ut est, si ita substituat ipsi dementi, quisquis mi-
hi hæres erit, sit hæres filio meo. vel per illa ver
ba tali filio meo talem substituo. cum subintel-
ligantur uerba priuatiua, videlicet; si decesse-
rit anteaquàm ad sanam mentem perueniat. l.
qui liberis. §.hæc verba.ff.de vulg. & pupil.unde
est expressa hoc casu quo ad illum quem substi-
tuitur,sed tacita respectu eius cui fit substitutio
& quo ad uerba quo ad ipsum referuntur, prout
plenius dictum fuit supra in materia pupillaris.
108 Tertiò modo† est dare substitutionem exem
plariam partim expressam & partim tacitam,
quo ad casum: quia si exprimatur unus casus
ipsius exemplariæ indiuiduus, puta si filius fu-
riosus instituatur, & ei facta sit substitutio per
talia uerba, si in illo furore in quo est decesse-
rit, si cessauerit furor ille, & remanserit de-
mens, & in dementia decedat, nihilominus lo-
cum habebit ipsa substitutio exemplaria in di-
cto casu, per id quod habetur in l. fina. C. de
institut. & substitutio. ubi idem dicitur in vul-
gari: unde locum habebit in ipsa exemplaria
eadem ratione, ut uidelicet expressio unius ca-
sus exemplariæ trahatur ad alium casum eius-
dem speciei. Ad hoc l. maritus. ff. locati.cum
ibi notatis, & quod notatur. ff. de liberis &
posthum. l. Gallus. §. & quid si tantum. & in
dicta l. finali. & hoc uoluit Bald. in dicta l. hu-
manitatis.

manitatis. imò & plus: quia substitutio exemplaria sit ita facta uidelicet, si filius meus decesserit in furore talem instituo uel substituo, & ipse non decedat in illo furore, sed decedat prodigus uel mutus & surdus, & tunc locum habebit ipsa substitutio cum talis substitutio ita facta cō prehendat alium casum, uidelicet, si cesset furor, sed remaneat prodigus, uel mutus, & surdus ita quòd non possit testari, prout uoluit Bart. in d.l. ex facto. per nota. in d.§. & quid si tantum. & hoc etiam uoluit Imola in d.c. Raynutius. dicens ꝙ hoc casu erit ipsa substitutio exēplaria expressa in uno casu & tacita in alio casu, ut plenius de iis ibi per eum ex quibus habetur quotuplex sit ipsa substitutio exēplaria & quibus uerbis fiat.

Circa quintum membrum principale, quod

109 est † de effectibus ipsius substitutionis exemplariæ, qui & quot sint. dicendum est quòd ipsius substitutionis effectus sunt septem. Quorū pri-

110 mus † effectus est: quia ipsa substitutio exemplaria expressa continet in se tacitam uulgarem, sicut & pupillaris, cum in hoc conueniat, nec reperiatur discordia, & sit eadem ratio, & per consequens idem ius dici debet, prout uoluit Bar. in

111 d.l. ex facto. Quod uerum intellige † limitandū esse, nisi contrarium appareat ex expressa uel tacita mēte testātis, prout & dictū fuit supra circa primū effectū ipsius substitutionis pupillaris. Itē

112 et limitandū esse et dicēdū illud uerū qñ † ipsa substitutio exemplaria sit per illa uerba, si filius meus hæres erit, & in furore decesserit, cum tūc contineat tacitam uulgarem ut suprà: aliàs uerò, si fiat per illa uerba si filius meus hæres erit & in furore decesserit, & tunc erit potius compendiosa, & continebit expressam uulgarem uerbis generalibus, sed tacitam uerbis specialibus, prout supra in pupillari dictum fuit. E conuersò autem ipsa uulgaris expressa cōtinet ipsam exemplariā si fiat ipsi dementi, & quandoque pupillarem pro ut supra plenius dictum fuit.

113 Secundus effectus † est: quia ipsa expressa exemplaris continet pupillarem, ex eo: quia sunt uerba compendiosa, uidelicet: si decesserit non sanæ mentis. quæ uerba tanquam indefinita comprehendunt omnem casum qui posset adaptari attentis uerbis substitutionis & conditione personę, cui sit: ut d.c. si pater. & hoc uoluit Bald. in d.l. humanitatis. & Imola in d.c. Raynutius. qui per prędicta dicit, quòd exemplaris continebit uulgarem tacitā, & etiam pupillarem tacitā, si il le cui fit sit institutus & impubes, & mētecaptus, & in potestate substituentis constitutus secundū eum. Sed certè & tunc dici potest quòd contineat tacitā uerbis specialibus, sed expressam uerbis generalibus: ut plenius supra dictum fuit. Imò &

114 cōtinebit ipsa substitutio † exemplaris quandoque fideicommissariā, ut est quādo non fieret à parentibus sed ab extraneis, cum ipsi non possint directo substituere. Ad hoc quod notatur per Glo. de uulg. & pup. l. uerbis ciuilibus. & in d.c. si pater & infra plenius patebit.

115 Tertius effectus est: † qa per ipsam substitutio nem exemplarem succeditur ipsi furioso seu mētecapto directò, sicut & per pupillarem pupillo: ut d.l. humanitatis. & d.§. qua ratione. Quod p-

116 cedit quando † facta esset hæc substitutio parētibus siue linea paterna uel a matre siue linea materna, legitimis & naturalibus liberis: ut d. l. humanitatis. Imò & si sit facta à parente naturali. cū & ipse substituere possit exemplariter, ut supra dictum fuit, uel à legitimo tantum ut ab arrogāte uel adoptante, quando ita substituere posset, quod quando sit, plenius dictum fuit supra, habetur enim tunc perinde ac si ipse furiosus seu mentecaptus testamentum suum fecisset: ut d.l.

117 humanitatis. aliàs † uerò si ipsa substitutio exēplaria fuisset facta non à parentibus sed ab extraneis, & tunc per ipsam non succederetur directò,

118 prout patet supra, & infra patebit. Item † procedit quando ipse substitutus exemplariter fuisset substitutus uniuersaliter, siue sit substitutus per uerba directa, siue per uerba communia. cū uerba communia trahantur ad directa, quando cōueniunt ipsis personis. ut d.c. si pater. si verò substitutus sit non uniuersaliter sed in re certa, & idē. dummodo ipsa substitutio sit facta per uerba directa & ciuilia, cum tunc trahatur ad uniuersum. l. cohæredi. §. fin. ff. de uulg. & pup. & hoc ne decedat pro parte testatus & pro parte intestatus contra l. ius nostrum. ff. de regu. iur. prout uoluit Bald. in d.l. humanitatis. ubi de hoc, de quo in d. l. precibus. Si uerò ipsa substitutio sit facta in certa re, sed non per uerba directa ciuilia, & tunc nō ualebit directò, ita quòd directo succedatur ipsi dementi per talem substitutionem, nec trahitur ad uniuersum, prout et non ualet ipsa pupillaris ita facta, nec trahitur ad uniuersum pro ut notatur in d.§. fin. ubi plenius de hoc. Similiter et non ualebit iure directo, sed ut fideicōmissaria, si sit facta uniuersaliter, sed per uerba obliqua, cum et tunc sit fideicommissaria. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulg. et pup.

119 Quartus effectus † est: quia ipsa substitutio exemplaria ualet ut directa ut supra, et per eam succeditur ipsi furioso seu mentecapto cùm est facta, adeò ꝙ trahitur ad omnia eius bona undecunque quęsita, sicut et pupillaris substitutio pupillo facta. ff. de vulg. et pup. l. sed et si plores. §. ad substitutos. prout uoluit Bar. in d.l. ex facto, et etiam ad ipsorum fructus etiam si sit facta in certa re, dummodo sit facta directa per uerba ciuilia sicut et pupillaris: ut supra, prout uoluit Bal. in d.l. humanitatis. Quod procedit quando est facta ab uno parente, puta à matre, uel alio qui exempla riter substituere potest: ut d.l. humanitatis. cum tunc trahatur ad omnia bona: ut supra. Et hoc nisi sit facta à parente legitimo tantum; ut à patre arrogato uel adoptato, cum tunc trahatur solum ad bona ipsius substituentis, sicut et in simili dicitur et in pupillari. ff. de adop. l. si arrogator.

gator.et ff.de vulga.et pupill.l.sed et si plurea. §. in arrogato. Si uerò ipsa substitutio exemplaria facta sit non ab uno sed à duobus parentibus,ut a patre & matre,prout fieri potest ut supra dictum fuit,& tunc substitutus à patre habebit bona paterna , & substitutus à matre bona materna.bona uerò aliunde prouenientia inter se diuident.Sicut & in simili dicitur in l.ex facto.ff.de hæred. instituen. prout Bartol. uoluit post Nicolaum de Mattarellis.in d.l.ex facto. Quod locum habet quando talis filius cui est facta talia substitutio non est in potestate alterius , uidelicet : patris; quia si sit in alterius potestate,& tunc cù concurrat in eo patre non solum humanitas & pietas , sed etiam ius patriæ potestatis,& sic duplex uinculum, præferretur ipse substitutus à patre , in tantum quòd ipse occupabit non solum bona paterna,sed etiam bona undecunque quæsita , præterquàm materna, quæ habere debebit ipse substitutus à matre ex quadam humanitate : arg.eius quod dicitur in arrogato . in d.l.si arrogator. & in d.§.in arrogato.prout uoluit Bar.in d.l.ex facto. Ad hoc quod habetur.C.communia de success.auct.itaque.Sed certè si attendatur dicta ratio seu duplex uinculum uidetur dicendum quòd ipse substitutus à patre præferatur ipsi substituto à matre etiam in bonis maternis,prout & tenuit Dyn.in d.l.ex facto. Quod uerum non est cum uinculum patriæ potestatis non consideretur in ipsa substitutione exemplaria,cum mater possit substituere in ea prout & pater.per d.l. humanitatis. propter quod uidetur quòd cum non attendatur uinculù patriæ potestatis, idem sit dicendù ac si nun esset in potestate patris. Vnde succedet ipse substitutus à matre in bonis maternis , & in aliis aliunde quæsitis pariter succedant,prout tenuit Bar.in d.l.ex facto.quod et uerius est etiam secundum Imolam contra Dynum & Guliel. de * Cuneo in d.l.ex facto & ita cõmuniter tenet. *

Circa quę tamen aduertendum est pro prædictorum declaratione,quòd hæc procedunt quãdo pater prædecedit ipse:secus si mater:nam si tẽpore mortis ipsius , filius reperitur in potestate patris,tunc substitutio per eam facta nõ ualebit ex quo filius ipse prohibetur testari non solum propter defectum mentis,sed etiam propter impedimentum patriæ potestatis, cum & tunc etiã si esset sanę mentis testari nõ posset. ff. de testam. l.qui in potestate. Ad hoc quod habetur.ff.de testam.mil.l.cum filius.& quod notat Bar.in d.l.ex facto,in quæstione illa,an exemplaria conueniat cum pupillari in materia producibili circa quintum requisitum,& hoc tenuit Bald.in d.l.humanitatis.dicens quòd tunc substitutus à patre præfertur, & habebit omnia bona etiam materna.& hoc si ipse filius decedit ante mortẽ patris seu eo uiuo : aliàs si ipse filius decedat post mortem ipsius patris,& tũc succedet in bonis paternis substitutus à patre & in bonis maternis substitutus à matre , & in aliis pariter. cum sufficiat ut cesset impedimentum tempore mortis ipsius filij , per id quod uoluit Glo.in d.l.si arrogator. secundũ Imolam in d.c.Raynutius.Sed certè licet substitutus à patre succedat in omnibus bonis quando filius decedit in potestate ipsius patris,& sic ante mortẽ ipsius patris,& sic non ualeat talis substitutio facta à matre ut directa,tamen ualebit ut fideicommissaria , propter quod ipse substitutus à patre tenebitur restituere bona materna ipsi substituto à matre, prout notatur in d. l.uerbis ciuilibus.& in l.si mater.ff.de uulg.& pupill.pro quo etiam facit quod uoluit ipse Bald.in d.l. humanitatis.dicens quòd si monacho à patre instituto sit facta exemplaris substitutio,ualebit ipsa substitutio ut fideicõmissaria , si ipse monachus in furore decedat, & non ut directa exemplaris: arg.d.l.uerbis ciuilibus. Item prædicta procedũt
120 quando † ipse pater & mater nõ sint uilea personæ,sed honestæ uitæ : aliàs si pater & mater sit uilis persona, & tunc substitutus à patre non uili persona,præferretur substitutio à matre uili persona.Ad hoc.ff.de iniur.l.sed si unius.§.filio.sed
121 licet † præferretur nihilominus tenebitur restituere bona materna substituto à matre , & è conuersò,si pater sit uilis persona , & mater persona honesta & tunc substitutus à matre præferretur, tenebitur tamen restituere bona paterna ipsi substituto à patre , prout uoluit ipse Guil.in d.l.ex facto.pro cuius dicto facit quod notatur per Gl. magnam in d.l.si arrogator. Sed Barto. in d.l.ex
122 facto.dicit quòd † si pater est uilis persona non potest substituere filio mentecapto,sicut non potest pupillo , cum tunc uidestur interdicta eidẽ administratio in uita.per l.finalem.C.de senten. pass.sicut & in morte.ff.de testam.l.is cui bonis. Quod & similiter uidetur procedere in ipsa matre si esset uilis persona eadem ratione.Quod locum habere potest quando ipse pater uel mater essent ita uiles personæ, quòd eis esset interdicta administratio. Nam cum tunc testari non possint.ut d.l.ia cui.non poterunt substituere exemplariter; aliàs si non esset eis interdicta administratio, & tunc poterunt substituere exẽpláriter, sicut & potest tunc ipse pater pupillariter substituere : ut & uoluit Ange.in l.ij.ff.de uulg.et pup. et ut supra in pupillati dictum fuit,et ita eius dictum procedere poterit , prout uoluit etiã Imo.
123 iu dicto c.Raynutius. Item prædicta † procedunt quando ipsi substituentes sunt eiua conditionis seu gradus , ut pater & mater. Si uerò non sint eiusdem conditionis seu gradus sed diuersi,ut est si sit auus et mater, et tunc ipse auus non potest substituere existente matre,quæ proximior est, cum textus in dicta l. humanitatis. dans potestatem parentibus substituendi, Intelligatur de parentibus proximis : arg.l.peto. §.fina.& l.cum ita.§.in fideicommisso. ff.de lega.ij. unde substitutus à matre preferretur substituto
124 ab ipso auo.& hoc † si mater sit sui iuris:ut quia sit emancipata,cum tunc sit habilis ad testandum

aliàs

aliàs si non sit sui iuris sed in potestate, & tunc cum sit habilis ad testandum. ff. de test am. l. qui in potestate. non poterit ipsam substitutionē facere sed auus maternus, unde substitutus ab eo præfertur, ut dicit Imo. in d. c. Raynutius. si uerò sit auus paternus, & tunc si habeat ipsum nepotem in potestate & præferretur substitutus ab ipso auo, ppter iua patriæ potestatis, ut d. l. ij. ff. de uulg. & pup. prout uoluit Bartol. in d. l. ex facto. & Imola ubi supra. quod intellige prout supra dictum fuit in patre & in matre. si uerò ipse auus paternus non habeat ipsum nepotem in potestate, & dicendum est in hoc casu sicut & dictū fuit supra: quando pater dat unum substitutum & mater alium, pro ut uoluit Bar. in d. l. ex facto. & Imo. ubi supra. sed imò & tunc præferretur substitutus à matre, cum & ipsa tunc præferatur in successione & tutela, prout uoluit Bald. in dicta l. humanitatis.

125 Quintus effectus est: † quia expressa exēplaria excludit matrē sicut expressa pupillaris, sed tacita exemplaris non excludit matrem, sicut & tacita pupillaris, pro ut uoluit Barto. in d. l. ex facto. &

126 Imola in d. c. Raynutius. Quod uerum est † nisi probetur quòd pater uoluerit matrem & alios excludi ex circunstantiis & coniecturis ex quibus probari potest præsumpta uoluntas defuncti, uidelicet quòd uoluerit matrem & alias personas. excludi: ut uoluit Bartol. in d. l. ex facto. ubi plenius de hoc. sed certè ut ipse Bartol. uidetur sentire in l. ij. ff. de uulg. & pup. & Petrus de Ancha. in c. si pater. de testam. lib. vi. faciendo differentiam inter exemplariam & pupillarem. & clarius

127 Bald. in d. l. humanitatis. exemplaria † seu exemplaris, non solum tacita sed etiam expressa nō excludit matrem, cum sit pietatis causa inducta, licet aliud sit in pupillari inducta propter patriā

128 potestatem. Quod & uerius † uidetur, quia licet pater & mater non sint necessariò instituendi in ipsa exemplaria, sed tantum duę personę, ut filii uel fratres, ut est expressum in d. l. humanitatis. & ut uoluit Glo. insti. de uul. & pup. §. qua rōne. tñ si non substituatur seu pteriatur uel exhæredetur, poterit ipsa mater testamentum impugnare, prout & posset si filius ipse testando eam pręteriret uel exhæredaret, non enim uidetur Imperator ipsam exemplariam inducendo intuitu humanitatis uelle matrem & alias personas sua legitima priuare, cum tunc cessaret ipsa humanitas & pietas. Ad hoc l. ij. §. meritò. ff. ne quid in loc. pub. de quo etiam supra dictum fuit.

129 Sextus effectus † est quia ipsa exemplaria si sit informata à iure accrescēdi seu cum eo unita est transmissibilis & transmittitur etiam ea nō agnita, sicut & pupillaris unita cum iure accrescendi. ff. de acqui. hæred. l. qui patri. pro ut uoluit Bald. in d. l. humanitatis. ubi plenius de hoc. quod cōmuniter tenetur ✻.

130 Septimus effectus est, † quos pater facere potest sibi suos & necessarios, potest & illos facere furioso uel mentecapto, sicut & potest facere & suo filio pupillo. ff. de uulga. & pupi. l. sed & si plures. §. quos possunt. & C. de seru. necess. hære. institu. l. penultima. §. illo. dummodo ipsa exemplaria sit facta secundum formam dictæ l. humanitatis. cum eadem sit ratio, & non reperiatur differentia, secundum Imolam in d. cap. Raynutius. Imò & ille qui adiuit ex paterna erit necessarius hæres exemplaria. C. de iure deliberandi. l. quidam elogio. prout uoluit Bald. in dicta l. humanitatis.

131 Circa sextum membrum principale † quod est: qualiter, & quomodo ipsa substitutio exemplaria expiret. seu deficiat, dicendum est quòd dicta substitutio deficit, quando ab ipso initio, ut est, quando deficit aliquid ex substantialibus seu requisitis ab ea, & in hoc dicendum est pro ut

132 dictum fuit in tertio membro. Quandoque † deficit seu expirat ex post facto, & hoc contingere potest pluribus modis ut infra patebit. Nam quandoque & primò ipsa deficit ex persona ipsius testantis, ut quia passus est capitis diminutionem, institu. quib. mod. testam. infirm. §. nō tamen, secundum Imolam, quod & locum habet in matre, si postquàm fecit testamentum ita substituendo transeat ad secundas nuptias. & posteà decedat, cum tempus mortis consideretur, prout uoluit Barto. in d. l. ex facto. quod Bald. omninò impugnat in d. l. humanitatis. cum hęc non sit diminutio status, prout patet ex notatis. ff. de bono. poss. secun. tabu. l. i. §. exigit. & quia gesta ante transitum non infirmantur per transitum: ut in auten. de nup. §. si autem, secundum Bal. ibi. de quo dicendum est prout dictum fuit supra in tertio membro.

133 Similiter deficit ipsa sustitutio † seu expirat ex persona ipsius testantis si per ipsum testatorē cassetur & cancelletur testamentum, cum censeatur cassata & cancellata ipsa substitutio exemplaria, put uoluit Bal. in d. l. humanitatis: arg. l. proximè. ff. de his quæ in testamento delentur.

134 Quandoque & secundò † deficit seu expirat ipsa substitutio exemplaria ex defectu conditionis appositæ in ipsa substitutione, prout & pupillaris. ff. de vulga. & pupilla. l. si ita. prout uoluit Bartol. in dicta l. ex facto. & Imola. in dicto cap. Raynutius.

135 Quandoque & tertiò † deficit, seu superuenit defectus ex parte testamenti, & ex eius defectu, ut est si testamentum rumpatur propter præteritionem uel exhæredationem, cum & in consequētiā rumpatur ipsa substitutio, ut & olim erat, Ad hoc quod habetur. ff. de inoffic. testa. l. Titia. Sed hodie per auten. ex causa. conseruatur ipsa exemplaris substitutio, prout & pupillaris quæ confirmatur, prout uoluit Gloss. in l. j. §. fin. ff. de uulg. et pupill. unde eadem ratione confirmatur ipsa exemplaris, quę tamen differt ab ipsa pupillaris in hoc: quia ualet substitutio pupillaris etiā si sit facta filio pterito instituto extraneo, quod

nõ est si sit facta filio furioso seu mentecapto præ
terito, extraneo instituto: quia ad hoc, ut ualeat,
requiritur quòd sit institutus ad minus in legiti-
ma: ut d.l.humanitatis. prout uoluit Imola in
d.c.Raynutius.
136 Quandoque & quartò † deficit seu expirat ip-
sa substitutio exẽplaria ex defectu personę ipsius
substituti: ut quia effectus sit incapax, cũ & tunc
similiter expiret pupillaris, prout dicit Imola in
d.c.Rayn. Ad hoc quod notatur. ff.de vulgar.&
pup.l.si is qui.& C.de cad.toll.l.uni.§.i.
137 Quandoque & quintò † deficit seu expirat ip
sa substitutio exemplaria ex persona ipsius cui fa
cta est, quod potest contingere duobus modis, &
primo, si patiatur maximam capitis diminutio-
nẽ: ut quia committat delictum propter quod
deportetur uel efficiatur seruus pœnæ, cum tunc
efficiatur intestabilis. prout notatur. ff. de testa-
men.l.is cui. Quod intellige in eo qui hanc pœ-
nam pati potest, prout est si sit prodigus, prout
notatur. C.unde ui.l.si quis in tantam. prout vo-
luit Bart.in d.l.ex facto. uel si sit furiosus & ha-
beat dilucida interualla, & committat delictum
tempore quo est sanę mentis, cum & tunc hanc
pœnam pati possit, prout uoluit Imola vbi supra
& ut notatur in d.l.si quis in tantam. Imò & idẽ
erit dicendum si non fuerit passus maximam ca-
pitis diminutionem uel magnam, sed minimam,
ut quia ipse prodigus uel furiosus habens dilu-
cida interualla effectus sit religiosus tempore sa-
næ mentis prout & tenuit Bartol. in d. l.ex facto
per ea quæ dicta sunt in pupillari. quod & tenuit
etiam Imola ubi supra. De quo supra fuit dictum
138 in pupillari in vltimo requisito. Si verò † ipse
prodigus vel furiosus tempore quo est sanæ mẽ-
tis emancipetur, adoptetur, vel arrogetur & tunc
extinguetur, cum in ea patria potestas nõ curetur
vt supra dictum fuit. Ad hoc quod notatur. ff.de
adopt.l.si arrogator.
139 Secundò modo † contingere potest si ex per-
sona ipsius cui facta est ipsa substitutio extingua
tur, ut quia est factus sanæ mentis ipse menteca-
ptus, vel furiosus cum tunc expiret: ut d.l. ex fa-
cto.& d.l.humanitatis, quod sine dubio proce-
dit quando ipse duraret sanæ mentis vsque ad
mortem: aliàs uerò si non duraret sanæ mentis, &
tunc aut reincidit in dementiam vel furorem, &
postea efficitur sanæ mentis, & vsq; ad mortem
durat, & idem vt expiret ipsa substitutio, cum
tempus mortis sit considerandum per notata in
dicta l.ex facto. & in l.ii.§.extraneum. ff.de vul-
140 gar.et pupillar. Aut non efficitur † posteà sanę
mentis, sed durat in ipsa dementia vel furore vs-
que ad mortem, post quàm reincidit in ipsam
dementiam vel furorem, & tunc licet desierit in-
terim valere ipsa substitutio exẽplaritas seu in-
terim cessauerit, donec durauit sanæ mentis, ta-
men non erit omninò extincta, vnde reconua-
lescet & uires reassumet, & propter ipsam de-
mentiam seu furorem superuenientem, prout te-
nuit Bart.in d.l.ex facto. per d.l.humanitatis. &
Imola ubi supra per eadẽ dicta iura. Quod pro-
cedit non solũ si ipse furor uel dementia superue
niat tempore uitę ipsius parentis testantis, prout
tenuit Guliel.& Raynerius, sed etiam si super-
ueniat post mortem ipsius parẽtis, prout uoluit
Barto.in d.l.ex facto. licet in hoc alius uoluerit
Gul. & Raynerius: argumento l. posthumus. ff.
de inoff.testam.& non bene: quia licet in testa-
mento quod quis facit sibi, inspici debeat an im-
pedimentũ cessauerit in uita ipsius testantis: ut d.
l.posthumus. tamen in testamento quod quis fa-
cit alteri ut pupillo vel furioso inspiciendum est
an impedimentum cessauerit in uita eius cui fa-
cta est substitutio: ut uoluit Glo. magna in prin.
in d.l.si arrogator. secundum Bar.in d.l.ex facto.
quod & uoluit etiam Imol.vbi supra & commu-
* niter tenetur * & procedit † non solũ quando ta-
141 lis morbus de mente fuit occultus & uelatus, &
sic verè non cessauit, ut quia fuit ipse furiosus in
vmbra quietæ mentis, cum re uera non esset, sa-
næ mentis, cum tunc non cesset nec expiret ipsa
substitutio, sed etiam si talis morbus fuit inter-
polatus: vt quia cessauit ad tempus, ita quòd ha-
buit interuallum sanæ mentis, sed posteà ex pri-
ma materia seu causa reincidit in morbum seu in
morbum dementiæ, cum & tunc reconualescat,
& ita procedat opinio Bartol. prout uoluit ipse
Bald. in d. l. humanitatis. dicens quòd in dubio
præsumitur reincidisse ex antiqua causa, si mo-
dico tẽpore durasset sanę mentis, per id quod ha-
betur in l.plerumque. ff. de ritu nupt. & in l. iii.
ff.de iniur. & ff.locat.l.Martius. si verò ex toto
142 † cessasset ipsa dementia uel furor post ipsam
substitutionem factam, sed posteà ex noua cau-
sa reincidat in dementiam vel furorem, & tunc
omninò erit extincta ipsa substitutio, nec recon
ualescet, prout uoluit Bald. in dicta l. humani-
tatis. argumento d.l.Martius. dicens etiam quòd
ex noua causa præsumitur reincidisse; quando
per lõgum tempus durauit in sana mente antea-
quam reincideret in demẽtiam seu furorem, per
ea quæ habentur. in d.l.plerunque.& in d.l.iii.&
in d.l.Martius. prout & refert Imola in d.c.Ray-
nutius. qui tamen dicit quòd licet hæc uidean-
tur satis colorata, & fortè de iure procedãt, tamẽ
143 æquior est opinio Bart. qui † & tenuit indistin
ctè quòd si moriatur non sanæ mentis reconua-
lescet substitutio, per id quod habetur in dicta l.
ex facto. & in d.l.humanitatis. secũdũ ipsum Imo
lã, imò & fortè procedet opinio Bar. saltẽ de iure
prætorio, qñ uiuẽte ipsu parẽte reincidisset in ip
sam demẽtiã seu furorẽ: arg. d.l. posthumus. Ad
hoc ẽt quod notatur in d. §. si extraneum. & hoc
quando ipse furiosus uel mentecaptus tempore
sanæ mentis non fecisset testamentum, aliàs si
fecisset, & tunc ipsa exemplaria erit omninò ex-
tincta, prout patet ex d.l.ex facto. secundum Bal.
in d.l.humanitatis. quod & uoluit etiam Bartol.
144 in d.l. ex facto. ubi ex hoc † etiam dicit quòd si
furiosus

furiosus ante furorem fecisset sibi testamentū eo casu quo potest facere, & tunc eidem à patre uel à matre substitui non posset. quod procedit pro ut uidetur tenere Bald. in d. l. humanitatis. nisi ex causa euidenti & superuenienti fiat, cum tunc possit reuocare: argumento. l. si hominem. ff. mādat. ut est si post testamentum institutus grauiter offendisset ipsum filium: argumento l. iij. in fine. ff. de adimen. leg. secundum ipsum Bald. & Imo. in d. c. Raynutius.

145 Quandoque & sextò † expirat ipsa substitutio propter natiuitatem filii uel filiorum obuenientem filio cui facta est ipsa substitutio, cum expiret si ipse demēs uel furiosus post ipsam substitutionem habeat filios, per ea quę habentur in d. l. ex facto. quod procedit, non solum si habeat filios legitimos & naturales; ut d. l. ex facto. prout habere potest ex matrimonio contracto ante dementiam uel furorem, cum nō dissoluatur pro pter ipsam dementiam uel furorem superuenien tem: ut l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui uel

146 alie. iur. sed etiam † si habeat filios naturales tātum, prout patet in d. † l. ex facto. quę generaliter & indistinctè loquitur, & sic uidetur intelligēda de naturalibus tantum, quos furiosus uel demens habere potest tempore dementię uel furoris, unde de talibus uidetur intelligenda: argumento. d. l. hæredibus. ff. ad Trebell. & hoc uoluit Bart. in d. l. ex facto. Quod locum habere posset in naturalibus natis postea ex concubina unica in domo retenta ante furorem uel dementiam, cum & isti sint naturales: aliàs si nati sint tempore furoris

147 † uel dementiæ & isti censentur esse spurij po tius quàm naturales, cum non possit habere affectionem ad concubinam furiosus uel demens, prout requiritur, secundum quod habetur. ff. de concubin. l. in concubinatu. & l. penultima. unde cum sint spurij filii nati ex ipso furioso uel demē te non faciunt expirare ipsam substitutionē, quā tumcunque natis fiat post eam, prout uoluit Bal. in d. l. humanitatis. cuius dictum ita procedere posset secundum Imolam, secundum quem uidetur quòd d. † l. ex facto. locū habeat in filiis natis ex furioso uel demente post ipsam substitutionē; quando nati sunt ex uxore uel concubina habita ante dementiam uel furorē, cum tales faciant ex pirare ipsam substitutionē. sed hoc est diuinare ad d. l. & eam restringi. unde dici potest sustinē do Barto. quòd d. † l. in concubinatu. & d. l. penult. locum non habeant in furioso & demente, cum eius filius dici possit naturalis simpliciter, etiam si non habuit concubinam ante dementiā uel furorem, & quòd talis filius sit capax & habilia ad succedendum, & quòd per natiuitatem talis filii rumpatur ipsa substitutio exemplaris, prout

148 tenuit Bar. loquendo de naturali. Sed certè † hoc non procedit sine dubio, imò uidetur contrarium dicendum uidelicet: quòd licet per natiuitatem ipsius filii ipsius furiosi uel mentecapti rumpatur & extinguatur ipsa substitutio, si sit legitimus & naturalis, prout esse pot, ut quia sit natus ex legiti mo matrimonio, ut supra, tamē si aliàs ipse filius; esset spurius uel demens non rumpent ipsam substitutionem, non solum si sit spurius, sed etiam si sit naturalis tantum, cùm non reperiatur hoc iure

149 cautum, Imò † regula est in contrariū uidelicet: quòd naturalis non rumpat testamentum, prout notatur. ff. de bonor. posse. secund. tab. l. i. in principio. unde & multo minus rumpet ipse spurius. imò & de iure C. non poterat pater instituere filium naturalem in totum non extantibus legitimis. C. de natura. lib. l. humanitatis. licet de iure auct. aliud sit, ut eodem titu. auct. licet. & similiter nō poterat filium naturalem ipsius filii. l. si isqui. ff. de uulg. & pup. secundum ipsum. Imolam. de quo in l. finali C. de natu. liber. per quæ uidetur quòd ita demum rumpatur ipsa substitutio exemplaria per natiuitatem filii ipsius furiosi uel dementis si sit legitimus & naturalis; ut supra.

150 Quod licet sit regulariter † uerum, ut per natiuitatem ipsius rumpatur ut supra, tamen fallit. &

151 Primò: † quando talis filius non esset sanæ mentis, cum tunc non faciat eam expirare. prout uoluit Bald. in dicta l. humanitatis. per ipsam legem.

152 Secundo † fallit: quando talis filius ipsius furiosi uel dementis natus post ipsam substitutionem decederet ante mortem ipsius patentis substituētis, cum tunc reconualescat ipsa substitutio: argumento d. l. posthumus. Imò reconualescit etiam si decedit post mortem ipsius substituentis, & ante mortem ipsius filii cui facta est substitutio, licet secus sit, si decedat post mortem ipsius substituentis & ipsius filii cui est facta substitutio, pro ut uoluit Bald. in dicta. l. humanitatis. & Imola in dicto capitulo Raynutius. argumento l. ii. C. de posthum. hæred. instit. cum

* quibus cæteri transeunt *.

153 Quandoque & septimò † expirat ipsa substitutio exemplaria ex post facto, ex natiuitate fratris ipsius furiosi uel dementis nati post ipsam substitutionem, prout uoluit Bald. in dicta l. humanitatis. per illam l. esto quòd aliud sit in pupillari. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. testam. sed hoc non est uerum ut ipsa exēplaria rumpatur per natiuitatē fratris posthumi cum non reperiatur hoc aliquo iure cautum. Nam licet reperiatur ut per natiuitatem filii rum patur: ut dicta l. ex facto. tamen non reperitur ibi de fratre, nec in dicta l. humanitatis; licet ibi dicatur quòd debeat institui, si extat tempore ipsius testamenti: aliàs potest institui extraneus ut ibi patet secundum Imolam: ut plenius de his in dicto capitulo Raynutius. per eumdem. Pro quo facit quod habetur. C. de inoffic. testam. l. fratres: & hæc de substitutione exemplaria seu exemplari. & sic de tertia specie.

AD

AD QVARTAM SPECIEM SVBſtitutionum videlicet reciprocam ſeu breuiloquam.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio reciproca ſeu breuiloqua qd ſit. n. 7*
2 *Subſtitutio reciproca ſeu breuiloqua unde inuenta, & quare ſic dicatur. nu. 8. et 9.*
3 *Subſtitutio reciproca ſeu breuiloqua quibus uerbis fiat. nume. 10.*
4 *Subſtitutio reciproca ſeu breuiloqua quæ, & quot requirat? nu. 11. 12. 13. 14. 17. 21. & 22.*
5 *Subſtitutionis reciprocæ ſeu breuiloquæ qui effectus nu. 30. 31. 35. 36. 37. & 38.*
6 *Subſtitutio reciproca ſeu breuiloqua qualiter, et quibus modis finiatur? nu. 39.*
15 *Copulæ natura quæ.*
16 *Sermo relatus ad certas perſonas, debet illas æqualiter determinare.*
18 *Miles poſt pupillarem ætatem & hæreditatem aditam directo ſubſtituit ex priuilegio.*
19 *Subſtitutio pupillaris & ſubſtitutio exemplaris regulariter parificantur, et de una arguitur ad aliã.*
20 *Tranſitus facilior eſt in habentibus ſymbolum ſeu ſimilitudinem.*
23 *Teſtator habens duos maſculos & duas fœminas, ſi maſculos inſtituat, & fœminas in re certa, ſi poſtea dicat, omnes filios meos ad inuicem ſubſtituo. an caſu adueniente fœminæ admittantur. nu. 25. 26. 27. 28. & 29.*
24 *Fœminæ in re certa inſtitutæ an habeant ius accreſcendi duto coheærede uniuerſaliter inſtituto.*
Subſtitutio directa regulariter non obligatur.
33 *Subſtitutio reciproca in teſtamento facto regulariter non comprehendit ipſas fideicommiſſarias.*
34 *Subſtitutio reciproca facta per hæc uerba, uos inuicem ſubſtituo uulgariter et pupillariter & per fideicommiſſum. comprehendit ipſam ſubſtitutionẽ fideicommiſſariam.*
Subſtõ reciproca quãdoq; cõtinet in ſe duas, tres, quatuor, ſeptẽ, & ultra ſubſtõnes de qbus. & n. 31.
40 *Subſtitutiones accumulatæ puta una in altera non immutant propterea earum naturam.*
41 *Inæqualitas ſuperueniẽs an faciat ſubſtitutionem reciprocam ceſſare. nume. 45. quid ſi inæqualitas procedat naturaliter? quid ſi facto hominis? num. 46. 47. 48. 49. 51. 52. 53. & 56.*
42 *Teſtamentum morte confirmatur.*
43 *In ſubſtitutione reciproca principaliter conſideratur teſtatoris uoluntas ſecundario inæqualitas.*
44 *Voluntas præſumitur durare ex quo nõ apparet mutata. nu. 50. 54. & 55.*
57 *Pater habens filium impuberem legitimum & naturalem in poteſtate, et ex alio baſtardo nepotem impuberem, et eos hæredes inſtituat et inuicem ſubſtituat, ſi poſtea nepotẽ legitimet, et deinde legitimus decedat in pupillari ætate an ſuccedet legitimatus. nu. 58. et 59.*
60 *Legitimatio quando trahatur retro.*


IDENDVM eſt nunc de quarta ſpecie, videlicet reciproca ſeu breuiloqua, de qua Gloſ. in c. ſi pater. de teſtam. lib. vj. ubi per Bald. in eius repetitione & ibi etiam in mea repetitione dixi, de eadem facit mentionẽ Glo. inſtit. de pupill. ſubſt. §. qua ratione, & per Bart. in l. Lucius. ff. de vulgar. & pup. & ibi per Imolã. & per Bald. in l. in teſtamento. C. de teſtam. militis. & per Imolam in c. Raynutius. de teſtam. quorum dicta recolligendo ordinando, aliqua addẽdo, pro ipſius materiæ declaratione hæc uidenda
1 da ſunt. Et primò. † Quid ſit ipſa ſubſtitutio re-
2 ciproca ſeu breuiloqua? Secundò † unde fuit
3 inuenta, & quare ſic dicatur. Tertiò † quibus uer
4 bis fiat. Quartò † quę et quot in ea requirantur.
5 Quintò † quis ſit eius effectus. Sextò † qualiter
6 et quibus modis finiatur.
7 Circa primum † dicendũ eſt quòd ipſa ſubſtitutio non eſt ſubſtitutio de per ſe, ſed eſt quædã adiectio ſeu qualitas ſubſtitutionis cum contineat in ſe alias ſubſtitutiones, ut infra patebit, prout & in ſimili dicitur de actione de peculio. ff. de pecul. iij. §. cui congruit, & ſic eſt nomen accidentale non ſubſtantiale; ut uoluit Bartol. in d. l. Lucius. Quod procedit propriè loquẽdo; cũ lato ſumpto uocabulo, & ſic latè loquendo dici poteſt ꝙ ipſa ſubſtitutio habet neceſſariò ſemper fieri pluribus, & reciprocè, quod non eſt in alia ſpecie aliarum ſubſtitutionum, prout voluit Imola in d. l. Lucius. & clarius in d. c. Raynutius. Adducens ad hoc quod habetur in l. iam hoc iure. ff. de uulgar. & pupil. ubi textus appellat hanc ſubſtitutionem tertiam ſpeciem diſtinctam à vulgari & pupillari, per quod Glo. & Doctores de ipſa, ut de ſpecie diſtincta ab aliis faciunt mẽtionem, ſecundum & Imolam vbi ſupra.
8 Circa ſecundum † quod eſt, ubi inuenta fuit, & quare ſic appelletur? dicendum eſt quòd hoc nomen reciproca inuentum fuit à Iureconſulto. prout habetur in d. l. iam hoc iure. & ipſa ideò dicitur reciproca: quia de vno in alium repetitur & ſic recipitur, per ipſam enim uiciſſim unus alteri, & alter alteri ſubſtituitur, & ſic de uno in alterum deflectitur: ut d. l. iam hoc iure. De breui-
9 loqua † uerò nõ reperitur in textu, ſed eſt nomẽ magiſtrale inuentum à Gloſſatoribus & Doctoribus prout habetur per Glo. in d. §. qua ratione. & C. de impub. et aliis ſubſtit. l. precibus. dici tamen poteſt prout dixit Bal. in d. l. iam hoc iure. quòd hoc nomen breuiloqua, ſumi poteſt ex iis quę habentur in textu in l. cum in teſtamento. §. hæc uerba. ff. de hæred. inſtit. dum dicit, ut breuiter uidetur ſecundum Imolam in d. c. Raynutius. dicitur autem breuiloqua; quia breuibus fit, prout per Gl. & p Bar. in d. l. Lucius. prout et fit ipſa reciproca, quæ idẽ ſignificat ut ſupra patet.
10 Circa tertium quod eſt, † quibus uerbis fiat ipſa breuiloqua ſeu reciproca ſubſtitutio, dicendũ eſt,

est, quòd fit duobus uel pluribus institutis per uerba hęc, uidelicet uos inuicem substituo. ut d.l. iam hoc iure. & d.l. Lucius. ubi Bartol. hoc uult, dicens, etiam ipsam fieri p hęc uerba. Titius & Seius uterque eorum niuet hęres esto. ff. de hęred. instit. l. Titius & Seius. Item per illa uerba Titius & Seius uos inuicem institui & substitui sunto. ff. de hęred. instituend. l. cum in testamento. §. hęc uerba. imò & per illa uerba adiecta duo bus institutis, si quis eorū decesserit sine liberis bona mea perueniant in alium. est enim talis sub stitutio breuiloqua seu reciproca, cum apta sit comprehendere plures substitutiones, & sic non solū fideicommissariam, prout tenuit Raynerius de Forliuio. sed etiam directam, cum uerba illa perueniant seu deueniant sint communia. ut uoluit Bartol. post Gulielm. de Cuneo in d.l. Lucius. & in l. Centurio. in ultima quęstione. ff. de uulg. & pup. ut refert Imola in d.c. Raynutius. idē tenens, dicens etiam quòd in dubio ad directam substitutionē adaptari debet, ex quo fieri potest per id quod habetur in d.c. si pater. ubi plenius de hoc. imò & ultra ipsum fit ipsa substituo reciproca per illa uerba. vos inuicem substituio. ff. de uulg. & pupilla. l. si pater impuberis. ut uoluit Bald. in d.l. in testamento. C. de testa. milit. ubi etiam dicit quòd ipsa reciproca fit etiam per illa uerba, uos inuicē. nō adiecto uerbo instituo, uel substituo. quia tacitè subintelligitur uerbū, quo subandito oratio perficitur. C. de fideicom. l. uerbum volo. & l. uoluntas. & subauditur instituo, vel substituo. Imò plus: quia si non adiiciatur ver bum inuicem, sed testator ipse duobus institutis dicat substituo, resultabit substitutio reciproca. prout uoluit Bal. & Aug. in d.l. iam hoc iure. per dictam l. cum in testamento. §. j. Circa quæ aduertendum est, quòd si in ipsa substitutione apponatur illa uerba, quandocunque filii mei decesserint eos inuicem instituo vel substituo. dici possit reciproca seu breuiloqua: quia una cōceptione verborum in eadem specie substitutionis plures iungit hęredes, tamen dici potest compendiosa, cum post pubertatem conuertatur in obliquam, iuxta notata in d.l. Centurio. & vt infra dicetur, qđ non esset si esset merè reciproca. prout voluit Bald. in d.l. in testamento. quod est notandum ad ea quæ infra dicentur.

11 Circa quartum quod est † quæ, & quot requirantur in ipsa substitutione reciproca seu breuiloqua, dicendum est quòd cum ipsa substitutio, nō sit substitutio de per se, sed contineat alias substitutiones, ut supra, requiritur. &

12 Primò † quod cōcurrant duo vel plures psonæ qbus fit ipsa substō, ad hoc vt plures substōnes cōtineat reciprocè: vt d.l. iā hoc iure. & d.l. Lucius.

13 Secundò † requiritur ꝙ in qualibet substōne cōprehensa in substōne reciproca cōcurrant omnia quæ requiruntur in ipsis vulgaribus, de quibus in materia vulgaris dictū est. Similiter ut in ea cōprehēdatur pupillaris, requiritur ꝙ cōcurrant omnia quæ requiruntur in pupillari ut in materia pupillaris. Similiter ut cōprehendat plures exemplarias ꝙ in ipsa persona cuiuslibet concurrant ea quę requiruntur in ipsa exemplari, de quibus in materia exemplaris dictum fuit.

14 Tertiò requiritur † quòd inter ipsos substitutos sit paritas & æqualitas, ita quòd in persons cuiuslibet possit pariter & æqualiter substitui, cum substitutio reciproca coniungat seu copulet plures substitutiones: ut d. l. iam hoc iure. & d.

15 cta l. Lucius. Et de natura † copulę sit ut pariter & ęqualiter coniungat: ut l. quanuis. C. de impube. & aliis substit. Vnde ut comprehendat plures vulgares, requiritur ꝙ cuilibet possit vulgariter substitui. Et similiter ut cōprehendat plures pupillares vel exemplarias requiritur quòd cuilibet possit pupillariter seu exemplariter substitui, non tamen requiritur quòd ipsi pupilli sint eiusdem ætatis, cum sufficiat quòd sint impuberes. esto quòd unus sit ætatis unius anni, & alter ætatis duodecim annorum prout voluit Bart. in dicta l. Lucius. & Bald. in dicta l. in testamento. & Imola in dicto cap. Raynutius. Aliàs uerò si inter ipsos non sit paritas, & æqualitas ita quòd non possit pariter & æqualiter substitui: ut quia vnus sit impubes & alter pubes, uel unus sit in potestate alterius, alter non, & tunc licet talis substitutio reciproca comprehendat substitutiones vulgares ad inuicem, tamen non comprehendit pupillares etiam in persona illius cui potuit pupillariter substitui, ut uoluit Bartol. in dicta l. Lucius. & Bald. in dicta l. in testamento. & Imola ubi supra. quod et communiter tene-

✠ tur, ✠ qui dicit ea his quòd si testator habeat duos filios quorum unus sit impubes alius pubes, & eos inuicem substituat, & tunc talis substitutio reciproca licet contineat vulgarem in persona cuiuslibet, tamen non continet pupillarem, ex quo non potest cuilibet pupillariter substitui, imò in dubio non continet pupillarem, etiam in persona illius cui potuit pupillariter substitui. Et hoc nisi constet de mente testatoris, quod uoluit eidem pupillariter substituere, tunc enim continet vulgarem in persona cuiuslibet, & sic duas vulgares, & unam pupillarem in personam ipsius impuberis. Si verò ipse testator habeat tres filios quorum duo sint impuberes & alius pubes, & eos inuicem substituat, & tunc licet in persona cuiuslibet comprehendat uulgarem, ex quo cuilibet potest uulgariter substitui, non tamen comprehendat pupillarem, ex quo non potest cuilibet pupillariter substitui. Sed an in persona illorum duorum impuberum contineat pupillarem adinuicem dubium est. super quo Gulielm. de Cuneo in dicta l. Lucius. tenuit quòd contineat, adeò quòd illi duo impuberes ad inuicem uidentur pupillariter substituti: argumento. l. cohæredi. §. qui patrem. ff. de uulgari & pupillari. Quod & tenuit etiam Raynerius de Forliuio

in dicta l. Lucius. ex eo; quia ſermo intelligi-
tur ſecundum qualitatem perſonæ. per id quod
habetur. ff. de iniuſt. & irrito. teſtament. l. ſi
quis filio. §. irritum. Quorum dictum proce-
dit & procedere poterit prout uoluit Imola in d.
c. Raynutius. quando illi duo impuberes fuiſſent
inſtituti. & in ipſa ſubſtitutione coniuncti & ille
pubes fuiſſet ſeparatim inſtitutus, & poſtea ad in
uicem ſubſtituti, cum tunc in ipſa ſubſtitutione
reciproca intelligantur illi duo primo loco ad-
inuicem ſubſtituti, qui fuerunt in inſtitutione
coniuncti, ut in dictis iuribus. alias, uerò ſi oẽs
ipſi tres fuiſſent inſtituti et poſteà adinuicẽ ſubſti
tuti, et tunc procedet opinio Bart. qui tenuit in
d. l. Lucius. ꝙ talis ſubſtõ reciproca cõtineat ſolũ
lũ ſubſtões uulgares in pſona cuiuſlibet, & nul-
16 lam contineat pupilarem, cũ ſermo † relatus ad
certas perſonas debeat illas ęqualiter determi-
nare: ut d. l. iam hoc iure. ut ff. de leg. iij. l. ſi lega-
tarius. et etiam: quia teſtator ipſe uidetur tunc
uelle conſeruare inter filios ſuos ius legitima-
rum hæreditatum. ff. de uulg. & pup. l. uel ſingu-
lis. ut plenè per ipſum Batol. in d. l. Lucius. cu-
ius dictum procedet, qñ ipſe pubes ab inteſtato
poterat ſuccedere ipſis impuberibus ſicut & ipſi
ad inuicẽ, cũ tunc uideantur in dubio uoluiſſe re
ſeruare ius legitimarũ hrditatũ, ſi uerò ipſe impu
bes non poterat ab inteſtato eis ſuccedere, ut qa
nõ erat filius teſtatoris ſed frater uel alius extra
neus; & tũc rõne affectionis quam pater habet ad
filios intelligetur ipſos impuberes inuicem pupil
lariter ſubſtituiſſe, prout uoluit Barto. in d. l. in
teſtamẽto. in iij. ſeu in iiij. quæſt. per id quod ha
betur. ff. de leg. iij. l. Paulus. §. i. & ff. de liber. leg.
l. Aurelius. §. Titius. ita limitando dictum Bart.
ſed hæc limitatio non uidetur bona; quia ſermo
relatus ad plures debet illos determinare ęquali-
tate ſeruata, ut notatur in d. l. in teſtamento. & d.
l. iam hoc iure. unde cum in hoc caſu, illi tertio
non poſſit ſubſtitui pupillariter, ſed tantum uul-
gariter. ipſa reciproca continebit ſolum uulgarẽ
in perſonam cuiuſlibet, & non pupillarẽ ẽt in per
ſonam pupillorũ ſecundum Imol. ſecundum quẽ
non obſtant in contrarium adducta, cum in alijs
caſibus loquantur, nec ex hoc ſequitur inconue-
niens ſi non intelligantur ipſi filij adinuicem pu-
pillariter ſubſtitui, cum ius legitimarum hæredi
tatum uideatur inter ipſos reſeruatum, ut ſupra,
ſecundum Imolam & bene. Quartò requiritur
17 † non ſolum paritas & æqualitas inter ipſos ſub
ſtitutos, adeò quòd cuilibet poſſit pariter & æqua
liter ſubſtitui, ut ſupra dictum eſt, ſed etiam re-
quiritur quòd ipſę ſubſtitutiones ſint & eſſe poſ
ſint eiuſdem formæ, naturæ, & conditionis, cum
aliàs ſubſtitutiones quæ non ſunt eiuſdem condi
tionis, naturæ, & formæ, quantuncunque ambæ
ſint directæ non includantur in ipſa reſciproca
18 ſubſtõne. Vnde † ſi habens duos filios, unũ impu
berẽ & aliũ puberẽ. ẽt ſi ipſe teſtõr ſit miles, qui
poteſt poſt pupillarem ætatem, & hæreditatem
aditam directò ſubſtituere ex quodam priuile-
gio, prout habetur ff. de uulg. & pupill. l. Centu-
rio. eos inuicem ſubſtituat, non continentur in
ipſa reciproca ſubſtitutione pupillaris in perſona
ipſius impuberis, & directa in perſona puberis
quantumcumque potuerit eidem directò ſubſti-
tuere, ex quo directæ ſubſtitutiones nõ ſunt eiuſ
dem naturæ & conditionis. Quod uerum eſt niſi
aliud appareat de mẽte ipſius teſtatoris, prout eſt
caſus in d. l. in teſtamento C. de teſtam. mil. & hoc
uoluit Bartol. in d. l. Lucius. quem ſequitur Imo.
in d. c. Raynutius. Quod & locum habet ſimiliter
quando pater habens duos filios vnum impuberẽ
& alium puberem: ſed furioſum uel mentecaptũ,
ſi eos inſtituat & tunc inuicem ſubſtituat; quia
licet in tali reciproca comprehendatur uulgaria
in perſona cuiuſlibet, tamen non includitur in
perſona impuberis ipſa pupillaris, nec in per-
ſona ipſius furioſi ipſa exemplaris ex quo non
ſunt eiuſdem conditionis & naturæ, cum in mul
tis differant ut patet ex notatis ſupra in materia
exemplaris. & hoc uoluit Gulielm. de Cuneo &
Barto. in d. l. Lucius. Quod uerum eſt, niſi con-
ſtet de mente teſtantis, uidelicet quòd ipſe teſta-
tor uoluerit ſubſtituere in perſonam furioſi etiã
poſt aditam hæreditatem cum tunc uideatur uo
luiſſe in perſona ipſius pupilli continere pupil-
larem ſubſtitutionem, & in perſona ipſius pube-
ris ſeu adulti exemplaria: argumento eorum quæ
habentur in d. l. in teſtamento. ſecundum ipſum
Imolam, qui etiam dicit in d. c. Raynutius. atten
tari poſſe, quòd etiam ſi non conſtet de ipſa mẽte
ipſius teſtatoris, nihilominus talis ſubſtitio reci-
proca comprehendet in perſona pupilli pupil-
larem, & in perſona ipſius furioſi exemplariam,
ſi ipſe furioſus non habeat liberos, ex quo ſubſti-
tutio exemplaria tunc eſt ſimilis ipſi pupillari,
unde uidetur in dubio ita uoluiſſe ſubſtituere,
19 cum regulariter † parificentur ipſa pupillaris &
exemplaria, adeò quòd de una ad aliam arguitur
& argui poſt, prout dictum fuit ſupra in materia
exemplariæ, & ut notatur. in d. l. ex facto. ff. de
20 uulg. & pup. & in habentibus† ſymbolum ſeu ſi-
militudinem facilior eſt tranſitus. ff. de rei uen-
dic. l. in rem. §. item ſi quacunque. ſecũdum Imo.
Quod & ſimiliter dici poſſet quando ipſa ſubſti-
tutio fieret per militem inter duos filios, uideli-
cet unum puberem & alium impuberem, ut in
cludat in perſona impuberis pupillarem, & in
perſona ipſius puberis directam ex priuilegio
militis. cum in dubio uerba capi debeãt directò,
quando adaptari poſſunt ad ipſam directam ſub
ſtitutionem, prout habetur in capitulo ſi pater.
de teſtam. in vi.
21 Quintò requirit̃ † ꝙ ipſi filii ſint, oẽs inſtituti
vt ſubſtõ reciproca poſteà facta cõtineat vulgare:
in aliàs uerò ſi nõ ſint oẽs inſtituti, ſed unus inſti-
tutus & alius exhęredatus, uel ambo exhæredati,
& tũc licet talis ſubſtitutiõ reciproca poſteà fa-
cta contineat pupillares ẽt exhęredato, cum ẽt
exhęredato

exhęredato posſit pupillariter ſubſtitui.inſtit.
de pup.ſubſti.§.nõ ſolum.tñ nõ cõprehendit vul
gares; cũ non posſit eidem exhæredato uulgari-
ter ſubſtitui,prout paret in l.j.ff.de vulg.& pup.
vnde non comprehendit ipſam vulgarem etiam
in pſona ipſius inſtituti, ex quo uniformiter vtriq;
que non potuit nec poteſt uulgariter ſubſtitui.l.
iam hoc iure.ff.de uulg.& pup.& hoc voluit Bar.
in d.l.Lucius.eſto ꝙ Guliel.de Cuneo.& Rayne
rius aliud voluerint, & non bene, cum opinio
ipſius Bar.verior ſit, per ea quæ habentur. in d.l.
iam hoc iure.quem ſequitur Imo.in d.c.Raynu-
* rius.de teſta.& communiter tenetur.*
22 Sextò †requiritur ꝙ ſint inſtituti hæredes vni-
uerſaliter,vel incertis quotis,eſto ꝙ non ſint æ-
qualiter inſtituti,vt quia unus ſit inſtitutus in ter
tia parte,alius in duabus partibus hęreditatis,cũ
talis inæqualitas non impediat effectũ ipſius reci
procę,ꝑ id quod habetur.ff.de vulg.& pu.l.ſi plu
23 res.& l.qui plures.eod.tit. Aliàs † uerò ſi nõ ſint
inſtituti hæredes uniuerſales uel incertis quotis
ẽt inæqualibus,ſed inſtituti ſint nõ æqualiter per
modum quotæ,ſed aliàs, vt quia teſtator habens
duos filios maſculos & duas filias fœminas, &
inſtituat hæredes maſculos,& fœminas in re cer-
ta,& poſteà inuicem ſubſtituat dicendo, omnes
filios meos ad inuicem ſubſtituo,tunc uno ex ip-
ſis filiis maſculis mortuo,uel repudiante,nõ ve-
nient ipſę fœminę ex tali ſubſtitutione recipro-
ca ita facta,ſed ſolùm maſculus ſuperſtes; cũ per
talem ſubſtitutionem reciprocam ſolũ maſculi vi
deantur inuitati ad inuicem,nõ ipſæ fœminę cũ
ipſis maſculis,prout tenuit ipſe Barto.in d.l.Lu-
cius,ex eo:quia ſubſtitutio reciproca in dubio vi
detur eſſe facta in portionibus hæreditariis per
d.l.ſi plures.& d.l.qui plures.ſed fœminę inſtitu
tę in re certa nõ dñr cohęredes in portione hrdi-
taria,nec in quota ꝑte hęreditatis,ſed hrdes rei ſin
gularis.l.1.§.ſi ex fundo ff.de hęred.inſtit.& l.ex
facto.eod.titu.& C.eod.titu.l.quoties.imò & lo
co legatarij habentur inſtituti in re certa, alio
hærede uniuerſaliter inſtituto:ut in dictis iuribus
24 notatur,& ſic nõ videntur† habere ius accreſcẽ
di,cum alio hęrede uniuerſaliter inſtituto uel ex
quota C.de fideicommiſſ.l.eam quam.& cũ ipſæ
filiæ fœminę non habeant ius accreſcendi ſed ip-
ſi maſculi,& ſic coniuncti ipſi cenſentur ad in-
uicem ſubſtituti,et non ipſæ fœminę. Ad hoc l.
cohæredi.§.qui diſcreta.ff.de vulg.& pupil.pro-
ut voluit ipſe Barto. in d.l.Lucius. Quod proce-
dit quouſque ſupereſt aliquis maſculus; cum eis
mortuis uel repudiantibus inuitentur ipſæ fœmi
næ,prout voluit D.Angel. in d.l.Lucius.argum.
d.l.qui diſcretas,et etiam;quia ipſæ filiæ,licet nõ
ſint hæredes ex quota, tñ habent ius accreſcendi
ipſis maſculis decedentibus,vel repudiãtibus,ꝓ-
ut notatur in d.§.ſi ex fundo.et in d.l.ex facto.et
d.l.quoties.ſecundũ ipſum D.Ang.ibi, ꝙ ad hoc
ẽt allegat in argũ quod habetur.ff. de condit. &
dem.in l.cũ auus.et C.de fideicõ.l.cũ acutiſsimi.

pro quo etiam facit quod habetur.ff. de leg.iij.l.
Paulo Callimaco.§.i.per quem.§.uidetur,ꝙ licet
25 †ipſæ fœminæ excludantur exiſtentibus maſcu-
lis,tamen eis mortuis,uel repudiantibus,non ui-
dentur excludi ſed potius inuitari per d.§.i.quod
& tenuit Imola in d.l.Lucius & in d.c.Raynuti-
us.ſecũdum quem, hoc idẽ in effectu voluit Bal.
in d.l.inteſtamento. C.de teſtam.mil. in vj.q.
dicens quòd ſi teſtator habens duos filios maſcu
los & unam fœminam, & ipſos maſculos hæredes
uniuerſales inſtituat; & fœminam in re certa,
& poſteà hæredes ſuos inuicẽ ſubſtituat,& om-
nes tã maſculi quàm fęminæ ſint impuberes &
moriatur unus maſculus,uel repudiet,quòd alter
ueniet,ſed ſi ambo moriantur,tunc uocabitur fœ
mina:argumento.d.§.qui diſcretas. Nam primò
loco intelliguntur maſculi ſubſtituti, & eis de-
ficientibus fœminæ. prout refert ipſe Imola in
d.c.Raynutius. ſecundum quem hoc idem uide-
tur in effectu uelle ipſe Bald.in d.l.in teſtamento.
in vij.q.dicens.ꝙ ſi pater habens ptãte ſua duos
filios maſculos,& duas filias fęminas impuberes,
ipſos filios maſculos hæredes uniuerſales inſti-
tuat,& ipſas filias in certa re, & poſteà ſic dicat,
quos,& quas omnes inuicem ſubſtituo, ſeu dicat
hos filios meos,& has filias meas oẽs inuicẽ ſub-
26 ſtituo,quòd †& tunc intelligentur ipſæ fœminæ
inuitatæ tã ex mẽte teſtatoris,quàm ẽt ꝑ diſtri
butiuũ uniuerſale,omnes.per id qđ habetur.ff.de
reb.dub.in l.ſi is qui ducẽta.§.utrũ.& de maio.&
obed.c.ſolitæ.& C.mand.l.procurator.& ibi per
Glo. intelligunturq; cũ inuitatę ſecundum eũ quo-
dam ordine,ut primò vocentur maſculi ad inui-
cẽ,inter quos propriè locũ habet ius accreſcen-
di cũ ſint uniuerſaliter inſtituti,& ſic uocãtur ad
portionẽ hæreditariam:ut d.§.qui diſcretas, ſed
illis deficientibus admittentur fœminæ quamuis
inſtitutę in re certa,cũ illæ admittantur ad jus ac
creſcendi,quãdo excluduntur uniuerſaliter inſti
tuti.& ſic poſt hæredes uniuerſales:vt d.§.ſi ex
fundo.cum ibi notatis.& C.de inoffi.teſta. auct.
nouiſsima.& ſic videntur ſubſtitutæ fęminæ ipſis
maſculis ſicut ẽcõuerſò,cũ conuerſio ſumatur ex
natura huius ſubſtitutionis reciprocæ, prout di-
cit Bald.ibi.licet de hoc ultimo dicto mentionẽ
nõ faciat Imo.in d.c.Raynutius.ſecundũ quem
ſubdit Bal.ibi ꝙ ſubſtitutio reciproca quoad eas
locũ habebit pro legitima portione,& ideò filiæ
prędictæ ita diuident: ut in auct. ut cũ de appell.
cogno.§ cęterũ.colla.viij.& vbi omnia ſunt paria
diuident per capita ſecund. Bal.ibi. cujus ultima
verba nõ uidetur bene dicta,nã ſi ultimo loco vo
cantur per ius accreſcẽdi,tunc debent cęteri hære
des,detracta mẽtione rei certę vt d.§.ſi ex fundo.
& ſic vr ꝙ ſiue res in quibus fuerunt inſtitutę fue
rint paris quãtitatis uel valoris,ſiue nõ, debeant
pariter uocari eo caſu quo ultimo vocãtur, licet
ipſe Bal.aliter ibi videatur ſentire ſecundũ ipſum
Imol.ſecundũ quem dici poteſt, quòd licet ipſis
filiis maſculis repudiantibus,vel etiam deceden-

tibus ante aditam hæreditatē ueniant ipsę fœminæ ad hereditatem ipsam.per d.§.si ex fundo.tamen nō uenient ut substitutæ,sed uenient ex iuris dispositione,ne testator decedat pro parte testatus & pro parte intestatus,cum illud repugnet iuri.ff.de reg.iu.l.ius nostrum.propter quam rationem institutus in re certa habet ius accrescendi, prout notatur in d.§.si ex fundo. & ut dictū fuit
27 supra.Si verò†ipsi filij masculi adiissent ipsam hęreditatē,& postea decessissent in pupillari ętate, & tunc secundum opinionē Bal.& Ange.ipsæ filię venient tanquā substitutæ ex pupillari substitutione ad successionē vltimi morientis.Sed secū dum opinionem Bar.veniēt ab intestato, ex quo non intelliguntur substitutæ,cuius opinio uidetur esse verior; qa substitutio reciproca debet æqualiter determinare quoad personas de quibus fit:ut d.l.iam hoc iure.quod non esset in casu prędicto,si filiæ intelligerētur substitutę ultimo morienti,cum econuerso non intelligantur ipsi masculi substituti ipsis filiabus pupillariter,ex quo fuerunt institutæ in re certa;quia cū filiæ sint institutæ in re certa,substitutio facta eis intelligitur facta in re certa,et sic non trahitur ad omnia bona filiarum, si alia bona habeant, cum sit facta per uerbum cōmune substituo.ff. ad Trebel.l. cogi.§.generaliter.& vt notatur per Bart.in d.l. Centurio.in iij.q.principali.in penul.seu ultima colum.propter quod videtur ipsa substitutio fideicōmissaria & non directa,& sic nō detur ęqualitas inter masculos & fœminas,pro tanto uerior
28 videtur ipsa opinio Bar.& quòd†ipsi masculi intelligantur ad inuicem substituti,& similiter ipsæ fœminæ substitutæ masculis,nec econtrà prout voluit ipse Bar.cuius opinio videtur uerior q̄ Bal.& Angel.secundum Imolam in d. c. Raynutius.q tñ dicit q si esset una filia fœmina tātū instituta in re certa,& vnus masculus institutus in vniuerso,& posteà testator dixisset, hǽredes meos inuicē substituo,& tunc necessariò uidetur inuitata ipsa fœmina ex illa substiōne, ex quo alius non est qui posit inuitari per id quod habetur in l.fina. ff. ad Trebell.per quam l. uidetur idem dicendū,quòd si ipse testator instituisset duos filios masculos uniuersaliter, & unam filiam fœminam in re certa, & posteà dixisset quòd si quis eorum decesserit,quòd tunc deueniat in superuiuētes, cum tunc extendatur dicta substitutio ad ipsam filiam fœminam, ut uerificetur ipsa pluralitas per d.l.finalem.ubi de hoc.Sed imò†non so-
29 lum in dictis casibus ipsa filia censetur substituta ipsi masculo per dictam substitionem reciprocam,sed etiam in casibus prædictis ipsæ filię fœminæ censentur substitutæ ipsis filiis masculis deficientibus,uidelicet ultimo moriēti,cum ipsi filij masculi primo loco censeantur inuicē substituti,ut supra dictū fuit,& posteà ipsis deficientibus censentur substitutę ipsæ fœminæ,ut supra; sicut & econtrà ipsi filiū masculi censentur substituti ipsis filiabus,seu ultimo ex ipsis morienti,cū ipsæ filiæ fœminæ ad inuicem censeantur substitutæ primò loco,prout & ipsi filij masculi,ut uoluit ipse Bald.in d.l.in testamento. & Imola ubi supra.Et non solùm uulgariter censentur substitutę,sed etiam pupillariter, cum substitui posit pupillariter ipsi filiæ institutæ in re certa, imò & exhęredatę ut institut. de pupilla. substitu. §. non solùm.et ita censentur substituti ipsi filij masculi ipsis filiabus,seu ultimæ in pupillari ętate decedenti,ex quo simpliciter fuit facta ipsa substitutio et non in re certa,cum in dubio intelligi debebat facta simpliciter & directè. per id quod habetur in c,si pater.eo.titu.lib.vi.per quod Imola in cap. Raynutius. in materia compendiosæ hoc voluit.quòd procedat non solum in casu de quo loquitur ipse Bal.in d.l.in testamento.videlicet: quando dixisset, quos & quas, vel filios & filias omnes inuicem substituo,vt tunc c videantur substitutę ipsæ filiæ ipsis masculis,seu ultimo ex ipsis deficienti,seu ecōuerso ipsi masculi ipsis filiabus seu vltimæ decedenti,sed etiam forte procedit in casu in quo loquitur Batiol.in d.l.Lucius. videlicet. quando ipse testator instituisset ipsos filios masculos uniuersaliter & ipsas filias in re certa, & posteà dixisset omnes filios meos adinuicē substituo, put et uoluit ipse Ange.in d.l.Lucius.ut ipsæ filię videantur tunc inuitatæ ipsis filiis masculis deficiētibus seu vltimò decedēti, nec fortè Bar.in hoc uoluit cōtrariū.allegando. d.§. qui discretas.prō quo facit;quia illud uerbū uniuersale,omnes,ad omnes adaptari potest,ut d. §. vtrū.& ita intelligi debet ut ad omnes adaptetur, ex quo ita potest ut ibi.& d.cap.solitæ,& etiam: quia tunc cessat inæqualitas,cum æqualiter posit substitui ipsis fœminis sicut & masculis,cum substitui potest etiam pupillariter, ut supra dictū fuit,& in dubio ita capi debet: ut d.c.si pater.
30 Circa Quintum quod est† de effectibus ipsius reciprocæ substitutionis, & quis sit eius effectus; dicendum est q talis substiō reciproca plu-
31 res effectus habet. Primus quia† ipsa substitutio continet plures substitutiones,continet enim qnque duas vulgares tantū,prout est quando ipsa substitutio reciproca est facta ultra duos substitutos, quorum cuilibet potest uulgariter substitui, & non pupillariter: vt quia ambo sint puberes, uel alter eorum, uel ipsi uel alter eorum non est in potestate. Nec exemplariter: ut, quia ipsi uel alter eorum est sanæ mentis, tunc enim in persona cuiuslibet continet unam uulgarem, & sic duas uulgares,si sint ipsi duo instituti & adinuicem simpliciter substituti:ut d.l. iam hoc iure.

Quandoque continet duas pupillares tantum, vt est quando duos impuberes ex in ptāte constitutos substituisset ad inuicē,cum talis substiō in persona cuiuslibet contineat unam pupillarem, & sic duas pupillares, ex quo cuilibet potest pupillariter substitui.l.ij.ff.de vulg.& pupil.& non duas uulgares,si ipsi uel alter eorum sit exhæredatus,cum substitui posit pupillariter non vulga-riter

riter ipsi exhæredato. instit. de pupilla. substitu. §. non solum. unde non continet tunc duas uulgares, nec etiam duas exemplarias si ipsi uel alter eorum sit sanæ mentis, cum non possit tunc exemplariter substitui, prout supra dictum fuit. Nec etiam cõtinet duas fideicommissarias, ea quo simpliciter facta fuit in testamento ipsos simpliciter ad inuicẽ substituẽdo, cũ tunc non contineat fideicommissarias, per id quod habetur in d. l. iã hoc iure. ff. de uulg. & pupil. prout & communi-
* ter tenetur, * & infra patebit.

Quandoque continet duas fideicommissarias tantum, ut est quando est facta in codicillis ipsa substitutio reciproca. ff. ad Treb. l. Scęuola. & C. de codil. l. hęreditatem. prout uoluit Barto.
* in d. l. Lucius. & communiter tenetur. * Aliàs verò si substitutio reciproca facta sit in testamento, & tunc non comprehendit substitutiones fi-
32 deicommissarias. cum substitutio directa † regulariter non obliquetur. ff. de uulg. & pupil. l. qui plures. & ibi per Glos. & Barto. in d. l. Lucius. vbi hoc uidẽtur tenere, ut talis substitutio reciproca in testõ facta non cõprehendat ipsas fideicõmissarias, per id quod habetur in d. l. iã hoc iure. vbi Bal. & Ang. hoc idem uidentur tenere. & ipse Angel. in d. l. qui plures. & Bal. in l. in testamento. C.
* de testa. mil. & ita communiter tenetur, * prout dicit Imo. in d. c. Raynutius. de testam.
33 Quod licet † communiter teneatur, & regulariter uerum sit, tamen fallit. &
34 Primò, † quãdo ista substitutio reciproca fuisset facta per infrascripta uerba videlicet: uos inuicẽ substituo uulgariter & pupillariter & per fideicõmissum. cũ tũc cõprehẽdat ipsam fideicõmissariã. prout uoluit Bal. in d. l. in testõ. & Imo. in d. c. Raynutius. Imò et comprehendit tunc nõ solũ ipsam fideicõmissariam, sed ẽt uulgarem & pupillarem, & sic sex, prout infra patebit.

Quãdoq; continet ipsa substitutio reciproca quatuor substitutiones uidelicet: duas uulgares & duas pupillares, vt est quũ ipse testator ad inuicem substituit duos filios institutos, quorum cuilibet põt substitui vulgariter: ut quia sunt instituti, & pupillariter: vt quia sunt impuberes & in ptãte: vt d. l. ij. ff. de vulg. & pup. cũ tunc in persona cuiuslibet cõtineat vnã vulgarẽ & unam pupillarem, & sic quatuor, quod & similiter locum habet, quũ essent instituti & ad inuicẽ substituti, tales quibus posset exemplariter substitui, vt quia essent furiosi filij vel mẽtecapti, cũ tunc substitutio reciproca inter eos facta contineat non solũ vulgarẽ in persona cuiuslibet, & sic duas vulgares, sed etiam exemplariam in persona cuiuslibet, et sic duas exẽplarias, ex quo hodie potest cuilibet exemplariter substitui absque rescripto principis. l. humanitatis. C. de impuber. & aliis substitu. esto quòd olim aliud esset. ff. de vulgar. & pupilla. l. ex facto. prout uoluit Bar. in dicta l. Lucius. & Imola in d. c. Raynutius. Quod & similiter locũ habet quando ipsa substitutio reciproca esset facta inter tales quibus posset uulgariter & per fideicommissum substitui, & per uerba quæ ad fideicommissum adaptari possunt; ut quia testator instituisset duos puberes & ad inuicem substituisset uulgariter & per fideicommissum, cum talis substitutio reciproca comprehendat duas uulgares & duas fideicommissarias, prout uoluit Bald. in d. l. in testamento: & ut supra dictum fuit.

Quandoque reciproca comprehendit sex substitutiones uidelicet: duas uulgares, & duas pupillares, & duas exemplarias, ut est quando instituisset duos filios impuberes & mentecaptos substituendo eos ad inuicem in casu quòd decesserint in pupillari ætate, uel posteà in dementia; cum talis substitutio contineat in persona cuiuslibet unã uulgarem, & sic duas uulgares, & in persona cuiuslibet unam pupillarem, & sic duas pupillares. & in persona cuiuslibet unam exemplarem, & sic duas exemplarias, & per consequens sex substitutiones directas.

Comprehendit ẽt quãq; duas uulgares, duas pupillares, & duas fideicommissarias, & sic quatuor directas & duas obliquas, prout est si testator instituat duos filios impuberes & sanæ mẽtis, & eos substituat ad inuicem uulgariter & pupillariter & per fideicommissum, cum tunc comprehendat duas uulgares, duas pupillares, & duas fideicommissarias. prout & continere potest si in testamento sit facta, prout uoluit Bald. in d. l. in testamento. & Imola in d. c. Raynutius. & ut supra dictum fuit. Quod & locum haberet similiter quãdo fuisset facta talis substitutio sub conditione, & per talia uerba, si decedat in pupillari ætate, uel post eã quandocunque ad inuicem substituo. cũ & tunc contineat duas uulgares & duas pupillares, & duas fideicommissarias, prout uoluit Bald. in d. l. Lucius. Imò & idem si dixisset si quis eorũ decesserit sine liberis, uel quandocunque inuicem substituo, cum & tunc contineat ipsas fideicommissarias sicut & contineret compendiosa, cum compendiosa dici possit. prout uoluit ipse Bald. in d. l. in testamento. & Imola in d. c. Raynutius. & ut supra fuit dictum, & ut plenius dicetur in materia compendiosæ.

Quandoque ipsa substitutio reciproca comprehẽdit octo substitutiones uidelicet: duas uulgares, duas pupillares, duas exemplarias, & duas fideicommissarias, prout est quando fit ipsa substitutio duobus impuberibus in potestate constitutis & dementibus hęredibus infuturis per hæc uerba uidelicet: substituo ipsos ad inuicem si decesserint in pupillari ætate, uel posteà in dementia, uel aliàs quandocunque, tunc enim talis substitutio comprehendit duas uulgares duas pupillares & duas exemplarias, & duas fideicommissarias, prout uoluit Bartol. in d. l. Lucius. & Imo. ubi supra. Quod & similiter locũ haberet quãdo substituẽret per hæc uerba, uos ad inuicem substituo uulgariter, pupillariter, exemplariter, & per fideicommissum. prout uoluit Bald. in dicta

l. in testamento. Imò & idem si diceret quandocunque decesserint, inuicem substituo, prout videtur uelle Bal. in d. l. Lucius. & in d. l. in testamento, vbi de hoc, de quo dicetur infra in materia compendiosæ. cum & compendiosa tunc possit dici prout ibi patebit. & hęc qñ tales substitutiones reciprocè fiunt duobus. Si uerò fiat tribus quatuor uel octo, & tunc sicut multiplicatur numerus personarum, ita & multiplicatur numerus substitutionum, ita quòd contingere poterit quòd contineat octo uulgares in persona cuiuslibet, & octo pupillares, & sic de singulis. Nunquam tamen substitutio reciproca potest cōtinere substitutiones in numero non pari, vt tres quinque, uel septem, nisi aliud appareat de uoluntate ipsius defuncti: argu. l. in testamento. C. de testamen. milit. & prout uoluit Bartol. in dicta l. Lucius.

35 Secundus effectus est: † quando ipsa substitutio reciproca seu breuiloqua continet ipsas substitutiones expressas seu verbis expressis. prout voluit Gl. in d. l. Lucius. & Azo, secundum quod refert Bar. in ead. l. Lucius. dicens quòd tales substitutiones sunt expressæ: quod & uoluit etiam Glo. penultima. in l. precibus. C. de impuber. & aliis substitu. Quod intelligendum est generaliter, cum generaliter seu uerbis generalibus ipsas comprehendit, imò hoc respectu dicuntur tacitæ, & ita procedat. Glo. in l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. quæ eas tacitas appellat. vnde cum generaliter dicantur expressæ in quantum contineat pupillarem ipsa substitutio reciproca excludet matrem ex quo uerbis generalibus eam expressè continet, & hoc voluit Bartol. in d. l. Lucius. & Angel. in d. l. iam hoc iure. & Bald. in d. l. in testamento. C. de testamen. milit. & Imola in d. c. * Raynutius. & communiter tenetur. * Ad hoc Glo. in d. l. in testamento. & hoc quando ipsa substitutio reciproca simpliciter concipitur.

Si uerò apponantur verba illa, & si alter eorū hæres non erit inuicem substituo. & tunc eum continet pupillarem omninò tacitam, non excludet matrem, prout voluit ipse Bartol. in dicta l. Lucius. & Imola in dicto cap. Raynutius. & ut plenius dictum fuit supra in materia pupillaris substitutionis.

36 Tertius effectus est: † quia ipsa substitutio reciproca seu breuiloqua in dubio refertur ad oēs pariter, ita φ omnes ueniunt pariter & non seruato ordine, etiam si sint inter aliquos aliqua coniunctio sanguinis. Vnde si testator habens quatuor filios duos ex prima uxore, & duos ex secunda, eos hęredes instituat, & ad inuicē substituat & tunc uno ex eis mortuo uel repudiante, nō ueniet alter utrinq; cōiunctus, prout tenuit Dyn. in l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de vulg. & pup. Sed uenient omnes superstites pariter, cum coniunctio sanguinis nō sit attendēda, ea quo ius accrescēdi non inducit, prout notatur. ff. de leg. iij. l. re coniuncti. & hoc tenuit Bart. & Rayne. in d. l. Lucius. & Bal. & Angel. in d. l. iam hoc iure. per l. & Proculo. ff. de legat. ij. & ipse Bal. in l. in testamento. & ita communiter tenetur. secundū Imola * ubi supra. Quod verum est nisi ipse testator instituendo plures, aliquos ex eis cōiungat, vt si instituat duos filios masculos hæredes uniuersales & duas filiàs fęminas, uel vnam incertam, & postea ad inuicem substituat, cum tunc non ueniant pariter, sed quodam ordine seruato, pro ut dictum est supra, circa finem quarti capituli. Vel nisi inter aliquos ex ipsis sit facta aliqua specialis substitutio: quia tunc reciproca substitutio generaliter postea facta non referatur ad ipsos quibus est facta specialis substitutio. l. cohęre di. §. qui patrem. ff. de vulg. & pup. ubi de hoc.

37 Quartus effectus est: † quia ipsa substitutio reciproca seu breuiloqua generaliter concepta refertur ad ipsos omnes substitutos, & secundum portiones in ipsa substitutione inter ipsos facta. cū illæ portiones assignatæ in institutione uideantur repetitæ in ipsa substitutione, ita quòd ipsi substituti veniūt ꝑ portionibus pro quibus sunt instituti. ff. de uul. & pu. l. qui plures. & C. de impub. & aliis subst. l. i. & ff. ad Trebel. l. quoties. & l. fi. Quod verum intellige: quando ipsa substitutio reciproca est facta per nomina appellatiua tātū, uel per nomina appellatiua & propria pręcedentibus nominibus appellatiuis, ut quia dicit, quos hæredes meos, videlicet: Petrum, Ioannem, & Martinum inuicē substituo, prout voluit Bald. in d. l. j. arg. l. seruus communis. ff. de vulg. & pup. dicēs idem esse si apponat nominatiuum indifferens ad proprium & appellatiuū: vt quia dicat, quos inuicē substituo, cū tunc nomē appellatiuū attēdatur, & pro nomine appellatiuo apponatur. ff. ad Trebel. l. Lucius. §. Mœuia. imò & idem si testator simpliciter dicat, substituo, nō adiecto nomine proprio uel appellatiuo, cū in dubio nomē appellatiuū uideatur expressum, ꝓut uoluit Bal. in d. l. qui plures. per illum textum, vbi dicit hoc singulariter, ꝓbari, aliás uerò si ipsa substitutio reciproca esset facta per nomina propria, & tunc nō ꝓ portione hęreditaria, sed uiriliter & ęquis portionibus viderentur substituti. ff. ad Trebel. l. non nunquam. prout uoluit Bald. in d. l. prima. ubi videtur etiam uelle, quòd & idem sit, si per nomina propria & appellatiua sit facta, præcedentibus nominibus propriis, cum ipsa nomina, & eorum modus sit attendendus, per notata in d. l. seruus communis. & hoc quando ipsa substitutio reciproca est simpliciter facta & absque aliquo onere ipsis institutis æqualiter imposito aliàs si cum onere, & tunc qualitas oneris, ęqualitatem substitutionis, seu portionem ipsius substitutionis inducit, quasi videatur æqualiter substituti, si æqualiter sint grauati: ut d. l. quoties. ff. ad Trebe. prout voluit Bald. in dicta l. i. Imò & non solum in casu prædicto, sed etiam quando aliter apparet de mente testatoris, φ uoluerit viriliter & ęqualiter substituere, cum tunc non videantur

deantur repetitę in ipsa substitutione portiones institutionis. sed viriliter & æqualiter substitui: ut d. l. qui plures, quod apparere potest ex uerbis vel aliter: puta per coniecturas, prout ibi notatur. Item prædicta procedunt quando illi quibus est facta dicta substitutio reciproca sunt instituti simpliciter vel in certis quotis etiam inæqualiter, aliàs verò si sunt instituti aliqui ex ipsis vniuersaliter vel simpliciter, & aliqui in re certa, & tunc dicendum est prout dictum fuit supra in quarto circa eius finem.

38 Quintus effectus est, † quòd cum substitutio reciproca comprehendat aliàs substitutiones, ut supra, in ea venient bona testatoris vel bona illius cui est facta substitutio secundum naturam substitutionis in ea comprehensæ, cum generaliter ipsa substitutio reciproca habeat illos effectus quos habēt ipsæ substitutiones in ea comprehēsæ; de quibus dictum fuit supra in qualibet ipsarum. Ad hoc quod notatur in simili. ff. si quis cautionibus. l. si eum. §. qui iniuriarum. & ff. si quis testamēto lib. iuss. esse fuer. l. i. §. hęc actio. & ibi per Bartol.

39 Circa sextum & ultimum † quod est quomodo finiatur seu definat ipsa substitutio reciproca, dicēdum est quòd ipsa substitutio reciproca deficit quandoque ab initio, prout est quando deficit aliquid in substantialibus, de quibus dicendum est vt dictum fuit supra in quarto capitulo. Quandoq; deficit ex post facto & tunc, si quæratur singulariter de substitutionibus in ea comprehensis, & ipsarum quælibet finitur eisdē modis quibus finirentur ipsę substitutiones si spe-
40 cificè & expressè essent factæ, cum† earum naturam non perdant, quanuis accumulentur, prout notatur in dicto §. qui iniuriarum. & in dicto §. hæc actio.

Si uerò quæratur de ipsa substitutione reciproca quæ à principio requirit æqualitatem & paritatem ut supra, si ex post facto inęqualitas superueniat, an deficiat. & in hoc dicendum est
41 † quòd inęqualitas superueniens non facit ipsam substitutionem reciprocam cessare in persona alterius in quo non superuenit ipsa inæqualitas prout uoluit Azo & Guliel. de Cuneo in d. l. Lucius. per id quod habetur. ff. de duobus reis. l. eadem. §. j. unde ex hoc dicunt, quòd si substitutio reciproca facta sit inter duos filios quorum unus est anniculus, & alter duodecim annorum nō expirabit in personam ipsius impuberis, quantumcunque ille qui erat duodecim annorum peruenerit ad pubertatem, per id quod habetur in d. §. i. Quod & communiter tenetur. * Quod procedit nō solum si talis inęqualitas superueniat post mortem testatoris, prout tenuit Rayner. ex eo:
42 quia † testamētum morte confirmatur: ut in c. cum Marthæ. de celeb. miss. Sed etiam si superueniat in uita testantis, & sic ante testamentum cōfirmatum, cum præsumatur à principio testatorē ita uoluisse ipsam substitutionem contineri, & ipsam uoluntatem non esse immutatam, prout uoluit Bart. in d. l. Lucius. argumento l. fideicōmissa. §. si rem. ff. de leg. iij. & ff. de adimend. leg. l. rem legatam. esto quòd ipse Rayn. in hoc aliud uoluerit, & non bene, ut per ipsum Barto. plenè in d. l. Lucius. post Vberiū de Cremona. & quia
43 ponderanda † est uoluntas testatoris, quæ est prima & principalis causa & non ipsa ęqualitas, quæ est secundaria, unde cum ipsa uoluntas ui-
44 deatur† durare ex quo non apparet mutata. ff. de probat. l. cum tacitam. durabit ipsa substitutio in persona ipsius pupilli quantuncunque superueniat ipsa inæqualitas, imò & non solum ipsa uoluntas videtur adesse, sed verba etiam hoc uidentur suadere, nam cum substitutio reciproca censeatur facta in casu in quo alter decesserit in pupillari ętate, uerificat ipsa substitutio si alter decedat in ipsa pupillari ętate, secūdū Imo. in d. c. Raynutius. quod prius tenuit Bal. in l. in testam.
45 C. de testam. milit. Ita quòd † ipsa inæqualitas superueniens non habet vitiare ipsam substitutionem reciprocā, nec facit eam cessare in persona illius cui potuit à principio substitui pupillariter quantumcunq; cesset in persona alterius.
46 Quod † procedit quando ipsa inæqualitas superuenit naturaliter & absque facto hominis, ut
47 in casu prædicto. alias si † superueniat facto hominis, ut quia testator instituat duos suos filios impuberes, & eos ad inuicē substituat, & deinde vnum ex eis emancipet, & tunc substitutio pupillaris comprehensa in ipsa reciproca finietur & expirabit. non solum in persona ipsius emancipati, sed etiam in persona alterius in potestate constituti, & nō emancipati, prout voluit Guli. de Cuneo & Rayner. in d. l. Lucius. argumento l. ii. & l. alteri. ff. de adimend. legat. & l. fin. ff. de acceptilat. Quæ limitatio restringenda est, vt voluit etiam Barto. in d. l. Lucius. quando emancipatio fuisset facta per ipsum patrem uoluntariè, per rationem prædictam: aliàs si coactè & ex necessitate, prout contingit quatuor casibus de quibus per Glo. in §. fin. instit. quib. mod. ius patr. potest. solu. & tunc non expiraret ipsa substitutio pupillaris in persona ipsius existentis in potestate, cum tunc cesset ratio prædicta, ut & uoluit Barto. in d. l. Lucius. Sed Bald. in d. l. in testamento. C. de testam. milit. in penultima & vl-
48 tima columna tenuit contrarium, videlicet; † quòd non solum si ex necessitate uel coactè fiat ipsa emancipatio non expiret ipsa substitutio pupillaris in persona ipsius in potestate constituti, sed etiam si voluntariè emācipauerit, vel monasterio obtulerit, nā si testator reuocet vnā, nihilominus alia non erit reuocata: argumento. ff. de duob. reis. l. fin. & ff. de testam. milit. l. tribunus. §. fin. vnde durabit ipsa substitutio in personam alterius existentis in potestate, cum sit eius fauor. C. de inoffi. testam. l. ex tribus. & etiam: quia vna dispositio ad aliam non habet se loco finalis causę, prout est in d. l. alteri. sed bene fraternizat secū-
dum

dum Bald.ibi.quod & uoluit etiam D. Angel.in
d.l.Lucius. per rationes prædictas,licet nõ faciat
mentionem de ipso Baldo, nec hoc præcisè fir-
met, cum dicat ultimo loco, super hoc cogitan-
49 dum esse,& etiam super alio † uidelicet:quando
coactut emaciparet,cum & tunc non debeat con-
seruari in persona alterius,cum etiam hoc ten-
deret ad commodum ipsius filij compellentis,se-
cundum Angel. ibi.sed certè hoc non est consi-
derandum, cum faciat hoc,& facere possit iure
permittente,ut supra, & propterea pœnam non
50 mereatur.C.de adulter.l. Gracchus.Sed† est con
sideranda mens ipsius testatoris quæ non præsu-
mitur propter tale factum necessarium mutata:ut
d.§.si rem.& ideo uerior est opinio ipsius Barto.
* quam cæteri sequuntur, *.non solum†in casu
51 prædicto uidelicet:quando coactè emanciparet,
ut & tunc duret & non expiret ipsa substitutio in
persona alterius, prout uoluit ipse Bartol. sed
52 † etiam quando uoluntariè emancipauit, & tunc
ipsa substitutio expiret etiam in persona alte-
rius,ut & tenuit Bart.quod etiam tenent cõmuni
* ter alii Doctores * per iura per eundem allega-
ta,& præsertim per d.l.alteri.ubi uidetur esse ca-
sus in simili, secundum Imolam in d. c. Raynuti-
53 us. sed quidquid dicant † uerior uidetur opinio
Bald.quę est. ut duret ipsa substitutio in persona
alterius,non solũ qñ coactè emancipauit, ut & te
nuit Bart.& Imo. ut supra, sed &ẽt qñ uoluntariè
emancipauit alterũ ut & tenuit Angel.cum ipsa
54 † uoluntas præsumatur durare in persona ip-
sius existẽtis in potestate prout à principio fuit,
ex quo in eius persona nihil reperitur immuta-
tum.Ad hoc quod habetur in d.§.si rem.& ff. de
leg.iij.l.si quis à principio testamẽti. & ff.de pro
55 bat.l.cum tacitum.Cum † uoluntas semper præ-
sumatur durare si non reperiatur mutata: ut in
dictis iuribus notatur. Nec obstat d.l.alteri. quia
ibi fuit causa finalis,unde nimirum si mutatur,ip
sa cessante, quod non est in casu prędicto, cum
una dispositio non habeat se ad aliam ut causa fi-
nalis,prout uoluit ipse Bal. in d.l.in testamento.
unde non est in consideratione,sed ipsa uoluntas
quæ præsumitur durare,ex quo non reperitur mu
tata.ut d.l.cum tacitum.& hoc quando inæquali-
tas superuenit post ipsam substitutionem recipro
56 cam.si uerò † tempore testamenti erat inæquali
tas, ut quia unus ex institutis inuicem substitu-
tis erat in ptãte & alter non, & postea ipse testa
tor alium adoptat,& sic superueniat ęqualitas, &
tunc substitutio reciproca non reconualescit, ita
quòd includat ipsam substitutiõem pupillarem,
prout à principio non inclusit: argumento l.pe-
nultimæ.ff.de reg.iur.& regulæ.non firmatur.eo
dem titulo libro.vi.& hoc uoluit Barto. in d. l.
Lucius.ubi plenius de hoc.de quo per Bald.in d.
l.in testamento.ubi uidetur idem tenere in simi-
57 li qõne,uidelicet. Qñ pater †habet filiũ impube
rem legitimum & naturalẽ, & in potestate; & ex
alio filio bastardo nepotem impuberem & eos
hæredes instituit. & inuicem substituit si postea
ipsum nepotem legitimet,& ipse filius legitimus
decedat in pupillari ętate,non succedet ipse legi-
timatus ex ipsa pupillari substitutione, cum ipsa
propter imparitatem non includatur ab initio,
cum per ipsam imparitatem pręsumatur deficere
uoluntas ipsius testantis, quæ casu non augetur,
cum sit facti.ff.de lib.leg.l.Aurelius.§.testamẽto.
secundum Bald.ibi. ut ibi plenius per eum qui
hoc uidetur uelle quòd tunc ipsa substitutio pu-
pillaris non includatur in ipsa reciproca.quan-
58 tumcunque superueniat ęqualitas, & hoc † nisi
aliud appareat de uoluntate testantis, prout ibi
ipse uult & clarius uoluit. Ange. in d.l. Lucius.
59 dicẽs† ꝙ si testator habeat unum filium legitimũ
& naturalem & alium naturalem tantum quem
instituere potest in uncia existẽte legitimo C.de
natu. libe.l.ii.ipsos impuberes hæredes instituat
& ad inuicem substituat,& posteà legitimet natu
ralem; & tunc legitimatio superueniens non fa-
cit contineri in ipsa reciproca pupillarem substi-
tutionem,sicut nec facit adoptatio superueniens,
60 ut supra,cum quo ad hoc † non trahatur retro ip
sa legitimatio, licet trahatur retro quo ad alia: ut
in auct.quib.mod.n tur,effic.legit. §. si quis au-
rem. Et hoc nisi aliud appareat de uoluntate testã
tis, ut quia substituit ipsos adinuicem uulgariter
pupillariter, & per fideicommissum, prout est
hodie de consuetudine notariorum, Quia tunc si
posteà pater legitimet ipsum naturalem,etiam in
persona ipsius continebitur ipsa pupillaria sub-
stitutio, si uterque erat impubes, ex quo de ipsa
pupillari expressa prouidit, prout uoluit ipse An
gel.in d.l.Lucius.quem sequitur Imo. in d.c.Ray-
nutius. & hoc de ipsa substitutione reciproca
seu breuiloqua,et sic de quarta specie substõnis.

AD QVINTAM SPECIEM SVB-stitutionum uidelicet compendiosam.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Substõnis compendiosæ materia ubi tractetur.*
2 *Substitutio compendiosa quid sit.nu.9.& 11.*
3 *Substõ compendiosa quare sic nocetur.nu.12. & 14.*
4 *Substitutio compendiosa an sit species substitutionũ de per se.nu.16.*
5 *Substitutionis compendiosæ ad esse, quæ requirantur.nu.20.& 21.*
6 *Substõ cõpẽdiosa per quæ uerba fiat.num.20.et 23.*
7 *Substõnis cõpẽdiosæ q sit effectus si fiat à milite uel pagano.n 46.47.129.130.131.132.et 139.*
8 *Substitutio compendiosa qualiter finiatur.nu.144.*
13 *Substitutio compendiosa non actu sed aptitudine comprehendit uulgarem.pupillarem, exemplariam & fideicommissariam.*
15 *Substitutio compendiosæ in quo differat à substitutione reciproca seu breuiloqua.*
17 *Miles militari priuilegio etiam extraneo substituit post aditam hæreditatem.*

& 92 contra nume. 93. qua matrem nec uenientes ab intestato excludit, nec à legitima quin detrahatur, nec a trebellianica. nu. 77. quod restringitur ut nu. 78. Secus ut in nu. 81.

80 Episcopus quando loco legatarij, quando uerò loco hæredis habeatur in relictis pauperibus.

83 Substitutio facta his uerbis à pagano, quandocunq; filius meus decesserit bona mea uendantur seu distribuantur inter pauperes, quorum electio spectet ad fideicommissarios meos: an sit omni tempore fideicommissaria, uel si casus eueniat in pupillari ætate dicatur directa pupillaris & excludat matrem num 84. 85. & seq. usque ad nu. 93.

86 Verbum accipiat est directum, & quare, & an relatum ad uniuersalitatem bonorum trahatur ad institutionem.

87 Substitutio pupillaris quæ surgit ex mente testatoris & colligitur ex uerbis uel coniecturis, etiam excludit matrem, secus si omninò esset tacita qua comprehenderetur ex iuris dispositione.

88 Clausula in fine posita in dubio refertur ad omnia præcedentia, si commodè fieri potest.

91 Verbũ dare, uel distribuere, dicũtur obliqua. nu. 94

95 Substitutio compendiosa facta à pagano per uerba communia in codicillis est omni tempore fideicommissaria.

96 Substitui directò non potest in codicillis.

97 Substitutio cõpendiosa facta à pagano per uerba cõmunia in testamento puberi uel pupillo emancipato seu extraneo omni tempore est fideicommissaria, & hoc post aditam hæreditatem. nu. 98.

98 Substitui directò non potest à pagano, puberi uel pupillo emancipato seu extraneo.

101 Paganus directò substituere potest ante aditam hæreditatem.

102 Substitutio cum ualuit ut directa, an posteà ualere possit ut fideicommissaria. nu. 125. & 128.

103 Substitutio compendiosa facta à pagano per uerba communia impuberi, cui potest pupillariter substitui, an contineat uulgarem eo casu quo continet pupillarem. Item quod maius est dubium an contineat pupillarem uel fideicommissariam? & quid si mater est in medio. nume. 104. 105. 106. 107. 109. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 120. 123. & 126.

106 Dictio distributiua non inducit pluralitatem dispositionum. nu. 115.

107 Dictionis quandocunque, natura. nu. 115.

108 Verbum substituo, potest trahi ad fideicommissum. nume. 122.

109 Verbum ad plura relatum debet illa seruata æqualitate determinare. nu. 123.

110 Eadem res non debet diuerso iure censeri.

111 Diuisio uoluntatis non est facienda.

Intellectus ad c. si pater. de test. lib. vi. n. 118. et 138.

119 Verbum moriatur, & uerbum succedat an uideantur eiusdem natura.

121 Opiniones cũ sunt in aliquo articulo diuersæ in iure ciuili, tunc etiam in terris Imperij seruandum est ius canonicum, si illud determinat.

124 Verba interpretanda sunt secundum qualitatem & conditionem personarum.

126 Tempus in dispositione appositum, quod potest se habere ad præteritum & futurum, intelligendum secundum contingentiam casus.

127 Lex ab initio est certa de eo quod est certum in rerum natura, licet apud nos possit esse incertum.

129 Substitutio compendiosa facta à pagano cumulatis uerbis directis, communibus & obliquis, uel uulgariter, pupillariter & per fideicommissum, continet in se uulgarem pupillarem & fideicommissariam. & hic est primus eius effectus, et hoc modo fieri potest respectu unius & respectu plurium ponũtur exempla, & ibi qui effectus. n. 139. 140.

131 Substitutio cõpendiosa alias comprehendit expressis uerbis generalibus, quæ specialibus uerbis sunt tacita, & sic etiam pupillaris excludit matrem.

132 Substitutioni uulgari in ipsa compendiosa comprehensæ an sit locus si institutus decedat uiuo testatore. Quid autem si uulgaris sit omninò tacita.

133 Substitutionis compendiosæ inter alios effectus est unus, quòd per eam succeditur ipsi testatoris, & in eius bonis secundum naturam illius substitutionis cuius casus euenerit. nu. 132. quid autẽ in fructibus si euenerit casus pupillaris. quid si fideicommissaria. nu. 134.

136 Intellectus ad c. Raynutius. de testam.

141 Substitutionis compendiosæ effectus inter alios est quòd filius hæres institutus grauari potest sub duplici conditione uidelicet: si ipse sine liberis decedat, uel eius liberi sine liberis, & hoc quando apparet sic uoluisse.

142 Grauari non potest regulariter qui non honoratur, nec simpliciter grauatus censetur cum subaudito honore.

143 Intellectus ille in dubio capiendus, per quem res potius ualeat quàm pereat.

144 Substitutio compendiosa considerata prout alias substitutiones continet, finitur sicut qualibet substitutio in ea comprehensa finiret si separatim & de per se esset facta.

145 Substitutio compendiosa de per se considerata finitur, quando ipse substitutus decedit ante euentũ conditionis. Item eo ipso quòd deficit conditio in ea apposita. nume. 146. Quod procedit si facta est uni. nu. 147. si pluribus, plures casus considerantur, de quibus. nume. 148. 149. 150. 151. 152. 160. 161. 167. & 174.

151 Intellectus ad l. penultimam. C. de impube. & alijs substitut.

162 Substitutio uulgaris facta pluribus institutis per hæc uerba uidelicet: si Titius & Seius instituti hæredes nõ erunt, uel si neque Titius neque Seius hæres erit, an ut locum habeat requirat existentiam conditionis in utroque uel in altero tantum ut substitutus admittatur. nume. 163. 164. 165. & 166.

167 Substitutio uulgaris pluribus facta sub nõie collectiuo, uidelicet, si uterq; nõ erit hæres, uel si ambo & tale substituo, ut habeat locũ an requirat existentiam

stentiam conditionis in utroque.nu.168.169.& reiectis distinctione quando collectiua adiicitur orationi affirmatiua uel negatiua, cōcluditur esse communem opinionem. ut locus sit substitutioni quando cōditio existit in psona utriusq;.n.170.
171 *Substitutio uulgaris pluribus institutis facta cum dictione alternatiua, seu distributiua. uidelicet si Titius aut Seius hæres non erit, uel si quis ex ipsis &c.ut habeat locum sufficit regulariter quòd existat conditio in persona unica. quod limitatur extraneo substituto, liberis institutis.nu.174.*
175 *Alternatiuæ uel distributiuæ natura est ut uerificetur etiam in uno.& nu.178.*
Substō pupillaris exemplaria facta pluribus alternatiuè uel cū dictione distributiua de proprio uerborum significato, ut habeat locum sufficit conditionem existere in altero tantū: secus ex præsumpta mente testantis, et hoc qñ extraneus est substitutus: secus si unus ex liberis.n.174.176.et 177.
176 *Testator non uidetur in dubio uelle præponere extraneum suæ soboli.*
178 *Substitutio pupillaris exēplaria facta pluribus filiis institutis simpliciter, uel copulatiuè ut locum hēat, non solū ex ui proprietatis uerborū, sed etiā ex præsumpta mente testantis ne dum si extraneus, uerum & si unus ex liberis esset substitutus, requirit existentiam conditionis in utroq; instituto præcipuè si adinuicem sint substituti.nu.179.& cum locum habet an substitutus admittatur ad portionem primi, uel ultimi decedentis, uide num.180. 181.182.& 183.*
184 *Impubes doli capax filium habere potest.*
185 *Substitutio fideicommissaria facta pluribus hæredibus institutis cum dictione alternatiua, uel distributiua ut locum habeat sufficit ut conditio existat in cuiuscunq; persona de institutis, nisi extraneus sit liberis institutis substitutus.*
186 *Substitutio fideicommissaria pluribus facta per uerba simplicia ut locū habeat & substitutus admittatur, sufficit conditionem existere in persona unius tantum cum ad illius partem uocetur regulariter. quod ampliatur etiam si testator uoluerit ad substitutum peruenire integrum relictum uel totā hæreditatem, cum & tunc uocetur ad partem decedētis sine liberis.nu.187.fallit tamē.nu.189.190.*
188 *Intellectus ad l. quidam testamento.ff.de uulga. et pupil.contra Barto.*
191 *Substitutio fideicommissaria copulatiuè uel collectiuè facta pluribus, nō habet locū in persona primi morientis quamuncunque in eo existat conditio, & hoc si liberi sint instituti, uel tales q̃ unus alteri succedere possit, aliàs secus. nume. 192. Quid autem si conditio existat in persona ultimi morientis ac existat persona in potiori seu priori gradu? uide nu.193.per totum.*


ESTAT ammodo quinta species
uidelicet compendiosa substitutio,
1 de qua † per Glo.instit.de pup. sub-
stitu.§.qua ratione,& ff.de vulga. &
pupil.l. Centurio.& ibi per Glo. & per Barto. &
Angel.C.de impube.& aliis substit.l.precibus. &
ibi per Glo.Cyn.& Bald.& in cap.si pater. de testamen.libro vj. & ibi per Gloss. Ioannes Andr.
& Bald.in sua repetitione.& per Gloss.in uerbo
vel substitutionis.de testamen.c.Raynutius. ubi
D.Anto. sed plenius D. Florianus & Imola.circa quam, & pro eius declaratione recolligendo
ex dictis ipsorum & aliqua addendo septem uidenda sunt.& Primò.
2 Quid sit † ipsa substitutio compendiosa? Secun
3 dò † quare uocetur compendiosa. Tertiò, † an
4 sit species de per se? Quartò † quæ requirantur
5 in ipsa substitutione compendiosa. Quintò
6 † per quæ uerba fiat? Sextò † quis sit eius effe-
7 ctus si fiat à milite uel pagano. Septimò † qua-
8 liter finiatur.
9 Circa primum † dicendum est quòd substitutio
cōpendiosa est substitutio quæ fit sub conditione mortis, uel alia simili, uel multa tēpora comprehendens, ut est de mente Azonis in summa,
secundum quod refert Barto. in d.l. Centurio.
qui cum hac diffinitione transit cum qua transit
10 Imola in d.c.Raynutius.ex quorū † dictis uidetur quòd substitutio fiat per uerba merè obliqua
si multa tempora complectitur ipsa compendiosa, quod uerum non est, cum sit omni tempore
fideicommissaria.l.cohęredi.§.cum filię.ff.uulg.
et pup.per quam.l. Bartol.hoc uoluit in d.l.Cēturio.nec hoc sub compendio uerborum comprehendit, sed apta est comprendere plures substitutiones, prout requiritur in ipsa compendiosa.ut uoluit Glos.in d.l.precibus.et infra pa-
11 tebit.vnde dicendum est quòd † substitutio compendiosa est illa quæ sub compendio uerborum
diuersa tempora,& diuersas substitutiones includit, prout uoluit Ioannes And.in d.c. si pater. sed
imò, si non includat, sed apta sit includere compendiosa est, prout uoluit Bald. in d.l. precibus.
& D. Florianus in d. c. Raynutius. dicens quòd
compendiosa dicitur: quia sub compendio uerborum plures substitutiones comprehendit saltē
aptitudine. quem sequitur ibidem Imola, ita q̃
dici & concludi potest, quòd substitutio compendiosa est illa substitutio quæ sub conditione mortis uel alia simili multa tempora & multas substitutiones includit, ut patet ex prædictis.
12 Circa secundum † quod est quare dicatur compendiosa; dicendum est quòd hoc nomen compendiosa, mutuatum fuit ab Imperatore, ut patet
in d.l.precibus. Ad hoc etiam quod habetur. ff.
de leg.ii.l.Męuio. §.duobus.& dicitur compēdiosa: quia sub compendio uerborum plures substitutiones comprehendit, prout uoluit Glos. in
d.l.precibus.& Bartol. in d. l. Centurio. dicens
quòd ideò dicitur compendiosa; quia sub compendio uerborum complectitur plures substitutiones seu plura tempora. Quod & uoluit Bald.
13 similiter in d.l.precibus, Quod intelliget ut comprehēdat dictas substitutiones non actu, sed apri
tudine

tudine cum poterit euenire quòd habebit locum ante pubertatem si decedat in pupillari ætate ille cui facta est substitutio, tunc enim comprehẽdit uulgarem & pupillarem.vt d.c.si pater.Si uerò decedat post pupillarem ætatem, & tunc cõprehendet fideicommissariam,ut in d.c.Raynutius.Imò & etiam exemplariam si non sit sanæ mentis,ut supra in materia exemplariæ dictum fuit, & sic comprehendet plures substitutiones
14 saltem aptitudine,ac etiam † plura tempora.prout supra patet,propter quæ dicitur compendiosa
15 ut dicit Imo.in d.c.Raynutius.Et ipsa † substitutio cõpendiosa differt ab ipsa reciproca seu breuiloqua, cum illa fiat pluribus, & inter plures, sed hęc fit uni,& post eius mortem, ut supra patet.

16 Circa tertium † quod est an ipsa compendiosa sit substitutio de per se, dicendum est quòd ipsa non est substitutio de per se,cum includat aliàs uidelicet: vulgarem,pupillarem,exemplarem & fideicommissariam ut supra,& infra plenius patebit,& sic est potius quadam adiectio substitutionis prout supra fuit dictum in reciproca, & prout in simili dicitur in actione de peculio. ff. de pecu.l.iij.§.cui congruit,quod procedit in pagano seu non milite, cum in milite substitutio compẽdiosa per uerba directa uel communia sit substitutio de per se, cum ualeat vt directa etiam post aditam hæreditatem,etiam si substituat ex-
17 traneo,cum † ipse miles possit directo substituere post aditam hæreditatem militari priuilegio, prout notatur in d.l.Centurio.& in l.in testamẽ-
18 to.C.de testam.milit. Quod† locum habet in milite in quo concurrunt ea de quibus in l.pen. ff. ex quib.caus.mai.non autem in milite nostri tẽporis in quo ea non concurrunt, cum tales non habeant priuilegia concessa militibus, prout uoluit Cyn. in l.i.C.de iur.& fact. ignor.& Bald. ibidem.& in d.l.in testamento. & Imola in d.c.
19 Raynutius. Item † procedit in ipso pagano de iure communi ut non possit substituere directò post aditam hæreditatem: aliàs si possit de iure speciali, ut beneficio statuti disponentis quòd fœmina teneatur seruare disposita per patrem,& quòd pater possit idem directo substituere etiam post aditam hæreditatem,cum & tunc sit substitutio de per se,prout uoluit Barto.in d.l.Centurio.& Imola ubi supra.Si uerò statutum disponit simpliciter quòd filia fœmina teneatur seruare omnia disposita per patrem stantibus masculis, prout uoluit Bart. in d.l.Centurio. hoc non uidetur statutum,cum statutum prædictũ expressè hoc non dicat scilicet, quòd post aditam hęreditatẽ possit expressè substituere nec tacitè hoc inferat,cum possit aliter uerificari, scilicet: ut filia teneatur obseruare uoluntatem patris restituendo omne id in quo fuit instituta. Sicut & ille qui fuisset grauatus per fideicommissum & postea,coactus adeat & restituat hæreditatem, secundum Imolam ubi supra, ubi plenè per eum,

Sed licet ipsa substitutio facta à milite uel pagano ex dispositione statuti sit substitutio de per se ut supra,& sic directa,prout & exemplaris, tamẽ substitutio compẽdiosa non erit, si in dicta specie fiat,& substitutiones alias non comprehen-
20 dat.cum ad hoc † ut sit substitutio compendiosa requiratur ut sub compendio uerborum plures substitutiones comprehẽdat,saltem aptitudine, ut dictum est,& infra dicetur. unde si tantum dictam speciem comprehendat nõ poterit dici cõpendiosa,sicut dictũ fuit supra in fideicommissaria,sed bene dici poterit compẽdiosa si ipsa substitutio comprehẽdat illam speciem & alias substitutiones,ut supra.

21 Circa quartum † quod est, quæ & quot requirantur ad ipsam substitutionem compendiosam inducendam? dicendum est, quòd aut quęritur de substitutionibus in ipsa substitutione compẽdiosa comprehensis, & tunc requiruntur omnia illa quæ requiruntur in ipsis substitutionibus, & earum qualibet de quibus plenius supra dictum est in materia cuiuslibet. Aut quæritur de ipsa compendiosa ut ualeat & sit compendiosa,& in hoc dicendum est quòd requiruntur duo. Et primò quòd in ea apponantur talia uerba quæ cõprehendere possint plures substitutiones,cũ sub compendio uerborum comprehendere debeat plures substitutiones, seu apta esse debeat,ut cõprehendat plures substitutiones,ut notatur in d. l.precibus. Vt si fiat per uerba merè obliqua non erit compendiosa,cum tantum fideicommissariã comprehendat.l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulgar.& pup.& supra plenius dictum fuit.

Secundò requiritur quòd apponatur dictio, quandocunque,uel alia quæ de sui natura tractũ temporis significet, prout uidetur uelle Bart.in d.l.Centurio.dicens quòd si testator simpliciter substituat,dicẽdo, tali filio meo substituo talem nõ adiecto uerbo quod requirit tractum temporis,& tunc non erit compendiosa,sed tãtum uulgaris,si puberi sit facta per notata in l. Gallus.§. j.ff.de libe.& posth.Sed imò & si sit facta impuberi non adiecto tali verbo erit compendiosa,cũ comprehendat uulgarem & pupillarem, prout notatur in d.l.precibus.& ibi per Bal. & ut dictũ fuit supra in materia pupillaris. Potest enim ipsa
22 † substitutio compendiosa ad certum tempus limitari puta,ad tempus pupillaris ætatis, prout notatur in d.l. Centurio.Vnde si testator substituendo ita dicat,si filius meus decesserit in pupillari ætate talis sit hæres. talis substitutio erit compendiosa,licet limitata ad tempus pupillaris ætatis,prout uoluit Bald.in d.l. precibus.& D. Florianus in d.c.Raynutius.& ibidem Imola secundum quos talis substitutio differt ab illa quæ fit per hæc uerba,si filius meus hæres erit, & in pupillari ætate decesserit,talis sit hæres, cum illa sit pupillaris substitutio & non compendiosa, & in effectu una longe differat ab alia, ut plenius per Imolam in dicto cap.Raynutius. & in effe-

ctu com-

ctu compendiosæ inferius dicetur.
23 Circa quintum† quod est per quæ uerba fiat
ipsa substitutio compendiosa? dicendum est, quod
ipsa fit per hæc verba, uidelicet, si filius meus de-
cesserit, vel quandocunq; decesserit talis sit hæ-
res, uel talē substituo. Ad hoc quod habetur in d.
l. precibus. & in d. §. qua ratione. vel moriatur ta
lis, prout habetur in c. si pater. eod. tit. lib. vi. vel
talis succedat, prout habetur in d. c. Raynutius. &
sic fieri pōt per uerba directa, & non ciuilia, & per
verba communia, cum per uerba obliqua fieri nō
possis, nam si fieret, non erit compendiosa, sed fi-
deicommissaria: ut d. §. cum filię. & ut supra dictū
fuit. Circa quæ, & pro prędictorum declaratione
& infra dicendorū videndū est; quæ sint uerba
directa, & quę obliqua, & quæ, cōmunia, cum sub
stitutio fiat quandoq; per directa, & quandoque
per uerba obliqua, & quādoq; per verba commu
nia. Vnde de quolibet ipsorum videndum est.
24 Et primò † de uerbis directis quæ sint. circa
quæ dicendum est, quod uerba directa sunt illa
quæ de natura eorum sonant, quod de manu propria
quis accipiat & ppria auctoritate. Ad hoc quod
notatur. ff. de lega. ij. l. Titia cum testamento. §. j.
& C. de fideicom. l. eam quam. & ibi per Gloss. in
verbo. directis. & hoc voluit Bart. in d. l. Centu-
rio. circa finem. Florian. & Imola in d. c. Raynu-
tius. circa finem. quod videtur etiā in effectu vel-
le Bal. in l. fi. C. de sacrosan. eccle. tradendo super
hoc quatuor regulas de quibus ibi per eum. quod
* & communiter tenetur. *
25 Quorum † directorum verborum plures sunt
species. Quædā enim sunt uerba directa ciuilia,
vt quia à iure ciuili sunt inuenta seu inducta: ut &
hæres esto. ff. de uerb. signi. l. abutimur. uel insti-
tuo. ff. de hæred. institu. l. j. & per totum. Ad hoc
Gloss. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. & pup. per
ista enim uerba potest fieri ipsa substitutio com
pendiosa, ut supra patet.
26 Sunt & quędam† alia uerba directa non tamen
ciuilia, sed directa & communia iurisgentium: ut
est uerbum, moriatur. prout uoluit Barto. in d. l.
Centurio. per id quod habetur in textu. & in Gl.
in d. c. si pater. Est enim tale uerbum directum,
cum si dicatur, moriatur talis, idem est dicere, ac
si diceret directo ad talem perueniat, secundum
ipsum Bart. in d. l. Centurio. vbi Bal. hoc idē uel-
le videtur de hoc verbo, moriatur, quòd sit dire-
ctum dicens, quod de eo nō reperitur alibi quàm in
d. c. si pater. & non bene, ut perpendit etiam D.
Antonius ibi, cùm de eo reperiatur in auctem. de
incest. nupt. §. fina. collatione. iij. vbi dicit text.
legitimis pater etiam moritur. ipse tamen Ange.
in d. l. Centurio. videtur velle quòd tale uerbum
moriatur, sit uerbum dubium, & consequen-
ter quodammodo commune; & iudicandum sit
directum vel obliquum secundum subiectam ma
teriam, pro quo allegat textum in d. c. si pater.
vbi textus, dicit, quòd substitutio ibi in dubio
directa est censenda cum possit ibi conuenire
uerbis & personis. Gloss. tamen in eodem cap. si
pater. in verbo moreretur, uult quòd in dubio so
net in directa, quam sequitur Imola in dicto c.
Raynutius. Quod & locum habet similiter in
uerbo accrescat, ut sit directum non ciuile, pro-
ut & uoluit Bartol. in d. l. Centurio. circa finem,
per id quod habetur. C. quand. non pet. part. in
rubr. & in nigro. Quod etiam uidetur tenere Bal.
in d. l. fina. C. de sacrosan. eccles. per id quod ha-
betur in l. qui patri. ff. de acquiren. hęredit.
Quod uerum est, nisi proferatur in codicillis,
cum tunc sit obliquum. ff. de vsufru. legat. l. co-
dicilli. in princip. secundum Imolam ubi supra,
qui ad hoc adducit quod notatur. ff. ad Trebel. l.
Scęuola. & idem est dicendum, in uerbo. domi-
nus esto, ut cēseatur directum prout uoluit Bal.
in dicta l. fina. per l. his uerbis. ff. de hæredi. in-
stituen. ut plenius ibi per eum, ubi dicit idem
esse de uerbo assigno. ff. de assigna. libert. l. pri-
ma. Ad hoc l. quoties. C. famil. erciscund. & de
uerbo. Aditio. institu. de eo cui libert. caus. per
totum. & de uerbo. Adiudico. institu. de offic. iud.
27 in fine. Imò & prout ipse dicit † omne uerbum
quod includit dispositionem & executionem di-
spositionis quatenus est iuris, est uerbum dire-
ctum, ut plenius ibi per eum. Verum quia
28 † ista uerba directa non ciuilia non multum dif-
ferunt à communibus, prout dicit Bartol. in d. l.
Centurio. in quęstione illa, quando in persona di
uersorum ponuntur. et ut infra patebit in effecti-
bus ipsius substōnis, nō est super his insistēdū, prout
ut uoluit Imola in d. c. Raynutius. circa fin. et per
ista uerba fieri pōt ipsa cōpēdiosa ut supra patet.
29 Secundò † uidendū est de uerbis obliquis quæ
sint, et in hoc dicendum est quòd illa uerba sunt
obliqua, quæ sonant, ut quis capiat de manu alte
rius, et sic factum alterius quàm testatoris requi
runt, prout uoluit ipse Barto. in d. l. Centurio.
quod uidetur uelle etiam Ioannes And. in d. c. si
pater. dicens hoc uerum si talia uerba requirant
ministerium alterius quàm testatoris, alias si te-
stator testando utatur his uerbis, do, restituo, uel
reddo, uel distribuo, et tunc potius erunt directa
quàm obliqua, quod etiam uidetur uelle Bald. in
d. l. humanitatis. C. de impub. et aliis substit. imò
30 et plus ibi dicit, quòd nullum† uerbum est adeò
directum, quod positum in alterius ministerio
non sit obliquum. ff. ad Trebellia. l. ex facto. cir-
ca principium. et per ista uerba obliqua fieri nō
potest ipsa compendiosa, cum si fiat comprehen
dat solum fideicommissariam substitutionem, et
non alias substitutiones. ut d. §. cum filię. propter
quod non potest dici compendiosa.
31 Tertiò uidendum est† de uerbis communibus
seu indirectis, et circa hoc dicēdum est, quòd il-
la sunt uerba cōia seu indifferentia, quæ possunt
habere utrunq; significatum, uidelicet, ut quòd
quis manu sua accipiat uel manu alterius. prout
uoluit Bartol. in d. l. Centurio. quod similiter ui
detur uelle Bald. in dicta l. fi. C. de sacrosan. eccl.

dicens,quòd illa ſunt uerba communia,quę ęque
ꝓpriè ſtāt ſub ſignificatione directi, & obliqui li
uniuerſitati adiiciantur.ut ibi plenius per eum.
32 Circa quæ uidendum eſt † quæ ſint illa ſpeciali
ter quæ ſunt communia,& in hoc dicēdum eſt,
quòd eſt uerbum ſubſtituo, prout uoluit Gloſſ.
& Barto. in d.l.Centurio. ubi dicit idem eſſe de
verbo, perueniat, ut patet ex his quæ habentur
in l.hæredes mei.§.cum ita. ff. ad Trebellian.con
iuncta.l. ij. §.perueniſſet. ff.de hæred. uel actio.
uend.Quod uerum eſt niſi adiiciatur uerbum, eo
ipſo, cum tunc cenſeatur directum, exponitur
enim ideſt, ſine aliquo hominis adminiculo,pro
ut notat Archid.in c.eum qui. de præbend. libr.
vj.quem ſequitur Bald. in d.l, fin. qui dicit idem
eſſe in uerbo deueniat,ut ſit cōmune, quod & te-
nuit etiam Ange.in d.l.Centurio.adducens textū
in x.collatione.in titu.qui feud.dar.poſſ. c.1.§.&
quia.eſto quòd Innoc.in d.c.Raynutius.aliud vi
deatur uelle,videlicet quòd ſit directum, & non
* bene, ut ſupra patet, & communiter tenetur, *
Similiter eſt commune verbum pertineat. l.uer-
bum pertinere.ff.de uerb.ſign.prout uoluit Bar.
in d.l.Centurio.vbi idem dicit de uerbo habeat,
& de uerbo remaneat, ut ſint cōmunia. l.ſi cum
aliter.C.de dona.ante nupt.quod & voluit etiam
Bald. in d.l. fina. Quod locum habet ſimiliter in
verbo redeat,ut ſit commune.ff. de teſtam. mili.
l.ſi duobus.prout voluit Bartol.in d.l.Centurio.
& Imola. in d.c.Raynutius. et in uerbo reuerta-
tur.prout uoluit Glo.in l.j.ff.de donat.& in ver-
bo. deuoluatur.l.ii.ff.de alim.& ciba.lega.prout
uoluit Barto.in d.l.Centurio. & Bald.in d.l.fin.
dicentes iſta uerba communia eſſe, quod & locū
habet in uerbo iudicauit, ut ſit commune, prout
uoluit Ioannes And.in c.licet. de ſepult. lib. vi.
& in uerbo ſuccedat,vt & ſit commune, prout &
tenuit Barto.in d.l.Centurio.per l.reſtituta.§.fi.
ff.ad Trebel.& per l.non tantum.in principio.ff.
de fideicommiſſ.liber.quod uerum eſt quando ta
le uerbum refertur principaliter ad res,ut quia di
xit, quandocunque filius meus deceſſerit, bona
mea ſuccedant tali,aliàs ſi referantur ad perſonā
ut quia dicat, ſuccedat talis filio meo,tunc eſt di
rectum prout uoluit Bald.in d. l. fina. cuius di-
ctum non,videtur eſſe uerum,quia rectè conſide
rando eſt contra caſum.c.Raynutius.de teſta. in
quo refertur ad perſonam, & tamen eſt commu-
ne,cum poſt pupillarem ætatem obliquetur, ita
quòd ſucceditur per fideicōmiſſum, prout ibi pa
tet,unde eſt commune, prout uoluit ipſe Bart. in
* d.l.Centurio.quem cæteri ſequuntur, * quod &
locum habet ſimiliter in uerbo,deferatur,ut & ſit
cōe,cum deferri dicatur hæreditas,ſiue à me tibi
deferatur,ſiue ab alio,prout uoluit ipſe Bal.in re
petitione dicti c. ſi pater. de teſtamen. lib. vi. ubi
de his,de quibus per Ang.in d.l.Centurio. ubi ēt
ponit de pluribus aliis uerbis de quibus dubita-
tur,an ſint communia,de quibus in d. c. Raynu-
tius,per Imo.circa finem,prout eſt.de uerbo,de

currat.de quo.ff.de ali.& ciba.legs. in l.libertus
& in l.ij.C.quād.& quib.quarta pars debeat. lib.
x.de verbo redigatur.de quo in l.i.C.de uēd.rer.
fiſcal.lib.x. de verbo potiat̄ de quo in l.licet. C.
de pact. de verbo ſequatur. de quo in l. j. in ma-
gna Gloſ.ff.de donat. Sed licet de his dubitetur
tamen prout dicit ipſe Angel. in d. l. Centurio.
dici poſſunt communia, prout patet ex iuribus
prædictis, in quo reſidet Imo. in d.c.Raynutius,
& hæc quando talia verba communia ſimpliciter
ponuntur. Aliàs ſi cum eis ponatur uerbum, eo
ipſo,ut quia dicat,eo ipſo perueniat,& tunc erūt
directa cū denotent,vt ſine alterius adminiculo,
ſeu miniſterio perueniant, prout voluit Bald. in
d.l.fi.loquendo de uerbo perueniat,de quo ſupra
dictum fuit,& in l.precibus.C.de impub. & aliis
ſubſti.vbi dicit idem eſſe ſi adiiciatur verbū,libe
rè,vel verbū.pleno iure,& tūc ſint directa,& iure
directo,quod videtur etiam uelle clarius Angel.
in d.l.Centurio, per l.j.ff.ſi ager vectig.& per l.
ſi hæres. ff. ad Trebell.et per l.Iulianus.ff.de rei
vendic.quem ſequitur Imola in d.c. Raynutius.
de quibus per ipſum Ang.in l.j.C. de ſer.impet.
Quod & locum habet ſimiliter quando adiunge
retur uerbum. Propria auctoritate,& tunc capian
tur pro directis,ita quòd valeat iure directo ſub
ſtitutio his uerbis facta,prout voluit Barto. in d.
33 l.Centurio.Imò † & quotieſcunque in ipſa ſub-
ſtitutione facta per verba communia apponūtur
verba repugnantia detractioni alicuius falcidię,
ſemper illa uerba communia ponuntur pro dire
ctis puta, ſi dicat teſtator ſubſtituendo, ſi filius
meus deceſſerit ſine liberis bona mea inſolidum,
vel in totū,vel ſine detractione alicuius portionis
deueniant in talem, prout voluit Bart. in d.l.Cen
turio.quem videtur ſequi Bal. in d.l. precibus. et
Imo. in d.c.Raynutius. Bart. enim ibi dicit, quòd
ſi teſtator dicat ſubſtituendo, quòd vult totam
et integram hęreditatē eius uel ſine diminutione
aliqua deuenire ad ſubſtitutum, ſi filius eius quā-
docunq; decedat, quòd tunc tale verbum commu
ne ponetur pro directo, non enim tūc poteſt eſſe
ſubſtitutio, niſi directa: quia aliàs poſſet detrahi
legitima, & ſic non perueniret ad ſubſtitutum to
ta & integra hæreditas & ſine diminutione, imò
& idem ſi dicat ſubſtituendo, q̄ omnia bona ſua
deueniant ad ſubſtitutum, vel quòd ſuccedat in
34 omnibus eius bonis eadē rōne. Qui enim † omne
dicit nihil excludit. c. ſolitæ. de maio. & obed. Ex
35 iſtis † enim uerbis ita additis videtur apparere cō
iecturaliter de mente teſtatoris, vt noluerit dire-
cto ſubſtituere quātuncunq; ſubſtituerit ꝑ verba
cōia. prout voluit ipſe Bart. in d.l. Centurio. ita
exēplificādo, ſed certæ duo ex exēplis ꝓdictis, vi
36 delicet q̄ † voluit totam & integrā hæreditatem
deuenire ad ſubſtitutum, uel omnia bona ad eum
peruenire, non uidentur ꝓcedere, cū dicta uerba
non videantur importare ſubſtitutionem dire-
ctā, ſed potius prohibitionē Trebellianicę eo ca
ſu quo poſ detrahi ꝑ id quod legitur & portatur.
ff. ad

ff.ad Trebellian. l. nam quod. §. fina. cum l. se-
quenti. & ff. de fideicommiss. libertat. l. decem.
prout uoluit Bald. secundum quod refert Angel.
in dicta l. Centurio. qui fortè sensit de ipso Bal.
& eius opinione ex ijs quæ ipse Bald. rangit in
dicta l. precibus. ubi facit meotiouem de ipsis di
ctis Bartoli ea impugnando. Sed quidquid di-
cat Bald. & Augel. exempla Bartol. saluari pos-
sunt, nam cum substitutio sit facta filio qui non
potest grauari in legitima. C. de inofficio. testa-
men. l. quoniã in prioribus. & l. si quando. non
posset deuenire tota & iotegra hereditas ad sub-
stitutum, nec omnia bona, nisi substitutio intelli
37 geretur directa, quia si aliàs non esset † dire-
cta, legitima detraheretur, quod non fit eo ca-
su quo est directa pupillaris. ut legitur & no-
tatur. C. de inofficio. testamen. l. ex tribus. &
ff. de vulga. & pupilla. l. prima. §. fina. secun-
dum Imol. in dicto c. Raynutius. qui ex his vi-
detur uelle retinendo cum opinione Bart. quòd
per talia uerba resultet substitutio directa, quid
quid dicat ipse Bald. secundum quem exempla
Barto. & eius dictum. non videntur procedere
nec ipsi Bald. placere alia ratione in dicta l. pre-
cibus; videlicet: quia secundum ipsum Baldum,
Bartol. uidetur uelle quòd quando aliqua con-
iectura de prædictis positis in dictis exemplis ap-
paret, quòd tunc sit perinde, ac si substitutio
sit facta per illa uerba, talis sit hæres, & sic se-
cundum hoc relinquitur materia disputandi, an
post pupillarem ætatem euanescat, an uerò obli
quetur. de quo infra dicetur. Sed certè Barto.
non dixit quòd tunc intelligatur facta per illa
verba talis sit hæres, sed bene dixit, quòd mens
testatoris uidetur esse quòd valeat iure directo,
eo casu quo ualere potest, & sic nõ sequitur quòd
post pupillarem ætatem non posit ualere iure fi-
deicommissi, ex quo facta fuit per uerbum com
mune secundum Imol. secundum quem exem-
pla Barto. non uidentur placere Bald. ex alia ra-
tione. videlicet, quia licet uerba quæ ponun-
tur in dictis exemplis sint lata, tamen cum appo-
nuntur cum termino restrictiuo, uidelicet in bo
38 nis meis uel bona mea. Talia † uerba arctatiua li-
cet non restringat substitutionem pupillarem. ff.
de bono. possessio. secund. tabul. l. si ita. §. qui fi-
lio. et ff. de uulg. & pupill. l. j. tamen substitutio-
nem dubiam videntur restringere: argumento l.
Lucius. §. qui habebat. ff. ad Trebel. & ideò uiden
tur quòd inducant substitutionem fideicommis-
sariam: argumento. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de
vulgar. & pupil. & sonare potius in prohibitio-
nem falcidiæ quam in substitutionem directam
secundum ipsum Bald. in d. l. precibus. ubi etiam
dicit quòd si testator fuisset interrogatus an ue-
lit substitutionem extendere ad illa quæ nõ erant
sua, uerisimiliter dixisset quòd non, & ideò in du
bio non debent ad illa extendi, uelut ad incogita
ta: argum. l. si quis ita. §. penul. ff. de testa. tut. Sed
quidquid dicat ipse Bal. in d. l. precibus. & Ange.
in d. l. Centurio. exempla Barto. procedunt &
teneri possunt, cum per illa uideatur testator vo-
luisse substituere directo & substitutionem ip-
sam iure directo valere eo casu quo ualere po-
test, cum aliàs non uenirent omnia bona ad sub-
stitutum, prout testator uoluit, cum detrahe-
tur legitima, ut supra dictum fuit, nec obstat
quod uoluit Bald. dicendo quòd in dubio non
videtur uoluisse dispunere de aliis bonis quàm
suis, quod uerum est, quod principaliter non
voluit disponere de aliis bonis quàm suis, sed be
ne in consequentiam dici potest quòd hoc vo-
luit, ex quo uoluit substitutionem esse directam;
in consequentiam enim uidetur uoluisse quòd
omnia bona etiam pupilli ueniant ad substitu-
tum, ne aliàs contingat pupillum decedere pro
parte testatum & pro parte intestatum. Ad hoc
quod habetur. ff. de uulga. & pupilla. l. sed
& si plures. §. substitutos. secundum Imolam,
qui ex prædictis dicit exempla Barto. susti-
neri posse. Sed licet sustineri possint, ut supra.
39 tamen † an dicta uerba videantur inducere pro-
hibitionem Trebellianicæ eo casu quo detrahi
posset videlicet: quãdo locus esset fideicõmissariç
substitutioni, ipse Imo. non dicit, sed certè in hoc
Bart. in d. l. Centurio. videtur sentire quòd dicta
verba inducãt prohitionẽ Trebellianicæ, & simi
liter Bal. in d. l. precibus. & Ang. in d. l. Centurio.
ut & uidetur sentire Imo. ubi supra, sed ipse Ang.
in auct. sed cum testator. C. ad leg. Falcid. & in l.
ij. §. ad filiorum. C. quando & quibus quarta pars
debet. lib. x. & in auct. de hæred. & Falcid. §. si ue-
rò. videtur uelle contrarium, uidelicet, quòd nõ
solum per dicta uerba, omnia bona, uel in omni-
bus bonis, sed etiam si testator uoluit substituen
do ad substitutum deuenire totam & integrã hæ
reditatem, nihilominus hęres detrahet Trebel-
lianicam si locus sit fideicommissarię substitutio
ni, cum per dicta uerba non uideatur prohibita
ipsa Trebellianica prout habetur. ff. ad Trebel-
lian. l. si totam. & C. de fideicommiss. l. cum ui-
rũ. & plenius per ipsum Angel. in dictis iuribus.
de quibus per Lud. in repetitio. auc. similiter. C.
ad leg. Falcid. ubi idem uidetur tenere, dicens
Paul. de Castro, ita de facto cõsuluisse. sed quid-
quid sit nihilominus de ipsis dici poterit, quod
per talia uerba communia fieri poterit ipsa sub-
stitutio compendiosa, etiam si ut directa ponan-
tur ut supra patet, cum & tunc adaptari possint
ipsa uerba directis substitutiõibus ut uulgari sub
stitutioni, et pupillari, imò et fideicommissariæ,
si ille cui est facta decedat post pupillarem ętatẽ,
40 ut infra patebit. Ita quòd † ipsa substitutio com-
pendiosa fieri potest uerbis directis & commu-
nibus, imò, & etiam obliquis, cum posit testator
ita substituere, quãdocunq; filius meus decesserit
talem substituo. vel institutio, uel solo bono meo
tali restitui. Item potest ipse testator similiter
post substitutionem factam de aliquo adiicere,
verba illa uulgariter, pupillariter et per fideicõ-

missum

missum, talis enim substitutio ita concepta comprehendit uulgarem pupillarem & fideicōmissariam in dictis casibus, uidelicet: quando ita accumulantur uerba directa communia & obliqua, vel quando ipsa substitutio fit adiunctis illis uerbis uulgariter pupillariter uel per fideicommissum, & erit in dictis casibus electio ipsius substituti uenire ex directa substitutione uel fideicommissaria. ff. ad Trebelli. l. recusare. §. si Titius. prout uoluit Bart. in d. l. Centurio. Ad hoc quod notatur. C. de codicill. l. fina. &. C. ad Trebell. l. non iusta. & ibi per Bald. Imò & plus dixit Barto. in
41 d. l. Centurio. quòd † si uerbum directum in substitutione appositum potest se habere per modū demonstrationis & per modum dispositionis, ut quia testator dicat, substituo Titiū infrascriptū meum hæredem, quē postea hæredem instituat. tunc talia uerba in dubio ponentur per modum demonstrationis: argumento. l. final. §. Titia. ff. de liber. leg. & hoc uoluit Barto. in d. l. Centurio. Ad hoc quod in simili dicitur de substitutione facta taliter, videlicet: filio meo impuberi si absque liberis decesserit talem substituo, ut illud uerbum impuberi, uideatur appositum gratia demonstrationis, adeo quòd non restringit ipsam substōnem ad tps pupillaris ætatis, cum sit locus ipsi substitutioni etiam si post pupillarem ætatem decedat, prout uoluit Ioannes And. in d. c. Raynutius. secus autem si dixisset tali filio meo impuberi, si decedat absque liberis succedat ta-
42 lis. Nam † qualitas adiuncta uerbo debet esse secundum tempus uerbi. ff. de noxa. l. in delictis. §. si extraneus, & sic uidetur quòd tempore quo succedit debet esse impubes, cum uerbum illud impuberi, adiiciatur uerbo succedat, & sic uerbo dispositiuo, propter quod ipsam dispositionem restringit, prout & tenuit Barto. in d. l. Centurio. Quod procederet quando non esset appositum uerbum sine liberis, cum tunc intelligatur restricta substitutio ad tempus pupillaris ætatis, aliàs uerò si sit appositum, ut appositum fuit in casu dicti. c. Raynutius. & tunc substitutio non uidetur restricta ad tps pupillaris ætatis, cū uideatur sensisse etiam de tempore post pupillarem ætatē, prout patet in d. c. Raynutius. in quo est locus ipsi substitutioni quantumcunque decedat post pupillarem ætatem, prout ibi patet, & hoc uoluit Bartol. in d. l. Centurio. Quod est menti tenendum pro limitatione & declaratione dicti † c. secundum Imolam ibi.
43 Quartò uidendum est † de substitutione facta per uerba quę non sunt directa substitutionūm nec obliqua, nec communia, sed sunt directa legatorum, prout est si testator dicat, quandocunque filius meus decesserit lego omnia mea bona tali, & tunc talis substitutio non ualebit, ut pupillaris etiam si ille decedat in pupillari ætate. prout tenuit Barto. in d. l. Centurio. per id quod habetur. ff. ad Trebellian. l. mulier. §. finali. uerbum
44 enim † lego, & si ea lata significatione sit directum & ad directum adaptetur. ff. de uerb. signif. l. uerbum. lego tamen strictè & propriè non est directum nec commune, & etiam secundum cō
45 munem usum loquendi † qui attendi debet. ff. de lega. iij. l. librorum. §. quod tamen Cassius. præterea & si est directum legatorum, non institutionum uel substitutionum, prout uoluit Imola in d. c. Raynutius. & cum substitutio ita facta non comprehendat ipsam pupillarem, imò & nec substitutionem fideicommissariam, cum non sit locus tunc Trebellianicæ prout notatur in d. §. fina. non erit talis substitutio compendiosa, sed erit quoddam legatum, prout patet ex notatis in dicto cap. finali.
46 Circa sextum † quod est de effectibus ipsius substitutionis compendiosæ, dicendum est quòd ipsius substitutionis sunt plures effectus, prout infra patebit. Nā unus & primus effectus est: quia ipsa substitutio compendiosa continet sub se plures substitutiones, prout supra dictum fuit. vnde pro eius declaratione dicendum est, quòd aut ipsa substitutio compendiosa facta est à milite, aut à pagano seu non milite.
47 Primò † casu quando facta est à milite, cum per ipsum militem fieri possit uariis uerbis, si fiat per ipsum talis substitutio per uerba directa ut quandocunque, ut & fieri potest per eum, & tunc, talis substitutio continet directam substitutionem, non solum si ille cui est facta substitutio decedat ante aditam hæreditatem, cum contineat vulgarem si eidem vulgariter substitui potest, prout notatur. ff. de vulgar. & pupilla. l. prima. sed etiam si decedat post aditam hæreditatem, cum ipse miles directo substituere possit, non solum impuberi, sed etiam puberi, & post aditam hæreditatem, prout notatur in dicta l. Centurio. vnde talis substitutio compendiosa per ipsum militem facta comprehendit directam substitutionem, ut dicta l. Centurio. & dicta l. precibus. & si per ipsum militem fiat dicta substitutio compendiosa per uerba directa puberi, & ualebit vt directa ex priuilegio militari etiam si mater sit in medio, prout uoluit Gloss. magna in dicta l. precibus. Si uerò fiat per ipsum militem impuberi, & tunc si ipse decedat infra pupillarem ætatem valebit, ut pupillaris substitutio, si sit talis cui pupillariter substitui possit, adeo quòd ipse substitutus succedat ea ipsa pupillari, et sic iure cōi, etiam si mater sit in medio, ut voluit Glo. in d. l. precibus. unde cō prehendet talis substitutio ipsam pupillarē. si uero ipse filius decedat post pupillarem ætatem, & tunc ualebit iure directo, ex priuilegio militari & sic ex iure speciali ut d. l. Centurio. Quod procedit quando mater non est in medio, alias si mater est in medio, & tunc post pupillarem ætatem ualebit iure fideicommissi, matris fauore, prout voluit Gl. in d. l. Centurio. & d. l. precibus. & Azo. in summa. Quod uerum est nisi fuerit facta per verba directa ciuilia, ut quia dictum fuit

fuit, quandocunque filius meus decesserit, talis
sit hęres, uel talem instituo, cum tunc naleat ut
directa etiam post pupillarem ętatem, quantun-
cunque mater sit in medio. ut d. l. Centurio. † quę
indistinctè loquitur, noo distinguendo an mater
48 sit in medio, uel non, vnde † indistinctè est intel
ligenda. ff. de publican. l. de pretio. et hoc tenuit
Barto. in d. l. Centurio. cum quo transit Bald.
et Ange. ibi, et etiam ipse Bald. in d. l. precibus.
licet aliqualiter natiet, et hoc idem etiam tenuit
Francisc. de Rampo pibus. et D. Florian. in d. c.
Raynutius. esto quod aliud sit si ipsa substitutio sit
facta per ipsum militem per uerba directa non
ciuilia uel communia, cum tunc locus sit ipsi
fideicommissariæ substitutioni post pupillarem
ętatem matre existente per. d. l. precibus. prout
noluit ipse Barto, in d. l. Centurio. cuius dictum
procedet si in d. l. precibus. esset uerbum substi-
tuit, prout babent aliqui libri, aliàs si non esset,
prout est in quibusdam libris et tunc pro dicto
Glos. faciet litera ibi secundum scriptum hęre-
dem. per quam literam, videtur quòd etiam si per
uerba directa ciuilia sit facta substitutio post
pupillarem ętatem ualebit ipsa substitutio fidei-
commissaria matre existente, esto quòd Bartol.
aliud noluerit, prout et considerauit Imola in d.
c. Raynutius. et in d. l. Centurio. in quibus locis
uidetur inclinare in hanc opinionem Glossarũ,
per plures rationes, licet eam precisè non firmet,
cum prout ipse dicit ex quo est uarietas litera-
rum in d. l. precibus. in dubio non est receden-
dum ab opinione Glossarum per id quod dixit
Iacob. Butrigar. in l. prima. C. qui pro sua iuris-
dictinn. Sed quidquid dicat, dici poterit quòd
opinio Barto. fortè uerior sit, quam sequuntur
communiter Moderni, * ut supra patet, pro
49 qua facit. Quia † in dubio substitutio capi
debet pro directa quando conuenit uerbis &
persona, ut conuenit prędicta etiam si mater
sit in medio, prout patet in cap. si pater. de te-
stamen. lib. vj.

50 Quandoque & secundò † fit ipsa substitutio
compendiosa ab ipso milite per uerba obliqua, &
tunc ipsa tantum substitutionem fideicommissa-
riam continet. ut ff. de vulga. & pupilla. l. cohę
redi. §. cum filiæ. secundum Imolam in dicto cap.
Raynutius. & cum contineat tantum fideicom-
missariam & non compendiosam ex quo non cõ
tinet aliam substitutionem ut supra patet, & hoc
in casu l. neque enim. §. fin. ff. de testa. mil.

51 Quandoque & tertiò † fit ipsa substitutio
compendiosa à milite per uerba communia, &
tunc ipsa non solum continet vulgarem, sed
etiam directam substitutionem, etiam post adi-
tam hęreditatem. ut dicta l. Centurio. etiam si
ipsa fiat puberi per ipsum militem per dicta uer
ba ualebit iure directo ex priuilegio militari,
etiam si mater sit in medio, prout uidetur es-
se de mente Gloss. in dicta l. precibus. Si uerò
sit facta impuberi per ipsum militem per dicta
verba, & tunc infra pupillarem ætatem ualebit
ut pupillaris, sed post pupillarem ætatem si ma-
ter non sit in medio ualebit iure directo pro-
pter priuilegium militis, si uerò mater sit in me-
dio, & tunc Gloss. in dicta l. Centurio. & in di-
cta l. precibus. & Bartol. in dicta l. Centurio,
Imola in dicto cap. Raynutius. & communiter
* Doctores tenent * quòd post pupillarem ętatem
ualeat iure fideicommissi.

52 Secundò uerò casu † qui est de ipso pagano,
seu non milite, cum & ipse similiter ipsam sub-
stitutionem facere posit per uerba directa, per
uerba communia, & per uerba obliqua, unde de
quolibet uidendum est. &

53 Primò † quando ipse paganus substituit com
pendiosè per uerba directa, et tunc aut talis sub-
stitutio compendiosa facta fuit à pagano pu-
beri per uerba directa, et ista comprehendit
vulgarem ante aditam hæreditatem, unde ipse
substitutus ex ipsa uulgari succedit si institutus
decedat ante aditam hæreditatem, prout uoluit
Barto. in dicta l. Centurio. ad quod Antonius in
dicto cap. Raynutius. se remittit, sed non com-
prehendit directam substitutionem post aditam
54 hæreditatem, cum † paganus non posit dire-
cto substituere post pupillarem ætatem, et post
aditam hæreditatem. instit. de pupilla. sub-
stitutio. §. extraneo. Et hoc nisi substituat de-
menti uel furioso, cum tunc comprehendat ip-
sam exemplariam. l. humanitatis. C. de impu-
55 ber. & aliis substitu. Sed ipsa † compendiosa fa-
cta ipsi puberi non dementi comprehendit fi-
deicommissariam substitutionem prout est ex-
pressum in l. Scęuola. ff. ad Trebellian. quan-
documque sit facta per uerba directa, & hoc uo-
luit Barto. in dicta l. Scęuola. & in dicta l. Cen-
turio. & ita tenent communiter Doctores, * ut
ipsam fideicommissariam comprehendat de be-
nignitate non de rigore iuris, ut patet in di-
cta l. Scæuola. Ad hoc etiam quod notatur per
Gloss. in dicta l. verbis ciuilibus. quòd pro-
pter conditionem personæ, ut contigit in ca-
su isto quando fit puberi, si non potest ualere
iure directo trahitur ad fideicommissariam,
etiam si sit facta per uerba directa, & hoc te-
nuit etiam Dominus Angel. in dicta l. Centu-
rio. & Antonius & Florianus in dicto cap. Ray-
nutius. per dicta l. Scæuola. & ita communi-
ter tenetur per Legistas & Canonistas * & cum
hæc opinio æquior sit, & communiter tenea-
tur, erit in practica obseruanda, esto quòd for-
te de iure uerior sit opinio Gloss. quam ponit
in vltimo loco in dicto §. extraneo. & susti-
neri posit per illum §. & per dictam l. verbis.
prout dixit in dicto capitulo Raynutius. Ioan-
nes de Imola. Sed imò & fortè de iure proce-
dit dicta opinio, maximè de iure canonico,
56 quod potius † mentem quam subtilitatem ver-
borum considerat, prout notatur in dicto cap. di
lecti. & in d. c. præterea.

ut valeat dispositio potiusquàm pereat, vt notatur per Gloss. de verborum significatio. rap. prętetea. & specialiter in hac materia videtur hoc probari secundum eum in l. Scæuola. ff. ad Treb. ad idem l. ex facto in princ. eod. titu. & l. filiusfamilias. §. ut quis hæredem. ff. de leg. j. & quod habetur in d. l. precibus. & ita finaliter Florianus tenet, concludendo quòd uerba substitutionis cõpendiosæ quando verificari possunt pluribus modis debent intelligi in illum sensum quem casus obtulerit, p id quod habetur in d. r. si pater. & in l. iij. in principio. ff. de adimend. legat. & in l. hæc conditio. ff. de condit. & demonstr. & sic debet intelligi secundum subiectam materiam ut d. §. equitij. esto quòd aliud sit in expressa pupillari ut d. l. in pupillari. † ad quam l. ita respondet. ad † l. uerò, uerbis ciuilibus, cum illa magis obstet cum non loquatur de pupillari, respondet dicẽdo, quòd ubi dũ dicit quòd ipsa substitutio post decimumquartum annum frustra fit uerbis ciuilibus uidelicet. ut dicta uerba indurant effectum ciuilem, idest, directum, sed bene possunt impropriari, cum illa lex non dicat contrarium unde non obstat. Nec obstat. † d. l. Centurio, rũ loquatur in milite in quo est specialiter inductum ut substitutus admittatur iure directo post pupillarem ætatem, prout ibi per ipsum Florianum, qui etiam dicit non esse curandum, an uerba sint directa ciuilia, uel directa non ciuilia, licet Bartolus aliter dixerit, & ita residet ibi Do. Florianus, ubi Imola dicit quòd licet hæc quæ-

66 stio † sit valde dubia, tamẽ de iure uidetur defensari posse opinio Glossa tum iuris ciuilis & canonici, & quæ etiam fuit communis Legistarum & Canonistarum ante Ioannem Andreę & Bart. cum & talis opinio sit de iure uerior, ut probatur per d. l. uerbis ciuilibus, eam non uiolãdo, per quam uidetur quòd etiam si substituatur puberi per uerba directa à pagano quòd illa substitutio sit penitus frustratoria, & sic nihil penitus ualeat Ad idem etiam facit d. l. in pupillari. & quod habetur instit. de pupill. substit. in §. extraneo. Fa

67 cit etiam pro hac opinione, quia † testator non potest facere quo minus leges locum non habeãt in eius testamento. l. nemo. ff. de legat. i. & sic ex quo lex dicit quòd paganus non possit puberi directo substituere si contrafaciat substitutio penitus erit nulla. argumento. l. non dubium. C. de legib. Item pro hac opinione etiam facit: quia ubi

68 † lex prohibet dispositionem directo fieri, non ualet etiam iure fideicommissi, si contra legis dispositionem testator faciat illam directam etiã si de fauore libertatis agatur, vt probatur expresse in l. seruo. C. de testam. manumiss. & in l. si quis seruus. §. si idem seruus. ff. de leg. i. & in l. cogi. §. sed & si seruo. ff. ad Treb. in quibus iuribus habetur quòd si testator dat directo seruo alieno libertatem, non ualet legatum etiam iure fideicommissi. Et hoc nisi testator in ipso seruo habeat ius pignoris, prout habetur in l. generaliter. §. si quis seruo. ff. de fideicom. libertat. vnde si directa in casu libertatis, cui ius magis fauet in illo, de donation. §. fina. non trahitur ad fideicommissum, multo minus trahetur in hac materia. argum. de elect. r. cum in cunctis. impuiandum est ergo ipsi testatori qui usus fuit uerbis directis cõtra legis dispositionem ubi uti poterat uerbis fideicommissi. Ad hoc quod notatur. C. si quis alter. uel sib. l. multum, secundum Imolam in d. r. Raynutius. secundum quem non obstat. † d. l. Scæuola. ubi dispositio directa trahitur ad fideicommissum: quia ad hoc responderi potest quòd interdũ dispositioni, quę fit directo lex quo ad sui essentiam non resistit, sed propter aliquod accidens, vnde quia dispositio sui natura bene poterat directo fieri & directo ualere, ut si fuisset facta in testamento, impeditur ualere casualiter propter qualitatem actus in quo fiebat: ut quia fiebat in codicillis, & tunc trahitur ad fideicommissum ut d. l. Scęuola. Interdum uerò lex resistit dispositioni directę penitus etiam quoad sui essentiam & prohibetur illud regulariter fieri, prout est si velit paganus substituere directo puberi cum nõ possit etiam in testamento, & idcò non trahitur tunc ad fideicommissum, sed redditur nulla ipsa substitutio propter maiorem resistentiam quã facit lex in casu isto quàm in præcedenti. Et eodem modo responderi potest † ad d. l. ex facto cũ & ibi similiter directa valere potuisset, ut plenius de iis in d. c. Raynutius. per Ioannẽ And. & Imolam, qui ad alias rationes in contrarium allegatas maximè per Ioannem And. respondet, respondẽdo inter alia † ad d. l. precibus, ut non obstet cum ibi non loquatur de uerbo directo, sed uerbo cõmuni, & hoc si habeatur ibi substituit, ut habent aliqui libri, sed si nõ habeatur uerbum substituit, prout nõ habent aliqui libri, sed loquatur de uerbo directo, & tunc dici potest, quòd ibi sit speciale in milite vt valeat iure fideicommissi matre existente, sed ea nõ existente valebit vt directa, esto quòd in pagano sit penitus nulla post pupillarem ętatem talis substitutio per d. l. uerbis ut plenius ibi per ipsum Imolam qui ex prędictis refert, quòd si hac substitutio compendiosa à pagano per uerba directa puberi quòd ipsa erit funditus nulla, unde nõ ualebit iure fideicõmissi, & multo fortius erit nulla seu expirabit & euanescet post pupillarem ætatem si fuerit facta impuberi: ut d. l. verbis. & d. l. in pupillari, nam ex quo à principio cepit ualere ut directa nunquam postea obliquatur ut supra, unde dicta substitutio compẽdiosa impuberi facta post pupillarem ætatem non ualebit ut directa, cum lex resistat: ut d. l. uerbis. & d. §. extraneo, nec iure fideicõmissi ex quo testator hoc non dixit, & hoc uoluit finaliter Glos. in d. §. extraneo. & Ioannes And. in d. c. si pater, licet postea in nouella in sua magna Glos. aliud uoluerit & secundum hoc Glo. in d. l. uerbis. in quantũ dicit quòd substitutio facta per uerba directa, si non potest ualere iure directo

ĉto propter conditionem personę obliquatur nõ bene dicit, & contrarium uoluit finaliter Glos. in d.§.extraneo.ut ibi patet. sed licet hoc regula riter sit uerum, ut substitutio compendiosa facta per uerba directa impuberi à pagano ualeat,ut directa pupillaris infra pupillarem ætatem, & si mater sit in medio, & postea euanescat,ita quòd nõ ualeat etiam in uim fideicommissi,ut d.l.uerbis.& d.l.in pupillari. & d.l.precibus. & d.§.extraneo,ut tenent communiter Glo.iuris ciuilis * & canonici, ut supra, * tamen fallit.

70 Et primò † quando fuisset apposita clausula codicillaris in ipso testamento, prout hodie communiter apponitur, ut & si non ualeat iure testamenti, ualeat iure codicillorum, cum tunc propter uim dictę clausulę post pupillarem ætatem trahatur ad fideicommissariam: ita quòd ualebit in uim fideicommissi,ut uoluit Bald.in d.l.uerbis.Ad hoc d.l.Scęuola.ff.ad Treb.quod est singulariter notãdum cum communiter hodie apponatur dicta clausula secundum Imolam.

71 Secundò † fallit quando in dicta substitutione compendiosa à pagano facta ipsi impuberi per uerba directa fuissent distincta tempora, ut quia dictum fuisset quandocunque filius meus decesserit in pupillari ętate,uel postea talis sit hæres, cũ tunc censeantur duę substitutiones, una pupillaris,& alia compendiosa post pupillarem ętatem, prout uoluit Glos. in d.l. uerbis. & cum talis compendiosa censeatur facta puberi per uerba directa trahetur ad fideicommissum, sicut & si fuisset facta puberi,& hoc uidetur uelle Glos.in d.l.precibus.videlicet Gl.magna.ad finẽ.tunc enim quando substitutio compendiosa facta est puberi per uerba directa,ualet iure fideicommissi, prout & uoluit Glos.in d.l.uerbis.quam sequitur Bartol. * ibi & cõmuniter Doctores * propter quod difficile esset in practica tenere cõtrarium, esto quòd alia opinio ut uidelicet sit nulla, quam tenuit Glos.in d.§.extraneo. de iure defensari possit,& uerior sit,prout uoluit Imola in d.c.Raynutius. de quo plenius infra dicetur. Quod & locum habet similiter,& quando in ipsa compendiosa est apposita dictio geminata, ut quia dictum fuit, quandocunque filius meus decesserit talis sit hæres, nam cum illa dictio sit distributiua, non censetur unica substitutio,sed plures,sicut & si dixisset in pupillari ętate uel postea quandocunque, Ad hoc,l.sicut in annos.ff.quib.mod.usufr.amitti,prout & tenuit Iacob. de Arena in d.l.precibus. sed Glo.ibi tenet contrarium, quam & tenet Bart.in d.l.Centurio. per.l.Stichum.§.stipulatio.ff.de uerb. obli.& ita cõmuniter tenetur,* secundum Imolam in d.c.Raynutius, secundum quem,non obstat. † d. l. sicut. cum ibi loquatur in actu, qui potest reiterari, quod non est in hoc casu, cum actus mortis non possit reiterari, ut plenius ibi per eum, qui ex his uidetur uelle, quòd idem sit in tali substitutione facta cum dicta dictione geminata, sicut & si non esset apposita dicta dictio geminata, & sic quòd sit unica substitutio & non plures.

72 Tertiò † fallit quando substitutio compendiosa facta à pagano per uerba directa fuisset facta impuberi nõ existenti in potestate substituentis, ut à patre filio emancipato,uel à matre,uel ab extraneo ipsi impuberi, cum et tunc et si non ualeat ut directa etiam infra pupillarem ætatem,ex quo eidem directò substitui non potest,ualeat iure fideicommissi, prout uoluit Glos. in dicta l.uerbis ciuilibus, ubi Barto. hoc idem tenuit, * & ita communiter tenetur, * ibi & in dicta l. Centurio. esto quòd aliud uoluerit Glossa. in dicto §.extraneo. & si substitutio compendiosa fiet extraneo, & posteà testator ipsum cui facta est substitutio adoptet loco filij non deberet ualere iure directo, ex quo à principio ualuit iure fideicommissi, et nihilominus ualet infra pupillarem ætatem iure directo, prout uoluit Bartol. in.l.ii.§. sed & si extraneum.ff. de uulg.& pup. secundum Imolam.Sed licet hęc opinio defensari possit,& de iure fortè uerior sit, * tamẽ ex quo alia opinio cõiter tenet,* in practica erit seruãda, put & dictũ fuit supra in alio casu.Imò & forte uerior est de iure canonico alia opinio,cum ius canonicum potius sensum & uoluntatem consideret quàm subtilitatem uerborum.c. preterea.de uerb. signi. c.dilectis. de iudic.& infra dicetur.

73 Quartò † fallit quando in substituitone compendiosa facta à pagano ipsi impuberi fuisset apposita conditio, si sine liberis, cum tunc etiam si sit facta per uerba directa semper erit fideicommissaria, & sic etiam infra pupillarem ætatem ualebit ut fideicommissaria, & hoc uoluit Glo. in d.l.precibus,taliter enim consueuit fieri substitutio fideicommissaria de iure & de facto, cum illa uerba sine liberis,non possint conuenire impuberi,cum non possint habere liberos,& sic uidetur potius facta puberi in quo non potest ualere iure directo. ut.d.§. extraneo,sed iure fideicõmissi.& ideo iure fideicommissi ualebit etiam infra pupillarem ætatem.ff.ad Trebel.l.Scęuola.& istud etiam tenuit Glos.in d.c.Raynutius.in uerbo substitutionis. & ibidem Innoc.& Iacob. de Arena in d.l. precibus. secundum Bartol. ibi & in d.l.Centurio.Sed communiter alij Doctores tẽ * nuerunt contrarium * dicentes quòd ista conditio si sine liberis, non immutat naturam substitutionis, pro quo facit quia dicta uerba subintelliguntur taciti etiam si non exprimantur. ff. de conditio. & demonstra.l.cum auus. & C. de fideicommis.l. cum acutissimi.unde talis expressio nihil operatur,ex quo taciti inesse.ff.de lega.i. l.iij.& pro ista parte uidetur casus apertus in d. c.si pater.eod.tit.lib.vj.ubi fuerunt apposita illa uerba,& nihilominus infra pupillarem ætatem, ualebit iure directo,& vt pupillaris directa. Ad idẽ.d.l.Centurio.Nec obstat ratio Gl.d.l.precibus,cum etiam impubes generare possit & habere filios.

re filios.c.puberes. de ſponſal.impub.unde ta-
lis conditio non immutat naturam ipſius ſub-
ſtitutionis.

74 Quintò † fallit quando ipſa ſubſtitutio com-
pendioſa fuiſſet facta à pagano per uerba directa
impuberi mentecapto ſeu non ſanę mentis, nam
& tunc ipſa ſubſtitutio ualebit ut pupillaris dire-
cta ſi decedat infra pupilarem ætatem, aliàs ſi po
ſtea, & tunc ualebit etiam ut directa videlicet
exemplaris.C. de impub. & aliis ſubſti.l. huma-
nitatis. ubi de hoc. Vnde ſubſtitutio eidē facta
comprehendet non ſolum uulgarem, ſi uulgari-
ter ſubſtitui potuit ſed pupillarem, imò & etiam
exemplariā, ſi pupillariter & exemplariter ſub-
ſtitui poteſt, & ſic tres ſubſtitutiones ſcilicet acti
tudine & potentia, cum actu unam tantum con-
tineat, prout dictum fuit ſupra in ipſa exempla-
ri, & etiam reciproca.

75 Sextò † fallit quando ipſa ſubſtitutio com-
pendioſa fuiſſet facta à pagano ipſi impuberi per
uerba directa, non tamen ciuilis, cum & tunc ua
leat ut pupillaris infra pupillarem ætatem, adeo
quòd ſubſtitutus pupillariter ſuccedet, etiam ſi
mater ſit in medio. ut eſt expreſſum in d.c. ſi pa-
* ter. & in hoc omnes conueniunt. * Sed poſt pu-
pillarem ætatem non euaneſcet, cum tunc ua-
leat ut fideicommiſſaria, prout uoluit Ioannes
Andreę in d.c. ſi pater. in magna Glo. in nouel-
la & Barto. & Bald. in d.l. Centurio. & Antonius
& Florianus in d.c. Raynutius. quorum opinio
æquior eſt; ut dicit Imola in eodem c. Raynu-
tius. imò & fortè uerior eſt, maximè de iure cano
nico, ut patet in dicto c. Raynutius. ad quod ipſe
Imo. non reſpondet, ius enim canonicum talem
ſubtilitatem uerborum non conſiderat: ut patet
in d.c. dilecti. in d.c. prætereca.

76 Quandoque & ſecundò fit ipſa † ſubſtitutio
compendioſa à pagano per uerba merè obliqua,
ut ſi fiat per uerbum reſtituat, det uel ſimile, de
quibus ſupra dictum fuit, & hæc ſubſtitutio ſe-
* cundum omnes * eſt omni tempore fideicom-
miſſaria, & impropriatur vt fideicommiſſum ua-
leat, imò & continet ſolum fideicommiſſariam
ſubſtitutionem, prout habetur. ff. de uulg. & pu-
pill. l. cohærédi. §. cum filiæ. propter quod non
erit compendioſa, ex quo plures ſubſtitutiones
non cōtinet, prout & ſupra dictum fuit. Et hæc
77 † ſubſtitutio matrem uel alios uenientes ab in-
teſtato non excludit, nec excludit à legitima, quō
detrahatur. ut d. §. cùm filię. imò & nec à Trebel-
78 lianica & hoc † niſi teſtator prohibuerit, uel niſi
reſtitui debeat pauperibus ſeu ad pias cauſas, p-
* ut communiter tenetur * ſecundum quod nota-
tur. ff. ad Treb. l. Marcellus. §. quod autem. & C.
ad leg. Falcid. auct. ſed cum teſtator, & auct. ſimi
79 liter & d.c. ſi pater. de teſta. libr. vj. & cum † talis
ſubſtitutio facta à pagano per uerba obliqua ſit
fideicommiſſaria omni tēpore, ut ſupra dictum
eſt, quòd ſi teſtator ita ſubſtituat, & per talia uer
ba uidelicet: ſi filius meus quandocunq; deceſ-
80 ſerit bona mea dentur pauperibus. & tunc † talis
ſubſtitutio omni tempore erit fideicommiſſaria,
ex quo fit per uerba merè obliqua, prout eſt uer-
bum dentur, ut uoluit Bart. in d.l. Centurio. tūc
enim non poteſt ſubintelligi uerbum accipiat, ex
quo ipſi pauperes non ſunt inſtituti, ſed eis reli-
ctum. Vnde epiſcopus tunc erit loco legatarii, &
pro ipſis pauperibus poterit actiones intentare,
eſto quòd aliud ſit ſi ipſi pauperes eſſent inſtitu-
ti, cùm tunc ipſe epiſcopus poterit ipſa bona ac-
cipere & dare ipſis pauperibus, cum retineat lo-
cum hęredis. l. ſi quis ad declinandam. C. de epi-
ſcop. & cler. unde poterit diſtribuere & exequi
etiam ſi teſtator prohibuiſſet, cum prohibere nō
poſsit, ut in auct. de eccleſ. titul. §. ſi quis autem.
& C. de epiſcop. & cler. auct. licentiam. & hoc uo
luit Barto. in d.l. Centurio. cum quo tranſit ipſe
Bald. & Angel. & hoc idem uoluit ipſe Bal. in d.
l. ſi quis ad declinandam: eſto quòd dicat ibi Bar.
aliud uoluiſſe in d.l. Centurio. & non bene, cū
Bart. hoc uoluerit ut patet ex eius dictis quē alij
* Doctores ſequuntur * & Imo. in d.c. Raynutius.
qui hoc idem tenet, uidelicet: quòd in caſu prę-
dicto ipſa ſubſtitutio omni tempore ſit fideicō-
miſſaria, quod procedit quando talis ſubſtitutio
fuiſſet facta per uerba illa, ſi filius meus deceſſe-
rit, uel quandocunque deceſſerit. & ſic ſine di-
81 ſtinctione ætatū, ut quia dixiſſet ſi † filius meus
deceſſerit in pupillari ætate, uel poſteà quando-
cunque, uolo quòd bona mea omnia dentur pau
peribus. & tunc erit directa pupillaris ſi decedat
infra pupillarem ætatem, adeò quòd ſubſtitutus
ſuccedet eidem etiam ſi mater ſit in medio, per id
quod habetur per Glo. in d.l. precibus. prout uo-
luit Bald. ibidem dicens ſe ita conſuluiſſe. Sed
82 hæc † opinio non eſt uera quòd licet ſit facta cū
diſtinctione ætatum, tamen eſt facta per uerba
obliqua, unde omni tempore erit fideicommiſ-
ſaria: ut d. §. cum filiæ. Nec obſtat Gloſſ. in d.l.
precibus. cum loquatur quādo eſt facta per uer-
ba communia, prout uoluit Imola in d.c. Raynu-
tius. & qui ex iis uidetur uelle quòd talis ſubſti-
tutio ſit fideicommiſſaria omni tempore, quod
tamen non procedit ſine dubio; prout infra pa-
tebit, prout patet ex notatis in c. cum tibi. de te-
ſtamen. ubi de hoc.

83 Si uerò † ipſa ſubſtitutio fiat à pagano per ta-
lia uerba, quandocunque filius meus deceſſerit,
bona mea vendantur ſeu diſtribuantur inter pau-
peres, quorum electio ſpectet ad fideicommiſſa-
rios meos. ſeu per talia uerba, inter pauperes eli-
gendos per fideicommiſſarios meos. quo caſu
uidetur idem dicendum quod in præcedenti, cū
participium reſoluatur in relatiuū, & illud quod
dicitur de fideicommiſſariis, reſpicit ſolum ele-
ctionem pauperum, et non uerbum uendantur,
uel diſtribuantur, propter quod talis ſubſtitutio
erit omni tempore fideicommiſſaria in caſibus
prædictis, ſicut et in præcedenti, et hoc uoluit
Bartol. in d.l. Centurio. ea ratione: quia teſtator

non

non deputauit in dictis casibus per quem uendãtur seu destribuantur. Sed certè hoc ultimum nõ placet Imolę in d.c. Raynutius. quia ex quo testator deputauit executores in testamento, uidetur illos generaliter deputasse & posuisse non solum ad electionem ipsorum pauperum, sed etiam ad executionem omnium contentorum in ipso testamento. ff. de public. l. de pretiu. & c. quia circa. de priuileg. Ad hoc etiam quod habetur in l. iii. §. filius. ff. de libe. & posthu. & in l. talia scriptura. ff. de leg. j. propter quod uidetur quòd in casibus prædictis sit idem dicendum, prout & dicetur infra, quando testator deputauit executores, seu per quem dentur, seu distribuantur bona.

84 Circa quæ † dicendum est quòd si testator ita substituit, uidelicet: quandocunque filius meus decesserit sine liberis uolo ꝙ omnia bona mea vendantur, & distribuantur inter pauperes Christi per meos fideicommissarios, & tunc ipso filio decedente in pupillari ętate, erit directa pupilla-

85 ris Sed si decedat † post pupillarem ætatem erit fideicommissaria: quia in dicta substitutione sub intelligitur, uerbum accipiant, ex præsumpta mẽte testantis, cum uideatur testator uoluisse quòd ipsi fideicommissarij accipiant & posteà distribuãt seu dent pauperibus: argumento. l. alio. ff. de aliment. & cibar. leg. & in l. denique. §. interdum.

86 ff. de penu. legat. Verbum † enim accipiat, quod est directum, cum denotet quòd de manu sua & propria auctoritate accipiat, & posteà det seu distribuat inter pauperes relatum ad uniuersitatẽ bonorum, trahitur ad institutionem, per id quod habetur. ff. de hæred. instit. l. iis uerbis. in princi. cum ibi notatis per Glo. & Bart. in auct. de hær. & falcid. §. si uerò nulla. Vnde poterunt ipsi fideicommissarij seu executores ipso filio decedẽte in pupillari ætate ipsa bona propria auctoritate capere & distribuere, cum locum hæredis teneant, non dato hærede uniuersali: ut d. l. si quis ad declinandam. Ad hoc quod notatur per Innocen. & alios. in d. c. cum tibi, quod procedit

87 etiam † si mater sit in medio, cum talis substitutio pupillaris surgat ex mente testantis, quæ colligitur ex uerbis uel coniecturis, unde excludit matrem, prout uoluit Glo. in d. l. precibus. ę esto quòd aliud sit in pupillari omnino tacita, quæ comprehenditur ex iuris dispositione, ut est illa quæ continetur in uulgari, prout uoluit Bar. in d. l. Centurio. dicens idem esse quando testator dixisset, quòd omnia bona uendantur & pretium distribuatur inter pauperes per fideicommissarios suos: quia licet dum dixit uendantur, non dixit expressè per quẽ, tamen intelligitur dixisse tacitè: quia illud uerbum per fideicõmissarios,

88 referri debet ad uerbum uendantur. cum† clausula in fine posita in dubio referatur ad omnia præcedentia si fieri potest commodè. ff. de lega. j. l. talis scriptura. unde hoc casu ex quo testator deputauit per quem talis substitutio erit pupillaris ipso filio decedente in pupillari ætate, & ip-

so decedente post pupillarem ætatem fideicommissaria, prout dictum fuit supra in præcedenti, & prout uoluit Barto. in d. l. Centurio. cum quo transit ibi Bald. & Ang. sed ipse Bal. in d. l. preci-

89 bus tenet quòd in casibus prædictis † sit omni tempore fideicommissaria. quod & tenuit etiam Florianus in d. c. cum tibi. & Imola in d. c. Ray-

90 nutius. maximè per regulam illam, quę † habet quòd substitutio facta per uerba obliqua est omni tempore fideicommissaria, prout fuerunt prædictæ substitutiones, cum fuerint factæ per uer-

91 bũ dentur, uel distribuantur. † quę uerba obliqua cum sonent quòd de manu alterius accipere debeat, ille cui debet dari uel distribui. Ad hoc quod habetur. ff. de usufruc. leg. l. fundi trebatiani. pro quo etiam bene facit quod notatur. ff. de hæred. instit. in l. hæreditas dũtaxat. maximè per Barto. secundum Imolam ubi supra. Qui ex

92 prædictis † concludit quòd in casibus prædictis talis substitutio sit omni tempore fideicommissaria remittens ad notata in d. c. cum tibi, respõdendo ad contraria. sed quidquid dicat, dici for-

93 tè poterit contrarium uidelicet: ꝙ † dicta substitutio sit infra pupillarem ætatem directa & postea fideicommissaria, non solùm si sit facta cum distinctione ætatum, prout uoluit Bald. in d. l. precibus. sed etiam si sit facta similiter uel cum dictione distributiua, quandocunque, datis ipsis executoribus, prout tenuit Barto. in d. l. Centu-

94 rio. Quia licet uerbum † dentur, uel distribuantur, sit obliquum, tamen refertur ad ipsos pauperes quibus debet dari uel distribui, non autem ad ipsos fideicommissarios, uidelicet quòd ipsis debeat dari, unde cũ talia uerba ita impersonaliter concepta possint intelligi dupliciter, uno modo, quòd dentur per hæredes ipsius pupilli, alio modo quòd ipsi fideicommissarij accipiant, & sic directò, in dubio capiantur ipso filio in pupillari ætate decedente, ex quo talis substitutio directa conuenire potest ipsis uerbis & personis. Ad hoc quod habetur in d. c. si pater. & ut dictum fuit in d. c. cum tibi. circa quæ uide ibi notata.

95 Quandoque & tertiò † ipsa substitutio compendiosa fit à pagano per uerba communia quæ sint ex ut supra patet, & tunc, aut est facta in codicillis. & omni tempore erit fideicommissaria.

96 ff. ad Treb. l. Scæuola. In ipsis † enim non potest directò substitui. C. de codicill. l. hæreditatẽ. Aut

97 est facta in testamento, & tunc, † aut est facta puberi, & sic maiori pupillo, uel etiam pupillo, cui non possit pupillariter substitui; ut quia sit emãcipatus, uel extraneus, & tunc talis substitutio erit omni tempore fideicommissaria, & iure fideicommissi ualebit, cum nullo tempore ualere

98 possit iure directo, ex quo † prædictis directò substitui non potest. ff. de uulg. & pupill. l. uerbis ciuilibus. & infrit. de pupilla. subst. §. extraneo. &

* ita communiter tenetur. * Ad hoc quod habetur in d. l. Scæuola. & C. de institut. & subst. l. generaliter. §. fin. debet enim fieri interpretatio per quam

quam omni tempore ualere possit:argumento l. quoties. ff. de rebus dub. unde talis substitutio ita facta prędictis omni tempore erit fideicommissaria, prout communiter tenetur, quod ue-
99 rum † intellige post aditam hęreditatem, cum
100 post aditam † hęreditatem non possit directo substitui,ut d.§.ex i raneo.& d.l.uerbis.& hoc nisi substitueretur dementi seu furioso, prout habetur in d.l.humanitatis.C.de impub.& alus substi
101 tut.Sed† ante aditam hæreditatem bene potest directò substitui uidelicet uulgariter.ff.de uulgari & pup.l.i.& ibi notatur.unde talis substitutio compendiosa comprehendit uulgarem quantum cunque non contineat pupillarem, quod ideò est:quia illa uerba,si filius meus uel alius institutus quandocunque decedat talem substituo.uerificantur & uerificari possunt, siue decedat uiuo testatore,siue postea,& siue post testamentum ante mortē,siue postea.unde continet ipsam uulgarem,quæ uerificari potest etiam quando institutus non potest esse hæres. ff.de fideicom.libertat. l. Thais.§. Spendoforus. Ad hoc quod notatur p Glos.in d.l.precibus. & hoc uoluit Bartol. in d.
102 l.Centurio.& Bald.in d.l.precibus. Nec†obstat si dicatur, quòd substitutio si ualuit ut directa, nō potest postea ualere iure fideicommissi, per.id quod habetur in d. l.uerbis ciuilibus. quia illud uerum est si ualuisset post aditam hæreditatem, sed in casu prædicto ualet ut uulgaris ante aditā hæreditatem, & postea ut fideicommissaria, & sic in diuersis casibus, unde ualere potest ut fideicommissaria post aditam hæreditatem,prout uoluit Barto.in d.l.Centurio. & Bald.in d.l. precibus.& Imola in d.c.Raynutius.
103 Aut sit ipsa substitutio † compendiosa à pagano impuberi, cui potest pupillariter substitui, ut quia est in potestate substituentis,& talis substitutio continet uulgarem eo casu quo continet pupillarem,quod quando sit infra patebit.& hoc uoluit Bartol.in d.l. Centurio.& Imola in d. c. Raynutius. sed certè & si non contineret pupillarem,nihilominus continet uulgarem , prout supra patet. Quod & ratione probatur. Nam uerba illa, si filius meus decesserit uel quandocunque talem substituo, possunt intelligi & uerificari, siue decedat uiuo patre siue postea, & siue decedat post testamentum ante mortem siue postea, & sic continet uulgarem, quæ uerificari potest etiam quando institutus non potest esse hæres. ut d.l. Thais.§. Spendoforus. & hoc uidelicet ꝙ contineat ipsam uulgarem tenuit Bald.in d.l.precibus.& similiter Bartol. uidetur hoc tenere in d.l.Centurio.si bene pōderetur, & similiter Imola in eodem c.Raynutius.& in hoc non cadit du-
* bitatio cum communiter teneatur.* sed dubitatio cadit an contineat pupillarem uel fideicommissariam, super quo Glo. & Doctores uariauerunt,ut infra patebit.
104 Circa quæ †. dicendum est pront recolligi potest ex eorum dictis,& maximè Imolę ubi supra,

Aut talis substitutio compendiosa per uerba cōmunia facta ipsi impuberi à pagano , fuit facta cum distinctione temporum seu ætatum, puta: quia dixit, si filius meus decesserit in pupillari ętate,uel posteà q̄ncunq, talem substituo.& tunc ualebit infra pupillarem ætatem iure directo, & posteà ut fideicommissaria : quia propter distinctionem temporum censentur fuisse duæ substitutiones,una pupillaris & alia fideicommissaria, & hoc uoluit Glo. magna.ad finem in d.l.precibus. & procedit etiam si mater sit in medio,& hoc est clarum,prout uult Imola in d.c.Raynutius.& ita
* communiter tenetur.*
105 Aut † ipsa substitutio fuit facta sine distinctione temporum, seu ætatum, & tunc aut fuit facta cum dictione distributiua, quandocunque, ut quia fuit dictum,quandocunque filius meus decesserit talem substituo, & tunc Iacob. de Arena & Cyn.in d.l.precibus.dicunt quòd perinde est ac si fuisset facta cum distinctione temporum seu ætatum.per l.sicut in annos. ff.quib.mod. usufr. amittit.secundum Barto.in d.l.Centurio.& Bal. in d.l.si quis ad declinandam.in tertia columna. C. de episc.& cleric. & communiter Doctores
* tenent contrarium * quia † dictio destributiua
106 non inducit pluralitatem dispositionum nisi fiat expressio temporum. ff. de uerb. oblig.l. Stichum.§.stipulatio.& l.pluribus.cum ibi notatis. Nec obstat † d.l.sicut.quia ad illam potest respondeti prout supra dictum fuit in substitutione facta per uerba directa à pagano, cum ibi sit apposita dicta dictio in actu reiterabili , quod non est in casu prædicto,cum actus mortis non sit reiterabilis secundum Imolam. & sic patet quòd secundum communem opinionem non est siue ponatur dictio quandocunque, siue dicatur, et si filius meus decesserit talem substituo , prout supra patet.& hoc fuit de mente Glos. magnæ in d. l. precibus.ubi uult quòd licet apponatur dictio q̄ncunque, tn̄ nō inducit distinctionē tēporū,ut colligitur ex ea,iuncto eo quod dicit posteà in fine. unde cum sint opiniones quando non apponitur dictio quandocunque,prout infra patebit,procedent & locum habebunt dictę opiniones quando apponitur dictio quandocunque, tenendo ipsam communem opinionem,quòd
107 † dictio quandocunq;, nō inducat distinctionē temporum, fuit enim una opinio ꝙ substō cōpēdiosa ita facta per uerba cōia ipsi impuberi à pagano omni tpe sit fideicōmissaria,et iure fideicōmissi ualeat , & sic etiam infra pupillarem ætatem,quando facta est per uerba illa si filius meus decesserit,ita quòd hoc casu quando ipsa substitutio compendiosa est facta simpliciter per talia uerba si filius meus decesserit talem substituo, omni tempore erit fideicommissaria, & sic etiam infra pupillarem ætatem, et hanc opinionem tenuit Glos.in d.l.Centurio. et in d.l.precibus. et in c.Raynutius.in uerbo. uel substitutionis. et in c.si pater.in uerbo. absque deductione. cod. tit.

de

de test.lib.vj.& hác opinioné sequit in d.c. Raynutius.Inno.& Host.& Archi.in d.c.si pater. &
* sic cã sequuut cómuniter Canonistæ * & istam opinioné sequitur Azo in súma de impu.& aliis subst.& similiter cã sequit Dyn.& Rayne.& Iac. de Beluiso, & sic eam sequuntur similiter cómu-
* niter Legistæ * & eam sequitur Bald.in d.l.Cēturio.& in l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pupil. dicensillam esse communem opinionem Doctorũ, & quod secundum eam consuluerunt Doctores & sic etiam ipse dicit sępius cõsuluisse, potissimè
108 ex eo: quia, istud † uerbũ substituo.potest trahi ad fideicommissum.ff.ad Trebel.l.Scæuola.& C.
109 de instit.& substit.l.generaliter.§.fin. & † uerbum relatũ ad plura debet illa determinare ęqualitate seruata si potest, sicut & quando refertur ad plures personas.ut d.l.iam hoc iure.iuncta l. uel singulis. eod.titu.sed hoc casu potest determinare æqualitate seruata uerbum substituo. si omni tempore sit fideicommissaria. Ad idem ēt
110 facit: quia † eadem res non debet diuerso iure cẽseri,ff.de usucap.l.eum qui ædes.& vij.q. ii.cognouimus.Adducit etiam aliud,uidelicet: quòd
111 † nõ debet fieri diuisio uolũtatis.ff.de ils quib, ut indign.l.eum qui.§.pen. ut plenius per ipsum Bald.in d.l.Centurio.& in d.l.iam hoc iure. ubi
112 uidetur concludere quòd talis substitutio † sit omni tempore fideicommissaria.& iure fideicõmissi ualeat etiam si mater non sit in medio, & hanc opinionem tenuit ipse Bal. in d.l.precibus. dicens se non audere recedere à communi opinione Glo.ibi, tamen addit quòd si teneatur Gl. quę est in instit.de pupill.subst.§.qua ratione. & eius opinio uidelicet quòd infra pupillarem ętatem ualeat iure directo,prout uult Gl.ibi, tamē quando mater est in medio tunc fauore matris non admittetur contra eam,& sic erat tunc omni tempore fideicommissaria,& sic uoluit ibi sentire Bald.secundum D.Florianum,sed certè Bald. ibi uoluit quòd ualeat iure directo, sed non admittatur contra matrem,dicens secus esse in aliis uenientibus ab intestato,ea ratione: quia quando substitutio compendiosa est facta per verbum commune talis substitutio comprehendit uulgarem,quasi expressam propter generalitatem uerborum, & illa uulgaris cõtinet in se tacitam pupillarem,quæ non admittitur contra matrem. l. fin.C.de instit.& substit.licet admittatur contra alios uenientes ab intestato.ut ibi plenius per ipsum Bal.Sed certè hæc ratio non procedit: quia sicut in dicta substitutione compendiosa cõprehēditur uulgaris expressa saltem in genere: ita & comprehenditur pupillaris substitutio expressa saltem in genere,prout uoluit Glos.fi.in d. l.pre-
113 cibus.Vnde † si in ipsa substitutione compendiosa comprehenditur pupillaris expressa in genere,licet sit tacita in specie ipsa excludit matrē, prout uult.d.Glos.& infra plenius patebit, vnde quandocunque mater sit in medio, nihilominus talis substitutio compendiosa ualebit iure directo infra pupillarem ætatem,& matrem excludet ratione prædicta, & etiam: quia hoc est expressum in d.c.si pater.& ideo dictum ipsius Bal. in d.l.precibus.non procedit,& similiter non uidetur procedere dicta communis opinio Glo.& Doctorũ.maximè per d.c.si pater. Et licet aliàs esset satis sustentabilis opinio Glo.& Doctorum quæ est quòd omni tempore sit fideicõmissaria, per rationes prædictas,tñ p.p illud capitulũ malè potest sustentari, prout dicit Imola in d.c. Raynutius.Vnde fuit alia & secunda opinio Glo.sin-
114 gularis in d.§.quã ratione. † tenens quòd talis substitutio compendiosa facta per uerba cõmunia à pagano impuberi ualeat iure directo, ut pupillaris infra pupillarem ætatem,& posteà ualeat iure fideicommissi.& hanc opinionem sequitur Iacobus de Arena & Cynus in d.l.precibus.quãdo est facta cum dictione quandocunque,dicens ipse Cynus se consuluisse. Sed certè & idem si sit facta absque dicta dictione quandocunque, cum
115 dicta dictio † non inducat distinctionem temporum,seu diuersitatem dispositionum,secundũ communem opinionem ut supra dictum fuit. Et hanc opinionem uidelicet; quòd ipsa substitutio compendiosa facta simpliciter ipsi impuberi à pagano per uerba communia uidelicet si filius meus decesserit talem substituo, ualeat iure directo infra pupillarem ætatem,& sic ut pupillaris, & posteà ut iure fideicommissi,tenuit Ioannes And.in nouella in d.c.si pater.in Glo.absque deductione.prout refert D.Florianus,& sic in effectu tenet idē quòd Glo.in d.§.qua rõne. ea ratione:quia si eo casu quo facta est per uerba directa ualet infra pupillarem ætatem iure directo, & posteà iure fideicommissi, prout tenuit ipse Ioãnes And.ibi per d.c.si pater.iuncto c. Raynutius. fortius uidetur dicẽdum in hoc casu quando est facta per uerba communia,ut plenius ibi per eũ. Et hanc opinionem tenet Bart. in d.l.Centurio.
116 & in d.l.precibus.dicens eam procedere † nisi mater sit in medio,uel alia psona ueniẽns ab intestato,cum tunc infra pupillarem ętatem ualeat iure directo, & posteà iure fideicommissi. Sed si mater sit in medio uel alia persona, & tunc uera sit opinio Glos.in d.l.precibus.de qua supra dictum fuit, qui etiam uidetur inclinare in opinionem Bar.ibi,uidelicet: quòd ualeat ut fideicommissaria & non ut directa: quãdo mater est in medio, aliàs ualeat ut directa matre ipsa non existente,ut plenius de ipsa opinione Bal. supra dictum fuit.Et hanc opinionem Bart. similiter sequutus fuit D. Antonius in dicto c.Raynutius. licet dicat Florentiæ practicari quòd ipsa substitutio compendiosa siue fiat per uerba directa siue per uerba communis infra pupillarem ętatē ualeat ut directa,& posteà ut fideicommissaria, prout & supra dictum fuit.
117 Circa quę aduerte: † quia ipse Bald.in d.l.precibus.& Florianus in d.c.Raynutius.dicunt Bar. idem uelle in uenientibus ab intestato quod in matre.

matre. Sed certè Barto. hoc non uoluit, sed bene dixit quòd illud quod dicitur in matre locum ha bet in omni persona contra quam non admittitur tacita pupillaris, sicut nec admittitur contra matrem, & quæ sint tales personæ dictum fuit supra in materia pupillaris in eios effectibus. sed certè hæc opinio Bart. quam sequitur. in d. c. Raynutius. Dominus Antonius, & videtur sequi ipse Bald. in d. l. precibus. non videtur vera: quia etiā si mater sit in medio, videtur quod debeat talis substitutio compendiosa valere vt directa, & sic vt pupillaris infra tempus pupillaris ætatis per textum in † d. c. si pater. vbi uidetur hoc esse expressum, maximè attenta eius ratione. Nec est bona responsio Bart. in d. l. Centurio. & Bal. in d. l. precibus. dum respondendo dicunt quòd ibi facta fuit substitutio per verba directa: & in c. Raynutius. per verba directa communia. nam talis responsio destruitur per textum in d. c. si pater. in sua ratione, in quantum non ponderatur ibi, an verba sint directa vel communia, sed simpliciter
118 dicitur quòd † substitutio in dubio iudicari debet directa, dummodo conuenire possit uerbis & personis, conuenit enim in casu prædicto uerbis, ex quo uerbū est cōe, quod est aptum retrahi ad directā substitutionē; ergo in dubio interpretari debet directa, cū conueniat etiā personæ, ex quo est impubes, unde dicta substitutio interpretari debet infra pupillarē ætatē directa, & sic erit pupillaris, etiā si mater sit in medio, prout ibi patet. & istud uoluit Io. And. in d. c. si pater. in Nouella, & Auge. in d. l. Centurio. & Franc. de Ramponibus in d. l. precibus. & Floria. in d. c. Raynutius. secundum quem hæc opinio quod valeat ut directa hæc substitutio in fra tēpora pupillaris ætatis, & posteà iure fideicōmissi, optimè probatur in d. c. si pater. & in d. c. Raynutius. nam ibi patet quòd valet iure directo infra pupillarem ætatē, etiam matre existēte in medio, in d. c. Raynutius. quod autem patet quòd post pupillarem ætatem ualeat iure fideicommissi, & licet ibi sit uerbum
119 † moriatur, & in d. c. Raynutius. uerbum succedat. tamen illa uerba satis uidentur esse eiusdē naturæ, cum nō sit dare rationem diuersitatis, & ideò non est facienda differētia secundum eum, prout refert Imola in eod. c. Raynutius. secundū quem hoc etiam uoluit Bart. in d. l. Centurio. in iiij. q. principali. versicu. hoc præmisso, ut videlicet non sit differentia, vnde ipse Imola etiam hāc opinionem sequitur in d. l. Centurio. & in d. cap. Raynutius. dicens eam ueram esse & secundū eā consuluisse, licet Barto. & Bald. aliud ueliut & nō
120 bene secundum eum. Quæ † opinio procedit nō solū de iure canonico, prout in d. c. Raynutius. & in d. c. si pater. Sed etiam de iure ciuili, ut patet in d. l. precibus. si ibi habetur verbum substitnit tenendo quòd † d. l. precibus. nō ponat aliquid speciale in milite, vt tenuerunt quidam, prout fuit Ioan. And. in Nouella in d. c. si pater. Imò & si teneatur quòd sit speciale ibi in milite, nihilominus talis opinio de iure ciuili procedet, & erit seruanda etiam in terris Imperij & in foro ciuili, ex quo ita determinatum reperitur in dicto c. si pa-
121 ter. io dicto c. Raynutius. Quia † ubi sunt opiniones de iure ciuili, seruanda est illa opinio quę reperitur approbata per ius canonicum, etiam in foro ciuili & in terris imperij, prout notatur qui filij sint legitim. in cap. per uenerabilem. de foro competen. in cap. licet ex suscepto. & C. ad leg. Falcid. in l. quanquam, prout dicit & Imola in dicto cap. Raynutius. unde nimirum si seruatur Florentiæ, prout dicit Dominus Antonius ubi supra.

Nec obstant rationes in contrarium adductę. non enim obstant & primò, quod dicitur de uer-
122 bo substituo. † quod trahi possit ad fideicommissum, & ita trahi debere; ut d. l. Scæuola. & d. l. generaliter. §. si. Quia illud est verum quando nō potest trahi ad directam substitutionem: vt quia appositum est in codicillis, ut dictis iuribus, aliàs trahi debet ad directam substitutionem quando potest trahi d. c. si pater.

Nec obstat qood regolariter in contrarium al
123 legatur de uerbo † quod refertur ad plura tempora, ut debeat illa uniformiter & æqualitate se uata in dubio determinare, sicut & quando refer tur ad personas: ut d. l. iam hoc iure. de vulga. & pupilla. quia ad hoc respondetur prout uoluit Bartol. in dicta l. Centurio. in tertia quæstione. ut illod procedat qoando refertur ad plures personas in quibus possunt considerari plures effectus diuersa tempora concernentes. Sed in dicto cap. Raynutius. refertur ad vnicam personam in qua de unico effectu est tractandum ex quo potest semel tantum mori. Sed certè hæc responsio non est bona: quia etiam quando refertur ad unam personam possunt considerari diuersi effectus: quia potest esse quòd repudiet & posteà decedat in pupillari ætate uel posteà, secundum Imolam, secundum quem potest responderi ad dictam rationem in contrarium adductam aliter, videlicet: quòd aliud sit quando tale uerbum commune refertur ad plures per sonas, tunc enim tale uerbum non facit ipsam substitutionem directam, quando non potest omnibus directò substitui post additam hæreditatem: ut dicta l. iam hoc iure. cum tunc non conueniat ipsis personis ea quo alter ex ipsis est talis cui non potest directò substitoi ut ibi. quod non est quando refertur ad vnicam personam & plura tempora: ut probatur in dicto capitu. si pater. eius ratione considerata, tunc enim conuenit personæ & uerbis interpretari substitutionem directam infra pupillarem ætatem, & ita interpretanda est, prout videtur esse de mente in dicto capitulo si pater. & post pupillarem ætatem interpretabitur fideicommissaria, ut patet in d. cap. Raynutius. cum hoc conueniat personæ & uerbis, ut post popillarem ætatem sit fideicommissaria. ut d. c. Raynu-

124 tius. secundum enim qualitatem† & conditionem personarum uerba interpretanda sunt. ff. de usu & habitat. l. plenum. §. equitij. Vnde non obstat dicta secũda ratio. Nec obstabit tertia ratio, quæ est quòd ex quo ipsa substitutio unica est
125 † propter unicam conceptionem uerborum, si semel incæpit ualere iure directo uidelicet infra tempus pupillaris ætatis, uidetur quòd posteà uidelicet post pupillarem ætatem funditus annulletur, prout uoluit Archidiac. in d. c. si pater. & sic quòd non ualeat etiam iure fideicommissi, nam ad hoc respondet Barto. in d. l. Centurio. in quæstione de substitutione facta à pagano per uerba directa, & per uerba communia, quòd non est uerum, quòd substitutio directa posteà obliquetur, cum prout ipse dicit ex futuro euentu censetur semper ipsam fuisse pupillarem uel fideicommissariam, prout casus euenerit. sicut & in simili di-
126 citur, quando † in dispositione apponitur tempus quod potest se habere ad præteritum & futurum; quia illud intelligitur secundum contingentiam casus. l. i. in principio. ff. de adimend. lagat. & l. hęc conditio. in fine. ff. de condit. & demon. & ita etiam iudicabitur in hoc casu. nam si pupillus decedat in pupillari ætate iudicabitur pupillaris, si postea fideicommissaria, & sic uniformia erit eius intellectus, & licet apud nos sit incertum
127 qualis erat, tamen secundum eum lex† ab initio est certa. l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquir. hæred. Sed certè hæc responsio non placet Imolæ, quia licet lex possit esse certa de eo quod est certum in rerum natura, licet apud nos possit esse incertum, tamen de eo quod non est certum in rerum natura, lex non est certa. ff. si pars hæredit. pet. l. antiqui. prout est in casu prędicto, in quo est incertum an moriatur in pupillari ætate uel posteà, unde Bald. in d. l. precibus. responden-
128 do ad dictum contrarium dum dicitur quòd † si substitutio semel ualuit iure directo non obliquatur, quòd hoc est uerum quòd non obliquatur sed euanescit, & post ipsam sequitur alia substitutio scilicet, fideicommissaria. & sic sunt duæ substitutiones, & dum prima euanescit, secunda oritur, & sic non transit directa in obliquam, sed directa finitur pubertate eueniẽte & tunc obliqua incipit secundum Bald. ibi. Sed certè ista responsio similiter non tollit formaliter contrarium; quia cum substitutio prædicta compendiosa facta sub unica conceptiõe uerborum sit una, uidetur quòd si semel ualuit iure directo, non debeat posteà obliquari. aliàs non contineret unicam substitutionem, sed duas, quod non uidetur dicendum, ex quo non fuit facta cum distinctione temporum, & ideò talis responsio non uidetur procedere secundum Imolam, secundum quem uidetur melius dici posse, quòd licet quando substitutio est facta per uerba directa non debeat posteà obliquari si semel ualuit iure directo; quia illud non repugnat naturæ uerborum ex quo est uerbum cõmune, & sic aptum ad substitutionem directam & obliquam, nec repugnat conditioni personæ, imò conuenit naturę & conditioni ipsius personę, put intelligi debet. Ad hoc d. l. plenum. §. equitii. & l. patet. §. conditionum. ff. de condi. & demon. prout uoluit Imola in dicto c. Raynutius. ubi plenius per eum.

129 Quandoque & quatò † ipsa substitutio compendiosa fit à pagano cumulatis uerbis communibus & obliquis, & tunc talis substitutio ita facta comprehendit uulgarem pupillarem & fideicommissariam, prout casus euenerit, quod & similiter locum habet quando fieret per illa uerba uulgariter & pupillariter & per fideicommissum, cum tunc similiter duas substitutiones comprehendat, prout uoluit Bartol. in d. l. Centurio. & supra dictum fuit, quæ omnia notanda sunt cum ex hiis habeatur primus & principalis effectus ipsius substitutionis compendiosæ.

130 Secundus effectus est † ipsius substitutionis compendiosæ: quia ipsa substitutio compendiosa comprehendit ipsas substitutiones expresse seu uerbis expressis, prout Glos. in l. Lucius. ff. de uulg. & pupill. & Glos. finalis in l. precibus. C. de impub. & aliis substit. Quod intellige ut contineat ipsas substitutiones expresse, scilicet uerbis generalibus, cum uerbis generalibus sint expresse, sed uerbis specialibus sunt tacitæ, prout uoluit Bartol. in d. l. Centurio. & Bald. in d. l. Lucius. dicentes ita procedere Glos. magnam in d. l. precibus. quę dicit eas tacitas esse, & hinc est quòd pupillaris comprehensa in ipsa compendiosa exclu dit matrem, prout tenuit Barto. in d. l. Centurio. & Bald. in d. l. Lucius. & in d. l. precibus. quod procedit non solum si sit facta per uerba directa ut uoluit Bart. et Bald. in dictis iuribus. Ad hoc c. si pater. de testam. in vi. sed etiam si sit facta per uerba communia, prout uoluit Ioannes Andreæ in d. c. si pater. in Nouella per dictum c. & per dictã l. precibus. & Angel. in dicta l. Centurio. & Florianus & Imola in d. c. Raynutius, ut supra plenius patet, & sicut comprehendit substitutionem pupillarem saltem in genere, sic & similiter comprehendit uulgarem expressam saltem in genere Ex
131 quo † infertur quòd locus est ipsi substitutioni uulgari comprehensæ in ipsa compendiosa quantumcunque ipse institutus decedat uiuo testatore. Ad hoc quod habetur. C. de caduc. tollend. l. unica. §. pro secundo. & §. finautem. aliàs si esset uulgaris omninò tacita, ut est illa quæ comprehenditur in pupillari expressa, & tunc ut ueniat substitutus, si institutus decedat uiuo testatore est distinguendum, prout notatur per Barto. in l. i. ff. de uulga. & pupilla. & prout dictum fuit supra in materia uulgaris, & prout dicit Imola in dicto c. Raynutius.

132 Tertius effectus est: quando per ipsam substitutionẽ compendiosam succeditur ipsi testatori, et in eius bonis, secundũ quod natura ipsius substitutionis requirit, & secundum quod casus euenerit: nam si locus sit vulgari cõprehensæ in compendiosa,

vt quia

vt quia ipse institutus deceditante aditā hæreditatē,& tunc talis substitutio trahetur ad bona ipsius testantis,adeò ꝙ ipse substitutus ex ipsa vulgari in eis succedet,licut & si fuisset institutus, ꝓut habetur in l.j.ff.de vulg.& pup.& C.de hæred. institu.l.cum proponas.

133 Si verò sit locus substōni † pupillari in ea comprehensæ,& tunc per ipsam substitutionē succeditur ipsi pupillo,adeò ꝙ ipse substitutus consequitur bona ipsius pupilli,vndecunq; eidem obuenientia,prout notatur.ff.de vulg.& pupil. l.ij. & l.sed & si plures.§.cum substitutos. imò & nō solum consequitur ipse substitutus directò ipsa bona,sed etiam fructus perceptos iudicio testatoris,prout notatur in d.l. Centurio.

134 Si verò locus sit † fideicōmissariæ substōni,& tunc veniunt bona ipsius testātis deuoluta ad ipsum cui facta est substitutio(detracta tamē legitima)cum ipsa nō veniat, nec etiam veniant bona ipsius cui facta est ipsa substitutio,vt habetur. ff. de vulg.& pup.l.cohæredi.§.cum filiæ,imò & in ipsa substōne fideicommissaria non ueniunt fructus percepti iudicio testatoris.ff.ad Treb.l.in fideicōmissa.& ibi nota.& vt dictum fuit plenè supra.& hoc quādo ipsa substitutio cōpendiosa facta est simpliciter vel vniuersaliter de uno vel de pluribus.imò & idem si duo sint substituti taliter videlicet: vnus in dimidia hæreditatis, & alius in alia dimidia, itaque tota hæreditas est distributa, cum & tunc talis substitutio trahatur ad vniuersum.imò & ad institutionem si casus sit, vt locus sit ipsi substitutioni, per id quod habetur in l. cum filio. cum l.sequenti. ff. de legat. j. Ad hoc quod habetur per Gloss.notabilem.in l. quotica. & in l. filij, C. famil. ercifcund. prout vult Imola in d.c.Raynutius. Ad hoc l.j. §. diuus. ff. de hæred.instit.per quem §.Bart. hoc idem voluit
135 in dicta l.Centurio. dicens idem esse † si testator quędam legata fecisset, & posteà substituendo dixisset,residuum bonorum meorum uolo ad talem deueniri,cum talis censeatur vniuersaliter substitutus,adeò quòd talis substitutio trahi potest ad institutionem,per id quod habetur in l.ij. C.de hæred. insti.

136 Si verò ipsa † substitutio compendiosa facta sit non simpliciter nec vniuersaliter,ut supra,sed in certa re vel quantitate,& tunc si per uerba directa ciuilia sit facta,vt quia testator dixerit, si filius meus decesserit talem instituo in tali fundo, vel in tanta quantitate, vel dixit, talis sit hæres in tali fundo,vel quantitate. & tunc talis substitutio trahitur ad vniuersum, & sic ad institutionem.l.cohæredi.§. fina.ff. de vulga.& pupil.per quem §. Bartol. hoc voluit in d. l. Centurio. & Imola in d.c. Raynutius. dicens hoc ibi probari † secundum vnum intellectum, vnde consequitur talis substitutus omnia bona ipsius testatoris si locus sit substitutioni vulgari. Ad hoc quod habetur.ff.de hæred.instituend.l. prima.§. si ex fundo.vbi de hoc,de quo in l.quoties. §. si plures.eodem titu.

137 Si verò locus sit † pupillari substitutioni, vt quia decedat ipse pupillus in pupillari ætate post aditam hæreditatem,& tunc ipse substitutus consequetur omnia bona ipsius pupilli quātuncunq; sit institutus in re certa,prout voluit ipse Bar.in d.l.Centurio.& Imo.in d.c.Raynutius.quod procederet quando ipsa substitutio haberet directā conditionem,ut si dixisset,si decesserit in pupillari ætate.aliàs verò si dixisset, quādocunq; decesserit filius meus talis sit hęres in tali fundo,& tūc cum omni tempore non possit trahi ad vniuersum,faciet fideicommissum particulare,prout voluit Bal.in d.l.precibus.cuius dictum fortè nō est verum,nam cum per talem substitutionem compendiosam videatur facta substitutio pupillaris ipsi pupillo saltem verbis generalibus,& ipsi pupillo non reperiatur alius substitutus, talis substitutio ad vniuersum & sic ad institutionem trahetur.vt d.§.fina.prout voluit Imola in d.c. Raynutius.licet de dicto Bal.mentionem non faciat.

138 Si uerò † ipsa substitutio cōpendiosa facta sit à pagano in certa re vel quātitate per verba directa nō ciuilia,vt si dixit,si filius meus decesserit quādocūq; moriatur talis in tali fundo vel in tāta quātitate.& tunc nō trahetur ad institutionem,& sic non trahitur ad vniuersum,prout voluit Bart.in d.l. Centurio.cōtra quem videtur facere † d.c. si pater.Sed non facit:quia licet ibi fuerit facta institutio in certa re in persona ipsius filiæ, tamen nō fuit facta ipsa substitutio in dicta re, sed simpliciter.vnde trahitur ad directā substitutionē videlicet pupillarē:vt est casus ibi secundū Imo.q. ex hoc dicit ꝙ si filia instituta sit in re certa uel in certa q̃titate,& deinde ipse testator eidē substituēdo substituat simpliciter,puta ut quia dicat, si ipsa decesserit sine liberis moriatur tali,& tunc talis substitutus cēsetur pupillariter substitutus, adeò ꝙ ipse ex ipsa pupillari succeder eidem uniuersaliter,si ipse decedat in pupillari ætate,vt est casus in d.c.si pater.secus autem si substitutio esset facta in certa re,vel quantitate relicta, vt quia testatur dixisset, quòd si talis filia decesserit sine filiis ipsa filia moriatur tali in dicta re uel quantitate,cum tunc non trahatur ad directam substitutionem & sic ad pupillarem, prout uoluit ipse Bartol. in dicta l.Centurio.& Imola in dicto c. Raynutius. Quod & fortius locum habet quando ipsa substitutio compendiosa facta fuisset ab ipso pagano in re certa vel quantitate per uerbum commune,cum tunc nō trahatur ad directā substitutionem,& sic ad uniuersum,per id quod habetur. ff. ad Trebell. l.cogi.§.generaliter.& in auct.ut cum de appe.§.aliud quoq; capitulū.prout voluit Bartol. in d.l.Centurio. & Imola in d. c.Raynutius. dicens hoc procedere non solum si ipsa substō sit facta in certa re uel quantitate per ipsa uerba communia, sed etiam sit facta in certa portione,ut in dimidia vel tertia parte bonorum, nā cum & tunc censeatur facta in re certa nō trahi

tur ad substitutionem directam,& sic ad uniuersum.ff.de leg.j.l. non amplius.§.fi.& ff. de legat. iij.l.si seruum.§.fi.cũ l.sequenti.imò & si facta sit in dimidia,uel tertia parte hæreditatis talis substitutio per uerba communia idem erit,licet sit maius dubium,cum & tunc non trahatur ad directã substõnem quãdo unus tantum fuisset substitutus,prout uoluit Barto.in d.l.Centurio.& bene, quem sequitur Imola in d.c.Raynutius. cum quibus cęteri pertranseunt. *

139 Quartus effectus † estquia si substitutio compendiosa fiat cumulatis uerbis, uidelicet directis & cõibus:uel directis, cõibus & obliquis, prout & fieri põt,& tũc si fiat in psona unius seu de vno vt q̃a testator substituẽdo ita dicat, si filius meus decesserit sine liberis instituo & substituo Titiũ & ipsum hæredẽ facio.& tunc prout uoluit Bart. in d.l.Centurio. vr̃ data ipsi substituto electio ut uenire possit iure directo vel iure fideicõmissi ,p ut ipse elegerit,decedẽte ipso filio ĩ pupillari ętate:argu.ff.ad Treb.l.recusare.§.Titius.Tale enim verbũ substituo,quod est cõe,non declaratur per alia verba expressa,ita ꝙ ponatur pro directo: ut dixerunt quidã,ex quo ad unã personã refertur, cum uideatur potius appositum,ut multiplicet et vt dispositio valeat ualidius,vt fieri consueuit, ,p vt dicit in d.c.Raynutius.Imo.dicẽs hoc procedere in casu prædicto,si uerbũ directũ ueniret præcisẽ ad declarationẽ uerbi cõis & eius determinationẽ,ut si dixisset,si filius meus decesserit substituo Titium hæredem,& tunc licet aliud esset, cũ tunc illud uerbum commune ponatur pro directo,ex quo ita declaratur & determinatur ab eo, vnde nõ poterit tunc uenire nisi iure directo ipse substitutus. Ad hoc quod notatur p Bald. in d. l. precibus.quẽ sequitur Imo.ubi supra, qui dicit idem esse si testator dicat uolo bona mea deuenire ad Titiũ iure substõnis & fideicommissi, vt & tunc similiter locus sit ipsi electioni ipso filio decedente in pupillari ętate. Ad hoc quod habetur. ff.de vsusfruct.lega.l.si Titij. & hoc voluit Barto. in d.l.Centurio.Imò et idẽ si dixit substituo Titiũ vulgariter et pupillariter & per fideicommissum,vt videlicet:sit locus ipsi electioni ut eligere possit,an uelit succedere directò uel per fideicõmissum ipso filio decedente in pupillari ætate,vt uoluit Barto.in d.l.Centurio.Sed hoc non placet Imolæ ubi supra:quia in casu prædicto ipse testator videtur uoluisse per talia verba facere plures substitutiones in diuersis casibus, videlicet:vulgarem in suo casu, uidelicet:hæreditatis non aditæ,pupillarem in suo casu,videlicet;quando ipse filius iustitutus fuisset hæres,& in pupillari ætate decessisset, & fideicommissariam in suo casu:videlicet: quando decessisset post pupillarem ætatem,ut sic dispositio adaptetur ad eum casum ad quem uerba adaptantur:argumento l.quod constitutum. ff.de testa.milit.& l. ita autem.in princip.ff.de admi.tut.& eius quod notat Barto. in l. iiij.§.toties.ff.de damno infecto. & eius quod notatur.in c.indemnitatibus.§.penult.de electione. lib.vj.& hoc videtur tenere Cyn.in d.l.precibus: et de eius mente fuit secundum Imol.quod et forte similiter locum habet quando testator substituendo eius fuisset verbis directis communibus & obliquis,ut q̃a dixisset si filius meus decesserit sine liberis talẽ hæredẽ instituo ipsumq; substituo,& volo ꝙ eidem hæreditas mea restituatur, cum intelligatur similiter institutus in casu qui euenerit,uidelicet vulgariter si euenerit uulgaris substõnis,pupillariter si casus pupillaris euenerit,& sic de fideicommissaria,cum dispositio ipsa ad ipsa uerba ad quæ dirigitur sint adaptanda :ut pater ex prędictis,per quę videtur idem dicendũ, quidquid dictum fuerit supra circa tertium, & hæc quando uerba substitutionis accumulatè concepta referuntur ad unum.

140 Si uerò † referantur ad plures, videlicet vnum verbum ad unum,& aliud ad aliũ, vt testator ipse substituendo filio suo instituto ita substituendo unum per verbum merè directũ, seu ciuile in re certa,vel quantitate, et alium per verbum cõmune simpliciter vel in residuo,& tunc substitutus per verbum commune simpliciter seu in residuo erit uniuersalis & directò substitutus,ita quòd sua substitutio trahetur ad vniuersum, & sic erit hæres uniuersalis, & alius erit hæres in dicta re, vel quantitate in qua est substitutus quamuncque sit substitutus per verbum merè directum seu ciuile, per notata in l.his uerbis.ff.de hęre.insti.& auct.de hæred.& falci.§.si verò nulli. Si uerò substituendo quis fuerit substitutus per verbum directum ciuile in dimidia bonorum vel hæreditatis, & alius fuerit substitutus per verbum commune in alia dimidia vel simpliciter,vel in residuo, & tunc cum videatur hæreditas distributa per quotas,quilibet uocabitur iure directo, ita quòd ille qui est substitutus per verbum directum in dimidia bonorum uel hæreditatis succedat pro medietate,& alius in alia medietate, per id quod notatur.ff.de lega.i.l.filij.§.fina.cum l.sequenti. & in l.quoties.C.famil.ercifcund.per Gloss. Si autem vnus vocatus vel substitutus sit in certa re seu quantitate per verba directa, & alius uocatus seu substitutus sit in alia re vel quantitate per verba communia,& tunc substitutus per verba directa capiet totum iure directo ex quo alius non reperitur vniuersalis hęres datus dicto pupillo. Ad hoc dicta l. cohæredi.§.fi. Quod & locum habet similiter q̃n vnus vocatus seu substitutus fuisset per verba directa in tertia parte hęreditatis vel bonorũ.& alius per verba cõia fuisset substitutus in alia tertia parte: nam ex quo non est tota hęreditas distributa uocatus per uerba directa iure directo capiet totum, & uocatus per uerbũ cõe videbitur uocatus per fideicommissum ad portionem sibi assignatam secundũ Imo. ubi supra qui dicit hoc fuisse de mente Bar.in d.l.Centurio.dicẽs ẽt quod dictum est de verbo cõmuni. Idem dicendum est de uerbo directo non ciuili,ꝙ quantum

tum ad prædicta non uidentur. secundũ eum dif-
ferre uerba communia & directa non ciuilia,
prout uoluit ipse Barto. in d.l. Centurio. quem
sequitur Imola in d.c. Raynutius. de testamet. &
ultra eum dicendum est prout uoluit Bartol. in
d.l. Centurio. quòd si testator substituendo sub-
stitoat ooũ per uerbum commune in certa re uel
portione, & alium per uerba merè obliqua, & tũc
tota ista substitutio iudicabitur fideicommissa-
ria, cum uerbum commune adiectum certæ rei
uel portioni non trahatur ad directum, & sic ad
uoiuersum, prout notatur in d. l. his oerbis, quod
similiter locum haberet quando fuisset substi-
tutus in certa portione per uerbum directum
non ciuile, ex quo de eo iudicatur ut de commu-
ni ut supra.
141 Quintus effectus est: † quia si testator insti-
tuat filium suum hæredem & eidem substituẽdo
compendiosè dicat, & si filius meus decesserit si-
ne liberis aut eius liberi sine liberis Seiũ substi-
tuo, & tunc tenebit talis substitutio, adeò, quòd
ipse substitutus succedet ex dicta substitutione,
non solum si ipse filius decedat sine liberis, sed
etiam si eius liberi sine liberis decedant, cum per
talem substitutionem censeatur ipse filius graua
tus sub duplici conditione alternatiuè, uidelicet,
si decesserit sine liberis, oel eius liberi sine libe-
ris. prout tenuit Iacob. de Beluis. secundum quod
refert Bartol. in d.l. Centurio. hoc idem tenens,
esto quòd Riccardus Malumbræ aliud noluerit,
& non bene. cum testator ipse hoc facere poterit,
ex quo ipsum filium hæredem instituit. l. cohære
di. §. cum filiæ. ff. de uulg. & pup. Quod procedit
quãdo apparet quòd ita noluerit uidelicet graua
re ipsum filium sub duplici conditione prædi-
cta; aliàs si hoc non appareat, sed appareat quòd
noluerit grauare liberos ultimo moriẽtes, & tunc
non poterit ex quo ipsos non honorauit, & per
consequens non ualebit talis substitutio, prout
tenuit ipse Riccardus. per id quod habtur. ff. de
legat. ij. l. sed & si sit. §. fina. cum. l. sequenti. &
hoc nisi dicatur quòd ita uolendo ipsos grauare
uideatur ipsos uoluisse honorare, & sic eis hære-
ditatem reliquisse per d.l. denique. §. interdum. ff.
de pecul. prout uoluit Bart. in d.l. Centurio. Sed
142 hoc non † uidetur uerũ quòd eos grauando ui-
deatur eis ooluisse relinquere: quia aliàs nunquã
haberet locum regula illa per quam dicitur, quòd
non potest quis grauari quando non est honora-
tus, prout notatur in d.l. sed & si sit. & C. de fidei-
commis. l. ab eo. ubi de hoc, de quo supra in d.c.
cum tibi. de testa. In dubio non uidetur ipse fi-
lius grauatus sub dicta duplici conditione, si te-
neatur quòd liberi non potuerint grauari: quia
143 † in dubio sumi debet intellectus per quem res
potius ualeat quàm pereat. ff. de rebus dubiis. l.
quoties. & extra de uerb. signif. c. abbate. prout
uoluit Barto. in d.l. Centurio. Imò & si teneatur
quòd & ipsi liberi potuerint grauari, nihilomi-
nus in dubio uidetur ipse hęres primus, & sic fi-
lius ipse grauatus ex quo fuit institutus, & ipsi li-
beri nõ reperiuntur expressè honorati. prout uo-
luit Imo. in d.c. Raynutius. per id quod habetur
ff. de lega. i. l. si seruum. §. qui margaritam. & in l.
codicillis. in principio. ff. de usufruc. legat.
144 Circa septimum † et ultimum membrum quod
est: quomodo finiatur ipsa substitutio compen-
diosa, dicendum est quòd aut quæritur de ipsis
substitutionibus in ea comprehensis, cum ipsa
non sit substitutio de per se sed aliàs comprehen
dat, ut supra dictum fuit: et tunc substitutiones
in ea comprehensę, et quęlibet ipsarum finiũtur,
prout finiuntur si separatim et de per se essent fa
ctę, quę qualiter finiantur patet ex notatis supra
in materia cuiuslibet.
145 Aut quęritur † de ipsa substitutione compen
diosa de per se considerata, et tunc cum ipsa fiat
conditionaliter quodammodo, & ipsa substitu-
tio finitur pluribus modis ita quòd effectum
non habet.
Et primò: quando ipse substitutus decedit ante
euentum ipsius conditionis, cum tunc efficiatur
ipsa substitutio caduca, prout habetur. C. de ca-
duc. tollen. l. unica. §. pro secũda. & §. cum autem.
146 Secundò finitur † ipsa substitutio compendio
sa eo ipso quòd deficit conditio in ea apposita cum
tunc locum nõ habeat ipsa substitutio. ff. de uerb.
147 signific. l. cedere diem. quod locum habet † quã
do ipsa substitutio compendiosa est facta uni,
cum tunc sicut ipsa habet effectum eo ipso quòd
euenit cõditio adeò quòd locus est ipsi substitu-
tioni, ita & cessat seu finitur eo ipso quòd deficit
ipsa conditio. ut d.l. cedere.
148 Si uerò † ipsa substitutio cõpendiosa sit facta
pluribus institutis, & tunc si in persona unius eue
niat conditio uel deficiat, & tunc an habeat locũ
ipsa substitutio, uel deficiat, est materia de qua in
l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. & ibi per
Bar. Ange. & Imol. & per Bald. in l. penul. C. de
impub. & aliis substi. & aliqualiter per Io. Andr.
sed plenius per Petr. de Ancha. dicta Bartoli refe-
rentem in d.c. si pater. de testam. lib. vi. vbi etiam
dixi repetendo illud c. Ex quorum dictis recolli-
149 gendo dici potest & concludi, quòd † aut sub-
stitutio compendiosa facta fuit pluribus separa-
tim, & tunc in cuiuscunque persona existat ipsa
cõditio locus erit substitutioni. ff. de iniust. test.
l. penul. ff. ad leg. Falcid. l. pater filium. §. fin. pro-
ut voluit Bart. in d. §. Quod procedit siue succe-
datur ex uulgari, siue ex pupillari, siue exempla-
ria, siue ex fideicommissaria: cum in ipsarum qua
libet idẽ sit, ut patet ex notatis in dictis iuribus.
Ad hoc l. si posthumus. circa princi. ff. de libe. &
posth. Et sicut locus est ipsi substõni in cuiuscũq;
persona cõditio existat, ita & si deficiat in cuius-
cunque persona, deficiet ipsa substõ. d.l. cedere.
150 Aut † ipsa substitutio compendiosa fuit facta
pluribus simul & nõ separatim, & tunc: quia ipsa
plures substitutiones continere põt scilicet, uul-
garẽ pupillarẽ, exẽplariã & fideicõmissariã, put

 patet

patet supra, dicendum est de ea, prout dicetur in
earum qualibet, cum quo ad hoc inter ipsas sit di
uersitas, prout infra patebit.
151 Et primò dicendum de ipsa uulgari, † circa
quam considerandi sunt quatuor casus. Nam quã
doq;, & primò ipsa vulgaris substitutio facta fuit
pluribus simpliciter, siue per verba simplicia, ut
qa testator duos instituit hæredes, & deinde sub-
stituendo dixit, quibus hæredibus talem substi-
tuo, prout exemplificat Bal. in d. l. penul. vel di-
xit si hæredes non erunt talem substituo. ut exẽ-
plificat Ang. in d. §. cum ita. uel ultra ipsos com
pendiosè substituendo ita substituit, & si deces-
serint, vel decesserint sine liberis talem substituo,
cum & hæc comprehendat uulgarem uerbis ge-
neralibus expressam, ut supra dictum fuit, & tunc
vt locus sit ipsi substitutioni vulgari requiritur ꝙ
in utriusque persona conditio existat, prout te-
nuit Barto. in d. l. j. ff. de vulga. & pupilla. & in d.
§. cum ita. per l. quanuis. C. de impuber. & aliis
substit. quod procedit, prout uoluit Bald. in d. l.
penult. quando apparet quòd ipse testator nolnit
substituere primo morienti, quod apparere po-
test per ipsius declarationem, ut quia dixit talem
substituo in omnibus bonis. ut l. Lucius. §. Caio.
ff. de lega. ij. & l. quidam testamento. ff. de uulga.
& pupill. vbi uidetur hoc probari. Item procedit
quando instituti quibus est facta talis substitutio
sunt de liberis, & substitutus est extraneus, prout
voluit Bald. in d. l. cum auus. ff. de condi. & dem.
& l. cum acutissimi. C. de fideicom. Ad hoc text.
expressus secundum Ange. in d. §. cum ita. & in l.
si is qui ducenta. §. item si pater. ff. de reb. dub.
Aliàs uerò in dubio erit locus ipsi substitutioni
si conditio existat in persona unius, per l. penult.
C. de impub. & aliis substit. ubi est casus non di-
uinando, secundum Bald. in ead. l. penult. & in l.
pater filium. §. fina. ff. ad leg. Falcid. aliter dictam
l. penultim. intelligendo, quòd ibi facta fuit sub-
stitutio singulis institutis, quod nõ est ab sonum
sic intelligere, cum hoc uideatur dicere litera ibi,
in quantum dicit, diuersos substitutos datis insti-
tutis. & hoc expressè probatur in d. l. si posthu-
mus. in principio, ubi ponitur idem casus secun-
dum Imolam in d. §. cum ita. ubi dicit quòd in
dubio, ad hoc ut sit locus tali substitutioni requi-
ritur quòd conditio eueniat in persona utriusq;,
sicut & quando fit copulatiuè ipsa substitutio, cũ
& tunc non veniat substitutus, nisi conditio ue-
rificetur in utriusq; persona: ut d. l. quanuis. Nam
152 quando † substitutio fit simpliciter uirtualiter
uidetur ibi comprehendi copula. Nam si dicatur
si prædicti hæredes non erunt, subintelligetur si
Titius & Seius, propter quod non uidetur substi
tutum uocari nisi conditio in utriusque persona
existat. quod & probatur ratione: quia tunc super
est persona quæ ad partem deficientis potest ue-
nire per ius accrescendi, & quę uerisimiliter ex
præsumpta mente testantis debet excludere ip-
sum substitutũ. Nam cum simus in dubio, qualis
fuerit intentio testatoris, an testator noluerit sub
153 stitutũ admitti uel cohæredem, debet † in dubio
interpretari, quod uerisimilius est argum. eorum
quæ habẽtur. ff. de reg. iur. l. semper in stipulatio
nibus. & in regula inspicimus. libr. vj. & C. de fi-
deicom. l. voluntatis. cum ibi notatis per Glos. &
Docto. & in l. si seruus. §. fi. ff. de lega. j. Sed uerisi
154 milius † est ꝙ mens testatoris in dubio fuerit uo
care illum quẽ magis prædiligit, si ille uenire po-
test. argum. l. pluribus. §. j. ff. de condi. & demon.
155 Sed magis † fuit prædilectus ipse institutus q̃
substitutus, ut patet ex notatis in d. §. j. & ideò ip-
se præferendus est ipsi substituto, secundũ ipsum
Imolam, qui ex hoc videtur uelle, quòd in dubio
non admittatur ipse substitutus, nisi conditio exi
stat in persona utriusque, cum hoc videatur fuisse
de mente testantis, & si fortè sit contra uim uer-
borum, cum uerum sit quòd nõ sunt hæredes al-
tero non existẽte hærede. ut plenius ibi per eum,
qui finaliter & post multa uidetur cõcludere di-
156 stinguendo, quòd † aut ipse testator substituit
super toto, & tunc nõ ueniat ipse substitutus nisi
conditio existat in persona utriusq;; ut d. l. qui-
dam testamento, quod & voluit etiam ipse Bald.
157 in d. l. penult. & Ange. in d. §. cum ita. Aut † ipsa
substitutio fuit facta simpliciter, & non super to-
to, & tunc ueniet substitutus: argum. d. l. quidam,
à contrario sensu, & quia uerba ita sonant, cũ nõ
sint hæredes altero non existente hærede, à qui-
bus uerbis in dubio non est recedendũ. ff. de le-
gat. iij. l. non aliter. & in l. ille aut ille. §. cũ in uer-
bis. & istud similiter uoluit Bald. in d. l. penul. &
Ange. in d. §. cum ita.
Quod & licet regulariter sit uerum, ut ipse sub-
stitutus admittatur in dubio, ex quo uerba ita so-
nant, tamen fallit. &
158 Primò † quando ipsi instituti essent adinuicẽ
substituti, cum tunc ipse substitutus non ueniat
altero decedente, sed cohæres substituti, prout
uult in d. c. Raynutius. ipse Imola Ad hoc quod
habetur. ff. de uulga. & pupilla. l. cohæredi. §. qui
discretas. & §. qui patrem.
159 Secundò fallit: † quando ipsi instituti essent
de liberis, & ipse substitutus esset de extraneis seu
extraneus, cum tunc non ueniat ipse substitutus
nisi conditio existat in persona utriusque, atten-
ta mente ipsius testantis; qui uidetur in dubio prę
ponere ipsum cohæredem ipsi substituto, ex quo
est magis prędilectus. Ad hoc quod habetur in d.
§. j. l. Plautius. Facit Ad hoc ẽt ratio d. l. cũ auus.
& d. l. acutissimi. & d. §. item si pater. quod uoluit
ipse Bald. in l. penult. & Angel. in dicto §. cum
ita. & Imola in dicto c. Raynutius. & communi-
* niter tenetur. *
160 Quandoque & secundò † fit ipsa substitutio
vulgaris pluribus institutis copulatiuè, ut quia te
stator dicit institutis Titio & Seio, si Titius & Se-
ius hæredes non erunt: ut d. l. quanuis. uel si neq;
Titius neque Seius hæres erit talem substituo, &
tunc non erit locus ipsi substitutioni, nisi condi-
tio

tio exiſtat in perſona vtriuſque vt d.l.quanuis.&
d.l.quidã,prout voluit Bar.in d.§.cũ ita.vbi An-
gel.idem dicit,dicens de hoc eſſe caſum in l.ſi is
qui ducenta. §. item ſi pater. ff. de reb. dub. Ad
hoc Gloſſ.in d. l.quanuis.& in l.falſa.§.finali.ff.
161 de conditio.& demonſtr. Quod procedit † qñ
teſtator ſubſtituẽdo vulgariter ſubſtituiſſet in to
to aſſe,ſeu ſuper toto, & tũc eſt veriſimile quòd
nõ voluerit ipſum ſubſtitutũ venire niſi eo caſu
quo totum habere poteſt: vt d.l.quidam. ſecũdũ
Imolam in d.§.cum ita. Item procedit quando
ipſa ſubſtitutio uulgaris fit copulatiuè, ſed non
de copulato extremo,ut quia dicitur, & ſi Titius
hæres non erit,& Seius hæres non erit, uel ſi ne-
que Titius neque Seius hæres erit, cum tunc ex
ui verborum requiratur utrunque non eſſe hæ-
162 redem. Aliàs uerò † ſi ſit facta copulatiuè, & de
copulato extremo, ut ſi Titius & Seius hæredes
non erunt,& tunc cum uerificetur ex uirtute ſer
monis altero non exiſtente hærede,erit locus ipſi
ſubſtitutioni, adeò quòd ipſe ſubſtitutus ueniat
altero non exiſtente hærede, cum in dubio non
ſit recedendũ à ſignificatione uerborum,ut ſupra
dictum fuit. Ad hoc etiam l.quidam teſtamento.
à contrario ſenſu,prout uoluit finaliter Imola in
163 d.§.cum ita,dicens † hoc procedere niſi ſint li-
beri inſtituti, & extraneus eis ſubſtitutus, cum
tunc non veniat ipſe ſubſtitutus niſi cõditio exi-
ſtat in poteſtate utriuſque: ut d.§. item ſi pater,
& attenta ratione.l.cum ſuus.ff.de condit.& de-
164 monſt.& d.l.cum acutiſſimi. Vel niſi † ipſi inſti
tuti ſint adinuicem ſubſtituti,cum tunc requira-
tur ut conditio exiſtat in perſona utriuſque; ad
hoc ut locus ſit ipſi ſubſtitutioni,prout uoluit ip
ſe Imola in d.§.cum ita: pro quo facit quod ha-
betur.ff.de uulgar.& pupill.l.cohæredi.§.qui di-
165 ſcretas.& §.qui patrem. Sed certè ſi † ipſi inſti-
tuti non ſint de liberis, nec ſint ad inuicem ſub-
ſtituti,nihilominus ipſe ſubſtitutus non admit-
tetur,niſi conditio exiſtat in perſona utriuſque,
prout uoluit Bar.& Ange.in d.§.cum ita.& Bal.
in d.l.quanuis.& in l.i.C.de cond.inſert.quia ſe-
cũdum rigorem uerborum requiritur ueritas in
utroque copulato,namque uno exiſtente hære-
de ceſſat ratio ob quam ordinatur ipſa ſubſtitu-
tio uulgaris,quę ordinatur in fauorem teſtantis
cuius intereſt ut habeat heredem copulatũ,quem
uidetur habere uno exiſtente hærede, qui habet
ius accreſcendi,ut plenius ibi per eum, propter
quod uidetur quòd nõ ſit locus ipſi ſubſtitutioni
in dubio niſi ipſa cõditio exiſtat in pſona utriuſ-
que,ut probatur in d.l.quanuis. Nam non eſt ue
166 rum quòd † uno non exiſtente hęrede uerifi-
cetur ipſa conditio,cum requiratur quòd ambo
non ſint hæredes,ad hoc ut ipſa uerificetur,attẽ-
to ſignificatu uerborũ. Ad hoc d.l.quãuis. Quod
& ſimiliter uidetur procedere quando ipſa ſub-
ſtitutio uulgaris fuiſſet facta pluribus inſtitutis
per uerba ſimplicia,ut ſi hęredes non ſint, cum
habeat perinde ac ſi fuiſſet copulatiuè facta, pro
ut dictũ fuit ſupra. propter quod uidetur quòd
ad hoc ut locus ſit ipſi ſubſtitutioni requiratur
quòd in perſona utriuſq; exiſtat ipſa cõditio,pro
ut tenuit Bar.ut ſupra patet, cum non ſit uerum
quòd uno non exiſtente hærede ambo uideantur
non hęredes,prout ſupra dictum fuit,& iſtud cõ-
✻ muniter tenetur. ✻
167 Quandoque & tertiò † fit ipſa ſubſtitutio vul-
garis pluribus inſtitutis ſub nomine collectiuo;
ut quia dicitur ſi uterq; non erit hęres,uel ſi am-
bo non erunt hæredes talẽ ſubſtituo,& tũc ut lo-
cus ſit ipſi ſubſtitutioni requiritur quòd condi-
tio exiſtat in perſona utriuſque: ut l. pen. C.de
impub.& aliis ſubſtit.ubi Bar.hoc uoluit, quod
& uoluit etiam Bald.& Angel.in d.§.cum ita.per
168 d.l.penultimam, quorum dictum † procederet
quando collectiua adiiceretur orationi affirma-
tiuæ,ut ſi uterque deceſſerit in tali ætate, uel de-
ceſſerit ſine liberis,cum tunc ut ſit locus ipſi ſub-
ſtitutioni requiratur ꝙ conditio exiſtat in perſo
na utriuſque: ut d.l.quanuis.& d.l.penul. Si verò
169 † adiiciatur orationi negatiuæ, ut ſi uterque nõ
erit hęres,& tunc uerificatur conditio etiam ſi al
ter tantum non ſit hęres,cum tũc uerum ſit quòd
uterque non ſit hæres.prout uidetur uelle Imo-
la in d.§.cum ita. Sed certè & idem uidetur dicẽ-
dum quando adiicitur orationi negatiuę, quòd
tunc ſimiliter requiratur quòd ipſa conditio ſit
uerificata in utroque uidelicet,quòd vterque nõ
ſit hęres: ut d.l.quanuis. aliàs uerò ſi alter ex ipſis
eſſet hęres,& tunc in totum deficeret ipſa condi-
tio, cum tunc verum ſit quòd vterque non ſit hæ
res,unde non ueniet tunc ſubſtitutus, prout uo-
luit ipſe Bald.in d.l.i. Sed bene ueniet ipſe ſubſti
tutus quando neuter eſſet hæres,cum tunc ueri-
ficetur ipſa conditio; non enim uerificatur ipſa
conditio altero non exiſtente hærede, quando
apponitur orationi negatiuę, ſicut & non uerifi-
catur quãdo apponitur orationi affirmatiuę exi-
ſtente conditione in perſona unius, cum eadem
170 ſit ratio,unde requiritur quòd ad hoc † ut locus
ſit ipſi ſubſtitutioni vulgari,quando fit cum di-
ctione collectiua,quòd conditio exiſtat in perſo
✻ na utriuſq; prout communiter tenetur ✻ quod
maximè procedit: quando ſunt inſtituti liberi &
eis extraneus eſt ſubſtitutus,uel quando ad inui-
cem ſunt ſubſtituti, uel quando eſt ſubſtitutus
in toto,prout voluit Imo.in d. §. cũ ita. Et pro-
cedit etiam ſi ſit ſubſtitutus ſimpliciter, attento
ſignificatu verborũ, à quo in dubio non eſt rece-
dendum. prout ſupra patet.
171 Quandoq; & quartò † fit ipſa ſubſtitutio vul-
garis pluribus inſtitutis cum dictione alternati-
ua ſeu diſtributiua, vt quia dicitur, ſi Titius aut
Seius hæres non erit,uel ſi quis ex iis non erit hæ
res talem ſubſtituo, & tunc vt locus ſit ipſi ſubſti
tutioni ſufficit quòd exiſtat conditio in perſona
vnius.l. pen.ff.de inoffic.teſtamen.vbi.hoc patet
ſecũdũ intellectũ Glo. penultimæ.C. de impub.
172 & aliis ſubſtit. quod ideò eſt: quia † natura al-
ternatiuę

ternatiuæ uel distributiuæ est quòd uerificetur & in vno.ff.de reb.dub.l.si is qui ducentá.§.verùm. propter quæ ipse substitutus admittetur, eo ipso quòd conditio existet in persona vnius. Quod &
173 licet regulariter sit uerum tamen fallit † quando extraneus esset substitutus alternatiuè liberis hæredibus institutis, cum tunc non ueniat nisi conditio existat in persona vtriusque:ut d.l.si is qui.§.item si pater prout voluit Ang.in d.§.cum ita,& Imol.post eum.esto quod posses aliud sentiar & non bene prout infra dicetur. circa quæ aduertendum est:quia ea quæ dicta sunt de vulgari habent locũ in cõpẽdiosa,in quantum ipsa cõprehẽdit ipsam vulgarem,& similiter in breuiloqua in quantum uulgarẽ cõtinet,cum de eis iudicetur respectu vulgaris sicut & de ipsa vulgari prout uoluit Imol.in d.§.cum ita.
174 Secundo uidẽdũ est † de substitutione pupillari & exemplaria quæ ab ipsa pupillari communiter regulatur prout supra patet, & in iis dicendum est,quòd aut talis substitutio est facta pluribus alternatiuè seu per dictionem alternatiuã, ut si Titius aut Seius decesserit in pupillari ætate, uel non sanæ mentis,& tunc de proprio significatu uerborum uocatur substitutus si in persona alterius conditio existat,sed non secundum interpretationẽ seu præsumptá mẽtẽ testátis,ne uideat extraneũ sobuli suę præponere ut d.l.si is q. ducẽta.§.item si pater.prout voluit Ange.in d.§.cum ita.Quod procedit quando esset substitutus extraneus per d.§.item si pater. aliàs si unus ex liberis, & tunc secus sit, cum & tunc non requiratur quòd ista conditio existat in persona utriusque, sicut requiritur quando extraneus est substitutus.prout voluit ipse Imola in dicto §. cum ita.secundum quem defendi posset etiam in extraneo,vt veniat quando cõditio existit in persona vnius videlicet:q.si testator à principio instituisset duos suos filios & eis extraneum alterna
175 tiuè substituisset, cum ipsa † alternatiua verificetur in vno, ut in regula in alternatiuis in vi. esto quòd aliud sit quando instituisset posthumos & eis substituisset in forma de qua in d.§.item si pater,cũ ibi appareat de mẽte ipsius testantis ex institutione præambula vt non uoluerit uenire ipsum substitutũ extraneũ,nisi conditio eueniat in persona vtriusque secũdum ipsum in d.§.cum ita,vbi dicit idem esse in vulgari, vt ibi plenius per eũ. Sed quicquid dicat verius est vt ipse extraneus substitutus nõ admittatur nisi cõditio existat in persona vtriusque,siue sint instituti filii iam nati, siue posthumi.cũ sit eadẽ ratio, & tex. ibi hoc uidetur innuere põderans ipsum extraneũ,pro quo
176 facit quia in dubio † non uidetur testator velle præponere extraneũ suę soboli,vt d.l. cũ auus. & d.l.cũ acutissimi,ad hoc ẽt quod habetur in l.ge-
177 neraliter.C.de instit.& substi. Quod uidetur † similiter procedere quando talis substitutio facta esset cum adiunctione dictionis distributiuę,cum verificetur in uno vt supra dictum fuit.

178 An ipsa substitutio † pupillaris uel exemplaria est facta pluribus filiis institutis simpliciter, vt quia dictum fuit,si talis mei filij decesserint in pupillari ætate uel non sanæ mentis, uel copulatiuè vt quia dictũ fuit si Titius & Seius decesserint in pupillari ætate vel non sanę mentis,& tũc aut omnes decesserint simul in pupillari ętate vel non sanæ mentis,& locus est ipsi substitutioni, adeò quòd substitutus ad hæreditatem utriusque admittitur.ff.de reb.dub.l.qui duos.ubi de hoc. & hoc uoluit Imola post ipsum Ang.in d.§.cum ita.ubi plenius de hoc. Aut non decesserũt simul sed vnus ex eis decessit in pupillari ætate, vel nõ sanæ mentis, & tunc non est locus ipsi substitutioni in persona ipsius primi decedẽtis tam ex ui verborum,quàm ex interpretata mente testãtis, qui credebat primo decedenti superuenientem successurum.ff.ad leg.Falcid.l.pater filium. §.fi. & C.de impub.& aliis subst.l.pen.& hoc uoluit Bar.in d.§.cum ita.& clarius Ang.ibi.quod pro-
179 cedit † nõ solum si ipse substitutus sit extraneus sed etiam si sit de liberis.ut d.l.pen.quę indistinctè loquitur prout voluit Imola in d.§.cum ita.dicens hoc maximè procedere quando ad inuicem
180 sunt substituti.Item procedit † non solũ si alius superuiuens decedat postea pubes seu sanæ mẽtis,ita quòd in eo non uerificetur, conditio:sed etiam si decedat ipse superuiuens in pupillari ętate uel non sanæ mentis, & tunc non admittatur ipse substitutus ad portionem ipsius pereuntis ex vi ipsius substitutionis,prout videt velle Bald.
181 in d.l.pen.Sed an † admittatur ex ipsa substitutione,si existit cõditio in persona ultimi ad portionem ipsius vltimi decedentis,& in hoc dicendũ est prout dicetur quando conditio existit in per-
182 sona ultimi.Circa quod † dicendum est uidelicet quando conditio existit in persona vltimi, ut quia decedit in pupillari ætate uel non sanæ mẽtis ipse ultimus, & tunc admittatur substitutus non solum quando extitit cõditio in persona sua & etiam in persona primi,cum & tunc ipse substitutus admittatur ex ipsa substitutione ad portionem ipsius ultimo loco decedẽtis,tam ex mẽte quàm ex uerbis ipsius substituentis,ex quo cõditio existit in persona utriusque,sed etiã si extat conditio tantũ in persona ipsius vltimi,eũ et tunc admittatur ipse substitutus ad portionẽ ipsius ultimo decedentis,ex quo non superest alius institutus.Ad hoc d.l.pen.& quod habetur.in d.
183 §.cum ita.Quod † locum habet si supersit filius primi decedẽtis tempore quo decedet ultimus, prout voluit Imo.in d.§.cum ita.per d.§.cuius dictum procedit quando talis substitutio fuisset facta per uerba simplicia uel copulatiuè,nam tunc cum talis pluralitas resoluatur in singularitatẽ, ex quo tendit ad diuersos effectus, cum cuilibet de per se uideatur facta pupillaris substitutio uel exemplaria.Ad hoc l.falsa.§.fin. ff. de condit. & demonstrat.& quod ibi notatur per Bartol.& in d.§.cum ita,ubi Bart. hoc uidetur uelle & Bald.

* in dicta l. penultima & communiter tenetur *
Si uerò talis substõ sit facta sub nomine colle-
ctiuo, & tunc attenta significatione uerborum
non admittetur ipse substitutus etiam si condi-
tio existat in persona ultimi, cum ad hoc ut ueri-
ficetur ipsa conditio, requiratur ut existat condi-
tio in persona utriusque, ut patet in d. l. penulti-
ma. sed licet non admittatur ipse substitutus atten
to significatu uerborum, tamen admittetur ex qua
dam interpretatione & interpretata mente ipsius
testantis, quia ita substituendo uidetur conser-
uare ius legitimum succedendi inter eos quos ex-
primit, ut patet in d. l. penultima. unde si superest
aliquis ex ipsis institutis non succedet ipse substi
tutus, aliàs succedat ex ipsa mente interpretata,
etiam si supersit filius primi decedentis. nam ex
quo per ipsum testatorem non fuit inuitatus nec
nominatus, non uidetur excludere ipsum substi-
tutum, prout uidetur esse de mente. d. l. penulti-
mæ. & hoc uidetur uelle Barto. in d. §. cum ita. &
Imola ibi. & etiam Bald. in dicta l. penultima.
& hoc quando ipsa substitutio non expirasset,
aliàs si expirasset, ut propter natiuitatem fi-
lii, ut quia ipse cui est facta substitutio habuisset
184 filium. cum etiam impubes† doli capax possit ha
bere filium. ut xxi. q. i. in summa per Glos. & tunc
non esset locus ipsi substitutioni. l. in pupillari. &
l. ex facto. ff. de uulg. & pup. prout uoluit Imola
in d. §. cum ita. circa quę aduertendum est: quia ea
quę dicta sunt de ipsa pupillari & exemplaria lo-
cum habent in compendiosa, & similiter in bre-
uiloqua, quando in ipsis dictę substitutiones com
prehenderentur, prout & cõprehendi possunt ut
patet supra in ipsa breuiloqua & compendiosa, &
hoc uoluit Bartolus & Imola in. d. §. cum ita.
185 Tertiò uidendum est de † substitutione fidei-
commissaria quæ inducitur ex uerbis obliquis p
quę ipse institutus uidetur grauatus de restituen-
do hęreditatem in totum uel pro parte, prout di-
ctum fuit supra in compendiosa, & circa eam con
siderandi sunt plures casus. Nam quandoque &
Primò ipsa substitutio fideicommissaria est facta
pluribus hęredibus institutis cum dictione alter-
natiua uel distributiua, ut quia dictum fuit, si talis
aut talis, uel si quis ex ipsis decesserit sine liberis
restituat hęreditatem tali, & tunc ueniet substitu
tus in cuiuscunque persona conditio existat, cum
sufficiat quod cõditio existat in persona alterius.
ut in regula, in alternatiuis. in vi. & hoc nisi insti-
tuti sint de liberis, & extraneus sit eis substitutus,
cum tunc requiratur ut substitutus ueniat quòd
conditio existat in persona utriusque. prout uo-
luit Angel. in d. §. cum ita. per id quod habetur. ff.
de rebus dub. l. si is qui ducenta. §. item si pater.
quod & uidetur tenendum quidquid dicat Imola
in d. §. cum ita. dicens idem dicendum quod in pu
pillari uel uulgari de quibus dicendum est ut su-
pra dictum fuit.
186 Quandoque & secundò † ipsa substitutio fi-
deicommissaria fit pluribus per uerba simplicia vt
quia dicitur, si tales filii mei decesserint sine libe
ris restituant hęreditatem tali, & tunc ueniet sub-
stitutus etiam si conditio existat in persona unius
tantum, cum ad illius partem uocetur. l. Lucius.
§. Caio. ff. ad Trebellian. prout uoluit Bartol. in
d. §. cum ita. quod procedit prout uoluit Angelus
187 ibi. † etiã si testator uoluerit ad substitutum per
uenire integrum relictum, uel totam hęreditatem
cum & tunc uocetur ad partem decedentis sine li
beris. ut est casus in. l. fina. §. filium. ff. de lega. ij.
esto quòd aliud uoluerit Bartol. in d. l. quidam te
188 stamento, per illum textum, qui† ad hoc non fa-
cit, cum ibi loquatur in uulgari in qua ius accre-
scendi uidetur reseruatum, quod locum nõ habet
in fideicommissaria, quę locum habet post aditã
hęreditatem, quo casu locum non habet ius ac-
crescendi. l. i. in fine. ff. de usuf. accresc. ut etiam p
pendit Imola in d. §. cum ita. post Ange. Quod li-
cet regulariter uerũ sit, vt substitutus ueniat in cu-
iuscunque per persona conditio existat ut supra,
189 Tamen fallit† & primò: quando superesset p-
sona quę ex pręsumpta mente testantis exclude-
ret substitutum, prout inquit Bald. in d. l. i. C. de
conditio. insert. & Angel. in dicto §. cum ita. Ad
hoc quod notatur in dicto §. Caio. prout esset
quando superesset unus ex liberis institutus ut. d.
l. penultima. uel quãdo ipsi instituti essent tales ut
unus alteri posset succedere de iure communi uel
municipali, ut si instituisset duos fratres filios cu-
iusdam extranei prout uidetur tenere Imola in
d. §. cum ita. esto quòd hoc pręcisè non firmet,
quod uerum esset, nisi talis frater fecisset testã &
ipsum fratrem hæredẽ non instituisset, cũ & tunc
substitutus admittatur: prout uoluit Bald. in d. l.
penul. cum tunc cesset ratio prædicta.
190 Secundò fallit: quando † inter ipsos institu-
tos haberet locum ius accrescendi post aditam hę
reditatem. l. codicillis. ff. de usufruct. legat. prout
uoluit Barto. in d. §. cum ita. sed hoc Angelus ibi
non approbat per d. §. Caio. qui indistinctè lo-
quitur dicens hoc non probari per d. l. codicil-
lis. & bene, ut patet ex dictione, hoc amplius, quę
conditionem repetit secundum Imolam, qui ta-
men dicit dictum, Bar. rationabile esse sicut & in
uulgari, cum sit eadem ratio, prout & in vulgari
dictum est de qua supra.
191 Quandoque & tertiò † fit substitutio fideicom
missaria copulatiuè, vt si Titius & Seius decesse-
rint sine liberis, vel collectiuè, vel si ambo ipsorũ
decesserint sine liberis restituant hæreditatem ta-
li, & tunc non est locus substitutioni in persona
primi morientis, quantuncunque in eius perso-
na existat conditio, ut quia decessit sine filiis, ex
quo super est alter institutus ut d. l. penult. quod
192 verum est quando † ambo instituti sunt de li-
beris, vt tales quòd vnus alteri succedere potest,
aliàs aliud erit dicendum, cum dicendum sit, pro
ut & dictum fuit quando simpliciter facta est ip-
sa substitutio ut supra.
193 Si verò † ipsa conditio existat in persona vlti
mi

mi morientis ut quia decedat sine liberis & tunc admittetur substitutus, ex quo non subest persona quę ex præsumpta mente testantis excludat substitutum cum non dicatur superesse etiam si reperiatur in pari gradu.ut d.§.cum ita. secus si reperiatur personæ quæ sit in potiori seu priori gradu,cum tunc non admittatur substitutus, etiā si præferatur ex forma statuti,ut uoluit Ange. in d.§.cum ita,dicens idem esse si fuisset substitutus ad portionem ultimi morientis, sub illa conditione si uterque decesserit sine filiis cum excluditur substitutus per text. in d. §.cum ita. à contrario sensu.Sed hoc non uidetur uerum, quia in dubio sub nomine portionis continetur etiam portio quam recipit ab alio per fideicommissum. ff.ad Trebel.l.Marcellus.§.quidam & l.ita tamē. §.suspectā.ubi plenius de hoc prout uoluit Imo. in d.§.cū ita. ubi ex hoc uidetur uelle quod ipse substitutus sit admittendus quantumcunque inuitatus sit ad portionem vltimi, imò & si super sit talis personæ quæ præfertur substituto ex ordine iuris in successione, cum ordo iuris non attendatur vt patet ex d.§.cum ita, ut dicit ipse Imola ibi,circa quę finaliter & post multa videtur tenere in ipsa fideicommissaria substitutione quòd siue fiat per uerba simplicia, siue copulatiuè,siue cum dictione collectiua semper substitutus erit admittendus etiam si conditio existat in persona primi,dummodo ad inuicē non sint substituti, vt videtur innuere textus ibi à, contrario sensu. ut et fortius admittetur in persona vltimi si in eius persona conditio existat, uidetur enim quilibet ex ipsis grauatus de restituendo portionem suam seu sibi relictam & non aliam quę eidem a testatore relicta non est. Ad hoc l.pater. §. fin.ff.ad leg. Falcid.& quod notatur in l. falsa. §. fin.ff.de condi.& demonst. & in l. eum qui nouissimus.ff.ad Trebell.& in d.§.Caio, quod procedit etiam si instituti sint de liberis.ut d.§. cum ita.prout voluit Imola ibi dicens hoc procedere nō solum si ipsi liberi sint tales vt testari possint, sed etiā si testari nō possint,cum quilibet uideatur grauatus de portione sua vt plenius ibi per ipsum Imolam. Cuius dictum procedet quando simpliciter uel copulatiuè esset facta ipsa substitutio, cum illa pluralis loquutio vel copulata diuersos effectus respiciens resoluatur in singularitatem.ut d.l.falsa.§.fin.propter quod quilibet de parte sua cēsetur grauatus, ad hoc.d.§.Caio.Sed si ipsa substitutio fideicommissaria fuisset facta cum dictione nominis collectiui,& tunc si conditio existat in persona vnius tātum: non admittetur ipse substitutus attento significato verborum,cum tunc requiratur vt existat conditio in persona vtriusque,vt d.l.pen.Sed bene admittetur ipse substitutus ex interpretatione mentis testantis,quando superest persona quæ ex pręsumpta mente testantis substitutum excluderet,ut est tantum illa quæ cum decedente fuit instituta & grauata si ad successionem ipsius decedentis ueniat & uenire possit de iure ab intestato, cū substituendo tale ius succedēdi videatur reseruatū, ut videtur sentire textus in d.§.cum ita,ad finem prout uoluit Imo.ibi. aliàs uerò si superesset etiā frater,& non succederet,ut quia testator non ipsum sed alium instituisset,& tunc ipse substitutus non excluderetur prout uoluit Bal.in d.l.penultima circa finem. Et hæc quæ dicta sunt in fideicommissaria substitutione habent locum in ipsa compendiosa substitutione quādo est facta taliter ꝙ ipsa fideicommissaria comprehendit, prout & comprehendere potest,ut supra in compēdiosa dictū fuit,prout uoluit Bart.in d. §.cum ita.& Imol.post eum ibi. Laus Deo.

EXECVTORVM VLTIMARVM VOLVNTATVM COPIOSISSIMVS TRACTATVS IN QVO OMNIS MATERIA AD certas conclusiones, distinctiones & regulas cum ampliationibus & limitationibus reducitur.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Executorum materia vtilis est & quotidiana.*
2 *Executorum tria genera, primum executorum gratiarum, nu. 3. secundum eorum qui sentētias aliorum exequuntur. nu. 4. tertium vltimarum voluntatum. nu. 5.*
6 *Executor ultimarū uoluntatū dicitur qui testātis uoluntatē exequitur, qui minister censetur & certū officium habere non tamen procurator censetur. nu. 7. imò actione mandati tenetur. nu. 8. & quādoque actione negotiorum gestorum. nu. 9.*
10 *Executoris nomen est de iure canonico, de iure verò ciuili appellantur ministri. nu. 11. Interdum diuisores vel distributores. nu. 12. Quandoq; dispensatores. nu. 13. Quandoque fideicommissarij. nu. 14. Interdum cōmissarij. nu. 15. & 16. & quandoque gaudiatores. nu. 17.*
18 *Executorum vltimarū voluntatum tria genera, quidam enim testamentarij, quidam legitimi, quidam verò datiui.*

1 EXECVTORVM † materia utilis est & quotidiana, & de eo genere de quo dicturi sumus pluribus in locis per Doctores habetur & plenius in c. religiosus. de testam. lib. vj. ubi per Petrum de Ancha. & D. Bartholomeum Nānis de Perusio, nos breuiter recollectis dictis doctorum ad certas conclusiones, distinctiones & regulas cum fallentiis utilia & necessaria attingemus. Circa quam materiam dicendum est quòd
2 executorū † tria sunt genera. Quidā † enim sunt
3 executores gratiarum de quibus in c. j. & in c. exe
4 cutor. de præb. lib. vj. quidam alij † sunt qui aliorum sententias executioni mandant, de quibus in c. pastoralis. §. quia verò. de offic. delegat. & in c. de cætero & c. quod ad consultationem. de re iudic. & C. de execu. rei iudi. l. excutionem. & ibi latè per Bald. & ff. de re iud. l. à diuo Pio. §. i. & ibi per Bartol. & de his duobus generibus: quia non est materia de qua intendamus ad præsens tracta-
5 re, non attingemus. Quidam uerò † sunt executores ultimarum uoluntatum, & hæc est materia nostra, & isti diuersis nominibus appellantur. circa quos uidendum est primò quis censeatur executor ultimarum uoluntatum. Secundò quæ & quot sunt ipsius executoris noīa, & unde dicantur. Tertiò quot sunt ipsarū ultimarū uoluntatū genera.
6 Circa primum † dicendum est, quòd excutor ultimarum uoluntatum dicitur qui testatoris uoluntatem exequi seu adimplere debet, secundum Guliel. in speculo. de instrumē. edit. §. nunc uerò. circa principium. uel est ille qui ad effectum uoluntatem testaotis producit, seu producere debet ordinanter: ut patet in cap. religiosus. de testam. lib. vi. & in c. tua. & in c. Ioannes. extra eodem tit. quod intellige ut minister seu administrator. l. si quis Titio. & ibi notatur. ff. delega. ij. Executor
7 † enim testamenti minister censetur esse, & certum officium habere, licet quandoque loco hæredis habeatur, ut infra uidebitis, nec legatarius uel fideicommissarius censetur, cum in eo solum executio facti conferatur & hoc si non per uerba dispositiua, aliàs uerò si per dispositiua tacitè uel expressè conferatur, tunc non propriè executor sed legatarius uel fideicommissarius censeretur. ut notatur in d. l. si quis Titio. & ibi per Bartol. de quibus per Gulielm. in speculo. de instrum. edit. §. nūc uerò. ubi de executore, ubi etiam dicit quòd executor non censetur negociorum gestor, qui sine mandato uel officio negocia gerit. ff. de negot. gest. l. ait pretor. §. finali. imò & habet mandatū, cū executor habeat officiū & curā, vt patet in d. c. Ioānes. extra de testa. Nec censetur procurator, cū tunc morte mandatoris eius mandatum finiretur. C. mandati. l. mandatum. nec posset contra hæredem agere, sicut ipse facit: ut uoluit Guliel. in d. uersiculo quod de executore. sed imò & eius mādatū non finitur, cum relatum fuerit post mortē, imò & morte confirmatur, sicut in simili notatur. ff. mandat. l. si uerò non remunerandi. §. finali. vn
8 de † procurator cēsetur, & actione mandati tenetur. quod uerum est ut uidetur tenere Ioannes Aod. in additio. in dicto uersi. quod de executore, quando rogante testatore suscipit mandatum: aliàs uerò si non suscepisset mandatum eo uiuēte, sed post mortem, prouenisset epistola non diceretur mandatum, & sic nec procurator, unde non teneretur actione, ex quo non concurrit consensus utriusque, & sic obligatio ff. de action. & oblig. l.
9 ii. Sed † actione negotiorum gestorum teneretur. ex quo uoluntariè gerit. Imò & fortè si mandatū post mortē suscipiat teneri mādati, cum cōcurrat cum eo cōsensus hæredis adeundo hæreditatem.

Circa

10 Circa secundum † nidelicet de nominibus hu
iusmodi ministri seu executoris concludẽdum est
ꝙ de iure canonico appellantur executores ut in
d.c.religiosus. & c.sane.eod.tit. de testa.lib vi. &
in c.Ioannes.extra eudem titu. Secundum ius ci
11 uile appellantur † ministri interdum: quia eis mi
nisterium committitur, ut d.l. si quis Titio. In-
12 terdum etiam appellantur † diuisores uel distri
butores.l.pecuniæ.ff.de alimen. & ciba. lega. In-
13 terdum appellantur † dispensatores. ut in auctẽ.
ut liceat matr.& auiæ.§.j.colla. viij.& xliiij.dist.
14 c.dispensatio. Interdum † appellantur fideicom-
missarij.C. de episc. & cle.l.nulli.j.responso. In-
15 terdum † commissarii ut appellat Iacob.de Are
na.& sic Bononiæ nulgo appellantur, ut uoluit
Glo.in auct.de ecclesi.tit.§.si quis autem. dicens
16 quòd † cõmissarius principaliter est ille in cuius
fide maximè piè relictorum dispositio seu distri-
butio cõmittitur secundũ cõem usum loquendi,
17 ut ibi plenius. prouinciales eius † gaudiatores ap
pellãt à gaudio, quod uulgariter testm̃ appellãt,
de quibus plenius per Guliel. in d.§.nunc uerò.
uers.porrò omnis. ubi etiam per Io.Monachum.
18 Circa tertium uidendum est † quòd tria sunt
genera executorum ultimarum voluntatum, nam quidam sunt testamentarij, ut sunt illi qui in testamento uel alia ultima uoluntate dantur. Quidam sunt legitimi, ut sunt illi quibus hoc datur officium uel potestas à iure, ut episcopus & alij de quibus infra dicemus. Quidam uerò sunt datiui, ut illi qui dantur ab episcopo, iudice uel aliis iurisdictionem habentibus.l.iij.§.fina.ff. de alimen.& ciba. lega.

Circa uerò primum genus executorum uidelicet, circa testamentarios uidendum est primò, qui possint executores dare. Secundò quis dari possit executor. Tertiò quomodo, & per quę uerba. Quartò quotuplex sit executor testamentarius, & an tale officium sit necessarium uel uoluntarium. Quintò quot requiruntur ut executor tale officium acceptare & exequi possit, & quid teneatur ipse executor facere. Sextò de potestate executoris, & eius officio, & in quo eius officium & potestas consistat. Septimò quantum duret eius officiũ, & quibus modis finitur, in quẽ transeat. Octauò de rõne reddenda per executores.

PRIMI MEMBRI.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Executorem ille dare potest qui & potest testa ri, imò & qui ultimam condere põt uoluntatem.*

2 *Testari non ualens nec ultimam condere uoluntatem, etiam de licentia episcopi ad pias causas executorem deputare non potest.*

3 *Vltimam uoluntatem qui condere possint, & qui non, remissiuè.*



1 CIRCA primum † dicendum est ꝙ ille potest executorem dare, qui testari potest, ut uidetur uelle Iacob. de Arena in dicto suo tractatu, imò & generalius omnis ille qui ultimam uoluntatem condere potest, executorem dare potest: ut c.nos quidam.de testam.lib.vj. & d.c.Io. extra, eod.tit. siue sit laicus siue clericus: vt vult Glos.in d.c.religiosus.eod.tit.lib.vj. Dummodo executor detur in iis in quibus eidem permittitur disponere in testamento, vel vltima voluntate. vt c.tua.de testam.lib.vj.& extra eod. titu. c.
2 Ioannes aliàs † si testari vel vltima vuluntate disponere non posset, & nec executorem dare posset, etiam si faceret de licentia episcopi ad pias causas secundum Bald.in d.l.executorem.C.de re iudic.& notata in l.i.C.de sacros. eccles. de quo plenius dixi in c.quanquam.de usur. Qui autem
3 possint † in ultima voluntate disponere & qui non, notatur in l.si quærimus. ff.de testam. & in l.i.C.de sacrosanc.eccl.& dixi in rubrica de testamen.lib.vj.

SECVNDI MEMBRI

SVMMARIVM.

1 ☞ *Executor quilibet esse potest, non solum laicus & filijfamilias etiam sine patris licentia. sed etiã clerici & prælati.nu. 3. secundum communem. * præterquàm religiosus claustralis siue monachus siue canonicus.num. 4. & talis esse potest ad pias causas, dummodo propterea à diuinis non retrahantur.nume. 5. non tamen omnis claustralis sine licentia sui superioris expressa. nu. 6. Sed fratres nullo modo etiam ad pias causas in his in quibus potest uerti litigium. nume. 7. Sed contra.num. 9. primum uerius secundum communem opinionẽ. * in his quæ solo uerbo explicari possunt. nu. 11.*

2 *Omnia unicuique concessa intelliguntur de iure, nisi prohibita reperiantur.*

8 *Fratres possunt esse consiliarij, cum id nõ sit officium nec ius tribuat sed meritorium.nu. 10.*

12 *Testator dando executorem ut ille distribuat consilio alicuius fratris, illo non requisito quod ageretur ualeret, nisi testator dixisset, quòd aliter factũ non ualeret.nu. 13.*

14 *Dispositio in his quæ non sumunt formam à lege, sed ab homine in propria forma seruanda est.*

15 *Seruus executor esse non potest, & hoc in iudicialibus: secus in extraiudicialibus.nu. 16. Sed contrarium uerius etiam ad pias causas.nu. 18.*

17 *Seruus potest esse procurator ad negotia.*

19 *Banniti cum publicatione bonorum executores esse non possunt, nisi quoad actum nudi ministerij. numero 20.*

21 *Excommunicatus maiori excommunicatione executor esse non potest. sed contra.num. 22. ueritas est*

quòd

quòd esse potest in extraiudicialibus tantum. numero 23.

24 Infamis executor esse non potest, nec procurator de iure canonico, nu. 25. in actibus iudicialibus non potest si opponatur in terris ecclesiæ. nume. 26. in terris uerò Imperij potest esse. nu. 27. & in extraiudicialibus potest indistinctè. nu. 28.

29 Minor etiam maior septemdecim minor autem uiginti quinque executor esse non potest, & hoc in executione industriali aliàs secus. nu. 30. imò etiam in executione industriali. nu. 31. nisi in ea caderet cognitio. nu. 33. & hæc uera in iudicialibus tam de iure quam de consuetudine. nu. 34.

32 Minor uigintiquinque procurator esse potest.

35 Miles armatæ militiæ executor esse non potest, & hoc si opponatur. nu. 36.

37 Furiosus & mentecaptus executores esse non possunt, nisi haberent lucida interualla et dum in eis essent. nu. 38.

39 Mutus executor esse non potest nisi ad negotia si nutu uel literis suam uoluntatem exprimere sciat. numero 40.

41 Surdus non potest esse executor & hoc si nihil audit nume. 42. et tunc esse posset si nutu uel literis intelligat. nu. 43.

44 Mulier executori esse non potest, sed contra secundum communem opinionem ad pias causas. numero 45.

46 Debitor uel creditor defuncti executor esse non potest, & hoc uerũ in datiuo, secus in testamentario maximè si testator illud sciuit. nu. 48.

47 Debitor uel creditor, esse non potest curator pupilli.



IRCA secundum dicendum est ut dicit Iacob. de Arena in
1 dicto suo tractatu, † quòd quilibet potest esse executor, &
executor deputari, & tale officium exequi qui non sit prohibitus, seu iure prohiberi uel repelli non possit,
2 cum † omnia unicuique concessa intelligantur
de iure, si prohibita non reperiãtur: ut ff. ex quib. caus. mai. l. nec non. §. quod eis. & ff. de testib. l. j. & ff. de accus. l. qui accusare. & de procur. l. mutus. §. cùm quęritur. quod ampliatur ut non solũ
3 † laici possunt esse executores, etiã si sint filijfamiliàs, et sine licentia patris sicut procuratores. c. qui generaliter. §. j. de procur. lib. vj. Frãciscus Zabarella & Bartholomęus in d. c. religiosus. sed etiam clerici: ut d. c. Ioannes. extra de testamen. vnde Papa, episcopus, archiepiscopus, primates, Cardinales, abbates & alij beneficiis pręsidentes, ad pias causas possunt esse executores. secundum Guil. in Speculo in d. §. nunc uerò. uersic. de episcopo autẽ. & Bartholomęum ubi supra. imò & indistinctè etiã ad non pias causas, ut tenent alij, secundum quod refert Guliel. ubi supra. Quod uerum est ut patet ex d. c. Ioan. & d. c. religiosus. & hoc uidetur tenere Paulus. & Anton. in Clem. unica de testam. Idem Anton. in d. c. Ioan. imò etiam & collegium potest esse executor vt tenuit Bald. in d. l. id quod pauperibus. C. de episcup. & cleric. unde generaliter quilibet potest esse executor & tale officium acceptare, & hoc cõmuniter tenetur & est regulariter uerũ, fallit tamen in personis infrascriptis.

4 Primò fallit † in religiosis claustralibus, siue sint monachi siue canonici qui executores esse non possunt, ut uidetur tenere Guliel. in d. §. nũc uerò. uersicu. sæpe quæritur. Quod procedit in
5 relictis † ad non pias causas, cum in his possint: ut
pater in d. cap. religiosus. & in in d. cap. tua. de testamen. libro vj. secundum Bartholomæum prædictum Nannia. Imò in relictis ad non pias causas possunt esse executores, ut notatur in d. c. tua. & uidetur tenere Paul. in Clementina unica. de testam. & Dominus Antonius. in d. c. Ioannes. dicens uerum hoc, dummodo à diuino officio nõ retrahantur, & hoc approbat consuetudo, ut ipse ibi dicit. Ad hoc facit textus. d. c. religiosus. ge-
6 neraliter loquens. Non † tamen omnes claustra-
les, licet possint esse executores possunt tale officium acceptare non obtenta licentia superioris expressè, & in specie per d. c. religiosus. & ibi no-
7 tat a. quod verum est. Nisi † essent fratres: quia ta-
les nullo modo possunt esse executores, etiam ad pias causas in his in quibus uertitur seu uerti potest litigium vel administratio bonorum, secus in aliis quæ solo verbo liberè explicari possunt, secundum Bartol. in suo tractatu Minoricarum. in primo, secundo, & tertio cap. distinctionis. in iij. lib. argumento l. cum pater. cum §. his hęreditatem. ff. de lega. ij. & l. ex facto. & §. si quia toga-
8 tus. ff. ad Trebell. Executio † enim simplicis uer-
bi non repugnat regulę, cum possint esse consiliarij & ad consilium admitti: ut patet in Clementina exiui de Paradiso. de uerbo. signific. in vers.
9 uerum tamen. Bald. uerò † in authen. ingressi.
C. de sacrosan. eccles. uidetur tenere contrarium videlicet: quòd in fratre minore officiũ executoria nullo modo cadat, cum tale officium sit de iure, cuius ipsi non sunt capaces. quinimò deputatio & eius effectus esset potius facti quàm iuris: ergo multo minus, quod etiam uidetur uelle Petrus de Anchan. in dicta Clementina exiui. ex eo quòd si tale officium caderet in fratrem minorẽ posset de facili ad quęstum pecuniæ ministerium deducere, quod est contra mentem illius Clementinæ. Et quia etiam executor ad nominandum pauperes debet inquirere à vicinis, & notis, & non credere asserenti se pauperem in confessione, nec obstare quod dictum fuit de
10 esse consiliarium. quia † illud non est officium,
neque ius aliquod tribuit, imò est meritorium,
11 & de iure naturali. Sed aduerte † quòd pro su-
stinenda Bartol. opinione dici potest, quòd eligere pauperes est etiam meritorium, & non est officium quod aliquid tribuat, seu aliquam iuris potestatem, sed est fortè merum & in sola uerbi prolatione consistens, cum uerbo perfi-

ciatur,& ideò cadit in religioso mẽdicante sicut
in alio non deportato,nec repugnat regulę,sicut
consulere,cum eadem sit ratio in uno quæ est &
in alio,cum consulere ideò non repugnet:quia in
eo non uertitur litigium, uel rerum ad ministra-
tio,ut patet in textu dictæ Clementinæ cxiui.vn
de si in executore non ueniunt aliqua quæ sint
meri facti , sed ea quæ sola uerbi prolatione per-
ficiuntur,ut est cõsulere & eligere, & hęc per fra
tres minores expediri pñt cũ sint meritoria. xc.dt
stinr.non satis.si uerò in executione uenirent ali-
qua ministerium seu factum requirentia , tunc si
sunt separabilia , puta si frater minor deputatus
sit ad distribuẽdũ inter pauperes quos ipse elege-
rit, licèt quo ad ea quæ administrationem requi-
runt non possit executor deputari,& tale officiũ
adimplere,tamen poterit expedire quæ solo uer-
bo expediuntur, ut eligere. argumento l.utile.ff.
de regul.iur. & ita uidetur etiam tenere in d.c.re
ligiosus.Bartholomęus Nannis de Perusio,& Frá
* ciscus Zabarella cum quibus cæteri transeunt. *
12 Vltra quos adde quòd si casus occurreret† quòd
frater minor deputatus esset consiliarius ipsis exe
cutoribus:ut quia dictum esset,quòd ipsi exequan
tur & distribuant consilio dicti fratris, quòd si di
stribuunt nõ requisito nec habito dicto consilio,
nihilominus quod agunt ualet, cum ille talis offi
cii nõ sit capax.l.quidam decedens.§.Papinianus.
ff.de admin.tutor. & ibi Cyn.& Barto.Quod ue-
13 rum est † quando simpliciter in consiliarium à
testatore deputatus foret, aliàs uerò si testator ul
tra processisset , dicendo quòd non ualeat aliàs
quod executorex agunt,& tunc non ualeret quod
14 agunt:quia †in istis officiis quæ non sumunt for-
mam à lege , sed ab homine , hominis dispositio
in propria forma seruari debet.ff.de exer.actio.l.
i.§.si plures.& ibi Bald.& in auct. ingressi. C. de
sacros.eccle.Idem Bald.in l.id quod pauperibus.
C.eod. titulo de sacros. eccles.Ad quod uide no
tata in c.unico.ne sede uacant.lib.vi.
15 Secundò fallit † in seruo,qui de iure ciuili con
ditionem non habet,unde executor esse non po-
test:ut tenet Iaco. de Arena in dicto suo tractatu
& Ioannes And.in additionibus Specu. in dict.§.
nunc uerò. versiculo item quid de abbate.dicens
quòd cum non possit esse in iudicio: vt l.seruus.
C. de iudic.non est ad illud officium idoneus. l.
qui sub prętextu.C.de sacros.eccles.Quod proce
16 dit † in iis quæ explicanda sunt in iudicio , nam
in his quæ explicanda forent extra iudicium bene
posset, cum distributio sit quid facti, unde in eo
cadit.instit.de stipulat.seruor. §.sed cum factum.
17 & † possit esse procurator ad negotia.ff.de procu
rator.l. seruum quoque.ut uidetur tenere Bartho
lomæus in repetitione d.c.religiosus.el secundo.
18 de testam.lib. vi. Contrarium † tamen uidetur te
nere Bald.in d.l.id quod pauperibus. C. de epis.
& cler.cum ẽt nõ possit esse executor ad pias cās;
nam licet talis executio sit potius factum quàm
ius:argumento.ff.de capit.diminut.l.legatum in
annos.quod apparet:quia est nudi ministerii : ut
notatur in d.l.si quis Titio.ff.de legat.ii. Tamen
auctoritas exequendi non cadit in seruo. ff. de
uerb.signific.l.illa uerba.licet in contractibus ip
se minister hominis esse possit:ut dicta l. seruum.
quod & uidetur etiam tenere in d.cap.religiosus.
Franciscus Zabarella & uerius uidetur .
19 Tertiò fallit † in damnatis & bannitis , qui per
condemnationem uel bonum perdiderunt bo-
na quę sunt confiscata,secundum Bartholomęum
prædictum ubi supra.Idem uidetur uelle Bald. in
20 d.l.id quod pauperibus. Nisi†quo ad actum nudi
ministerii,puta quoad declarationem uel execu-
tionem aliquam faciendam.ff.ad Trebel.l. ex fa-
cto.§.ex facto.& ibi per Iacobum de Arena & per
Bartol.& in l.cum pater.§. hæreditatem. ff.de le-
ga.iij.secundum Bald.in d.l.id quod pauperibus.
* & communiter tenetur *.
21 Quartò fallit † in excommunicato maiori ex-
communicatione,qui executor esse nõ potest,cũ
in iudicio esse non possit:ut notatur in c.i.de re-
scri.libr.vi.& nec possit esse procurator, ut nota-
tur in c.post cessionem.extra de probat.non enim
est communioni hominum admittendus.c.pia.&
ibi notata.de exceptionib. lib.vi.& notata in c.si
quando. de elect.eodem lib.vi. secundum ipsum
Bartholomæum, sed Bald.in l. ex facto.§. si quis
22 rogatus.ad Trebellian. uidetur sentire †contra-
riũ,cum ut ipse ibi dicit possit esse arbiter, quod
& clarius uidetur tenere idem Bald. in d. l.id qđ
pauperibus.Dicens quòd licet non possit esse iu-
dex & officium publicum exercere, tamen potest
esse executor , cum sit officium priuatum , & ux-
icant omnia quę circa tẽporalia exercet: ut notat
Innocent.in c.si uerò.de sent. excommunic.sed ad-
uerte:quia licet excommunicatus qui officium
executoris acceptauit possit repelli à iudicio, si
agat ut executor:ut in d.c.post cessionem, & etiã
23 à communione si uelit contrahere ; Tamen †ex
quo tale officium non est publicum & si in iudi-
cio agere non possit,tamen quod extra iudicium
ageret bene ualeret. per notata in d.c.pia.& in c.
si uerò.de senent.excommun.
24 Quintò fallit† in infame qui executor esse non
potest, cum repellatur à legitimis actibus:ut in c.
inter dilectos.de excess.pręlator.& C.de dignita.
25 l.neque.libro xii.Et non potest esse† procurator
de iure canonico;ut notatur in c. cũ deputati. de
iudc.& c.accedens. de procurator.& iii.q.vii. c.
26 i.& c. infames. Quod procedit † in actibus iudi-
cialibus si opponatur in terris ecclesiæ , in terris
27 † uerò imperii bene potest esse executor, cum de
iure possit esse procurator:ut notatur instit.de
28 exceptio.§.fin. tamen † in actibus extraiudicia-
libus semper potest esse executor:ut uidetur te-
nere Barth. Nannis in repetitione d.c.religiosus.
29 Sextò fallit †in minore,etiam pubere,puta ma
iori annis leptẽdecim,minore verò vigintiquin-
que,secundum Iacob. de Arena in dicto suo tra-
ctatu,& Ioannem Andreæ in additio.ad Specu-
latorem

latorem in d. titu. de instrumentorum editione. §. nunc uerò. versicu. quid de minore. Quod ue-
30 rũ est † in executione industriali, aliàs uerò si industria non requireretur, & tunc posset si esset capax intellectus: ut l. i. §. cæterum. ff. de acqui. pos. secundum Bal. in d. l. id quod pauperibus. de epi-
31 t sco. & cle. C. Sed aduerte: † quia imò uidetur q pupillus posit esse executor, etiam in executione industriali, dummodo sit capax intellectus, cum
32 posit † esse procurator ad negotia, ut tenuit Iacob. de Arena & Iacob. Butriga. secundum quod refert Bald. in l. exigendi. C. de procurato. Impubes enim negotiis præfici potest. & dominũ obligat. l. cum mandato. ff. manda. iuncta. l. j. §. i. in fi
33 ne. ff. de exercitor. Quod verum est nisi † in executione caderet cognitio, quia tunc sicut quis nõ teneretur admittere procuratorem ad negotia si esset minor annis decem & septem: ut c. qui generaliter. §. licet. de procurato. lib. vi. & ut notat Bald. in d. l. exigendi. ita executores etiam, cum
34 idonei non sint. Hæc uera † in negotiis iudicialibus in quibus minor uigintiquinque annis deputari non potest executor de iure communi, cũ legitimam personam standi in iudicio non habeat, secundum Gloss. in dicto cap. religiosus. in uerbo religiosus. licet secundum eam de consuetudine non seruetur, imò & de consuetudine non admittetur, cum non habeat legitimam personam. Ad hoc quod notat Bal. in d. l. exigendi.
35 Septimò fallit † in milite armatæ militiæ, de quibus per Gloss. in l. penultima. ff. ex quib. cau. maior. qui non possunt etiam esse executores cũ non debeant se priuatis negotiis immiscere. vt C. de procuratorib. l. qui stipendia. & l. milites omnes. ff. eodem titu. ex quibus cau. maio. quod & voluit Bartholomæus prædictus. Quod pro-
36 cedit † si contra eos qui dum exequi uolunt, opponatur ut repellantur aliàs uerò, bene ualeret quod agunt; vt ff. de procu. l. filiusfamiliàs. §. milites. & C. de procura. l. ita demum.
37 Octauò fallit † in furioso & mentecapto, qui non possunt esse executores, ut uidetur tenere Iacobus de Arena in dicto suo tractatu. uersi. quid de minore. Ad hoc quod notat Bart. in l. si quærimus. ff. de testam. & quod notatur. in l. j. §. cæte-
38 rum. ff. de acquir. posses. Quod uerum est † dum furor instat, aliàs uerò si haberet dilucida interualla, bene posset, tunc cùm haberet sanã mentẽ: argum. l. cum aliis. C. de curat. furios. & C. qui testam. face. pos. l. furiosum.
39 Nonò fallit † in muto, ut tenuit Iacobus in dicto suo tractatu: argumento l. j. in fine. ff. de tutorib. quod potest esse uerum si nihil loqui potest, aliàs si posset aliqualiter loqui, secus dicendum
40 secundum Bartholomęum prædictum. Imò & † si non posset loqui, deputari potest ad negotia non autem ad iudicia, & hoc si nutu uel literis suia voluntatem exprimere sciat. Ad hoc l. mutus. circa principium. ff. de procurat.
41 Decimò fallit † in surdo, qui similiter non potest esse executor: argumento l. primę. in fine, ff. de tutor. secundum Iacobum de Arena in dicto
42 tractatu. Quod uerum est † si nihil audire potest: aliàs uerò si esset surdus modicum audiens tunc posset esse executor: argumento l. fina. ff. de
43 legi. tut. Imò † etiam si nihil audiret, si nutu uel literis intelligat, cum tunc posit esse executor ad negotia, licet non ad iudicia: argum. eius quod notatur in d. l. mutus.
44 Vndecimò fallit † in muliere quæ executrix esse non potest de iure, ut uidetur velle Gloss. in l. tutela. ff. de tut. & Gloss. in dicto c. religiosus. licet aliud seruetur de consuetudine secundum Gulielm. in dicto §. nunc uerò. versi. quid de muliere. & Gloss. allegatam in dicto cap. religiosus.
45 Sed certè † & de iure executrix esse potest secundum Gloss. in l. vnica. §. pro secundo. C. de cadu. tollen. Quod & videtur tenere Bald. in l. à filio. circa principium. ff. de aliment. & cibar. legat. & Ioannes Andreæ in additionibus ad Specul. in d. §. nunc uerò. uersicu. quid de muliere. & Bald. in d. l. id quod pauperibus. ubi dicit quòd fœmina potest esse executrix non solum in negotiis, sed etiam in iudiciis ad pias causas. cum habeat suo nomine actionem. Leges enim quę repellunt mulieres à limine iudicij, loquuntur quando non suo nomine habent actionem, & uolunt fungi uno ministerio. ff. de negot. gest. l. qui aliena. §. quanquam. secundum Bald. de quo ibi plenius
* per eum. cum quo cæteri transeunt. *
46 Duodecimò fallit † in debitore uel creditore defuncti, qui non possunt esse executores, sicut
47 † nec curatores pupilli, ut videtur tenere Iac. ob. de Arena in dicto suo tractatu quem sequitur Io. Andreæ in additionibus in dicto uersic. quid dę
48 minore. dicens † id procedere in executore datiuo, secus in testamentario, cum testamentarius posit esse maximè si testator illud sciuerit.

TERTII MEMBRI.

SVMMARIVM.

1 *Executor dari potest in testamento, imò in qualibet vltima ualuntate. nu. 2. Imò etiam in donatione causa mortis.*
4 *Quarta Trebellianica an detrahenda ex donatione causa mortis.*
Executor potest restituere hæreditatem ex Trebellianico pauperibus, sed cõtrarium uerius eodem numero. nec ex Trebelliano distribuere. nu. 5.
6 *Executor deputari debet per talia uerba per quæ specificè & expressè appareat de eius persona. nec testator posset eius dationem seu electionem alteri committere. nu. 7. nisi cõmitteret super relictis ad pias causas, sed contrarium uerius. nu. 8. licet nominatio bene committi posit. nu. 9.*
10 *Executor deputari debet per talia uerba, per quæ appareat quòd disponens cõmittit omnem execu-*


 tionem

tionem expreßè uel tacitè, uel per æquipollentia. nume. 11.

12 *Executor datus per uerba dispositiua tacitè uel expreßè non executor sed legatarius censetur.*

13 *Executor dici non meretur is, cuius arbitrio, consilio seu uoluntate legata solui haberent; & si talis dicendus foret potius esset honorarius, & quasi obseruator et custos actionis hæredis.*

14 *Declaratores ultimarum uoluntatum dici possunt executores, et hoc si ut in arbitrium boni uiri. nu. 15. si in liberā uoluntatē, tantum executores censendi. nume. 16.*

1 IRCA tertium uidelicet†quo modo seu qua dispositione, & per quæ uerba dari possit executor, uidendum est primò in qua dispositione deputari possit executor. Circa quod dicendum est quòd in testamēto sine dubio: ut d. c. religiosus. & c. si hæredes iussu. & c. tua. extra eod.
2 titu. de testam: Imò † & in qualibet ultima uoluntate: ut in c. nos quędam. & c. Ioannes. eod. titu. Ad hoc etiam l. nulli. C. de episcop. & cleri. Imò
3 † etiam & in donatione potest executor deputari, puta si quis donet causa mortis hæreditatē suā alicui recipienti pro pauperibus dato executore. Bald. in l. executores. C. de executio. rei iudic.
4 ubi etiam tangit an † de donatione causa mortis detrahatur quarta, & in ea habeat locum Trebellianica, unde poterit iste executor restituere istis pauperibus hæreditatem ex Trebelliano cum iuribus suis actiuis & passiuis. Cuius dictum licet procedat quo ad hoc ut possit executor in donatione causa mortis deputari, non tamen procedit in hoc quòd executor possit distribuere & restituere hęreditatem pauperibus, cum solum ad eligendum fuerit datus. Ad hoc quod notatur per Barto. in l. Centurio. de vulgari & pupillar. & dixi in tractatu substitutionum in materia compē
5 diosæ. Imò † & si ad distribuēdum esset datus, tamen nō posset distribuere ex Trebelliano pauperibus cum personas paperum repræsentās, censeatur fideicōmissarius, vt dixi in repetitione c. si pater. eod. tit. de testa. lib. vj. in materia compendiosę. Vnde ex tali donatione agetur ex quo fuit facta aliqua persona pro eis recipientibus. Ad hoc quod notat Bal. in l. si mortis. C. ad leg. Falcid. & quod notatur in l. sequens quęstio. ff. de lega. ij. & quod notat Bal. in d. l. id quod pauperibus. versi. decimosexto & decimoseptimo.

His uisis, videndū est, per quę verba deputari
6 debeat executor. † Circa qđ dicendū est q̄ debeat deputari p talia, p quæ appareat specificè & expresè de psona ipsius executoris: ut l. nulli. C. de
7 epi. & cle. vnde †. nō pōt testator alteri committere executoris dationem seu electionem, ut tenuit Ioannes And. in c. i. de procur. & in c. in electionibus. de electio. eodem lib. vj. & Lapus in c. j. de testamen. eodem libro vj. & Bald. in l. qui habebat. ff. de reb. dub. & in d. l. id quod pauperibus. &
8 in d. l. nulli. Quod verū est † nisi cōmitteretur super relictis ad pias causas: vt vr tenere Bal. in d. l. qui habebat. per notata in c. cum tibi. de testam. quod
9 uerum non est, † imò ēt in relictis ad pias causas non potest, ut videtur sentire Lapus in d. c. j. de testamen. lib. vj. quod & ipse Bal. videtur etiam tenere in d. l. nulli. referendo sua dicta ad textū qui loquitur de relictis ad pias causas: vt idem Bald. tenuit in l. captatorias. C. de testa. mil. Licet possit testator alicui cōmittere nominationem executoris dirigendo, deputo in executorem quem declarabit talis: ut tenuit Barto. & Bald. in l. executorem. C. de execut. rei iudic. & in l. captatoriæ. ff. de legat. j. & in l. cum quidam. ff. de lega. ij. & Bal. in d. l. id quod pauperibus. Ad hoc l. utrunq;. §. sed cum quidam. ff. de rebus dubiis. quod notat Innocen. in d. c. cum in iure peritus. de elect. & plenè per Ioan. Andr. in additionibus in d. §. nūc
10 uerò. versi. insuper quærendum est. Et etiam † executor deputandus est per talia uerba per quæ appareat quò ipse disponens in vltima uoluntate committit omnem executionem expresse seu tacitè, puta si dicat post legata, Titium executorem meum facio, cum tunc videatur executor mixtus seu distributor ad omnia exequenda ordinatus: vt voluit Guliel. in d. §. nunc uerò. uersi. quid ergo si testator. dicens hoc procedere quando nullus est hæres institutus, aliàs uerò si aliquis est hęres institutus, tunc licet fortè de iure non censeatur constitutus ad omnia, tamen consuetudo generalis interpretatur quòd ad omnia constitutus censeatur, ut ibi plenius per eum, siue committat executionem cæterum relictorum, uel certæ rei, puta si dicat facio talem executorem, ut per eum fiat distributio rei uel quantitatis legatæ, uel per eum fiat solutio legatorū, cum talis cēseatur executor: ut uidetur tenere Guliel. in d. §. nunc uerò. uersiculo. sed pone. & uersiculo sequenti. Ad
11 hoc l. iij. ff. de alim. & cibar. legat. Nec refert † an per uerba illa, quibus nominantur executores de quibus supra, deputetur executor, uel per verba æquipollentia. Nam dicitur deputatus, non solùm si expressè testator dicat, talem executorem meorum dispositorum facio, sed etiam si dicat facio Titium ad distribuendū legata, vel ad exequēdum uoluntatem meam, secundum Bartholomęum Nannis in repetitione dicti cap. religiosus. uel per verba similia, si dicat facio Titium dilapidatorē meorum bonorum ad exequēdum testamentum meum, nam ualeret & teneret talis cōstitutio: ut uoluit Bal. in d. l. id quod pauperibus. C. de episcop. & cleric. Imò etiam si post legata in institutione dixit, committo uoluntatē meā dispositioni Titij, tunc Titius executor uidetur constitutus. c. cum tibi. de testamen. & ibi notatur per Bartholomeum prędictum.
12 Si uerò † per uerba testamēti non cōmitteretur executio vel distributio, sed potius dispō, cum in eū uerba dispositiua tacitè uel expressa rōferātur.

vt si testator legat Titio decem, quæ uult eum al-
teri restituere, tunc non executor sed legatarius
cēseтur, ut videt tenere Io. And. In addi. ad Spec.
in d. §. nunc uerò. uersiculo & scias. in uerbo
Titio decem per superiora. & clarius Bartol. in l.
si quis Titio. ff. de legat. ij. licet Guliel. in d. uersi
culo. & scias uideatur aliud tenere.

13 Si uerò † per uerba testamenti non conferatur executio nec dispositio, sed potius eius consilio, arbitrio uel uoluntate legata soluantur, & tūc talis non erit executor uel distributor; argumento l. pater. aliàs est. §. quidam decedens. l. Titium & Mæuium. in principio. ff. de administ. tutor. nullum enim officium censetur eis commissum, ut uult Gulielm. in d. §. nunc uerò. versiculo quid si dixerit. cum duobus uersiculis sequentibus, dicens etiam si executor diceretur, esset executor honorarius & quasi obseruator actionis hæredis & custos: argumento l. si plures. ff. de admin. tuto. Ad hoc l. si fortè. §. i. ff. de sol. Sed Bald. in d. l. exe
cutorem. C. de execution. rei iud. in uersic. restat.
14 † uidetur tenere quòd declaratores ultimarum
uolútatum dici possunt executores. l. i. ff. de legat.
ij. & l. Theopompus. ff. de dot. præleg. & l. utrum.
15 §. i. ff. de reb. dub. Circa quod aduerte: quia † quā
doque committitur executio uoluntatum ut in
arbitrium boni uiri, & tunc executores dici pos-
sunt nō solum facti, sed etiā iuris. Ad hoc l. illa.
16 ff. de uerb. sig. Quandoq; † in eorum liberā uolun
tatem remittitur: & tunc tantum executores cen
sentur, nec officium aliquod censentur habere. Ad
quod notatur. ff. de lega. iij. l. fideicommissaria.
§. quamquam.

QVARTI MEMBRI

SVMMARIVM.

1 ☞ *Executorum ultimarum uoluntatū triplex species. Quidam enim sunt honorarii. Quidam causa notitia. nu. 2. Quidam ut effectualiter exequantur. nu. 3. & istorum quidam sunt uniuersales, qui quandoque uim & nomen hæredum habent. nu. 4. secundum communem ✠. Quidam particulares. nu. 5. Quidam meri executores etiam si aliquod commodum in commissaria sentirent. nu. 6. Quidam sunt mixti. nu. 7. Quid autem si eidem aliquid legatur ut restituat. nu. 8. & quòd cum nullum sentiunt cōmodum sint nudi ministri. nu. 9. secus si realem actionem haberent uel personalem licet alterius gratia. nu. 10.*

11 *Executor cogi potest tale officium suscipere, & hoc uerum si ei aliquid relictum fuit, & illud acceptauit eum si non exequatur relictum perdat secundum communem ✠. nu. 12. non tamen priuatur pupillari substitutione. imò si acceptauit cogi potest præcisè ad exequendum. nu. 14. & hoc quando sciēter acceptauit. nu. 15. ac etiam exequi potest. nu. 16. si uerò nihil relictum esset tunc non posset cogi secundum communem ✠ nu. 17. Nisi deputatus foret ad exequendum ad pias causas. nu. 18. sed contrarium uerius. nu. 19. uel nisi ad quem esset executio deuoluta illum in executorem daret. nu. 21. Hæc uera quando executor nudus non acceptauit officium, si uerò in uita testātis acceptauit eidē promittendo, & tunc cogi posset. nu. 22. Imò & tunc non posset renuntiare. nu. 23. si uerò aliter acceptasset etiam, in uita testatoris, posset pœnitere. nu. 24. quidquid in cōtrariū dicitur. nu. 25. si uerò post mortem testantis acceptauit & ante aditam hæreditatem, & pœnitere poterit si talis erat ut ad eius confirmationem aditio hæreditatis requirebatur. nu. 26. si post aditam hæreditatem, & tunc cogi posset ad exequendum. nu. 27. & hoc quando executioni se immiscuit. nu. 28. imò & si se non immiscuisset. nu. 29. sufficit enim quòd acceptauerit expressè seu tacitè. nu. 30. nec tunc recusare seu pœnitere poterit. nu. 31. & hoc si res distribuenda ad eum peruenit. nu. 32. nisi per ipsum stetisset quò minus perueniret, uel culpam latam seu dolum exigendo commisisset. nu. 33. nisi legitimam haberet excusationem. nu 34.*

35 *Executor ut exequatur cogi pōt præcisè et cātiue. nā si ei aliquid in testamento sit relictū ad hoc, quod aliàs non esset relictum cogitur causatiuè, nam si non exequitur priuatur relicto. nu. 35. imò & si in mora fuerit iussa testatoris adimplere, eum priuetur & officium ad legitimum cum suo lucro transit. nu. 36. etiam si annus non sit elapsus à die monitionis. nu. 37. quod procedit si non acceptauit officium, nec relictum. nu. 38. si uerò acceptauit & monitus semel cum anni cursu & priuabitur de toto, si uerò bis tunc non expectato anni cursu. nu. 39. et hoc si totum relictum erat ad pias causas, aliàs unicursus requireretur semper. nu. 40.*

39 *Intellectus ad authen. licet testator. C. de episcopis & cleric.*


41 *Executor cum ad exequendum cogi petitur ordinarius processus requiritur, nisi deputatus foret ad pias causas, cum tunc summariè agatur. nu. 42. secundum communem ✠.*

43 *Executor cui nihil sit relictum præcisè ut acceptet cogi non potest sed causatiuè, ad hoc ut officium non transeat in legitimum, nisi iam acceptasset, tunc præcisè cogi posset iudicis officio. nu. 44. in quo necessarius erit ordo iudiciarius. nu. 45. nisi ad pias causas deputatus foret. nu. 46. & hoc anteaquam coguitum sit cum posteà præcipi potest ut exequatur, & si recusat per censuram, mulcta in dictis eius personam capiendo cogi potest. nu. 47.*

48 *Executor cum cogitur ad officium exequendum duplex est modus, scilicet causatiuè monendo, et præcisè compellendo, & si causatiuè ut officium transferatur in episcopum sufficiet lapsus fidei commissi ubi quid agendum ut commodo priuetur. si uerò causatiuè: quia acceptauit commodum coram suo iudice cogendus erit. nu. 49. & hoc si propter hoc commodum relictum erat aliàs si ad pias causas, & etiam per episcopum cogi posset. nu. 50.*

51 *Executor deputatus ad exequendum quod honorem*

defuncti respicit iudicis officio cogitur. Idem si re-
spiceret animam defuncti & non commodum ali-
cuius certæ personæ. nu. 52.
53 *Executor cum præcisè compelli potest compellitur*
per iudicem sui domicilij, & per iudicem territorij
in quo tale officium acceptauit, si tamen actio ex
testamento intentetur: quia cõmodum acceptauit
conueniendus erit coram iudice ipsius executoris.
nu. 54. Si tamen monitio interuenit ut officium in
episcopũ trãsferatur & per episcopum in relictis
ad pias causas monendus erit, si pro honore defun
cti & tunc etiam per syndicum ciuitatis unde te-
stator erat oriundus, uel domicilium habebat, et si
hoc incertũ est, episcopus loci ubi mortuus est mo
nebit si executor est illius iurisdictionis, aliàs iu-
dex eius monebit ad petitionem partis. nu. 55.

1 IRCA quartũ † videlicet: quo-
tuplex sit species executorum
vltimarum voluntatum, conclu
de quòd sit triplex: ut videtur
sentire Guliel. in d. versicu. sed
quid si dixerit. & clarius in re-
petitione dicti c. religiosus. Barthol. Nannis. Qui
dam enim sunt executores honorarij. ut sunt illi
qui dantur in testamento causa honoris ipsius de
functi uel ipsius hæredis & familiæ, propterea in
terdum contigit quod dantur magni barones & do-
mini, non ut exequantur, sed causa honoris, ut
supra, ut est quando dantur tutores qui honora-
rij appellantur. l. quod si fortè. §. j. ff. de sol. & liber.
2 Quidam † causa notitiæ dantur, ut sunt illi qui
dantur non vt exequantur, sed quia notitiam pa-
trimonij defuncti habent, ut instruant & doceant
bona & rationes illis qui effectualiter habẽt exe
qui, sicut quando dantur tutores, qui notitiæ cau
sa dati censentur. l. i. C. de peric. tut.
3 Quidam † alii executores & tertij sunt, qui dã-
tur ut effectualiter exequantur, sicut & quando
dantur tutores, vt notatur. in d. l. quod si forte.
Et istorum executorum vltimarum voluntatum.
4 Quidam † sunt executores vniuersales, ut sunt illi
qui dantur in testamẽto in quo instituuntur pau
peres, vel in quo testator iubet bona sua inter pau
peres distribui per suos executores, nullo institu
to hærede, & isti executores nim & nomen hære-
dũ habent: vt videtur velle Spec. in d. §. nũc verò.
versicu. sed pone. & versicu. & scias. clarius Bar.
in l. alio. ff. de aliment. & cibar. legat. & Bald.
in l. si quis ad declinandam. C. de episcop. &
cleric. & notatur in c. tibi. de testament. quod &
✱ communiter tenetur. ✱
5 Quidam † verò sunt executores particulares,
vt sunt illi qui deputati sunt ad legata exequen-
da alio instituto hærede, vt dicit Barto. in dicta
l. alio. vlterius dicens quòd istorum executorum
6 ultimæ uoluntatis, quidam † sunt meri executo-
res, vt sunt illi, qui nullum commodum perci-
piunt ex dispositione defuncti: ut uoluit Gloss.
in dicta l. si quis Titio. ubi idem Bartol. quod
etiam uidetur tenetur Ioannes Andrea post Gu-
liem. in dicto §. nunc uerò. uersicu. & scias. Imò
etiam si aliquod commodum percipiat in exe-
cutoria seu commissaria causa legatiue quia ip-
sis executoribus aliquid relinquatur pro labore
executionis faciendæ causa fidei remunerandæ,
& tunc etiam meri executores & nudi ministri
dicuntur: ut dixit Bal. in dicta l. nulli. C. de epi-
sco. & cleric. argumento l. tutor. §. quæ tutor. ff.
de excus. tutor.
7 Quidam verò sunt † executores mixti, ut sunt
executores deputati, qui recipiunt aliquod com-
modum non ex legato, sed aliunde ex dispositio-
ne defuncti, ut si testator unum ex hæredibus exe
cutorem fecerit, uel executori aliquid legaue-
rit, isti enim dicuntur executores non simplici-
ter, sed mixti: vt dixit Bart. in dicta l. si quis Ti-
tio. ff. de legat. secundo. quod etiam uidetur te-
nere Bald. in dicta l. nulli. C. de episcop. & cleric.
8 Vbi etiam † quòd quotiescunque relinquitur fi-
deicommissario aliquid, tunc non dicitur nu-
dus minister, hoc verũ in executoribus in quos
uerba executiua collata expressè sunt: vt quan-
do testator legasset Titio decem, quæ vellet eum
restituere Seio, vel tacitè, ut si grauasset eum re-
stituere post certum tempus, tunc enim non es-
sent executores, sed legatarij: ut dixit Barto. in d.
l. si quis Titio, quod etiam uidetur tenere Bald.
9 in d. l. nulli. de quo ibi plenius dicet † Gulielm. in
dicto uerbo. & scias. uideatur uelle quòd quando
nullum commodum sentiunt sint executores nu-
10 di. Quod verum † est post habito respectu quòd
nullum cõmodum recipiunt, aliàs verò: quia ha-
bent actionem realem uel personalem, tunc non
dicerentur nudi: vt videtur velle ibi Ioan. And.
Imò & legatarij propriè dicuntur, cum habeant
actionem realem, licet alterius gratia, ut patet
ex supra notatis.
11 Circa illud videlicet † an tale officium sit ne-
cessarium, uidendum est primò, an executor de-
putatus cogi possit suscipere tale officium & exe
qui. Secundò quo iure & qualiter. Tertio per
quem & ad cuius petitionem.
Circa primum dicendum est ut dixit Bald. in
l. nulli. C. de episcop. & cleri. & ut tenuit Azo in
summa de episcop. & cleric. ante finem, quòd co
gendus est, suscipere tale officium. Quod uerum
12 est † ut uidetur tenere Gulil. in Speculo de instru
men. edit. dicto §. nunc uerò. versi. hoc etiam qua
re. tenendo opinionem Azonis, quando in ulti-
ma voluntate fuit aliquid relictum eidem execu-
tori, & ipse executor tale relictum acceptauit, &
& tunc nisi exequatur, perdit quod ei in testamẽ
to fuit relictum. l. i. ff. ubi pupill. educ. debeat.
Quod videtur tenere Io. Andr. in d. vers. & Bar-
tholo. prædictus in d. sua repetitione † si propter
hoc erat relictum, quasi aliàs testator non fuisset
relicturus si uoluntatem eius non exequere-
tur: vt uidetur tenere Gulielm. in dicto versic.
quis autem generaliter. aliàs suo relicto non pri-
uaretur

uaretur: argumento d.l.i.ff.de exeuf.tuto.& l. Nefennius.& l.fequentis.Imò hodie fiue ob hoc relictum fuerit,fiue nõ,perdit fi non exequatur: ut in auct.de hęred.& Falcid. §. iis omnibus. & vt notat Iacobus de Beluifio eodem tit.§.hij qni. de quo in ultima quęstione: ut refert Bald.in l.j.
* ff.de leg.ij.quod & communiter tenetur. * Non
13 tamen † priuandus pupillari fubſtitutione,cum per eam fuccedatur pupillo non teſtatori: ut uidetur tenere D.Ang.in d.l.i.ff.de legs.ij. Ad hoc l.fi is qui ex bonis.ff.de uulg.& pup.Sed aduerte:
14 † quia fi acceptauit relictum propter tale officiũ tunc cogi poſſet præcisè tale officium acceptare & exequi: ut videtur tenere Bartholomęus prędictus. Ad hoc l. i. C. de iis quæ fub nomin.& l. poſt legatum.§.amittere.ff.de iis,quib. ut indig.
15 Quod procedit † quando fcienter fuit acceptatum,aliàs uerò fi ignoranter, fi uelit relicto cedere,nõ cogetur tale officium acceptare.Ad hoc textus innõta Gloſ.in l.fin.ff.de confirmat. tuto. Si uerò acceptauit relictũ non propter tale officium,quod aliàs fuiſſet relicturus,uel etiam nõ acceptaſſet relictum in teſtamento, & tunc pręcisè tale officium acceptare & exequi nõ compelletur: fed bene cauſatiuè quis tali relicto priuatur fi uoluntatem nõ impleat tale officium acceptando: ut in d. l.fin.& in auct.de hæred.& falc. §.iis omnibus.& §.fi quis autem non implens.
16 Hæc uera † quando talis executor poteſt officium acceptare & exequi,aliàs uerò non,ut fi eſſet frater minor,tunc tali relicto ,fi eius eſſet capax non priuaretur: ut l. ab adminiſtratione. C. de legat.fecundum Bartol.in d.l.i.ff.de leg.ii. Si
17 uerò † pro executione nihil fuit relictum in ultima uoluntate,& fic merus executor deputatus, & tunc tale officium acceptare nõ cogitur ut refert Guil.in Speculo.in dicto uerſiculo. hoc etiã tenet Iacob.de Arena.& Iacob.de Beluif.in auten.de eccleſiaſt.tit.§.fi quis ędificatorẽ; ut refert Ioannes And.in additionibus in dicto uerſiculo hoc etiam tenens, quod & tenet Bartholomæus prędictus in d.cap.religioſus. quod tenuit Dyn.& poſt eum Barto.in d.l.i.ff.de legat.ij.per l.iij.§.tamẽ.et fi C.de arbit.& l.fi quis fepulchrũ. §.funus.ff.de relig.& fump.funer.& eſt hoc officium priuatum,ut procurationis,unde nemo inuitus.l.filiusfamiliàs.§.inuitus.ff.de procurat.& ff.de curat.bon.dand.l.ii.§.queritur,quod etiam uidetur tenere Bald. in d.l.iij.§.tamen etſi.& D. Anton.in c. Ioannes. de teſtam.& communiter
* tenetur * quod procedit ut uidetur tenere Guil. in dicto uerſiculo,& Bartholomæus prędictus,
18 nifi † executor deputatus eſſet ad exequendum relicta ad pias cauſas,cum tunc ęquitate canonica uidetur cogendus fuſcipere & exequi:ut in c.tua. & c.Ioannes. de teſtam.& l.nulli.C.de epiſco.&
19 cleric.Sed imò † contrarium uidetur uerius, cũ nec ad exequendum relicta ad pias cauſas fit cogendus: ut uidetur fentire textus in d.c.Ioannes. ibi,poſt fuſceptum,quaſi non ante.Idem uidetur

20 uelle.d.l.nulli,ibi,licentiam.† quod eſt uerbum uoluntatis non neceſsitatis.l.ſępe.ff.de offi.præſid.Ad hoc etiam d.§.funus.Quod uidetur ſentire ipſe Ioannes And.in dicto uerſiculo, hoc etiã quæritur, fuper uerbò, placet. in additionibus Spec. Quod ẽt uidetur fentire Bal. ĩ d.l.nulli.ſuũ dictum referendo ad d. l. & habendo reſpectum ad ll.io quibus fe fundat, quę & in pia cauſa loquuntur D.Antonius in d.c.Ioannes.de teſtam. dicit hæc uera, ut talis executor cogi non poſsit tale officium fuſcipere: quãdo cogeretur ut exe-
21 cutor teſtamentarius,aliàs uerò † fi ille ad quem eſſet executio deuoluta,illum in executorem daret,tunc ut datiuus executor compelli poſſet, fi fit de iuriſdictione:ut uidetur tenere Bald. in d.
22 l.j.ff.de legat.ij.Et hæc procedunt † quando ipſe executor nudus tale officium non acceptauit. Si uerò executor in teſtamento deputatus tale officium acceptauit in uita dando teſtatori fidem, & eidem promittendo,ut quia fe in teſtamento aſcripſit,& tunc cogi poterit tale officium acceptare & exequi. Ad hoc l.ex fententia.ff.de teſt. tute.& l.uxori.ff.de falſ.& ita procedat Gloſ. in d.l.nulli.& hoc uidetur tenere Ioannes Andr. in additionibus. in dicto uerſiculo,hoc etiam tenet
23 Bald. in d.l.j.Imò † & tunc ex quo fuſcepit non poterit renuntiare: argumento l.ficut.ff. de act. & obligat.niſi fortè re integra uiuente teſtatore, eum tunc,eum requirere poſsit ut alium loco ſui ponat: ut uidetur fentire Ioannes And.in addi-
24 tionibus in dicto uerſiculo. fi uerò † aliter acceptaſſet in uita non promittendo,& fidem dando, & tunc eum acceptet deferendum non delatum, acceptatio non facit quin non poſsit pœnitere: argumento l. fi ita fit fcriptum. §.fi fub conditione.ff.de legat.ii.& l.j.§.quod ait prętor. ff. quorum legat.ut uidetur fentire Ioannes And.in di-
25 cto uerfic.licet Barto.† aliter uideatur tenere,& fortè non bene: ut patet in dictis iuribus. Si ue-
26 rò † tale officium acceptauit poſt mortem teſtãtis, & tunc fi ante aditam hæreditatem,& idem, fi erat talis executor ad cuius confirmationẽ aditio hæreditatis erat neceſſaria: argumento. d. §. fub conditione.& d. §. quod ait prætor. Si uerò
27 † acceptauit poſt aditam hæreditatem & fi delatum officium,& tunc cogitur tale officium implere & exequi,ut uidetur tenere Bartholomęus prædictus in repetitione dicti cap.religioſus. & Bald.in d.l.i.ubi etiam Dynus & Cynus. & in l. id quod pauperibus. C.de epiſcop.& cleric. Ad hoc.l.iij.ff.de arb.& d.c.Ioannes.Quod procedit
28 † ut uidetur tenere Bald.poſt Nicolaũ de Matarellis in d.l.nulli.quando talis executor incæpit gerere,quod eſt quando executioni fe immiſcet: ut in act.fed cum teſtator.C.ad leg. Falcid.
29 Imò † & fi non incepiſſet cogeretur officiũ implere: argumento l. fi uerò non remunerandi. §.fin.ff.mandat.uel ècontra & l.j.§.cepiſſe. ff. de
30 pollicit.Imò † plus fi acceptaſſet tacitè uel expreſsè cogeretur tale officium exequi, & adimplere,

plere, ut patet in d.c. Ioannes. & quod ibi notatur. & ex notatis in d.l.iij.ff. de arbitr. Ad hoc, argumentum l. si quia. §. si cur. ff. de religios. & sumpt. funer. & uidetur uelle Bald. in d.l.i.ff. de legat.ii. quod procedit siue executor deputatus sit ad exequendum relicta ad pias causas siue alia: ut patet in d.c. Ioannes. de testam. & ut uidetur tenere Bartholomæus prædictus in d.c. religio-
31 sus. de testam. lib. vj. Imò † & nec tunc tale officium recusare poterit. ut uidetur tenere Bald. in
32 d.§. tamen et si. Et † hoc uerum si ad ipsum executorem peruenit res per eum distribuenda, aliàs uerò anteaquam res ad ipsum perueniat non cogetur exequi: ut l. si quis pro redemptione. C. de donation. secundum Guil. in d. uersic. hoc etiam.
33 ubi dicit hoc uerum, nisi † per eum steterit quo minus perueniat, uel nisi dolum uel latam culpā exigendo commiserit: argumento l. multi. §. sed si quis. ff. de legat. iij. & l. si legatarius. primo responso. Sed certè ut dicit Bald. in d.l. nulli. ipse executor cogi poterit, ut agat si actionem habet, imò & sufficiat, idem si actionem cedat, si culpa in exigendo imputari non possit: ut patet ex dicta l. si legatarius. Ad hoc quod notat Bald. in l.
34 fideicommissum. ff. de lega. i. Et hoc uerum † nisi ipse executor habeat legitimam causam ad se excusandum, cum tunc audiatur, ut non cogatur sicut tutor testamentarius. ff. de excus. tut. l. qui testamento. & l. Titius. secundum Guiliel. in dicto uersic. hoc etiam.
35 Circa secundum uidelicet † quo iure & qualiter executor cogatur, eo casu quo cogi potest, dicendum est primò, quòd ipse executor dupliciter cogi potest ut exequatur uidelicet; præcisè & causatiuè: ut patet ex iis quę supra proximè diximus. Si uerò conueniatur precisè ut exequatur tale officium, & tunc si ideò: quia relictū sit ex testamento ad hoc, quod aliàs non fuisset relicturus, & primò quod si per testatorē in testamento aliquid sit relictum, tunc ipse executor cogitur causatiuè tale officium acceptare, cū aliàs priuetur tali relicto; ut in auct. de hæred. &
36 Falcid. §. si quis autem non adimplens. Imò † & tunc si moratus iussa testatoris adimplere neglexerit, tunc tali relicto priuabitur & in executorē legitimum transfertur illud lucrum cum potestate exequendi: ut in auct. licet testator. C. de epi-
37 scop. & cler. Quod fortè procedit † etiam si annus à die monitionis non sit lapsus, dummodo sit negligens, ut patet ex dicta auct. licet. Ad hoc quod notatur in c. si tibi absenti. de præb. libr. vj. & ff. de iis quib. ut indign. l. post legatam. Quod
38 uerum est: † quando talis executor non acceptauit tale officium nec tale relictum, & ita pro-
39 cedit † dicta auct. licet testator. si uerò ipse executor tale relictum acceptauerit, & suum officiū non adimpleat, & tunc si monitus fuit semel tantum, & tunc si cursus anni interuenit, totum perdit, & priuatur; ut patet in auct. hoc amplius. C. de fideicommis. Si uerò bis fuerit monitus, & tūc incontinenti si differat, perdit totum. Et hoc
40 † si totum sit ad pias causas relictum, aliàs uerò si non ad pias causas, & tunc semper cursus anni requiritur: ut tenuit Iacob. de Beluis. in auct. de hæred. & falcid. §. si quis autem non implens. quē uidetur sequi Bald. in d. auct. hoc amplius. Imò & tunc actione ex testamento potest conueniri ipse executor, ut exequatur, & tale officium acceptet: ut uidetur tenere Bald. in d.l.i. ff. de leg.
41 ii. In qua † re requiritur ordinarius processus sicut in cæteris aliis actionibus: ut tenuit Bald. in
42 d. auten. hoc amplius, quod uidetur uerum † nisi ad pias causas esset deputatus, cum tunc procedi possit summariè: ut uidetur tenere Guli. in d.§. nunc uerò. uersiculo, sed quæritur autem. & Bald. in l.i. C. de sacrosant. eccles. & in l. hæreditas. de petition. hæreditat. & hoc communiter
* tenetur. *
43 Si uerò † executori nihil fuisset relictum, & tunc causatiuè posset cogi exequi, ad hoc ut officiū non transeat in legitimū executorē; quia trāsit si non exequat infra annum, ut patet in c. nos. & c. hæredis iussa. & c. Ioannes. de testam. & in l. nulli. C. de episcop. & cleric. Tamen præcisè ut exequatur & officium acceptet cogi nō poterit.
44 Nisi † tale officium iam acceptasset, tunc enim poterit præcisè cogi exequi officio iudicis: ut ui-
45 detur tenere Bar. in d.l.i. ff. de leg. ii. In † quo in dictis officio, necessaria erit litis contestatio, & alius ordo iudiciarius, cū primò intentetur loco actionis, ut uidetur uelle Guli. in dicto uersicu-
46 lo, quia autem. Quod uerum † est, nisi ad pias causas esset deputatus cum tunc summariè procedi possit, ut uidetur tenere Guli. in d. uersic. quæri-
47 tur autem. Et hoc anteaquàm cognitum sit † an teneatur exequi, postea uerò quòd erit cognitum & discussum quòd teneatur exequi, tunc poterit eidem præcipi ut exequatur, & si recuset, poterit cogi per sententiā censurę pignoribus captis mulcta in dicta, eius personam capiendo, et aliis remediis arbitrio superioris, et ita procedat quod tenet Guli. in d. vers. quæritur autem. et Iacob. de Arena in suo tractatu. Ad quod notata per Bald. in d. auct. hoc amplius.
48 Circa tertium uidelicet: † per quem, et ad cuius petitionem cogatur? dicendū est, quòd cū coactionis modus duplex sit, scilicet, causatiuè monendo & precisè compellendo vt supra dixi, dicendum est, si compellatur causatiuè ad hoc vt officium exequēdi transferatur in episcopū, sufficit lapsus fideicōmissi. l. fi. §. sed & si quis optionem. C. cōmu. delega. quod infra dicā, vbi & di cam ad quem episcopum transferatur, sed quo ad hoc vt priuetur commodo, & tunc si sit deputatus ad exequendum ad pias causas, & ipse episcopus monere poterit, & eius iudex ipsius executoris. Ad hoc l. hæreditas. ff. de petit. hæredita. & l. si quid. §. si cui. ff. de relig. & sump. funer. Si uerò non ad pias causas datus sit executor, uel sit hæres legatarius uel fideicommissarius,

missarius, & tunc ut priuetur commodo eidem
delato iudex eum monere debebit: ut in dicta
auct. hoc amplius. C. de fideicommiss. & ita uide-
tur uelle Bartholomęus prędictus, & ad petitio-
nem illius ad cuius utilitatem tale relictum requi
ritur cum eius intersit.
49 Si uerò † compellatur præcisè ut acceptet &
exequatur, & tunc si ideò quia acceptauit cōmodū
hæreditastum, cum actio ex testamento intente-
tur ut supra dixi corā suo iudice actione ex testō
potest cogi per notata in l. quod legatum. ff. de iu
dic. & in l. fideicommissaria. ff. de fideicommiss. li
bert. & ad petitionem eius cui datur actio ex te-
stamento. Ad hoc quod notatur in l. ij. C. de his,
quæ sub mod. legat. cogendus erit per suum iudi
50 cem. Quod uerum est: † quando tale commodum
propter hoc fuit relictū, & ipse erat datus ad exe
quendum in fauorem certarum personarum uel
loci, aliàs uerò si datus sit ad exequendum relicta
ad pias causas & tunc cogi poterit per episcopum
& etiam eius iudicem ut ibi uidetur hoc tenere:
argumento. l. hęreditas. ff. de petit. hęre. & in. d. l.
si quia sepulcrum. §. funus. ff. de religios. & sump.
51 funer. Quando † autem erat deputatus ad exequē
dum illud quod honorē ipsius defuncti respicie
bat, & tunc cū non quęratur obligatio, pōt iudi-
cis officium intentari, ut d. l. hereditas. & l. quę-
52 rit. ff. de annu. leg. Idem † si illud respiciebat ani
mam ipsius defuncti, & non commodum alicuius
certę personę, aliàs si relictum ad pias causas respi
ciat commodum alicuius certæ personæ, ecclesiæ
uel alterius loci pii. tunc actione ex testamento
compelletur coram suo iudice uel episcopo ut
supra dixi.
53 Si uerò † ipse executor compellatur pręcisè eo:
quia tale officinm acceptauit cum ex quasi con-
tractu compellatur, & tunc ipse compelli poterit
per iudicem sui domicilii & etiam per iudicem in
cuius territorio tale officium acceptauit, cum ex
quasi contractu compellatur. Ad hoc quod nota-
tur. ff. de iudic. l. hęres absens. §. fina. cum. l. sequē
ti. & uide notata maximè per Frācíscum de Zaba
rellia in Clementina unica. de testam.
54 Sed nunc uidendum est † quis erit episcopus
uel iudex? & in hoc uidetur dicendum, quod si
actio ex testamento intentetur contra ipsum
executorem ut officium acceptet quia commo-
dum acceptauit, & hoc fieri debebit coram iudi-
ce ipsiua executoris, & ubi ipse possit conueniri.
Ad hoc l. ij. C. de iurisd. omn. iudic. & dicta auct.
hoc amplius. & quod ibi notat Bald. Ad hoc tex-
tus in auct. de hęred. & falc. §. si quis autem. si au-
55 tem † monitio intentetur ut officium executoria
in episcopum trasferatur, & hoc per episcopum
in relictis ad pias causas uel pro honore defuncti
uel syndicum ciuitatis in qua testator ortum ha-
buit uel domicilium tempore mortis ut d. l. nulli.
§. episcopo. & §. fina. & in. l. si quis ad declinan-
dam. C. de episc. & cler. si tamen esset hoc incer-
tum, tūc episcopus ubi mortuus est defunctua mo
nebit & coget, ut uidetur uelle Innoc. in. c. tua de
testamen. argumento dictę l. nulli. & hoc quan
do executor est illius iurisdictionis, aliàs ue-
rò si esset alterius, tunc ad petitionem prædicto-
rum & eorum inquisitionem monebit uel coget
eius iudex: argumento l. pollulassi. ff. de offic. or-
dina. Ad hoc quod notatur in l. una. C. ubi tutor.
& in l. quæro. ff. de testam. tut. & in l. diuus. ff. de
tutel. & circa hæc uide plenius notata per Gu
lielm. in Speculo. de tutor. §. generaliter. uersi-
culo & nota.

QVINTI MEMBRI.

SVMMARIVM.

*1 ☞ Executor ut tale officiū acceptare possit & exe
qui, requiritur quòd sit in ultima uoluntate con-
stitutus, & quòd illa morte confirmetur. Item ut
& effectum habeas, nam si illa uoluntas non uale-
ret, vel ex testamēto hæreditas seu bonorum pos-
sessio peti non posset, et ipsum officiū executoris de
ficeret. nu. 2. nisi in testamento apponeretur clau
sula, si non ualet & c. uel clausula codicillaris. nu.
3. seu in casibus in quibus darentur legatarij seu
fideicommissarij, licet hæreditas non sit adita. nu.
4. & sic ad pias causas executoris datio teneret.
nu. 5. Sed contrarium uerius. nam & si talia lega
ta ualerent executioni tamen mandanda forent, iu
dicis officio. nu. 6. Item executoris datio ualeret
si in testamento dictum esset, quòd ille exequi pos-
sit & distribuere etiam non adita hæreditate. nu.
7. Idem si uniuersalis esset datus executor, tunc et
si requiratur aditio, tamen ille petere posset ut hæ
res cogatur adire. nu. 8.*

*9 Executor postquam officiū acceptauit capere potest
bona testantis sine superioris auctoritate, non ta-
men administrare. Nisi ei permissum facere à te-
statore. n. 10. vel nisi executor qui à se capere pos-
set, sicut hæres. nu. 11. Imò & particularis execu-
tor propria auctoritate administrare pōt. nu. 12.*

*13 Executor ut administrare possit requiritur ut fa-
ciat inuentarium, aliàs repellendus est ab agen-
do. numero 14. & 15. secus si esset particularis.
num. 16. & 17. sed contra nume. 18. sed de consue-
tudine aliud seruatur. nu. 20. nisi in executore da
to in redēptionē captiuorū, qui inuentariū facere
non teneretur. num. 21. quinimò nedum particula-
ris, uerum nec uniuersalis illud facere tenetur. nu.
22. sed tantū inuentariū pro reddenda ratione nu.
23. licet secus sit in dato per episcopi decretū. nu.
24. cogi tamen executor posset ad manifestandū
bona, & sic ad describendum ad hæredis petitio-
nem. nu. 25. ille autem qui loco hæredis esset illud
facere teneretur. nu. 26. nisi testator illi remiserit.
nu. 27. sed contra cum remitti non possit tali. nu.
28. imò nec alteri. nu. 29. ideò requiritur ut exe-
cutor caueat de conseruando hæredem indemnem
nume. 30. quid autem in mixto, & mero. nu. 31.
33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. & seq. usque. ad fin.*

Inuen-

15 *Inuentarium executoris æquiperatur inuentario tutoris.*

19 *Intellectus ad l.nulli.C.de ep:scop.et cler.*

56 *Executor tenetur iurare bene & fideliter distribuere,& testatoris uoluntatem exequi, & hoc non ante,sed contra cum antequàm administrationē assumat iurare teneatur si tamen a principio non iurasset,ex posteà iurare haberet nu.57.*

58 *Intellectus ad l.si quis pro redemptione.C.de donat.*



IRCA quintum principale
1 uidelicet : † quot requirantur ut executor possit tale officiū acceptare, & etiam exequi, & ad quid teneat̄ ipse executor. Dicendum est quòd primò requiritur non solum ultima uoluntas,testamentū, uel donatio,in quo uel in qua datus sit executor, sed quòd morte confirmetur.per notata supra capitulo proximo.& ff.de stipulat.seruor.l. seruum communis castrēsis peculij.& l.sequen.ff.de leg. ij.& C.famil.ercisc.l.familiæ cuiua. & ibi nota-
2 tur.Sed etiam † requiritur ut habeat effectum,cū aliàs ex tali testamento uel codicillis aliquid peti non posset.Ad hoc l.sicut modo. ff. de testam. tut.& l.eam quam.C.de fideicommiss. & hoc tenuit Vbertus de Bobio ,ut refert Guli. in Speculo dicto §.nunc uerò. uersicu.sed pone. Quod procedit ut uidetur sentire ibi Guli:multum obscurè, & clarius ibi Ioannes Andr.in additionibus,in casibus in quibus testamentum non ualet de iure ; ut quia ueritas uel solennitas deficit. C.de fideicōmis.l.si ueritas.uel cum ex testamento hæreditas,uel bonorum possessio peti non potest , uel cum ex testamento iure suo hæres scriptus cessat bona fide hæreditatem adire,& tertius ab intestato succedit.C.si quis omissa caus.test.l.
3 fin.Quod uerum est: † quando in testamento nō apponitur clausula si non ualet &c. aliàs uerò si esset apposita talia clausula,uel esset in codicillis datua,tunc sufficeret,quòd adita esset hæreditas ab intestato.Ad hoc Glos.in l.qui filio. §.seruus.
4 ff.de hæred.instit.Et hæc uera † nisi in casibus in quibus darentur legatarij uel fideicommissarij, licet hęreditas non esset adita per notata in l.eam quam.C.de fideicommiss.vt dicit ibi Ioannes.vn-
5 de † ualeret datio executoris quando esset datua ad pias causas licet hæreditas nō esset adita,quod & tenuit Lapus in d.c.religiosus.de testam. libr. vj.& in allegatione xcij.quia tunc quo ad ea hæreditatis aditio non est necessaria , ut uidetur tenere Bal.in d.l.eam quam.& uidetur sentire Ioā. And. referendo se ad casum d.l.eam quam.quod etiam uidetur sentire Bald.in d.l.id quod paupe-
6 ribus.Quod uerum non uidetur,† nam licet tunc talia relicta ualeant non adita hæreditate,tamen ualent ut executioni mandentur iudicia officio: argumento.l. hæres.ff.de petit.hæred.unde non tribuent potestatem executori nisi forte denuntiando : argumento l.uis.in fin. C.de episcop. &
7 cler.Item hęc uera † nisi dictum fuisset in testamento quòd executor possit distribuere nō adita hæreditate,ut uidetur tenere Bald.in d.l. eam
8 quam. Item hæc uera † in executoribus deputatis ad exequendum particularia relicta, aliàs uerò si uniuersalia,tunc enim licet requiratur aditio,tamen ipsi possunt petere ut hæres cogatur adire,ut tenuit Bal.in d.l.eā quam.& tenuit Bartholomæus prædictus in d.c.religiosus. in tertia quæstione ad finem.
9 Secundò requiritur † quòd ipse executor tale officium acceptet,quo acceptato possit administrare,& exequi, & capere bona testantis,absque superioris decreto,tamen administrare non potest.l.legitimos. ff. de leg.tim. tutor. secundum Bartholomæum prędictum in duodecima quæstione.cum non possit propria authoritate capere rē defuncti.l. Orphanotrophos.C.de episc.& cler.secundum Bartholomęum prędictum in de-
10 cimaquarta quęstione.ubi dicit † hoc uerum esse nisi ei permissum esset à testatore. ff. de legat.
11 ii. l.Titia cum testamenti.§.j.Vel nisi † esset executor qui capere potest à se,sicut hæres.ff.de hæ-
12 red. instit.l.sed & si in conditione.§.sed.imò † et si esset particularia executor poterit administrare & exequi propria auctoritate.Ad hoc l. denūtiationibus. primo responso.C.de episcop aud. & facit text.in d.c.religiosus. de testam. libr.vi. ibi.liberè facit etiam ratio,nam ipse administrat bona ipsius testatoria personam illius repræsentando ex mandato per ipsum testatorē post mortem collato,quod mandatum ipse hęres approbare uidetur hæreditatem ex testamento adeundo, quando uerò in codicillis ab intestato esset datus, uide quid dicendum in septimo quęsito.
13 Tertiò † requiritur quòd ipse executor faciat inuentarium de rebus quę habet distribuere , tenetur enim executor inuentarium tale facere,sicut executor legitimus,ut episcopus.C.de episc. & cler.l.nulli sicut tutor & curator.l.tutores. C. de administ.tuto.& sicut curator bonis datus.l.i. in Glo.ff.de curat.bon.dand.& l.j.§.curatore.ff. ut uēt.in poss. mitt.& l.Orphanatrophos. C. de episc.& cler.& in Clem.quia contingit.de relig. domib.secundum Guli.in d.§.nunc uerò. uersic. sed an teneatur. ubi dicit hoc tenuisse Iacob.de Arena in dicto suo tractatu & Iacob.de Rauena,
14 qui etiam tenuit † quòd si non fiat inuentarium repellēdus est ab agēdo,sicut tutor.l.tutor qui repertorium.ff.de administ.tutor, licèt non teneatur soluere ultra quàm percepit,sicut tenetur hæres inuentarium non conficiens,cum inuentariū
15 † executoris,ex quo fit de rebus alienis æquiperetur inuentario tutoris non autem hæredis, ut residet Ioannes And. In additionibus in d. uersic.
16 quod procedit † ut ipse uidetur tenere quando executor est datus distributor uniuersitati seu est uniuersalis executor.& hoc uidetur tenere Bald.
17 in d.l.nulli.aliàs † uerò si esset datus executor ad certam rem,tunc secus esset, cum tunc inuentarium

ad certam rem uel litem paratus facere non tene
tur Guliel. in Speculo in titolo de actore uniuer
sitatis. versiculo puberes. ubi post eum Ioannes
Andreæ in verbo inuentarium. in additionibus,
& quod notat Glo. in l. de creationibus. C. de epi
18 scup. audient. Sed imò † aliter dicendum, nam
quando uniuersitati est datus tenetur facere in-
uentarium, ita & tenetur etiam quando est datus
ad unam rem uel speciem de eo quod ad manus
suas peruenit sicut executor legitimus, ut patet
19 in d. l. nulli. quę † loquitur quando certa quātitas
erat taxata & relicta ut ibi patet. Ad hoc l. & si ad
speciem. ff. rem pup. salu. fore. & quod notat Cy-
20 nus in d. l. tutores. quòd † esto q; de iure uerius
sit, tamen consuetudine nō seruatur, ut noluit Ia-
cob. Butri. in d. l. nulli. Ad hoc etiam quod notat
Bar. in d. l. sed si ad speciem. & in d. l. tutores. cir
ca quod uide plenius notata in d. l. de creationi-
bus. C. de epis. audien. & ibi per Bal. Et hoc uerū
21 † nisi executor esset datus in redemptionem ca-
ptiuorum qui inuentarium facere non tenetur,
vt videtur tenere Ange. seu Bald. in l. si quis pro
redemptione. C. de dona.
22 Sed aduertè: † quia imò uidetur quòd ne dum
executor particularis sed etiam uniuersalis nō te
netur facere inuentarium, adeò etiam q; si eo non
facto si agat non sit repellendus, eo quia non fa-
cit: quia habet officium priuatum, sicut procura-
tor qui illud facere non tenetur, unde ex forma
23 officij nō tenetur facere, licèt † bene teneatur in-
uentarium facere pro ratione reddēda: vt voluit
Bal. in auct. sed cum testator. C. ad leg. Falc. quod
& verius uidetur, cum iure cautum non reperia
24 tur, licèt † aliud sit in dato episcopi decreto, qui
25 publicum officium censetur habere. Bene tn̄ † po
test cogi & compelli executor testamentarius vt
indicet bona & ea manifestet, describat & sic in-
uentarium conficiat ad petitionem hæredis uel
alterius cuius interest: argu. l. fina. C. de bon. au-
cto. iud. poss. & l. j. §. curatore. ff. de uent. in poss.
mitten. Ad hoc etiam quod notatur in d. l. ij. C.
26 quando & quibus. quar. pars. debet. Et hęc † uera
in executore particulari uel uniuersali: qui tamē
non repręsentat hæredem. Aliàs uerò si execu-
tor uniuersalis habetur loco hæredis fortè tenere
tur facere inuentarium ut hæres & fideicommis-
sarius uniuersalis, ut notatur in l. scimus. de iure
deliber. & in l. ij. C. ad Trebell. Ad hoc quod no-
tatur in l. alio. ff. de aliment. & cibar. legat. & Bal.
in dicta l. nulli. & in l. si quis ad declinandam. C.
de episc. & cle. licèt. D. Ang. in l. i. §. quod uulgo.
ff. si cui plus quàm per leg. fac. uideatur tenere cō
trarium, dicens Ioannem And. hoc tenere. hæc
27 uera † nisi testator ipsi executori confectionem
inuentarii remiserit, uel ab eo exigi prohibuerit,
cum possit per testatorem remitti, sicut potest tu
tori. l. finali. C. arbit. tut. quod tenet in dicto c. re
ligiosus. de testam. libro vj. Bartholomæus præ-
28 dictus. Quod † non uidetur procedere in execu-
tore qui loco hæredis habetur, cum tūc eidem nō
possit remitti, sicut nec hæredi ut notatur in dicta
l. finali. & in dicta l. scimus. de iure deliber. Imò
29 † etiam nec alio executori potest remitti, cum
non teneatur ex officio hoc facere, sed potius ut
testantis indicet bona, & ea ostendat. Ad hoc
quod notatur in d. l. ii. C. quando, & quib. quart.
30 pars. deb. Ideò requiritur † ut ipse executor ca-
ueat ipsi hæredi de conseruādo hæredem indem-
31 nem: ut l. si à pluribus. de legat. i. Quod † proce-
dit in executore mixto non mero. Imò mixtus nō
solum cauere, sed etiam satisdare tenetur; ut uide
tur tenere Bald. post Dynum in dicta l. si à pluri-
bus. merus autem executor sic cauere non tenetur
ut uidetur probare textus in l. liberto. §. largius.
ff. de annuis legat. & ita procedat dictum Vberti
qui tenuit quòd cauere non tenetur de conseruan
do hæredem indemnem, si uult ab hærede legata
petere ut legatariis soluat. nam propterea satisda-
re non tenetur, & hoc uidetur uelle Ioannes And.
in additionibus Specu. in uersiculo quod si hæres
dicit. Ad hoc quod notat Bald. in d. l. si plures. in
32 fine Nec ob. † dictus §. largius. ut infra dicam.
Tenetur ēt cauere hæredi de modo seu uolunta-
33 te defuncti adimplenda. Imò † & non solùm ca-
uere sed etiam satisdare, & hoc si sit legatarius. ut
l. si tibi legatum. ff. de legat. iij. & l. quibus. §. finali.
34 de condit. & demonstr. si uerò † sit executor mix-
tus, & tunc tenetur idem ut d. l. si à pluribus. & l.
35 pecuniæ. ff. de alim. & cib. leg. si uerò † sit merus
executor, & tunc non tenetur satisdare secundū
Guliel. qui hoc uidetur tenere in d. §. nunc uerò.
36 uersicu. quid si hæres. Quod uerum est † nisi post
testamentum sit effectus non soluendo: ut dicto
§. largius. et Barto. in l. diuus. ff. si cui plusquam.
37 per legem Falcid. imò † & licet non teneatur sa-
tisdare tenetur tamen semper cauere de modo im
plendo, cum ex tali cautione nō aggrauetur eius
officium, sed eius malitiæ obuietur. Ad hoc est
tex. in l. Firmio. §. cum ab hæredibus. ff. quando
dies legat. ced. ibi. qui pecuniam dari, stipulari de
buerunt &c. Ad hoc quod notatur in l. si pluri-
38 bus. de legat. j. licet † aliud censeat Glo. in l. si ti-
bi legatum. ff. de legat. iij. & ibi Barto. & in l. qui
bus. §. Termilius. ff. de condi. & demon. & Ioan.
Andr. Nicolaus de Mattarellis referendo in di-
cto uersic. quod si hæres in apostilla. quæ incipit.
quidam sib. & sequenti. quæ incipit. sit tibi. scili-
39 cet quando acceptauit relictum. Quorum † dicta
procedunt in satisdatione non in cautione nuda,
ut supra patet, & patet ex dicto Ioannis Andr. in
40 dicta additione. Nisi † ex conditione personæ
executoris præsumatur testatorem aliud uoluis-
se, ut quia in executorem reliquit religiosum qui
caret bonis propriis, cum talis non cogatur satis-
dare, ut uoluit Ioannes And. ubi supra. Imò & ip-
se nec cauere tenetur, cum nō possit se obligare:
41 vt in cap. quod quidam. de fideiussorib. Nisi † for
tè ipse cum uoluntate & licentia prælati recepisset.
42 Non tamen † tenetur ipse executor satisdare de re
stituendo partes cessantium, ut uidetur tenere
Guli.

Guli.in Speculo.in d.§.nunc uero.uerſ.ſed quæ-
43 ro an executor.imò† etiam nec cauere, ut uide-
tur ibi uelle,& uidetur tenere Bartholomęus pręs
dictus in dicto c.religioſus. in duodecima quæ-
44 ſtione.Quod procedit † ſi talis executor erat le-
gatarius non executor: ut tenuit Barto.in d.l.di-
uus per textũ iuncta Glo.in l.pecunię.ff.de alim.
45 & cibar.legat. Idem † ſi eſſet merus executor ut
nõ teneatur cauere nec ſatiſdare ſecundum Bart.
46 in d.l.diuus.Si uerò † ſit executor mixtus ſeu nõ
merus,& tunc cauere tenetur:ut dicta l.pecunię.
ſecundo reſponſo.non tamen ſatiſdare, cum eius
fides ſit à teſtatore approbata: argumento dictę
l.Firmio.§.j.ſecundum Barto.in d.l.diuus. & ita
47 procedit, † l.penultima.§.filiæ.ff.ad leg.Falcid.
48 & † l.iij.§.debebit.ff.de alimen.& cib. legat.Sed
49 imò † uidetur quòd non ſolum mixtus executor,
ſed etiam merus teneatur cauere de reſtituendo
partes deficientium,cum tales partes ipſis hære-
dibus non executoribus accreſcunt: ut patet ex
50 notatis.ff.de legat.ij.l.ſi quis Titio. Non † tamẽ
tenetur ſatiſdare ut d.l.Firmio.§.j.niſi poſt teſta
mẽtũ tantũ eius cõditio eſſet mutata:ut eſſet effe-
51 ctus nõ ſoluẽdo:arg.dicti §.largius.Non† tamen
tenetur executor ſatiſdare rem ſaluam fore, ut
uidetur tenere Gulielm.in dicto §.nunc uero,
uerſ.ſed quæro. & Bartholomæus prædictus in
52 duodecima quæſtione. Nã† nec tutor nec cura-
tor à teſtatore datus ſatiſdare tenetur. C.de epiſ.
aud.l.de creationibus.& l.fin.de adminiſtr.tuto.
53 Nec † tenetur ſatiſdare hæredem uel legatariũ
ratum habiturum ſi agat contra debitores, cum
habeat legitimam adminiſtrationem ad inſtar tu
54 toris.C.de admin.tut.l.tutores debita.Niſi † for-
tè dubium eſſet utrum hoc officium eſſet ei con-
miſſum.ff.de admin.tut.l. vulgo. vt tenuit Guli.
55 in dicto verſicu. ſed nunquid agens,iſte tamen†
agens reconuentus à debitore nec ſatisdare de
defendendo ſed bene defendere tenetur.l.ſi quis
ad declinandam.§.vbi.C.de epiſ. & cler.& ff. de
56 annuis legat.l.liberto.§.largius, imò† nec tene-
tur executor iurare bene & fideliter diſtribue-
re & uoluntatem teſtatoris executioni manda-
re,ut probatur in l.ſi quis pro redemptione. pri-
mo reſponſo. C. de donat. vbi tale iuramentum
poſt diſtributionem præſtatur:ergo non ante: ut
patet. ibi. & hoc uidetur tenere Gulielm. in di-
cto.§. nunc uerò. verſiculo ſed nunquid, & Bar-
tholomæus prædictus in duodecima quæſtio-
57 ne.Sed fortè†imò & iurare tenetur anteaquam
adminiſtrationem officij aſſumat, cum hoc ſu-
pra onus non imponat. Ad hoc quod notatur.
C.de epiſcopa.aud.l.de creationibus. & in Cle-
men.quia contingit.de religioſ. domib. ſi tamen
à principio non iuraſſet,poterit tamen admini-
ſtrare,ſed in fine iurare tenebitur bene & legali-
58 ter diſtribuiſſe. Et ita procedat dicta † l.ſi quis
pro redemptione.Ad hoc quod notat Bald.in l.à
pluribus.ff. de leg.j.

SEXTI MEMBRI.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Executor unus deputatus particeps commodi ab hærede petere poteſt,ex teſtamento, hypothecaria & rei uendicatione.nu.2.quinimò actionem habet nu.3.& in rem ex teſtamento.nu. 4.*

5 *Executor per uerba diſpoſitiua deputatus & ut relictum reſtituat cenſetur legatarius ſiue commodum participet,ſiue non,et actionem alterius gratia habet,& etiam ante litis conteſtationem procuratorem conſtituere poteſt ſecundum communem. ✠ Si uerò per uerba diſpoſitiua non deputetur,ſed executio facti committatur commodũ habet habere aliunde quã ex legato,& dicetur executor ſed non merus.nu.6.& in cauſa commiſſaria agere poterit & conueniri.nu.7.& hoc uerũ ſi teſtator in perceptorem & depoſitariũ eum dederit.nume.8.alias ſi ſimpliciter executorem deputaſſet, dicendum foret prout in nudo miniſtro. numero 9.*

10 *Executor cui aliquid pro labore relinquitur, cenſetur adhuc nudus miniſter.*

11 *Executor ſiue merus ſiue nudus aut mixtus agere nõ poteſt contra hæredes,licet recipere poſſit & diſtribuere,ſecundum communem ✠ niſi teſtator expreſſè petendi poteſtatem conceſſiſſet.num.12. quod procedit contra debitores hæreditarios,non autem hæredes, niſi in eos in caſibus expreſſis.nu. 13.ſed cõtra nu.15.& legatariorum nomine procuratorem conſtituere poterit non tamen ante litis conteſtationem.nu.18.*

14 *Teſtator facere non poteſt quin leges habeant locum in eius teſtamento.*

16 *Legatarij in rebus legatis cenſentur hæredes,et perſonam teſtatoris repræſentant.*

17 *Mandatum conferri poteſt poſt mortem.*

19 *Executor cùm deputatur unus ex hæredibus agere poteſt contra cohæredes iudicio familiæ erciſcundæ,& legatarijs tenetur actione ex teſtamento, quod quomodo procedat uide nu.20.*

21 *Executor ſuper alimentis deputatus actionem habet,& hoc ſi alimenta caderent in piam cauſam, aliàs ſecus.nu.22.*

23 *Intellectus ad l.alio.ff.de alimen.& cibar.legat.& numero 33.*

24 *Intellectus ad l.Lucius.§.i.ff.ad Trebellia.*

25 *Executor ad pias uoluntates actionem habet ad exigendum ſecundum communem ✠ & conditionem ex lege,nulli.C.de epiſcop.& cler.nu.26.non eorum nomine ſed illorum in quos diſtributio competit.nu.27.& ſic ante litis conteſtationem procuratorem conſtituere non poſſet.nu.28.de quo uide nu.30.31.& ſequentibus.ſed quòd nomine ſuo agere poſſit.nu.29.imò contra.nume.30.& impeditus poterit iudicis auctoritate actorem conſtituere.*

32 *Intellectus ad l.Quintus.ff.de annuis leg.*

34 *Intellectus ad l.nulli.C.de epiſc.& cler.*

Executori

38 *Executori in his quæ tendunt ud honorem testantis competit iudicic officium, et quid iu aliis. nu. 39. & sequentibus.*
41 *Intellectus ad leg. Firmio. §. pe. ff. quād. dies leg. ced.*
Executor uniuersalis quam habeat actionem. & nu. 47.48. & conueniri potest. nume. 49. 51. & cog adire & bona distribuere. nu. 50. de quo. num. 52. 53. secus si particularis. num. 54.55. & 56. Quid ad pias causas. nu. 57.58. & 59.
60 *Nomen debitoris cum legatur, hæres liberatur. cedendo, ius nou uutem si legatariis cedere nellet. nu. 61. quod qualiter procedat. nume. 62. & 63.*
64 *Executor coram quo agat & conueniatur. nu. 65. et seq. & quo ordine. nu. 72. & quid in relictis ad pias causac. nu. 73. & seq.*
77 *Hæredes soluendo executoribus, an liberentur, & quid si sine satisdatione. nu. 78. & seq.*
82 *Debitores hæreditarij soluendo executoribus, an liberentur. & nu. 83.*
84 *Executor, an sine ulterius requisitione distribuat & an alienet, nu. 85. & seq. & cum potest alienare quid uendere & quomodo possit. nume. 93. 96. & seq. & qua forma. nu. 106. & seq.*
94 *Alienandi potestas ab homine data omnem speciem alienationis continet. secus si à iudice. nu. 95.*
99 *Verbum liberè, quid importet.*
114 *Executor an alienet sine bannimentis. & numero 115. & sequen. & uendere debet bona fide. numero 118. & 119.*
120 *Executor an introducere possit hæredem in possessionem.*
121 *Executor deputatus ad distribuendum, an illud sine consensu diœcesani facere possit. et nume. 122. & sequen. usque ad nume. 129.*
125 *Intellectus ud c. cum sit. de iudæis.*
130 *Iudicium nou est coram arbitratore, & tamen pars coram eo monenda est.*
131 *Testator si mandat standum esse dicto alicuius, in declaratione uoluntatis partis præsentia non requiritur de quo. nu. 134. & seq.*
132 *Arbitrator partibus absentibus arbitratur.*
133 *Arbitramentum reductum ad instar contractus.*
137 *Executor ad distribuendum malè oblata non expressa quantitate, quid agat, tamen non potest soluere debita ex contractu, secus si ad soluendum debita. nume. 138. & quibus soluere debeat. nu. 140.141.142. & 143.*
139 *Ecclesiasticus forus dummodo naturale debitū urgeat non curat de obligatione ciuili.*
144 *Probationis uerbum non semper de euidenti intelligitur.*
145 *Executor ad distribuendū ubi sibi uidebitur, censetur ud pias causas, idem si simpliciter. nu. 148.*
146 *Verbum uidetur, adiectum in dispositione deputationis executionis importat arbitrium boni uiri.*
147 *Executor habens distribuere ud pias causas, an in scholarem pauperem distribuere possit.*
149 *Executor bene distribuere, quibus possit. et nu. 150.*
151 *Testator centum relinquens distribuenda pront secreto commisit executoribus, quid agendum. nu. 152.153. & si pro malè ablatis & de tot non appareat. nu. 154.155.*
156 *Executores ad distribuendū inter pauperes, an undecunq; eligere possint. & nu. 157. usq; ad nu. 171.*
158 *Compromissarius cui datur potestas ab homine eligendi potest ubicunque & undecunque.*
172 *Executor & quilibet administrator bona fide uenalia exponit.*
173 *Executor an possit eligere filiū in pauperem, et nu. 175. et au inimicum defuncti. nu. 176. 177. & an in certos et indiscretos. nu. 178.*
179 *Executores cum plures sunt dati, omnes simul illud possunt, quod unus si uniens datus esset, quid si alter ipsorū mortuus esset. nu. 180. uel absens. nu. 181. uel exequi nollet. nu. 182. quid si nō posset nu. 183. quid in piis causis est certat executio. nume. 184. et 185.*
186 *Executores cum sunt plures, quod maior pars facit tenet. quod quomodo procedat, uide nu. 187. usque ad nume. 193.*
194 *Executores cum plures sunt deputati, si cum clausula quòd unus sine alio non exequatur quid agendum. nu. 195. quid si cum clausula quòd quilibet insolidum. nume. 196. et quod unus incæpit alter perficere potest. nu. 197.*



IRCA sextum principale vi-
1 delicet † de ipsorum execu-
torū potestate & officio: quia
quādoque datur unus executor,
quandoque plures, & tunc ui
dendum est primò quando da-
tur unus executor, de eius potestate, quæ cir-
cā duo uersari potest, Primò circa iudicialia, Se
cundò circa extraiudicialia. Si uerò uersetur cir-
cā iudicialia, & tunc aut quærimus, an possit age
re, aut an possit conueniri.

Circa primum dicendum est quòd si executor
in testamento deputatus non sit executor merus,
sed potius legatarius & particeps legati, ut quia
testator dixit Titio relinquo centum de quibus
uolo quòd distribuat inter pauperes pro anima
ipsius testatoris, uel si testator uoluit eum habe
re aliquod commodum puta falcidiam, & tunc
hoc potest petere ab hærede: ut tenet Speculat.
in dicto §. nunc verò. uersicu. & scias. ad finem.
per l. si quis Titio. de legat. secundo. & l. si quis
2 legatarius. ff. de legat. tertio. Imò † plus dicit in
§. sequenti. quòd talis executor agere potest ex
testamento hypothecaria & rei uendicatione, cū
hæ tres actiones eidē competāt sicut legatario.
3 C. com. de leg. l. j. imò, † & generalius. Gl. sequēs.
in l. Lucius. §. j ff. ad Treb. dicit ꝙ executor habet
actionē & agere potest si aliquod commodum sit
habiturus, quod tenet Gl. in l. si quis Titio. ff. de
legat. ii. & ita videtur sentire Iacob. de Arena
4 in dicto suo tractatu. Imò † plus tenuit in l. id
quod pauperibus. C. de episco. & cleri. quòd exe
cutor seu minister non merus agere pōt & actio-
nem habet ex testō in rem, per notata. ff. de leg. j.

l. si seruus legatom. §. cum quid. & io dicta l. si quis Titio, censetur autem minister seu executor oon merus & nudus, etiam legatarius qui tenetur totum distribuere: uel alii soluere, & in nullo utilitatem participat, & iste agere potest ut tenuit Iacob. de Arena in dicta l. nulli. quod teoet Ioannes And. in additionibus in dicto uersiculo & scias. licet aliud uideatur uelle ibi Gulielm. & noo bene, secundum Ioannem And. qui dicit huoc legatarium censeri, & agere posse ut procurator: ut in l. Imperator. ff. de legat. ij. sed isti de quibus supra sunt potius legatarij quàm ministri ex executores, cum in eis uerba dispositiua

5 conferantur. Vnde dicendum est generaliu† quòd ille in quem referentur uerba dispositiua, ut quia testator diait lego Titio centuo quę uolo eum restituere, ea presse uel tacitè, ut si testatot uoluit eum post aliquod tempus restituere: ut l. Sulpitius. ff. de donat. ioter uir. et uxor. et tūc ille censetur legatarius noo minister nudus uel executor, siue commodum participet siue ooo, secundum Bar. in d. l. si quis Titio. licet executor seu minister etiam nudus dici posit eo: quia nullum commodum participat et actionem habeat alterius gratia & ad alterius commodum. & iste talis executor habet actionem ea testamento, hypothecariam & realem cootra hæredem & possesseres, & aget & agere potest nomine suo, unde potest procuratorem constituere aote litis contestationem. & ita uidetur seotire Gulielm. in dicto §. nuoc uerò. uersiculo sed quo iure. & Bald. in dicta l. id quod pauperibus. in seata quæstione. C. de epis. & cle- ✻ ric. ubi plenius dicit hoc omnes teneri. ✻

6 Si uerò † sit minister seu executor deputatus, ut ille est in quem uerba dispositiua non coonferuntur, sed solum eidem committitur executio facti. & tunc talis debet habere cōmodū ex dispōne defuocti, non ex dicto legato, sed aliunde, ut si unum ea hæredibus eaecutorem fecit uel executori aliqnid legauit, & tunc dicetur eaecutor sed non merus: ot diait Barto. in dicta l. si quis Titio. & ut uidetur uelle Bal. in dicta l. nulli. dicens hoc

7 uerum † in causa commissariæ, ut tunc talis executor possit agere & actiones habebit. & ipse con ueniri potest secoodum Barto. io d. l. si quis Titio. ff. de legat. ij. per dictam l. si à pluribus. ff. de

8 legat. i. Quod uerum est † quando testator reliquit eum executorem & perceptorem; ut quis dedit eum cum potestate percipiendi & depositarium elegerit ut dixit Bald. in l. quidsm. §. si scriptum. ff. de legat. i. tunc enim ut legatarius censetur, & agere poterit ut executor: quia legatarius censetur, de quo supra dixi, & domino æquiperari secundum Bal. in d. §. si scriptum. & l. si pecuoiæ. & ibi Glos. ff. de alim. & cib. legat. & l. alio. Aliàs

9 † uerò si eom simpliciter executorem reliquisset, & tunc dicendum in eo ut in alio nudo ministro & executore, ut est ille io quem uerba dispositiua non conferuotur. sed sola executio facti; & oollum commodum participat: ut dixit Bartol. in dicta l. si quis Titio. quod uidetur tenere Bald. in

10 dicta l. nulli. Diccos† quòd etiam censetur nudus minister ille, cui pro labore aliquid relinquitur, si commissaria est causa legitima legati, cum in talem uerba dispositiua non executiua conferun-

11 tur. Circa quod dicendum est † quòd siue sit eaecutor merus & ou dos, siue executor mixtus, dum modo sit uerus eaecutor, agere non potest cootra hæredes, licet bene recipere possit & distribuere: ut l. Lucios. §. Męuia. ff. ad Trebellian. cum ad rem destribuendam oon ut perceptor & legatarius & fideicommissarius ueniat: ut in Glos. in dicta l. si quis Titio. ff. de legat. ij. Quod procedit etiam si testator dicat facio talem meum execntorem ad complendum omnia legata mea; ut tenuit Gulielm. in dicto §. ounc uerò, uersiculo no tandum quoque est, & hoc communiter tene- ✻ tur ✻ & regulariter est uerum. Quod tamen fallit multipliciter.

12 Et primò fallit: † quaodo testatot eidem expressè concessit potestatem peteodi, dicens Titium meum hæredem instituo, lego Ioanni mille, quæ uolo quòd ipse petere possit, & petita & ex acta distribuere, secundum Gulielm. in dicto §. uersicolo & scias. Adducens ad hoc. l. quidam. §. si scriptum. & l. si à pluribus. ff. de lega. i. qui etiā in uersi. sequenti incipiente, cum qui, legat etc. uidetur ulterius tenere. quòd tunc cōpetat actio ex testamento. sed certè in casu prædicto competeret actio eo: quia testator dicit ego uolo etc. tamen est quòd noo adiiceret alia uerba competeret actio ex testamento: ut uidetur uelle Ioannes Andreę io additionibus. in dicto §. & uersiculo super uerbo Titio decem. Si uerò simpliciter dieat testator, uolo ceotum distribui per talem Titiom executorem meum, & uolo quòd ipse petere: uel agere possit; uel apposuerit &c. Dans eidem potestatem ageodi petendi; & recipendi ab hæredibus suis debitoribus & ueodendi, & tunc Guliem. in dicto uersiculo & scias. uidetur idem seotire, ut & tunc agere possit propter talem potestatem concessam, & clarius in

13 uersiculo sequenti. Quod procedit † ut contra debitores hæreditarios tunc agere possit, cōtra quos bene potest testator oudo ministro distribuere actionem suam. cum subsit materia unde oriatur, oidelicet causa ea qua dabatur actio ipsi defuncto, quam testator maodare potest bene. ut tenuit Guliem. de Cuoeo secuudum quòd refert Ioannes Andreæ io additionibus in dicto uersiculo ootandum quoque est. Sed contra hæredes illis à quo talis potestas conceditur agere non potest, nisi in casibus à iure permissis, cum hanc actionem testator io esse producere non posit sine materia habili, nam cum non legauerit, & non subsit materia unde oriatur, & sic actio subesse nō potest. l. si pupilli. §. si uideamus. ff. de nego. gest. nec agere potest ille cui non debetur, sed ipsi executori noo debetur, oec babet mandatnm

14 à legatariis, ergo agere noo potest. Nec † potest

test facere testator, quòd leges in testamento
locum non habeant. l. nemo. ff. de legat. primo.
& c. requisisti. de testament. versicu. secus au-
tem. ubi Gloss. dat concordantias. Ad hoc etiam
facit l. iure nostro. ff. de testamen. tutel. & l. qui
aliena. §. quanquam. ff. de nego. gest. secundum
Gulielm. de Cuneo. in dicta l. nulli. qui per præ-
dicta hanc partem tenuit, ut refert Ioannes And.
in additionibus. in dicto uersiculo notandum.
15 Sed imò † videtur quòd tunc ipse executor age-
re possit contra hæredes nomine ipsorum lega-
gatariorum tanquam eorum procurator actio-
16 ne ex testamento, cum legatarij † in rebus le-
gatis censeantur hæredes, & personam ipsius te-
statoris repræsentare. l. ad tempus. ff. de usuris.
unde potest eis dare in hoc procuratorem, sicut
ipsi possunt, cum eius personam repræsentant.
Adde ad hoc quod notatur in allegatione Lapi.
17 xciij. Nam potest † mandatum post mortem
conferri. l. si verò. §. finali. ff. mandati. Ad hoc
l. cum pater. §. Mœuio. ff. de lega. secundo. un-
de potest eis procuratorem ad agendum consti-
tuere, sicut posset circa extraiudicialia eis pro-
curatorem dare, qui solutionem recipere potest,
& alia negotia explicare, & soluentem libera-
re. Ad hoc l. liberto. §. largius. ff. de annuis le-
18 gat. Contra dicendum † videtur quòd talis
executor sic deputatus possit agere ipsorum no-
mine, non tamen poterit procuratorem consti-
tuere, ante litis contestationem, sicut alius pro-
curator, vt in cap. primo. de procuratorib. li-
bro vj. & poterit per ipsos legatarios seu eos pro
quibus est datus reuocari. Ad hoc quod in simili
notat Bald. in d. l. id quod pauperibus. ibi. vigesi-
moquinto quæritur.

Secundò præcedens regularis conclusio fal-
19 lit † quando in executorem deputatus est unus
ex hæredibus, puta si testator dixit, uolo quòd
per talem ex hæredibus meis soluantur legata,
quo casu ipse poterit agere contra hæredes iudi-
cio familiæ erciscundæ, ut legata percipiat, id
est, ante alios capiat, & tenebitur legatarius a-
ctione ex testamento. ff. de legatis primo. l. si à
pluribus. ut videtur uelle Ioannes Andreæ in
dicto uersiculo & scias in additionibus. in uer-
20 bo. sic distingue. Sed aduerte: quia † illud ui-
detur uerum, quando testator ipsum hæredem
reliquit non solum ipsum executorem, sed etiam
perceptorem, ut patet in dicta lege si à plori-
bus. & in l. quidam. §. si scriptum. ff. de legat. j.
tunc enim eidem prælegare videtur, vnde est ac
si esset legatarius. l. si seruus. §. quæ margaritam.
ff. de legatis primo. altàs verò si eum simpliciter
executorem reliquisset, tunc actionem non ha-
beret, ut videtur uelle Bald. post Iacob. de Are-
na in dicto. §. si scriptum. ff. de legat. primo. tunc
enim eidem prælegare non videtur, vnde non est
ac si esset legatarius, quod uerum uidetur: nam
testamentum solum distributionem tunc uide-
tur non actionem mandare, nec mandatum vltra
operatur. l. diligenter. ff. mandati.
21 Tertiò fallit: † quando executor deputatus
esset super alimentis, cum tunc actionem ha-
beat: vt videtur uelle Gloss. in dicta l. si quis Ti-
tio. ff. de legat. secundo. per textum in l. alio. ff.
de aliment. & cibar. legat. quod uidetur tenere
Ioannes Andreæ in additionibus. in dicto uer-
siculo & scias. & Barto. in dicta l. si quis Titio.
& in dicta l. alio. & Bald. in dicta l. nulli. C. de
21 episcop. & cleric. Quod † dictum fortè proce-
dit, quando alimenta caderent in piam causam,
secus verò si non in piam causam, ut loquitur d. l.
alio. Nam tunc videtur quòd nullam habeat a-
ctionem, cum nulla ratio specialitatis sit deputa-
ta alimentis, ut infra dicam, vnde de eia sicut de
aliis dicendum uidetur.
23 Nec obstat † dicta l. alio. quæ uidetur actio-
nem concedere: quia ideò habet ibi actionem,
quia testator mandando vt sint apud eos, vide-
tur ipsis relinquere, & legare: ut uidetur ibi uel-
le Gloss. unde censentur legatarii, & ideò non mi
rum si habent actionem.
24 Nec obstat † dicta l. Lucius. §. j. quia ibi licet vo-
luerit quòd sint apud ipsum executorem, tamen
voluit ipsum esse in deposito, unde uidetur mini-
ster & merus executor cēsetur electus merito ibi
actionem non habet. Ad hoc quod notat Bald. in
dicta l. quidam. §. scienter.
25 Quartò fallit † in executoribus seu mini-
stris deputatis ad pias causas. isti enim habent
actionem ad exigendum relictum. secundum Gu-
lielmum in dicto §. nunc uerò. versicu. & scias.
quod tenet Iacobus de Arena in dicto tractatu.
& Cynus in dicta l. id quod pauperibus. C. de
episcopis & clericis. & Dominus Ioannes An-
dreæ in additionibus in dicto uersiculo & scias.
& Bartol. in dicta l. si quis Titio. ff. de legat. se-
cundo. post Gloss. ibi. & Bald. in d. l. id quod
pauperibus. & in dicta l. nulli. C. de episcop. &
* cleri. quod communiter tenetur. * Imò † plus
26 videtur uelle Gulielm. in uersiculo sed quo iu-
re. quòd huiusmodi executores conditionem ex
lege d. l. nulli. habeāt ultra opinionem Vberti re
27 citando eam. Et plus † uidetur uelle, in versi-
culo sed nunquid ante litis contestationem.
quod hanc actionem habeant non nomine eorum,
sed ex persona illorum in quos distributio com-
28 petit, propter quod dicit † quòd procuratores
ante litis contestationem ad agendum consti-
tuere non poterint, secundum Nicolaum de Ma
29 tarellis & Iacob. de Arena † qui uidentur te-
nere quòd habeant actiones nomine suo in reli-
ctis ad pias causas, tunc quando aliquid retinent
& retinere uidentur, cum satis habeant & reti-
neant, ea quo piè agunt, ut in auctenti. de hæ-
redit. & falcid. §. si uerò expressum, ut refert Ioan
nes And. in additionibus. in d. uersic. sed quo iu-
30 re. vbi tamen † uidetur tenere opinionē quam te-
nuit quòd nudi ministri in relictis ad pias causas
actionem alienā intentent, propter quod uidetur

tenere quòd procuratorem ante litis conteſtatio nem conſtituere nō poſsint. ipſe tamen Ioannes And. in dictis additionibus. in dicto §. nunc uerò. uerſiculo ſed nunquid. de officio delegati.
31 c. fina. referendo Iacob. de Rauena. dicit, quòd licet non poſsint conſtituere procuratorem, tamen impediti poterunt iudicis auctoritate actorē conſtituere, & inſtit. de curat. §. fina. ff. de adminiſt. tutor. l. decreto. Sed Iacob. de Arena vt ipſe dicit tenet ipſos poſſe procuratorem conſtituere cum ſuis nominibus actionem habeant, propter lucrum quod ſentiunt etiam piè agendo. C. de bon. ma. l. j. ff. de iniuriis. l. ſed ſi unius. §. idē ait. & C. de donat. l. illa. Barto. uerò in d. l. ſi quis Titio. videtur tenere quòd nomine ſui officii habeant actionem, propter quod videtur tenere quòd actionē ex teſtamento habeant nomine alieno, dicens quòd executores habent actiones quæ competunt legatariis quibus debetur ſolutio, propter quod videtur ſentire, quòd procuratorem conſtituere non poſsint ante litis conteſtationem. Bald. in dicta l. id quod pauperibus. videtur tenere quòd nomine ſui officii habeant actionem propter, quod videtur tenere quòd ante litis conteſtationem procuratorem cōſtituere poſsint, vt per eum in quinta & ſexta quæſt. Sed ipſe Bal. in d. l. ſi quis Titio. videtur velle quòd nomine alieno habeant actionem, ſed alij executores nudi dati non in relictis ad pias cauſas non habeant actionem nec exercitiū, ut videtur uelle Io. Andr. in additionibus. in verſ. ſed quo iure. Sed licet non habeant actionē, tamen officium iudicis uidentur habere, ut videtur velle Bar. in d. l. ſi quis Titio. & in l. Lucius. §. j. ff. ad Trebel. per l. Quintus. ff. de annuis legat.
32 Sed certè d. † l. Quintus. tribuens officium iudicis, habet locū in relictis ad pias cauſas, uel aliis quę non tribuunt obligationem, ut ibi. præterea videtur quòd nudus miniſter ſeu executor etiam in relictis ad pias cauſas nō habeat actionem aliquam nomine eorum uel officium cum eis nō interſit pecuniariter propter quod tribuatur actio, & naſcatur obligatio: ut probat d. lex Quintus. ff. de annuis legat. & l. ſi cui. §. fina. ff. de legat. j. & l. legati. ff. de liber. legat. Nec nomine alieno: quia non videtur mandata actio cum ſit, ſimpliciter conſtitutus ad diſtribuendum & non ad agendum, vnde fines mandati ſunt diligenter obſeruandi, iuribus vulgaribus.
33 Nec obſt. † d. l. alio. quia ibi erat legatarius, & non erant relicta ad pias cauſas vt ſupra dixi.
34 Nec obſt. d. † l. nulli. quia ibi non dicitur & diſponitur quòd oriatur obligatio, & ſic quòd detur actio, licet dicat quòd habeat exigere nec aliqua intentare poſsit, licet dicat quòd habeat exigendi licentiam, quòd poterit ſine actione iudicis officium implorando, ut infra patebit. quare videtur dicendum † quòd ipſe executor merus
35 in relictis ad pias cauſas, nullam habeat actionem, ſed bene iudicis officium intentare poſsit, & hoc uidetur ſentire Bartholomæus prædictus in repetitione dicti c. ſi pit. religioſus. de teſtamen. libro vj. Talia enim relicta iudicis officio poſſunt exequi, ut patet in d. l. hęreditas. §. ſi. ff. de petit. hære. & d. l. Quintus. ff. de annuis lega. In aliis
36 † uerò relictis quæ obligationē tribuunt, nō iudicis officiū, ipſi meri executores nec aliquā actionem intentare non poterunt nomine proprio nec alieno, cum ad hoc mandatum non tendatur, ut dicta l. Lucius. & l. Firmio. §. cum ab hę redibus. quando dies leg. ced. Hęc officio iudicis talia expediri poſſunt ex quo aliquo iure hoc nō cauetur, nec in eis dicta l. Quintus. locum habet. unde executor eius officium implorare non
37 poteſt, ſecus † circa relicta ad pios uſus, in quibus iudicis officium implorare poterit. Ad hoc ut executioni mandentur quod officium intentare poterit vt quilibet de populo. Ad hoc d. l. nulli. in fine. & quod tenet Guliel. in dicto §. in verſicu. ſed non quilibet. & poterit procuratorem conſtituere, licèt unus de populo veniret, cū eius aliqualiter interſit, ex quo ſic diſtribuendo ipſe agit. Ad hoc l. licet in popularibus. &
38 quod ibi notatur. ff. de procurator. Imò † & plus videtur quòd non ſolum in relictis ad pias cauſas, ſed etiam in aliis dum tendunt ad auctoritatē teſtantis, & eius honorem vel commodum, licèt obligationem non tribuant poterit iudicis officium per executorem implorari, vt patet ex d. l. hæreditas. & d. l. Quintus. ff. de annuis legat. Si vè
39 rò † obligationem tribuerent, ut ſi ad pias cauſas relinquatur, vt, quis teſtator legauit certæ eccleſiæ, tunc videtur quòd ceſſet iudicis officium, ex quo habetur remedium ordinarium: vt notatur in l. j. §. pet hanc. ff. de rei uendi. Niſi dicas quòd ĕt in relictis ad pias cauſas ex quo reſpiciunt principaliter auctoritatem teſtantis & eius animam competat tale officium iudicis, cum per id plenius ſubueniatur. Ad hoc quod notatur in d. §. p hanc. & in l. in cauſæ cognitione. ff. de mino. Sed in aliis uerò relicta ad nō pias cauſas, cum ceſſet officiū iudicis, ipſi executores, ut quilibet de populo officiū iudicis implorare non poterunt, nec aliquā actionē intentare: vt d. l. Lucius. & in d. l. Firmio. §. cum ab hæredibus. ff. qn̄ dies legat. ced.
40 Tn̄ † bene poterunt illi quibus in teſtō talia relinquuntur agere contra heredes actione ex teſtō, vt ipſi hæredes talia relicta deponāt penes ipſos executores, qui diſtribuāt poſteà, cū eorum interſit. Ad hoc. l. fideiuſſor. ff. de legs. j. & quod notatur
41 in dicta l. Firmio. & ita procedat † dicta l. Firmio. §. penultimo. Hęc vera in executoribus particularibus qui contra hęredes agere velint.
42 Si uerò † velint agere contra debitores puta: quia nomen hæreditatis ſit diſtribuendum per executorem, & ipſe debitor ſoluere nolit, & hæres contra ipſum agere non curet, & tunc vtilibus agere poterunt contra eos, ut videtur tenere Azo, Vbert. de Bob. Roffred. & Iul. ut refert Gulielm. in Spec. in d. §. nunc verò. verſicu. illud etiam. quod etiam uidetur tenere Nicolaus Matarellus

Mata-ellius ut refert ibidem Ioannes And. in ad-
ditionibus, qui uidetur tenere hoc procedere
43 † quando talibus executoribus nomen distribuē-
dum legatum esset. & hoc sine dubio per præ-
dicta. Imò plus dicit referendo Iacob. de Rauena
44 † quòd executor cui commissa est dispensatio
mobilium in pios usus agere poterit contra de-
bitores, cum actio quæ ad mobilia competit in-
ter mobilia cōputetur. auct. hoc ius. C. de sacros.
45 eccle. Sed aduerte †: quia ipsi executorea contra
ipsos hæredes sunt nudi ministri, unde agere nō
poterunt aliqua actione, cum ad ipsos aliqua obli
gatio non respiciat, sed bene poterunt iudicis of-
ficium implorare, ut ipsi debitores soluant, &
sic executioni mandentur relicta, ut dixi supra
per prędicta. Hęc uera in executoribus particula-
46 ribus, in uniuersalibus uerò † qui loco hæredis
habentur, dicendum est quòd ipsi agere possunt.
ut uidetur uelle Gulielm. in dicto uersiculo &
scias. circa prinicipiū. Ad hoc textus iuncta Glos.
in c. si pater. de testament. libro vi. & textus in l. si
quis ad declinandam. in uersicu. ubi autem. ad fi-
nem. quod uidetur sentire Bald. in dicta l. si quis
tibi. & in dicta l. si quis ad declinandam. in uersi.
alterius nota. quod etiam ipse uidetur tenere in
dicta l. id quod pauperibus. C. de episc. & cler. in
uersiculo. quinto quæro. quòd nomine suo has
actiones mouere possit, & possit tunc procurato-
rem constituere ante litis contestationem, quod
etiam uidetur sentire Gulielm. in dicto uersiculo.
sed nunquid ante litis contestationem. iuncto
versicu. referendo Roffredum. qui tenuit quòd
talis distributor sit hæres uel loco hæredis habea-
47 tur. Imò † plus tenuit, quòd talis distributor co-
gatur adire & bona distribuere, quod qualiter pro
cedat infra dicam. dicit tamen quòd actiones in-
tentant, sicut fideicommissarius cui hæreditas est
restituta. ff. ad Trebell. l. legatario. quod uidetur
tenere Roffr. in libello de actione ex testamento.
ut refert Bal. in auct. hoc amplius. C. de fideicom
miss. uersiculo hoc uidetur tenere. Ad hoc l. post-
quam. §. Imperator. ff. ut legat. nom. cau. quod ui
detur procedere quando deputatus fuit execu-
tor, ut, quia testator mandauit bona distribui in-
ter pauperes, cum tunc non sit hæres, sed execu-
tor seu commissarius. Aliàs uerò si esset institu-
tus ad distribuendū ad ipsas causas, tunc cum ip-
se sit caput & principium testamenti, esset hæres
secundum Bald. in dicta auctentica hoc amplius.
in uersiculo septimo quæro. Quod uidetur sine
dubio procedere eo casu, sed eo casu quando pau
peres sunt instituti hæredes dato executore, uel
testator mandat bona sua inter pauperes per exe-
cutorem distribui, tunc, cum ipsi pauperes sint in
stituti & caput testamenti, ipsi sint hæredes exe-
cutores sunt ministri & administratores, & non
48 propriè hæredes. Sed forte posset dici † quòd exe
cutor super institutione deputatus & sic merus
executor sit nomine ipsorum pauperum in quo
distributio est fusa adire hæreditatem, & eorum
nomine agere, cum non actionem & titulum in-
stitutionis uideatur conferre, sed tantum liberam
administrationem ad instar procuratoria haben
tis generalem & liberam administrationem. Ad
hoc quod notat Ioannes Andreæ in additionibus
in dicto §. nunc uerò. uersicu. an executor. & Bar.
& Bald. in dicta l. si quis Titio. & quod supra di-
xi, & uide notata per Bar. consilio. xxiiij. & uide
in quadam disputatione sua, quæ incipit filium
instituit.
49 Circa secundum uidelicet: † an executor possit
conueniri, dicendum est quòd si sit executor uni
uersalis. & tunc conueniri poterit utilibus tan-
tum actionibus, sicut fideicommissarius uniuer-
salis: ut uidetur tenere Gulielm. in Specul. in di-
cto. §. nunc uerò. uersiculo. sed pone. tunc enim
loco hæredis habetur. Ad hoc Glo. in l. si quis ad
declinandam. C. de episc. & cler. quod uidetur sen
tire Barto. in l. alio. ff. de alim. & cibar. legat. &
Bald. in dicta l. si quis ad declinandam. Quod pro
cedit ut ipse Bald. uidetur tenere in auct. hoc am-
plius. C. de fideicommiss. si deputatus fuerit distri
butor & minister, ut, quia testator mandauit bo-
na sua distribui mortuo filio per Martinum, cum
tunc iste non sit hæres, sed executor seu fideicom
missarius, ut in auct. de eccles. tit. §. si quis autem.
& habeat actiones utiles. & utilibus conueniatur
fauore pauperum. aliàs uerò si institutus sit ad di-
stribuendum scilicet ad pias causas, & tunc cum
ipse sit caput & principium testamenti uerus est
hæres. ut in c. cum tibi. de testam. secund. Bald. in
50 dicta auct. hoc amplius. Imò † plus dicit Guliel.
in dicto uersiculo sed pone. quod cogi potest exe
cutor uniuersalis adire, & bona distribuere: ut in
dicto §. si quis autem. facere iussus. quod uerum
non uidetur, ut præcisè cogatur, ut dixi supra.
Circa quod uide plenius notata in d. auct. hoc
51 amplius. & ultra uidetur dicendum † quòd exe-
cutor uniuersalis non potest conueniri utilibus
nomine proprio, sed ut administrator ipsorum,
pauperum, si uerò sit executor particularis, & tūc
si non sit merus executor sed legatarius, uel etiam
executor mixtus: & tunc talis licet nō habeatur lo
co hæredis ut dixit Gulielm. in dicto versiculo sed
si sit loco hæredis ad finem. nec possit à credito-
ribus conueniri, ut uidetur uelle Ioannes Andreę
post Iacob. de Rauena in dictis additionibus. in
dicto §. in uersiculo illud etiam quæritur. sub uer
bo, sed quo iure. cum non sit hæres uel fideicom
missarius, nec loco hæredis uel fideicommissarii
habeatur, tamen conueniri poterit à fideicommis
sariis, uel illis quibus distribui debet, & dari si
commodum agnouit; ut uidetur uelle Bartol. in
dicta l. Firmio. §. i. ff. quand. dies legat. ced. per l.
Imperator. ff. de legat. secundo. & l. si legatarius.
ff. de legat. tertio. quod uerum est si commodum
seu legatum distribuendum fuit consecutus cum
tunc conueniatur ut distribuat & det. Si uerò
non fuit consecutus, tunc non poterit conue-
niri ut distribuat & consignet, sed bene ut agat.

Secundum Bald. in d. l. nulli. ubi etiam pro regula dat, quotiescunque est talis minister seu executor cui datur actio semper conueniri poterit, intellige ut ipse uidetur uelle ut agat. imò, & si velit cedere sufficit eidem si non fuit in culpa exigendi, ut patet ex notatis in d. l. si legatarius. & in d. l. Imperator. Ad hoc quod notat Bartol. in l. fideicommissum. ff. de legat. j. & conueniretur tunc talis executor actione ex testamento & hypothecaria, seu rei uendicatione, ut uidetur uelle Cyn. in d. l. id quod pauperibus. C. de episcop. & cleric. & colligitur ex notatis in l. i. C. commun. de lega. Ad hoc quod notatur in l. ij. C. de his, quę

52 sub mod. & hæc † uera quando talis executor legatum uel commodum relictum agnouit, aliàs uerò, si non agnouisset, tunc hæres cõueniri posset, cum eidem hæredi cum suo onere tale legatum remaneat, ut uidetur uelle Cynus in dicta l. id quod pauperibus. allegando l. Celsus. ff. de legat. secundo.

53 Sed aduerte: † quia hæc procedunt in executoribus qui legatarii uerè essent, de quibus supra dixi, & etiã in executoribus mixtis quibus aliquid relinquitur, ut officium aliquod circa distributionem aliquam assumant, & tales ex testamento cõueniri possunt, ut supra. Ad hoc l. ii. & quod ibi notatur. C. de his, quæ sub modo &c. Aliàs verò si eidem officium executoris iniungatur, & alt quod extrinsecum relinquatur, & tale relictum acceptent, non tamen actione ex testamento compelli poterunt, ut exequantur, esto quòd tali relicto priuentur, si officium tale non acceptent, & volũtatẽ defuncti nõ exequantur, ut plenius dixi supra in sexto principali quæsito, eo tñ casu quo exequi nolint, uel moniti recusant, tunc tale legatum cum tali onere & officio transfertur ad episcopum, si sit officium exequendi ad pias causas: ut in auth. en. licet. C. de episcop. & cler.

54 Si uerò † sit merus executor & particulariter cõueniri non potest, cum loco hæredis non habeatur, ut videtur velle Glo. in d. l. Firmio. §. j. ff. quã do dies lega. ced. & Guliel. in d. §. nunc uerò. ner. sed pone. quòd aliquis. & idem uidetur uelle Io. And. in additionibus. in d. uersi. illud etiam quæritur super uerbo, quo iure. Sed ipsis legatariis & fideicommissariis quibus dari & distribui debet, licet conueniri non possint actione ex testamen

55 to: ut d. l. Firmio. §. j. & ibi per Bartol. tamen † bene conuenire poterunt actione negotiorum gestorum. l. si pupilli. §. j. & in principio, & per totum. ff. de nego. gest. ut videtur velle Iacob. de Rauena, ut refert Cynus in dicta l. id quod pauperibus. & secundum Ioannem Andreæ. in dictis additionibus. in d. §. nunc uerò. versicu. de executore autem quæritur super uerbis illis. §. primo. & secundum Bartol. in dicta l. Firmio. §. primo.

56 Hęc uera † quando ipse executor fuit consecutus res vel quãtitates quas dispensare & distribuere debet, cum tunc detur contra ipsum actio, aliàs secus esset, ut uidetur uelle Bald. in dicta l. nulli. C. de episc. & cleric. & imò plus dixit Bart. in dicta l. Firmio. §. primo. quod ipse executor postquam incepit agnoscere officio iudicis conueniri potest ut exequatur. l. iii. §. j. ff. de actio. & l. Quintus. ff. de annuis legat. quod videtur tenere Bal. post Oldr. in d. l. nulli. dicens q officiũ iudicis bene competit contra executorem, vt cõplaceat officium quando incepit gerere. quod est tunc cum immiscuit se executioni, ut in autẽ. sed:

57 cum testator. C. ad legem Falcid. & hoc † quando sunt de præsenti executores in relictis: aliàs quando ad pias causas semper poterit conueniri sicut potest agere, ut uidetur velle Barto. in dicta l. Firmio. per Glo. in dicta l. nulli. Sed aduerte: quia Bartol. non declarat quo iure, & qua actione possit conueniri executor ad pias causas, nec uidetur verum quòd executor possit aliquo casu officio iudicis compelli ad exequendum, cũ cõpetat actio, ut dictum est, quæ facit iudicis of-

58 ficium cessare, cum † iudicis officium sit remedium extra ordinarium: ut notatur in l. per hanc. ff. de rei uendi. unde nec uidetur uerum q competat ipsis legatariis actio ex stipulatu, uel deposito, cum ipsi stipulati nõ fuerint nec deposuerint, sed bene ipsis hæredibus quibus stipulari debent cum posteà rationem ex testamento reddere tenebuntur. vnde videtur dicendum circa merum executorem quòd si res legatæ distribuendæ & consignandæ ipsis legatariis consignatæ fuerint per ipsos hæredes ipsis executoribus, & tunc si extant & possunt ab ipsis legatariis peti rei vendicatione, possunt etiam peti utili actione ex deposito, si in deponendo fuit actum quòd ipsis legatariis tradantur. Ad hoc l. penul. C. ad exhiben. poterunt etiam conueniri actione negotiorũ gestorum ipsi executores cum recipiendo ut tradãt ipsis legatariis eorum negotium agere uidentur. Ad hoc l. iij. §. si executor. & l. si pupilli. §. si qs pecuniã. ff. de neg. gest. & qđ ibi notat, & istis actionibus cõueniri possent, siue extent siue nõ ex culpa ipsorum executorum. possent ẽt actione ex stipulatu cõueniri, si stipulatio interuenerit, & ipsi legatarii stipulati fuerint: aliàs uerò si stipulati fuissent hęrede a quæ stipulari debeant de legatis cũ deponũt aut soluũt ipsis executoribus, licẽt satisdationem exhibere non debeant, tunc ipsi legatarij ex stipulatu agere possunt contra ipsos executores. Ad hoc, quod notatur in dicto §. cum ab hæredibus. & in l. si legatariis. de legatis iij. in l. prima. & in l. fideicommissum. & in l. si seruus. §. qui manumittitur. de legatis primo. & hoc quando conueniuntur, ut tradant, vt debent & exequantur & officium adimpleant. Aliàs cum tunc nulla actio competat poterunt officio iudicis compelli postquam acceptauerunt: arg. d. l. iij.

59 ff. de arbitris. Prędicta procedunt † siue sint relicta ad pias causas, siue non, dummodo sint legata ad distribuenda certis personis uel locis, aliàs uerò si relicta sunt ad utilitatem ipsius testatoris & eius honorẽ conseruandum, seu pro eius

eius animæ,& piam causam,non in alicuius certę personæ uel loci,& tunc officio iudicis cōpelli poterunt,ut adimpleant. ut d.l.Quintus. ff.de annuis lega.& l.hæreditas.in fine.ff.de petit.hæred.Si uerò conueniantur ipsi executores ut rationem reddāt,& tunc qualiter conueniendi sint notabitur infra.hæc uera quando ipsi executores res distribuendas habent penes se uel eorum culpa uel dolo factum est quòd non habeant. Si uerò illas res adhuc non fuerunt consecuti, nec ipsi hæredes eas consignare uelint, & tunc si relicta & legata distribuenda ad utilitatem & honorem ipsius testantis,seu ad piam causam:& ipsi hæredes cogentur iudicis officio consignare ipsis executoribus,ut distribuant. Ad hoc l. Quintus.ff. de annuis legat.& l.hereditas.ff.de petit.hæredi. Ad hoc quod notat Guli.in d.§.nunc uerò. uers. quid si hæres conuentus.

60 Si uerò † sint relicta nomina debitorum,& tūc ipsi hęredes compelluntur modo prædicto cedere iura,cum non teneantur nisi cedere iura.ut uidetur uelle Guliel. In dicto §.nunc uerò. uersic. sed an executor.& §.iam autem. institu.de leg.& ff.de leg.j.l.si sic legatum.§.l.in fin.

61 Sed ipsi † executores cedendo iura ipsis legatarijs non liberantur.ut dicit Guli.in dicto uers. & hoc etiam uidetur tenere Bartholomęus prędicto in dicto c.religiosus.cum teneantur exigere & exequi. ut in cap. tua. & in cap. Ioannes. de

62 testamen.contra quod tamen † uide quod notat Ioannes And.in d.c.Ioannes.in sua repetitione.

63 Sed aduerte; † quia hoc dictum uidetur uerū, ut dicendo non liberentur,quando ipsi executores in culpa fuerunt non exigēdo post quā actiones eisdem fuerunt cessę. Ad hoc quod notatur in l.si legatarius.ff.de leg.iij.

His nisis dicendum est primò corā quo agūt & conueniantur.secūdò,quo ordine, & qualiter.

64 Circa primum † coram quo agant & conueniantur ipsi executores,si agere nelint cōtra debitores hęreditarios uel hæredes,& tunc agendum erit corā episcopo loci,in quo defunctus habuit domicilium.ut in auct.de ecclesiast. titul. §. fin autem ædificaturus, uel in quo natus fuit: argumento prædictæ l.nulli.§.i.id est,coram iudice ciuili utriusque loci: argumento prędictę.l.nulli.§.cum autem.& prædicti §.si quis ædificaturus secundum Gulielm. in d.§.nunc uerò.uersic.sed coram quo.ubi Ioānes Andreæ.in additionibus, exponit hoc est coram ciuili iudice cuiusque loci, ita quòd diuisim & non coniunctim ponatur,

65 ut ibi plenius. In quibus † etiam conueniendi erunt ipsi executores,& hoc quando in altero di

66 ctorum locorum decessit testator. Si uerò † decedat in loco, ubi non habeat domicilium,ut dicit Guliel.uel etiam.in loco unde non erat oriundus & tunc attendendus erit locus ubi acceptauit officium,id est,agnouit uoluntatem defuncti, uel administrauit.ff.de iudic.l.hæres absens.& l. sequenti & l.argentarium.secundum Gui.in dicto

67 uersiculo. Si tamen † in loco ubi acceptauit uel administrauit conueniatur & cōdemnetur, & ibi nihil habeat uel non reperiatur,& tunc executio in loco domicilij ad instantias & preces iudicis qui iudicauit erit fienda:de foro competenti,c.si quis contra.& c.postulasti. Ad hoc quod notatur in c.Romana.§.contrahentes.eo.ti.de foro compet.lib.vj.ut uidetur uelle Ioan.And.in d.uersic. sed coram quo.

68 Sed aduerte:† quia imò ex notatis in d.l.nulli. uidetur ꝙ tunc conueniendus sit in loco ubi testator decesserit,ut patet in d.l.nulli.uersic. quid si in uico.Ad hoc auct.omnes peregrini. C.cōm. de success.Nisi dicamus quòd tunc procedet quādo ipsi hęredes uel executores agnouerint & acceptauerint officium & uoluntatē defuncti, quo casu tam episcopus quàm iudex secularis, & ipsorum quilibet potest compellere ex officio ut: executioni uoluntas defuncti mandetur: argum.

69 d. l.hæreditas. Hęc uera † quando illa quæ sunt distribuenda,relicta erāt ad pias causas,uel erant relicta ad utilitatem & honorem defuncti: ut d. l.nulli.& d.l.hęreditas.& l.Quintus.ff.de annuis legat.cum exequantur officio cuiuslibet prædicti iudicis:aliàs uerò si relicta erunt certę personę uel loco,tūc nō officio iudicis sed iure actionis cogendi erunt hęredes ubi habent domicilium & forum,ubi est maior pars hęreditatis.ff.de iudic. l. fideicommissum. & ibi de hoc. Debitores

70 † uerò conueniendi erunt in eorum foro ubi eos defunctus conuenire poterat per notata in l.hæ-

71 res absens.ff.de indic. Sed † ipsi executores a contra etiam casu quo conueniri poterunt conueniendi erunt ubi habent domicilium,uel ubi administrationem,uel officiū assumpserunt.l.hæres absens. §.j.ff.de iudic. & ut notatur in dictis iuribus.

72 Circa secundum uidelicet:† quo ordine agat uel conueniantur ipsi executores,dicendum est, ꝙ ordine iudiciario & ordinario, unde oblato libello & seruatis debitis solennitatibus,& hoc uidetur uelle Guliel.in d.§.j. uersicu. hoc etiam

73 quia, ad finem.ubi tenet hoc esse uerum, nisi † in relictis ad pias causas,in quibus de plano procedi potest,ut ibi plenius.quod uidetur tenere Bal. in dicta l.i.C.de sacrosanct.eccl.& l.hæreditas.in fin.

74 de petit.hæred.Quod procedit † quando in eis uel pro eorum executione uel eorum expeditione iudicis officium intentatur: ut patet in dictis

74 iuribus. Imò plus: quia † in istis relictis ad pias causas iudicium expeditur sine sumptibus iudicij: dicta l.nulli.& fine decimæ solutione, ut ibi, set etiam sine sumptibus notariorum.Quod uerum

76 esset † quando de publico salarium haberent, ut uidetur uelle Gulielm. in dicto uersicu. quinto. Ad hoc notata.i.q.iii.nisi quis episcopus. & i.q. ii.sicut episcopum.& cap.i.de decim.& de re.in cap.statutum.§.assessorem. & censib. in cap.i. libro vj.

Expeditus de potestate executorum circa iudicialis,uidendum est primò,an † hæredes satis-

77 faciendo

faciendo & soluendo ipsis executoribus liberati sint. Circa quod dicendum est recolligendo, ex dictis Ioannis Andreæ in additionibus Specu. in dicto §. nunc verò, in uersi. sed an debitor hæreditatis, quòd si executor erat nudus minister, ut est ille in quem uerba dispositiua non diriguntur, & qui nullum percipit commodum ex illo legato uel alio. ut notatur. ff. de legat. ii. in d. l. si quis. Titio. & ibi per Glos. & Dynum. & tunc cum tali soluere non debeant sine satisdatione, sic. solués non liberatur. ff. de condit. & demonst. l. quibus.
78 ad finem. & ff. de leg. iii. l. si tibi. Sed certè † illa iura non loquuntur in nudis ministris & executoribus sed legatariis. Vnde dicendum est quòd si executor non sit merus sed legatarius, & tunc ab eo debuit satisdatio exigi ut dictis iuribus, cum eidem soluendo non exacta satisdatione soluens non liberetur, tenetur enim ipse hæres talem cautionem exigere: ut dicta l. si tibi & eam fideicõmissario cedere. l. si a pluribus. & quod ibi nota-
79 tur. ff. de leg. i. si uerò † fuit non nudus minister & tunc si non sit eius conditio mutata in peius, satisdationem exigere non tenetur, & soluens sine ea liberatur. ff. de annuis lega. l. liberto. §. largius. Si uerò sit mutata in peius, & tunc cum satisdationem exigere debuerit: ut dicto §. largius. soluens ea non exacta non est liberatus. ut uidetur uelle Ioannes And. in additionibus in dicto uer-
80 sicu. sed an debitor. Quod † uidetur uerum, quãdo talis conditio fuit mutata testatore ignorante: aliàs secus, ut uidetur tenere Dyn. in dicto §. largius. Imò & si hæres fuit in culpa in non exigendo non erit liberatus: ut uidetur tenere post multa in dicto loco Ioannes Andreæ.
81 Sed aduerte † quia hæc procedunt in nudo ministro, ut loquuntur iura in quibus se fundat sic distinguendo. Vnde dicendum est, quòd siue fuerit executor mixtus siue executor nudus, hæres ei soluendo non liberatur, si ab eo exigere debuit, quod quando sit, supra dixi, & si non exigit, nec exigere debuit, si non exigit saltem stipulationẽ uel aliam cautionem de soluendo talia relicta nõ erit liberatus, cum saltem illa cedere teneretur: ut dicta l. Firmio. §. j. ff. quan. dies legat. ced. ut supra dictum est. Vnde poterit ipse hæres conueniri ab illis quibus rea sunt distribuendæ si eorum intersit, cum similiter possint agere contra ipsos executores & petens non erit liberatus, licet si cautionem exigisset sufficeret illam cedere, & poterit hæres repetere ut præstetur cautio ut patet ex Gloss. in dicta l. Firmio. communiter approbata. *
82 Secundò uidẽdũ est † de debitoribus hæreditariis soluendo executoribus an liberentur, & dicendũ est quod sic, ut uidetur tenere Gulielm. in d. uersic. Sed an debitor. per notata. ff. de administ. tutor. in l. quoties. & ff. ne in possessio. mittat. l. i. §. si propter periculum. unde liberatio competit: ut dicta l. si pluribus. Imò plus dicit Gulielm. quòd si debitor uult potius hæredi soluere, quàm executori, uel ècontra, ei licere. & hoc nisi uelit soluere executori hærede contradicente propter iustam causam superuenientem, puta quia executor desiit esse soluendo, quo casu ei non solueret nisi prius idoneè caueat: ut in dicto §. largius. in fin. tamen si soluit hæredi. executor potest agere contra hæredem, ut sibi tradat quod recepit. arg. l. si legato tuis. ff. de leg. iij. §. secundum Guliel. in
83 dicto uersi. cuius dicta † uera essent quando esset talis executor in quem transirent utiles absq; cessionne, aliàs uerò anteaquam sibi actiones cederentur solui non posset.
84 Tertiò uidendum est de eorum potestate † an uidelicet executores ipsi liberè distribuere & disponere possint sine alterius requisitione & uoluntate.
Circa quod dicendum est, quòd si sunt executores uniuersales. ut sunt illi qui dati sunt ad uniuersa bona testantis eroganda, nullo hærede instituto, & tũc isti disponere possunt sine alterius
85 requisitione & uoluntate, imò † etiã & isti alienare poterunt. Si aliter satisfacere non possent, dummodo alienent ut distribuant secundum uoluntatem testantis, non ut in alios usus conuertant, ut uidetur tenere Guliel. in d. §. nũc aliqua. uersic. sed an executor, & ibi hoc uidetur tenere Ioannes And. referendo Iacob. de Arena, dicens, quòd ex quo nullus est hæres, fortè distrahere potest ipse executor ad instar procuratoris habẽtis generalem & liberam administrationẽ. ff. de acquir. ret. domin. l. qua ratione. §. hæc quoque. & quia habet actionem. ff. de iure delib. l. ait prætor. & etiam quia uendit legis auctoritate. l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cler. quod clarius uidetur tenere Barto. in dicta l. alio. ff. de alimen. & cib. leg. dicens simpliciter executores vniuersales cum loco hæredis habeantur distrahere posse.
* cum quo Doctores communiter transeunt * poterunt et isti executores auctoritate Papę capere rem distribuendam sicut hæres. ut ff. de hæredi. instit. l. sed & si in conditione. in fine & ibi notatur secundum Bartholomęum prædictum in repetitione d. c. religiosus. decima tertia quęstione.
86 Si uerò † sint executores particulares, & tunc quãdo ipsi executores sunt deputati ad distribuẽdum certis personis certum quid, & tunc, si illud habeãt distribuere poterunt & illis cõsignare & soluere liberè hærede nõ requisito, imò & eo inuito cum habeant mandatum ab ipso testatore, quod per ipsum hæredem reuocari non potest ut infra uidebitur. Ad hoc quod notat Guliel. in d. §. nunc uerò, uersiculo, non dum quoque est, nõ
87 † tamen isti propria auctoritate capere poterunt rem distribuendam, nisi hoc esset à testatore permissum. ut ff. de lega. iii. l. Titio. cum testamento. §. i. & ibi nota. Bartol. in l. legitimos. ff. de legiti. tutor. [illegible]
88 Quãdoq; & secundo † ipsi executores sunt deputati ad distribuendum & soluendum id quod non habent, ut quia sit distribuenda pecunia uel ipsi

vel ipsi hæredes eisdem non consignauerint, &
tunc licet ipsi executores possint ipsos hæredes
compelli facere ut consignent, vt plenius supra
dixi, tamen ipsi executores non poterunt vende-
re & alienare bona defuncti, ut inde redigant pe-
cuniam & legata persoluant, etiam si sint dati ad
compellendum & soluendum omnia legata, ut
videtur sentire Gulielm. in d. §. nunc uerò. uersi.
nondum quoque est. Quod procedit ut ipse uide
tur sentire in d. §. versic. quid si non ad uniuersa.
etiam si aliàs non posset ipsa legatariis satisfie-
ri, & hæres alienare nolit, licet ipse hæres aliena
re possit: argumento dictæ l. alio. ff. de alim. &
89 ciba. leg. Nisi † ipse testator eidem executori po
testatem uendendi & alienandi concessisset, pu
ta si dixisset, tale prædium pro anima mea relin-
quo, uolens & præcipiens illud uendi & pretiū
pauperibus dari, & ad hoc exequendum facio ta
lem executorem ut dicit ibi Gullelm. Imò etiam
ut dicit ibi Ioan. Andreæ referendo Nicolaum
de Matarellis, sufficit si dicat lego tale prędium
distribuendum inter pauperes. Ad hoc l. fina. §.
90 & si pręfatam. C. de iure deliberan. Imò † & plus
dic quòd si quantitas est distribuenda, & da-
ta sit per testatorem licentia uendendi, vende-
re poterit etiam sine decreto etiam si pupillus sit
hæres. ut C. quando decr. op. non est. l. iii. quod
etiam uidetur tenere Bald. in l. l. ff. de reb. cor. di-
cens, hoc procedere etiam si testator fuisset adul-
tus. per l. Aurelio. §. Caius. ff. de liber. lega. Quod
91 uerum est † ut uidetur uelle Bald. in l. illud. C.
quando decret. opus non est, si uendit pro exe-
cutione ultimæ uoluntatis, aliàs uerò si uendat
pro executione contractus & tunc non ualeat si-
ne decreto, si minor in testamento alienationem
92 permittat. Quod † non uidetur uerum. Imò
uidetur contra. l. i. C. quand. decret. opus non est
& contra. l. l. ff. de reb. cor. ex quibus colligitur,
quòd executor particulariter uendere & alienare
potest rem immobilem defuncti etiam sine decre
to, si sit data potestas & licentia uendendi & alie-
nandi, etiam si data foret per adultum & sic mino
rem, & etiam si pupillus sit hęres.
93 Videndum est primò † quid possit uendere,
quomodo, & qua forma. & in hoc dicendum est
quòd potest non solum uendere, sed in solutum
dare & obligare, etiam si solum sit data potestas
seu licentia uendendi, cum talia potestas sit data
94 ab homine, quo casu † omnis species alienationis
uenit. ut. l. si cui. §. uenditionis. ff. quib. mod. pig.
95 uel hipot. soluat. licet † aliud sit quando à iudice
uel pręrore talis potestas conferatur. ut l. si pupil-
lorum. §. pręror. ff. de reb. cor. secundum Barto. in
d. l. alio. & ita procedat dictum Bald. In l. id quod
pauperibus. in uersiculo tertiò quęro. C. de episc.
& cler. licet ibi Bald. uideatur uelle quòd execu-
tor possit agere & eligere corpus hęreditarium ut
ipse hæres cogatur illud dare uel æstimationem
uel alienare.
96 Secundo modo † debet uēdere ipse executor prę
senti pecunia, unde non potest ipse executor uen
dere non pręsenti pecunia, sed habita fide de pre-
tio maximè in relictis ad pias causas ut. l. si pro-
curator. ff. de iure fisc. Ad hoc quod notatur in. l.
à diuo Pio. §. si emptor. ff. de re iudic. Et hoc nisi
haberet liberā uoluntatem uendendi, cum tunc
uendere possit habita fide de pretio, dummodo
bona fide faciat: argum. l. qui Romæ. §. Callima-
chus. de uerb. obligat. secundum Barto. in dicta l.
97 alio. ubi dicit † quòd si in instrumento dicatur,
uendiderunt pro tanto pretio, quod pretium fue-
runt confessi se habuisse, non autem dicitur, quòd
receperint, an sufficiat, & dicēdum est quòd non,
nisi postea appareret de satisfactione legatorum.
l. sed & Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedon. Ad
hoc quod notatur in d. l. si ex cautione. C. de non
num. pec. & l. ij. ff. si cer. pet. & in l. à diuo Pio. uer
siculo. sed si est ita. ff. de re iudic. quod tenuit
Bartol. in d. l. alio. si uerò in instrumento dicatur
uendiderunt pro tanta pecunia quam receperunt
in ueritate in pręsentia mei notarii & testium,
tunc sufficit, licet nō appareat quod sit legatariis
soluta cum ob istam causam habuerint mandatū
secundum Bartol. in d. l. alio. qui de hia plenius
tractat. & uide notata in dicta l. si ex cautione. &
in dicto §. empto. & in l. iij. C. de nouat. & in. l. be
98 ne à Zenone. C. de quadrien. præscr. vnde † potest
etiam ipse executor conuenire ipsum hęredem ut
exhibeat res hęreditarias. ad hoc ut uideat quæ
uendere expediat. ut ff. de option. legat. l. si tibi.
§. fina. secundum Bartholomęum prædictum in
d. c. religiosus. in dicta decimatertia quęstione
& Bart. in dicta l. alio. quoniam non exhibitis uel
imò exhibitis omnibus rebus defuncti pōt ipse
executor uendere rem quam uult. Ad hoc Glo. in
l. penultima. C. quando. decr. opus non est. &
etiam pro quanto pretio uult, dummodo bona
fide faciat: ut l. creditor. §. Lucius. ff. mandat. se-
cūdum Bartholmęum prędictum in dicta decima
tertia quæstione & Bar. in d. l. alio. ubi etiam di-
cit quòd si uenderet rem magni pretii pro modi-
co legato uel pro parua pecunię quantitate, non
faceret bona fide. Ad hoc Glo. in. l. quam diu. C.
de distract. pignor. & tunc alienatio non teneret,
unde posset contra emptores agi, cum talis alie
natio fiat ad utilitatem alterius; & mala fide fa-
cta non ualeret. Ad hoc. l. qui fundum. §. procura-
tor. ff. pro emptor. licet aliud sit quādo fit alienatio
ad utilitatem ipsius uendentis & si iuris: ut l. i. C.
si pignus pign. dat. sit. & hoc uerum qñ talis exe-
99 cutor habebat liberam potestatem, cum † uerbum
libera, descendat à uerbo liber, qđ importat libe-
ram uoluntatem. l. fideicommissaria. ff. de fideicō.
lib. Ad hoc l. i. in principio. ff. de testam. mil. & l.
procurator cui libera. ff. de procurat. Idem si di-
cat plenam potestatem uel licentiam: ut notatur
in. l. i. ff. de testament. mili. & in l. si procurator ad
unam. C. de procurat. & ff. de lega. iij. l. fideicom-
missa. §. quam. & ibi notatur.
100 Si uerò † ipse executor non habeat liberam po-
testatem,

testatem, sed eidem permissum sit per uerba im-
portantia arbitrium boni uiri, ut est per uerbum
potestatem simpliciter prolatum. l. nepos pro-
culo. ff. de uerb. signifi. uel per uerbum licentiam,
quod etiã arbitrium boni uiri importat ut proba
tur in l. i. C. de sacrosanc. eccles. licet Innoc. in c. i
cum ad monasterium. ad finem in uerbis per licentiam
centiam, uideatur tenere quòd tale uerbum im-
portat liberam uoluntatem absque alia causa &
non bene secundum Bartholomæum prædictum
& secundum Bartol. in d. l. alio. Tamen ipse exe-
cutor cuius arbitrio est commissum non po-
test ponere manus ad res sicut uult, sed debet fa-
cere sicut prætor; ut l. magis puto. §. ne passim.
ff. de reb. eor. & l. diuo Pio §. in uenditione. ff. de
101 rei uendic. Sed certè † talia iura loquuntur in si
lo qui habet potestatem à lege, nos loquimur in
potestatem habente ab homine, unde dicendum
uidetur quòd alienare possit rem quam uult, dũ-
modo alienet bonafide & arbitrio boni uiri, cum
eius arbitrio ut arbitrio boni uiri sit cõmissum,
aliàs uerò si alienet non ut bonus uir, & diligens
paterfamilias, & tunc alienatio non tenebit cum
non alienet prout ipse in mandatis uidetur habe-
102 re. super quo cogitandum est. Imò † plus quia
ipse executor non solum potest uendere sed etiã
dere emptori seu illi cui in solutum dat posses-
sionem rei uenditæ. ut ff. de public. l. si quis pro-
hibuit, aliàs alienare non posset & dominiũ trãs-
ferre, cum ex possessionis traditione dominium
transferatur. C. de pact. l. traditionibus secundum
Bartholomæum prædictum in dicta quæstione
decimatertia & per Barto. in dicta l. alio. Quod
103 uidetur † procedere quãdo ipse executor mittit
in possessionem ipso hærede sciente & patiente
uel non cõtradicente. Ad hoc, quod notatur in l.
ii. C. de acquir. poss. & l. quædam mulier. ff. de rei
uendic. aliàs uero si prohibeat executori ne pos-
sessionem transferat, tunc non poterit possessionẽ
transferre, & sic nec dominium, posset tamẽ exe-
cutor per uim compellere hęredem de possessio-
ne, ff. de regu. iur. l. non ex pluribus. sed bene po-
terit ex contractu obligare hęredem adeò quod
ipse hæres poterit conueniri ut tradat possessio-
nem & dominium ut dixit Bal. in l. id quod pau
peribus. in uersiculo, decimoquarto. C. de episc.
104 & cler. Sed certè † si non potest reuocare man-
datum & ut non uendat, non uidetur posse reuo-
care ut possessionem & dominium non transfe-
rat. nam etiam ut dicit Bald. in d. l. id quod pau-
peribus. legatarius electus à testatore pro execu-
tore statim habet rei uendicationem. ut l. cum
quidam. & l. unum ex familia. ff. de legat. ii. Non
tamen potest ipse executor introducere hęredem
in possessionem, cum hæres de manu executoris
non capiat uniuersalem institutionem. Ad hoc.
ff. de hęred. instituend. l. sed si conditione. in fin.
secundum Bald. in d. l. id quod pauperibus. po-
105 test † etiam ipse executor hæredem obligare,
promittendo de euictione in uendendo, dum-
modo promissiones faciat secundum consuetu-
dinem regionis ciuitatis. l. si pignore. §. si credi-
tor. ff. de pignor. act.
106 His uisis uidendum est de secundo scilicet † de
forma & ordine alienationis, & in hoc dicẽdum
est, quod ipse executor alienare uolens eligat rem
quam uult uendere, & pretium statuat; argum.
l. creditor. C. de distract. pignor. la ii. l. legatum.
ff. de usufr. legat. & ff. si cui plusquam per l. falc. l.
j. §. quod dicitur. & l. hac edictali. §. omnibus. C.
107 de secund. nup. Quod procedit † ut uidetur uel-
le Barto. in d. l. alio. non solum quando ipse exe-
cutor est assumptus tanquã bonus uir. ut l. si quis
arbitrator. ff. de uerbo. obligat. & ut notatur in l.
Theopompus. de dot. prælegat. sed etiam si ha-
beat liberam potestatem per dictam. l. creditor. la
ij. C. de distract. pign. & ideo cum pręsentia hæ-
redis, cum ipse trahere possit executorem ad uẽ-
dendum aliam rem pro alio pretio. Ad hoc. l. si-
108 cut l. ff. de arbitr. Hęc uera † nisi testator aliter
disposuisset, uel nisi potestas alienandi fuisset li-
mitata & declarata, & quia testator dixisset, con-
cedo tibi licentiam uendendi à tali in antea pro
tanto pretio: intelligo talem rem, cum tunc cita-
tio hæredis non requiratur. Ad hoc l. finalis. §. j.
ff. de iur. deliberan. ut uidetur tenere Bartholo-
mæus prædictus in dicto loco & Bart. in d. l. alio.
109 qui dicit † hoc procedere in habente potestatẽ
alienandi ab homine. quæ à principio fuit uolun
taria, & postea incipit esse necessaria. ut est pote-
stas executori data, quę respectu testãtis fuit uo-
luntaria, & respectu hęredis necessaria, ut est po-
testas quam debitor dat creditori in alienando,
aliàs uerò si à principio fuit uoluntaria talis po-
testas & ut uolũtaria durauit quam dominus dat
procuratori, quam potest, quãdocunque reuoca
re, & tunc dominus non requirendus, imò ipse
debet prohibere si uult, ut l. si tibi mandassem. ff.
mandati.
110 Si uerò † sint executores qui habent potestatẽ
uendendi à lege, & isti debent requirere partem.
ut l. à Diuo Pio. §. si uenditione. ff. de re iudic. &
ut notatur in l. ab executione. C. quorum appell.
& ibi per Cynum. secundum Bart. in dicta l. alio.
ubi etiam dicit quòd si hęres uult impedire in to
tum uenditionem ipsius executoris, & bene põt
offerẽdo totã pecuniã necessariã pro legatis. l. iij.
C. de iur. domin. impetr. uel ẽt. se paratum uende
re & satisfacere legatariis pro pretio & aliis pro quibus
executores uẽdere uolunt infra terminum com-
petentem & dando fideiussores, quo facto hæres
in uendendo præfertur ut in auct. de lit. §. ad hæc
& C. de pignor. auct. hoc si debitor, si verò nõ ue-
lit impedire uenditionem totalem sed illius rei
tantũ, & tunc etiam potest ostendere quòd alia
res est quæ magis commodè uendi potest, & sic
executorem in mala fide constituat uel ostendẽ-
do quòd alius uult emere maiori pretio, si uidet
quòd executores uolunt uendere modico pretio,
ut sic si aliter faciant constituantur in mala fide.

uiuo-

ut uoluit Bartol.in d.Lalio. Quod uidetur uelle Barthol omæus prædictus in dicto uersiculo deci
111 moteretin.Bene tamen † potest ipse heres inter uenire distributioni & executioni, licet executor contradicat.ff.de usu & usufruc.legat.l.legatum. & l.nulli.C.de episc.& cler. secundum Gulielm. in dicto.§.nunc uero.versicu. Quid si hæres dicit
112 uelle &c.Quod uerum est † ut dicit ibi Ioannes And. in additio. & hoc forsam nisi ipse hæres mi nacem uultum habens, terret legatarios & alios quibus usuræ & malè ablata ueniunt restituenda. Ad hoc quod notatur in Specu. de teste. in §.nūc tractandum.in principio & in dicta l. nulli. ibi. pro sua conscientia & l.sequenti. quæ faciunt pro fideicommissario.ut dicit ibi Ioannes Andreæ.Sed licet ipse heres possit distributioni interuenire.
113 tamen † executor potest distribuere hærede ab sente & contradicente & adesse nolente, cum exe cutor fungi debeat suo officio, & secundum conscientiam suam, non hæredis distribuere, ut patet in dicta l.nulli.secundum quod noluit Bald.post Iacob. de Are na in dicta l.nulli.& istud commu-
✱ niter tenetur. ✱
114 Tertiò † ipse executor quando uendit seu alie nat debet illud facere cum bannimentis, unde nō pōt ipse executor uēdere & alienare rem abs- que bannimentis, sicut executor sententiæ. ut l.ordo.C.de execut.rei iudi.& C.de fide instr. & iure hast.fisc.l.ij.& l.finali. Quod procedit non solum quando habet liberam potestatem ad similitudinē tutorum qui habent liberam, & tamen res pupillorum alienant, cum bannimentis. ff. de minor. l. & si sane. circa principium, & uidetur tenere Bartholomeus prædictus in dicta decimatertia quæstione principali. & Barto.in dicta.l. alio. & in
115 d.l.& si fine.Hec uera secundum eos.† nisi à testatore sit hoc permissum.ut uidelicet sine bannimentis alienare possunt.argumento.l.finalis.C. de excus.tutor.& l.non dubium.C.de tut.qui sa-
116 tisd.non de.sed imò uidetur, † quòd etiam uendere & alienare possint etiam sine bannimentis, licet à testatore hoc non permittatur, ex quo alie nant ex mandato hominis ad similitudinem procuratoris qui sine bannimentis alienare possunt, cum ipsi sint procuratores, ut dicta l. i. ff. de reb. cor. & in l. i. C. quand. decr. opus non est, Nec
117 † est uerum quòd tutores necesse habeant alie nare cō bannimentis, licet aliud sit quando alienat iudex: ut uidetur tenere Bald.in dicta l.& si fine.nec dicta l.& si fine. probat contrarium ut
✱ colligitur ibi. & istud communiter tenetur ✱.
118 Quartò † ipse executor quando alienat & uendit, debet uendere & alienare bona fide, et etiam arbitrio boni uiri, si eius arbitrio ut arbitrio boni uiri sit commissum, ut dixi supra proximè. si tamen ipse executor uendat in casu non permisso, et tunc emptori bonæfidei tribuit publicianam, et etiam usucapiendi conditionem, ut dicit Bald in l.ij.C.de uxor. militum referendo
119 Barto.dicens † quòd si pretium conuersum sit in utilitatem hæreditatis non poterit res auocari ab emptore, nisi refuso pretio, quod tene menti. Ad hoc adde notata in l. si debitore.ff. quę in fraud. cred.et in c. cum secundum. de hæretic. lib. vj.et uide notata per Gulielm.in Speculo.in titulo.de emp.et uend.§.i.uersiculo, interdū.ubi ponit qua liter cōfici debeat instrumētum quādo executor uendidit, et hæc ut dixi de potestate executorum particulariū, quando sunt deputati ad distribuendum certum quid, & certis personis. tunc illud possunt uendere & distribuere ut supra dictum
120 est, tamen † non possunt introducere hæredem in possessionem, cum hęres de manu executoris capere non debeat, cum officium executoris uniuersalem institutionem non concernat. de hęred. instit.l.sed si conditio. §. finali. secundum Bald. in d.l.id quod pauperibus.
121 Quando uerò † executores deputantur ad distribuendum in certa & malè ablata, & tunc ta les executores possunt liberè disponere & distribuere etiam absque direct.sani interuentu seu con sensu & eo irrequisito, sicut ipse testator potuisset. ut c.cum tu.de usuris.& xiiij.q.vij.c.penult.& sequenti.ad hoc.c.religiosus de testam.libro vj. ibi libere. & quod notat Ioannes & Bern. in cap. cum sit.de iudeis.ut uidetur uelle Archid. in d.c. religiosus.de test.lib.vj.dicens etiam quòd de his episcopi se intromittere non possunt nisi in defectum, ubi non est aliquis à testatore prepositus, quod notat Hugo.inc. pudeda.xxiiij.q.i.ut refert Ioānes And.in.d.c.religiosus. Nam qui uerè & purè satisfacit debet haberi pro absoluto, saltem in his in quibus transit dominium, intellige ab onere satisfactionis, non à peccato de quo de-
122 bet absolui in confessione, licet † cōtraria opinio æquitatem habeat cum sic facilius posset euitare onus restitutionis, dicendo se soluisse, & soluē do posset inducere pauperes ad confitendum pro decem denariis recepisse decem flurenos, & hanc opinionem Archid. ut simpliciter ueram uidetur tenere Pau.in Clement.i.de priuil.& Paul. in Clemen.dudum.in §. si uerò.idem prælati. de sepultur.& Ioannes Calder.ut refert in dicto.c.religiosus.Laurent. remittens ad notata per Lapum In c.i.de penit.& remiss.et similiter hanc opinionem Archid.tenuit Federic.de Senis. ut refert Ang.in disputatione quæ incipit Astensis miles. in uersiculo. de quinto. dicens etiam si auctoritate iudicis quocunque etiam loco malè ablata distribuat et restituat quòd tunc satisfactio erit pro certo ualitura, tam de iure quàm de ęquitate,
123 licet † aliàs ut ipse uideatur uelle solum de rigore sit uera, per notata per eos, & hanc opinionem Archidiac.uidetur tenere Bald.in dicta l.nulli.C.de epis.& cle.dicens simpliciter quòd executor pōt malè ablata distribuere & restituere & pfertur episcopo.Imò plus dicit, quòd heres potest distribuere incerta sine episcopo, & sic hęc opi-
✱ nio Archidi. communiter tenetur ✱.quod pro-
124 cedit. † Nisi ipse qui mala oblata restituere

tenetur

tenetur, sit iudæus uel persona in fidelis, cum tūc
de distributione sit suspecta, nō posset distribue-
re, nec executorem deputare, sed tantum ad epi-
125 scopum spectat distributio. & ita procedat † c.
cum sit. de iudęis. & quod ibi notā. Host. qui hoc
quod ad episcopū spectet uidetur tenere. Et hæc
126 opinio similiter est uera † nisi obstaret consti-
tutio synodalis per quam reseruaretur ipsi non
solum absolutio sed distributio malę oblatorum
nam ut æqua ualeret, ut uidetur uelle in dicto c.
religiosus. de testam. lib. vi. Ioannes And. & Bal.
127 in d. l. nulli. Sed Ange. in disputatione prædicta
in uersiculo de sexto, referendo Feder. de Scal. ui
detur tenere quòd talis constitutio cum tollat iu
ra alterius non ualeat, ut ibi plenius per eum. &
uide in c. quanquam. in Glo. iij. de usur. libro vi.
Ad hoc quod notat Paul. in dicta Clem. dudum,
128 in §. si uerò idem prælati. Item hęc uera † Nisi
esset suspitio contra ipsos executores uel hęrede,
quia tunc episcopus ipsorum cuilibet mandare
posset, quod nihil fiat, ut uidetur tenere Bald. in
dicta l. nulli. per notata in dicto c. religiosus. de
129 testamen. lib. vj. Sed licet † ipse executor quan-
doque posit distribuere absque episcopo ut su-
pra, non tamen disponere & distribuere poterit
absque requisitione hæredis, cum ipse executor
qñ distribuit & eligit, ipsum hæredem requirere
debeat. ut uidetur uelle Bart. in dicta l. si quis ar-
bitratu. ff. de uerbo. oblig. maximè per l. quod si
nolit. §. si quos ita. de ędil. edic. & in l. legatum. ff.
de usufr. legar. & in l. alio. ff. de alimen. & cibar.
legat. & quod dixi supra proximè in uersiculo, iis
130 visis. Nam licet † coram arbitratore non sit iu-
dicium tamen debet pars moneri, cum de eius
præiudicio tractetur. argum. l. de unoquoque. ff.
de re iudic. Quod procedit ut uidet tenere Bart.
in l. i. ff. de leg. ii. quando testator taxauit certam
quantitatem, & arbitrium est circa certas perso-
nas eligendas uel circa distributionem fiendam
inter eos tunc non debet requiri: ut l. nulli. §. cum
autem. C. de episco. & cler. nec debent requiri il-
li in quos distribuere debet, & qui deligi debeāt.
per l. unum ex familia. ff. de leg. ij. & ibi Bar. & in
d. l. i. ff. eod. tit.

Item hoc procedit quando debet stari decla-
rationi ipsius executoris qui de proprio sensu
131 iudicat, sicut aliàs † stari debet dicto alicu-
ius qui testimonium ferat de uoluntate defuncti,
cū & tunc in declaratione uoluntatis partis præ-
sentia non requiritur: ut l. Theopompus. de dot.
prælega. & ibi uidetur hoc tenere Bald. in l. si
quis ex consensu. C. de episco. aud. qui indistin-
ctè uidetur tenere quòd posit distribuere & eli-
132 gere hærede in requisito, cum † arbitrator par-
tibus absentibus arbitrari posit. l. cū pater. §. hæ
reditatē. ff. de legat. ij. & ff. ad Treb. l. ex facto. §.
ex facto. Ad qđ notata in l. Pōponius. ff. de nego.
133 gest. eo maximè quia † cum arbitramentum sit
reductum ad instar contractus. ut in auct. ut dif-
ferent. iudic. §. i. si conditionalis contractus po-

test purificari etiā altera parte absente uel igno-
rante. l. ii. ff. de condit. & demonst. quod etiam &
ipse Bald. uidetur tenere in l. fin. C. de contrah.
134 empt. dicēs hoc procedere † quando esset com
missum de re litigiosa ut erat in tali executione.
Ad hoc quod notatur in c. si compromissarius de
elect. eod. libro. aliàs uerò si esset commissum de
re examinanda inter partes. & de re litigiosa, &
tunc si arbitretur omissa examinatione censere-
135 tur esse in dolo; quod procedit † quando iure
commissionis arbitraretur: aliàs si iure proprio,
tunc secus, cum sit necessaria requisitio. l. per fun
136 dum. ff. de seruit. rust. præd. Hęc uera † quando
executor ipse erat persona fidelis & honesta, &
iuret, cum tunc si sit commissum de re non liti-
giosa, stetur suo iuramento, si sit persona fide di-
gna, aliàs secus, uel aliquod interesse prætendat,
ut uoluit Bald. referendo Cynum dicit, quòd si
testator commisisset declarationem incertorum
Seio & iste Seius declaret se didicisse quòd de-
beant restitui Caio tanquam ab eo extorta. tunc
enim Bald. consuluit quod non ualeat talis de-
claratio, ex quo non est sequutus formam boni
uiri ut l. Thais. §. sorore. de fid. lib. cum ei stari de
beat hærede requisito. ff. de transact. l. cum hij. §.
si prætor. quod uerum uidetur secundum Bald. in
l. captatorias. C. de testam. milit. quando execu-
tor non erat persona fidedigna uel aliquod inte-
resse prętendebat, cum tunc nō credatur. l. si quis
distribuendo. C. de episc. & cler. in ultima quæ-
stione. aliàs uerò si fuisset persona fidedigna &
honesta, & tunc eius iuramento crederetur. ut ff.
de dote prælegata. l. Theopompus. & C. de dona.
l. si quis pro redemptore.

Sed aduerte cum uideatur relinqui eius dispo
sitioni & arbitrio, uidetur quòd semper ualeat
eius declaratio & distributio si arbitretur & di-
stribuat ut bonus uir, aliàs secus, cum tunc exce-
dat fines mandati. Sed aduerte ultra prædicta
137 † quia quando est executor ad soluendum & di
stribuendum malè oblata non expressa nec decla
rata certa quantitate & tunc executor exequi po-
terit usque ad certam quantitatem inspecta qua-
litate, personæ, facultate, matrimonij et numero li
berorum. argum. ff. de legat. ii. l. quidam. & ff. de
legat. iij. l. si filia. secundum Iacob. ut refert Frā-
ciscus Zabarella in dicto c. religiosus. de testam.
lib. vi. & Bald. in d. l. nulli. C. de episc. & cler. sed
& tunc quando deputatur ad distribuendum ma-
le oblata habebitur consideratio secundum quòd
notat Glo. in c. quanquam. in uerbo aliā. de vsur.
lib. vj. & ibi dixi.

Nec est uerum quòd loquatur Iacob. de Are-
na in iis terminis, sed quando testator dicit pro
anima mea lego, cum tunc taliter fiat considera-
138 tio, non tamen potest † executor ad distribuē-
dum malè oblata soluere debita ex contractu, ut
notat Archid. xiiij. q. iiij. c. si res. quod tenet Spe-
cul. in d. §. nunc uerò. ut refert Bal. in d. l. id quod
pauperibus.

Si tamen

Si tamen detur eaecutor ad soluendum debita
simul, tunr bene poterit soluere debita non solũ
naturalia & riuilia, sed etiam naturalia tantum,
cum in iudicio animæ naturale debitũ urgeat si-
139 cut naturale & ciuile. Nec† ecclesiasticus forus
curat de obligatione riuili. ut in c.j. de pact. secũ
dum Bal. in d. l. id quod pauperibus. qui etiam di-
140 cit, quòd potest † soluere debita quibus præsri-
pium esset, si prælrriptio sit talis quę foueatur pro
pter bonam fidẽ. Ad hoc quod notatur in l. at qui
natura. ff. de nego. gest. & ff. de admin. tut. l. si pu-
141 pillus. & ibi plenius per eundẽ, ubi etiá dicit† ꝙ
potest soluere debita de quibus appareat absolu-
toria lata iniustè, si notorium sit de iniustitia. Ad
hoc quod notatur in c. cum æterni. de re iudi. lib.
vj. alias serus. l. iubemus. ff. de condi. indebi. Imò
142 plus etiam ibi dirit, † quòd eaecutor iste solue
re poterir pœnam debitam ea delicto si transiuit
ad cõdemnationem cõtra defunctum aliàs secus,
cum non drbeatur in foro animæ. aii. q. ij. frater-
143 nitas. ut plenius per Bal. ubi etiá dicit quòd † si
testator mandauit solui omnibus probãtibus se de
bere recipere. tunc sufficit illa probatio cũ eaecu
tore, quæ suferisset cum defuncto, unde uerbum
144 probationis† nõ semper de euidẽti intelligetur,
cum interdum coniecturalis sufficiat. vt C. de pe-
ric. & commo. rei uendi. l. penult. & ff. de condi.
& demon. l. Lucius.
145 Quandoque uerò deputatur† executor ad di-
stribuendum ubi ei uidebitur uel plarebit, uel vt
illud dispenset secundum suum arbitrium, tunc
talis eaecutor distribuere poterit solum ad pias
causas non aliter. cũ si aliàs distribuat, nõ distri-
buat ut bonus uir, & poterit reuocari distributio
per episropum, ad quem pertinet defensio testa-
mentorum, repugnat enim talis distributio dispo
sitioni legis & tacitę uoluntati tertantis, testator
enim sic mandãdo videtur relinquere ad pias cau-
sas. ut in r. rnm tibi. de testamentis. & ita pręsu-
mere debemus propter fauorẽ animæ & piæ cau-
sæ. vt in r. conquestus. de foro competen. Verbum
146 enim† uidetur adiectum huic dispositioni deno-
tat arbitrium boni uiri. non meram uoluntatem.
ff. de fideicommiss. l. Thais. §. sororem. Ad hoc
quod notat Bart. in l. si sit. de legat. j. bonus autem
uir magis arbitrari debet hęreditatem distribuen-
dam ad piam causam & pauperibus, quam non ad
piam causam, cum arbitrari debeat, quòd tendat
ad salutem animę debitotis, ut est distribuere pau
peribus secundum Petrum de Vbald. in cap. no-
no. in suo tractatu canonicę parorhialis. Ad hoc
quod notat Ioan. And. in additionibus. in titu. de
instr. edit. §. nunr uerò. uer. sed nunquid. ubi dicit
147 †ꝙ si executor distribuit in srholarẽ qui pauper
& studiosus dicebatur, & postea repertum sit ron
trarium, poterit eaecutor quod dedit repetrre, cũ
fines mandati excesserit ea quo pro remedio ani-
mæ defuncti non distribuit ubi debuit. Imò plus
dixit Bald. in l. executorem. C. de exerutio. rei
148 iudicat. † Quòd si testator mandat bona di-
stribui, nec adiecerit cui vel quibus, intelligi-
tur mãdasse, quòd distribuat pro pauperibus pro
anima ipsius testatoris, ut in dicto cap. rum ti-
bi. de testament. libr. vj. quod alibi non reperitur
secundum ipsum ibi. Imò & ultra dicit Petrus de
Vbald. in dicto tractatu: & in dicto cap. nouo.
149 † quòd eaecutor cuius arbitrio testator reliquit
bona distribuenda poterit quidam distribuere &
consignare personis, & quędam loris: & ita uide-
tur tunc ab ipso testatore declaratum. Ad hoc l.
unum ea familia. ff. de legat. serundo. Quod pro-
cedit quando locis & personis piis distribuit, ut
patet ea prædictis.
150 Si uerò † testator dederit eaecutorem, ut distri
buat certam quantitatem pro anima ipsius testa-
toris, cui eidem executori uidebitur & placebit,
grauans in hoc personam ipsius eaecutoris & eius
conscientiam, tunc poterit executor illud legatũ
conuertere in utilitatem ecclesiæ, in maritandis
puellis, & in quoscũq; pios usus & casus pp quos
censetur pro anima relictum, siue sint ratus priui
legiati in quibus non debetur ranonica, siue alij,
& eius consrientię erit standum, nec poterit re-
ferri quæstio in rontrarium eius quod eaecutor
dixerit se fecisse secundum suam conscientiam, ut
est Glo. in c. statutum. §. assessorem. de rescri. lib.
vj. secundum Petr. in dicto r. nono. circa quod vi-
de notata per Gloss. in Clem. i. de iure patr. & per
Bald. in l. ij. C. de fideicommiss. & quod not. Ioan
nes And. in additionibus. in dicto. §. nunc uerò.
sed nunquid secundum.
151 Si uerò† testator reliquit certam quantitatem
puta centum, quam iubet distribui per executo-
res, prout serreto dicit eis commisisse, tunc si fuit
expressa certa quantitas, vel res distribuenda se-
cundum secretum mandatum testatoris. & per te
stes probari noluit illud secretum per executorẽ
declarari; tunc stabitur declarationi ipsorum
executorum: argumento c. cum tu. extra de testi-
bus: & ut notat Speculator de instrument. edit.
§. nunc uerò. uersiculo . . . . Quod etiam vo-
luit Bald. in l. finali. C. de fideicommiss. Si ta-
152 men † ipsi executores interrogati per episco-
pum de intentione ipsius testatoris, responderint
quòd dictus testator uoluit quòd dicta quantitas
remaneret apud ipsos eaecutores & ad eorum uo
luntatem, & sic dicant testatorem uoluisse di-
ctam quantitatem conuerti in eorum usus, tunc
derlaratio mentis testatis erit ipso iure nulla, &
ipsa quantitas non debet remanere apud ipsos
executores, sed apud episropum ut illam ronuer-
tat & eroget ad pias causas, pro salute animæ ip-
sius testatoris ut uoluit Petrus de Vbald. in dicto
nono c. canonicæ parochialia, ut ibi plenius per
153 eum, qui tradit vnum casum† in quo episcopus
succedit in potestate declarandi serretum & fi-
dem testatoris, & orculam conscientiam exe-
cutoris. Quod ideò forte procedit: quia te-
stator sic relinquendo uidetur relinquere ad
pias causas, & ipse executor uidetur ad hoc de-

putatur,unde si distribuere sic nolit succedit epi
scopus. Ad hoc quod notatur in prœmio decre
talium,& uide quę ibi dixi.
154 Si uerò testator † mandat bona sua distri-
bui per executores pro malè ablatis, uel dicat in
dispositione tali executori centum lego pro ma-
lè ablatis, & non appareat tot malè ablata quæ
capiant usque ad quantitatem bonorum uel us-
que ad summam tantam, tunc si testator dixit
quòd & in aliam causam non conuertantur, &
tunc superfluum reddendum est hęredi.
155 Si uerò ita non disposuit,†& tunc poterit com
missarius superfluum de consilio episcopi & hæ
redia à debito in aliam pietatis causam conuer-
tere.ff.de usufruct.legat.l.legatum.secundum Ia
cob.de Arena in dicto suo tractatu.in uersiculo,
sed quid.Quod uidetur tenere Bald.in dicta l.id
quod pauperibus.C.de episc. & cler.ubi plenius.
& circa hoc uide notata in c.quanquam.de usur.
libro vj.in Glos. in uerbo satisfieri.& per Mat-
thęum de Roma in Clem. una. de usur. Quibus
156 adde† quòd tales executores deputati ad distribuē
dū inter pauperes, vel ad eligēdum pauperes,pñt
eligere pauperes undecunque sint, nec tenent eli
gere pauperes domicilii testatoris,ut uidetur uelle
Ioā. And. in d.c. religiosus.& in c.si pater.de te-
stam. lib.vj. vbi in Glos. in uerbo pauperes dixi.
157 nam licet † ad id episcopus teneatur,non tamē
tenentur executores,qui possunt pauperes unde-
158 cunque nominare & eligere,sicut† compromis
sarius,cui datur ab homine potestas eligendi,po-
test ubicunque & undecunque eligere ut nota-
tur.in c. post translationem. extra de renuntiat.
in principio.idem Bald.in d.l. id quod pauperi-
159 bus.ī decimatertia quęstione. Et hęc uera† nisi
aliter appareat de mente testantis, quòd in hoc
noluerit ipsorum executorum potestatem restrin
gere,ut uidetur uelle Ioan. And. in dicto c. si pa
ter.per notata in c. cum in iure. de offic. de leg.
160 Imò †etiam licet ipsi executores nō possint eli
gere non pauperes.ut tenuit Ioannes And. in ad
ditionibus.in dicto §. nunc uerò. uersiculo nun-
quid.secundum tamen ut supra dixi, bene eligere
possunt minus pauperes in comparationem alte-
rius,dummodo sint pauperes.Ad hoc l.cum qui-
dam.ff.de legat. ij. secundum Bald. in dicta l. id
161 quod pauperibus.Imò†plus dixit Bald.in dicta
l.si quis.ad declinadam.de episc.& cleric.per tex
tum ibi notabilem quòd tales executores pote-
runt etiam pauperem eligere nobilem, & eidem
ut pauperi dare in subsidium uitæ uel dotium,li-
cet nō sit omnino mendicans,& hoc si secundum
statum suorum natalium aliqua subuētione eget,
ut quia non potest suam dignitatem conseruare,
& puellas quas habet maritare,ut ibi plenius per
162 Ioannem And. Imò † & ultra etiam dicit in l.
omnis.§.i.C.de episc. & cler.quòd cum nomine
pauperum contineantur ecclesię ut ibi, poterunt
executores in pauperem eligere ecclesiam & fa-
bricę pauperis ecclesię concedere, nec per hoc di
citur usus alterari uel immutari, & ita disputādo
tenuit Iaco.Recuperus de sancto Miniato qui al
legat Ioannem And.secundum quòd refert Bald.
163 in dicta l.omnis.ipse † tamen Ioannes Andreę
in dicto c.religiosus.in aliis terminis loquitur,vi
delicet quòd episcopus potest dispensare huius-
modi in reparationem ecclesię, si reparatione
uel augmento necessariò indigeat, ut, quia non
potest ibi populus coadunari, & facultates eccle
siæ non sufficiunt; aliàs secus, cum in pauperes
erogari debebunt:ut in dicto c.religiosus.& in-
fra dicam.
164 Potest etiam†ipse executor seu commissarius
si sit prior ordinis prædicatorum in pauperes eli
gere fratre sui ordinis,imò plus tenet Paul.in Cle
165 men.unica de testam.†quòd religiosus execu-
tor deputatus potest etiam dare monasterio de
his de quibus suo arbitrio habet disponere. si sit
solus, cum sit ibi euidēns distinctio personarum.
xij. q. ij. qui manumittitur, secundum Ioannem
And.in additionibus.in dicto uersicu. quid erit.
166 possunt † etiam ipsi executores eligere singula
167 res personas in pauperes, Imò † etiam colle-
giū,puta certam fraternitatem, licèt declaret ad
pium usum,cum in pium usum intelligatur.ut in
Clementina exiui.in vj.columna.secundum Bal.
in dicta l.id quòd pauperibus. non tamen pos-
168 sunt † tales executores eligere in pauperes seip
sos:argumento l.si mandauero.§. si tibi. ff. man-
169 dati. Imò†etiam sibi ipsi dare poterit executor,
& se in pauperem eligere; quando esset in sum-
ma necessitate, cum tunc liceat aliena capere: ut
c.iij.de usur.secundum Paul.in Clementina uni-
170 ca. de testamen. Hęc uera † quando erat solus
executor: aliàs uerò si sociatus tunc bene posset :
argumento. ff.de in diem addition.l.quod si uno.
& ff.quod cuiusque.l. quod nulli. & l.item eo-
171 rum.& l.planè.Quod fortè †uerum est quando
ipse de consensu aliorum uel alij eidem dant ha-
bentes potestatem in solidum. Ad hoc de usur.c.
ad nostram.
172 Potest †etiam executor & quilibet administra
tor bona fide & palam quæ admistrat uenalia ex
ponere.ff.de admin.tut. l.tutor rerum.quod ma
ximè seruant Cardinales deputati secundum Io.
Andreę in additionibus. in uersiculo sed quid
erit.in dicto §.nunc uerò.
173 Non tñ ipsi executores† eligere poterunt corū
filios in pauperes, uel alios ualde coniunctos. Et
174 hoc†nisi sint verè pauperes, & palam faciant: vt
voluit Bald. in l.tutor.§.j.ff. de excus.tut. ubi di-
cit hoc uerum quando fieret hoc addito, ut non
quæratur usufructus patri, secundum Bal.ibi.nec
eligeret in pauperem filium spurium ipsius testa
toris:quia nec ipse per alium capere potest: argu
mento de uulga. & pupilla. l. si is quæ.ut tenuit
Iacob. de Arena in suo tractatu secundum quòd
refert Bald. in dicta l.id quod pauperibus.Quod
procedit ut tenuit Matthæus de Roma in dicta
Clementina unica. de testament. etiam si ipsis

executo-

executoribus sit datum arbitrium dispouendi.
175 Argumento d.l.cum quidam.Hęc uera† quando executorea eligunt iu pauperem filium spurium ad aliquam quotam hæreditatis, aliàs uerò si sibi, ut pauperi aliquid de eleemosiuis dent, tunc possuut,ut videtur velle Ioan.And.iu additiontbus.in d.uersi.quod erit. ubi pleuius & vide quod notat Bal.in d.l.id quod.
176 Nec enim†eligere possuut inimicum testatoris.l.iij.in fine.ff.de adimend.lega.& l.Lucius Titio.§. Lucius Titio. el secundo.ff. de legat.ij. Et
177 hoc†si erat odiosus & indignus. Secus si tãtum odiosus,& uon indignus,si testator decessit con fessus & contritus, & odium in extremis remisit institu.de iuiur. §. fina. secundum Bald. in dicta l.id quod pauperibus. circa quod uide notata in d.l.cum quidam.& in d.c.si pater.de testa.lib.vj. iu Glo.in verbo pauperea.
178 Nec etiam†eligere possuut incertoa & iudiscretos.Vnde non potest executor deputatus ad nominandum pauperes,nomiuare uenientes, & qui uenirent iu futurum ad eius sarginam:ut uoluit Bald.in dicta l.si quia ad declinandam. C.de episcop.& cleric.

Circa secundum membrum videlicet membri
179 principalis:quando†uidelicet: dati sunt plures executores non vnus tautum, quam potestatem habeant?& in hoc dicendum est quòd omnes simul concordea agere & conuenire poteruut, & voluntatem defuncti exequi & executioni mandare,sicut quando uous elt deputatus.Imò etiam ipsi omoes agere & exequi & conueniri debeut, cum negotium lit commune,ut patet ex dicto c. religiosus. secuudum Ioannem And. iu additionibus,iu dicto §.uuuc uerò. uersic. sed nunquid. iu uerbo.& sequeuti. circa finẽ. ubi videtur uelle hoc procedere, etiam li uuus solua in manibus omuia bona habeat, cum etiam alij qui nihil habent conueniri possint, uec ioter se diuidere in præiudicium agere uolentium.de administr.tuto.l.ij.Hoc uerum regulariter.
180 Fallit tamen & primò: † quando alter ipsorum executorum esset mortuus, cum tuuc (ut in dicto cap. religiosus.)alij superstitea agaut & conueniantur.
181 Secundò fallit: † quando alter esset absens, cum tunc alij possint etiam eo nou uocato uec expectato,quod uerum est quando est in remotis,& tuoc uocandua esset & expectaudus usque ad perfectionem termini præfixi, quo elaplo alij exequi poterunt secundum Gloss.in d.c.religiosus.iu verbo remotis.communiter approbata. *
182 Tertiò fallit: † quaodo alter nollet exequi, etiam post mandatum susceptum. cum tunc alij possuut liberè exequi nou expectata eius uoluntate secundum Archi.& Io.Aud.iu d. c. religiosus.quod uidetur velle Bal.iu d.l.uulli.
183 Quartò fallit: † quando uuus uellet exequi, sed uon posset,cum teuc alii sine eo exequi possunt,& hoc nisi esset impedimentum modici temporis sine præiudicio executoria,secundum Ioannem And.in eod.c.religiosus.
184 Quintò fallit: † quando articulua super quo unus litigat tenderet ad pias causas & causa esset spiritualis: quia tuuc unus iudicis auctoritate agere posset: argumento l. si duo. §. finali. ff. de procuratorib. et uidetur uelle Ioannes Audreæ in additionibus.tu dicto §. nunc uerò. uersiculo sed nunquid.
185 Sextò fallit:† quaudo certa executio & distributio esset faciẽda,ut si testator legauit certo pauperi certam quantitatem,cũ tuuc unus solus possit exequi & ualeat,licet malefaciat socios non requirendo,aliàs uerò si distributio esset incerta ec tunc secus, ut uidetur uelle Gulielm. referendo distinctiouem Ioannia de Deo iu dicto §. nunc uerò. uersiculo quid si plurea. quod etiam tenuit Iacobua de Arena, ut refert Bald. in dicta l.nulli. C. de episcop.& cleric.& communi-
* ter tenetur,* & hæc uera quãdo executores sũt simpliciter deputati, cum tunc unus non possit exequi sine alio,nisi in casibus expressis.
186 Si tamen†plures existentes concordant in distribuendo & exequendo ualebit quod maior pars ordinabit,nisi minor pars aliquid rationabile opponat:ut de his quæ fiunt à maio.par.cap.c. j.ff. quod cuique.l.nulli.& C.de decret. ab ord. facien.l.iij. & uidetur uellẽ Gulielm.iu dicto §. nunc uerò. uersicu. sed quid erit. Sed Lambertus
187 de Ca.† disputãdo tenuit ut refert Ioan. And. ibi in additio. quod ex tribus fideicommissariis simpliciter datis, tertius impedit actum per duos fiendum expressè prohibendo per l. consilium. in fine.ff.de curat.furios. & quod notatur in sum
188 ma illius titu.Erit tamen† eo casu adeundus iudex qui inspiciet,quę causa erit potior.ff.de bon.
189 auctor.iud.poss.l.in uenditione.§.fi.Sed†quando sunt numero æquales & discordarent, tunc episcopua dabit tertium, ut habeatur ratũ quod cum eo factum fuerit secundum Gulièl.in dicto §. nunc uerò. uersicu. sed quid erit. Quod procederet quando essent duo executores, ut de uumero pari fiat impar. cap.i. de arbitr. secundum Ioannem Andr. in additionibus.in dicto uersic.
190 ubi Guliel.dicit.Episcopus uel iudex†assignabit eis terminum competentem ad ordinandum & exequendum,quo elapso si non fuerit factum episcopus exequitur.de appell.c.cum specialis.secundum Guliel.ibi.Quod intellige post annum à die mouitionis computaudum secundum Franciscum Zabarellã in d. c. religiosus. Subdit Gul.
191 vbi supra quòd†ualebit illa distributio quã episcopus confirmabit uel iudex: argumento c.j. de transact.& ff.de re iudic.l.duo.& extra eod.titu. cap.fina. Ad hoc quod notat Bald. C.de nuptiis. in l. viduæ. ubi dicit quòd si iuter executorea pares numero sit discordia super pauperibus eligendis, tunc erit in potestate ipsius episcopi ratificare quod uult: argumento l. si quis seruum. §.si inter duos.ff.de lega.ij.

193 Sed aduerte:†quia si ipsi executores acceptauerunt,poterunt per episcopum compelli ut exequantur,& sicut se concordent,ut patet ex dictis supra in sexto membro, unde ipse superior poterit illum quẽ sine iusta causa uidet contradicere compellere ut consentiat. Ad hoc quod notatur.ff.solut.matri.l.si cum dotem.§.eo autem tẽ-
193 pore.†poterit etiam ipse episcopus post annum à die monitionis exequi uel executionem ꝑ unũ factam ratificare.

194 Si uerò†executores non sunt simul deputati, & tunc quandoq; apponitur clausula, ut unus sine alio exequi nõ possit, uel alia ꝑ quã appareat ꝙ testator vult unũ sine alio non exequi, & tunc nõ poterit unus sine alio exequi,siue alius sit mortuus,siue nolit,siue absit,vel aliàs impeditus. Sed tunc exequetur episcopus.et idẽ si mortuus alius fuerit,& aliud nolit,vel non acceptauit,si uerò acceptauit,& tunc post annum ipse episcopus exequi poterit:ut in c.nos quidam. & in c. si hæres. de testa.de quo & inferius dicam.

195 Si uerò† apponatur in datione pluriũ executorũ clausula,quòd ipse testator uelit per tres executores uel duos ex eisdẽ insolidũ,ẽt alio absente & inrequisito uel defuncto fieri executionẽ sui testamẽti,tũc mortuis duobus vnus solus superstes exequi non poterit,ut videtur tenere Lapus in d. c.religiosus. de testam. libro vi.dicens Ioannem Andreæ ita consuluisse.

196 Si uerò†apponatur in datione plurium executorum clausula,per quam constet ꝙ testator voluit quẽlibet executorem insolidũ posse exequi; ut quia testator dixit,ut omnes aut unus, uel similibus uerbis, & tunc unus poterit exequi sine alio.c.cum in plures.de offi.delega.lib.vj.& erit tunc melior conditio occupantis sicut in procuratoribus:ut ff.de procu.l.pluribus.& l.sequenti. & c.si duo.de procu,lib.vi.ut uidetur uelle Guli. in d.§.nũc uerò.uers. sed nunquid.Ad hoc quod
197 notatur in d.c.cum in plures.Cęptum † tamen ab uno alter perficere poterit,si cęptor facere impediatur,sicut in tutoribus.ff.de euicti.l. si ideò. §.j.& in iudicibus ordinariis . ut ff. de offi.consf. l.j.§.j.secundum Guliel.in d.uersi. sed nunquid. Ad hoc quod notatur in d.c.cum plures.

SEPTIMI MEMBRI.

SVMMARIVM.

1 Executoris potestas quantum duret,et infra quã tũ tempus exequi debeat.& numeris sequen.

2 Executor exequi debet infra annũ, à iussu iudicis seu episcopi,aliàs legitimus ut est episcopus exequi poterit,secũdum cõem. & qui annus à die monitionis currere incipit.nu. 3. imò sufficit lapsus anni sine monitione.nu.4.quinimò currit etiã ignorãte executore.nu.5.sed contra nu.6.cum à die scientiæ et potentiæ currere incipiat.nu.8.

6 Constitutio episcopi monens executores, ut infra annum relicta exequantur,non includit ignorantem.

7 Consuetudo habet uim legis.

9 Executor impeditus propter qualitatem uel aperis magnitudinem,pot & post annum exequi.Idem si de ciuitate expulsus foret.nu.1 0.Idem si exequi non potest propter conditionem in relicto appositam.nu.1 1. uel eṗr anni tṗr prorogasset. nu. 12.

13 Executore negligente exequendi potestas ad episcopum non transit,si in eo casu testator prouidit.

14 Executor, cui cõmissa est electio personarum,potest post annum moram purgare & eligere, & episcopum eligere uolentem excludere. et num.16.secus tamen quoad piat causas.nu.15.imò et indistinctè episcopus exequi potest.nu.17.& 18.& hoc si epi scopus per uiam inquisitionis faceret: secus si per uiam actionis ad partis petitionem.nu.19.

18 Testatoris uoluntas dummodo nõ contra legem pia diri potest,& pium est illam seruare.

20 Executore negligente in his quæ actionẽ nõ producũt sed tantũ iudicis officium,deuoluitur executio ad episcopum,et si nõ tendãt ad pias causas: secus in his in quibus cõpetit actio.nu.21.nisi essẽt ad pias causas.nu.22.quid quando cõmittitur electio personarũ,seu rerum.nume.23.et an ipso iure priuati censeantur post annum.nu.24.

25 Executori,qui adhuc officium non acceptauit,præfigendus est terminus, quo elapso episcopus exequetur, cũ acceptauit cõpelli põt per episcopũ ad exequendũ.nu.26.& si cõstat de malitia incontinenti priuari põt.nu.27.sed ut ipso iure priuatur intelligatur quandoque requiritur lapsus quinquennii. nu.28.quãdoq; unius anni.quãdoq; sex mẽsiũ.sed cõtra.nu.29.de quo uide.n.30.31.32.33 & 34.

35 Intellectus ad c.commissa.de electio.lib.vi.

36 Executor suspectus de dilapidatione remoueri potest sicut tutor.

37 Executor propter superuenientem inimicitiam tacitè uidetur reuocatus.

38 Hæres,legatarius seu fideicommissarius si deputatus sit executor,quando remoueatur,& infra quantũ tempus exequi habeat, et quando priuetur officio exequẽdi , ac cõmodo hæreditario plenè discutit.



1 CIRCA septimum membrum principale,uidelicet:† quãtum duret executorũ potestas,& infra quãtũ tẽpus exequi debeãt, ad hoc ne in episcopũ uel aliũ potestas exequẽdi nõ transfe-
2 ratur,circa quod vr̃ dicendum†ꝙ ipsi executores exequi debeant infra annũ à iussu iudicis seu episcopi:ut videtur uelle Innoc.in c. nos quidam.& Glos.in c.si hæres iussa.de testa.& Iacob.de Arena.in d.suo tractatu ꝑ textũ in auct.hoc amplius. C.de fideicõm.aliàs elapso anno poterit exequi legitimus executor ut episcopus:vt d.c.nos quidã.& c.si hæres iussa. Quod procedit nõ solũ de iure canonico,ut dictis iuribus,sed etiam de iure ciuili:ut d.auctent.hoc amplius.& l.nulli. C. de episc.& cler.& hoc uidetur tenere in dicto c.religiosus.

giosus. Bartholomæus prædictus & cõmuniter
* hoc tenent Doctores * ut refert Bald. in dicta l.
id quod pauperibus. C. de episc. & cler. dicens di-
3 ctum † annum currere à die monicionis factæ de
exequendo, adeò quòd post annum executorum
4 potestas non durat. Sed † Bald. in dicta auct. hoc
amplius dicit, quòd imò in ipsis executoribus &
distributoribus sufficit lapsus anni sine alia moni
tione, ut executio deuoluatur ad episcopum: ut
dicta l. nulli. Ad hoc quod ipse Bald. notat in l. si
quis ignota. §. conditioni. ff. ad Silla. Quod ut ip-
se ibi dicit de facto seruatur, & de consuetudine
procedit, cui est standum, cum sit bona & æqua,
cum non tractetur de præiudicio ipsorum, dicens
5 † etiam ignorantibus executoribus talem an-
num currere, licet fortè de iure secus sit, cũ igno
rantibus non currat tempus, quod ut ipse dicit,
tenuit Bartol. in consilio lxxxj. ut refert ibi Bald.
& in l. generaliter. C. de his, qui ad statuas.
6 ubi etiam dicit † quòd licet constitutio episcopi
moneat executores ut exequantur relicta infra an
num, non currit ignoranti, quod tenet ibi Bald.
& in dicto c. religiosus. nisi talis constitutio sit ali
7 ter interpretata per consuetudinem, quæ † consue
tudo uim habet legis: argumento l. si quis ignota.
§. fina. cum l. sequenti. ff. ad Sillan. quod etiam ip-
se Bald. uidetur tenere in dicta l. id quod pauperi
bus. dicens annum non currere ignoranti etiam si
constitutio ad hoc ut supra non emaneat de iure
8 cõmuni. Quod procedit † ut uidelicet iste annus
currat à die scientiæ & etiam potentiæ: ut dicto c.
nos quidam. & hoc nisi consuetudo aliud prouï-
deat quæ seruanda esset, ut patet ibi plenius per
* eum & cõiter tenetur. * & regulariter procedit.
9 Primo fallit: † qñ executores ipsi impediti essent
pp qualitatẽ uel magnitudinẽ operis, puta si te-
stator mandauit monasteriũ construi, qđ fieri nõ
potest in uno anno, cum tunc executoris officiũ
etiam post annum duraret; ut tenuit Federicus de
Senis consilio cxxiiij. ut refert Bald. in dicta l. id
quod pauperibus., quod ipse Bald. notat in quo-
10 dam suo consilio, ubi † uidetur quòd si deputa-
tus ad exequendum in testamento sit expulsus de
ciuitate & priuatus omnibus bonis q̃ tunc per la
psum anni non priuabitur potestate exequen-
di. Adhoc quod notatur in l. quidam. §. si scri-
ptum. ff. de legat. i.
11 Item † prædicta uera in legatis & relictis puris,
sed limitanda & secundò in relictis sub conditio
ne uel in diem cũ nõ currat annus ante euentum
conditionis uel diei, cum conditio uel dies insit
executioni quæ inest ipsi principali proposito.
ut ff. de lega. i. l. quidam testamento. §. si scriptus.
12 Tertiò fallit: † quando ipse episcopus termi-
num anni prorogauerit, cum tunc elapso anno in
eum non transferatur exequendi potestas: ut uide
tur uelle Bald. in dicta l. nulli. dicens episcopum
talem terminum prorogare posse, quod tenet in
dicto c. religiosus. Bartholomæus prædictus di-
cens episcopum ex causa prorogare posse perno-
* tata in l. i. ff. de re iud. cum q̃bus cæteri trãseũt. *
13 Quartò fallit: † quando testator testando aliter
disposuit, cum possit ipse testator prouidere de
alio executore, in casu in quo primus fuerit negli
gens, & sic episcopum excludere: ut tenuit Bald. in
auct. licet. C. de epis. & cler. & clarius in l. si fun-
dum. §. Stichum. ff. de legat. i.
14 Quintò fallit: † quando committeretur electio
personarum executoribus, cum tunc possent
etiam post annum eligere: ut tenuit Bart. in l. cum
quidam. ff. de leg. ij. dicens quòd etiam si stet con-
stitutio episcopi dictans executores exequi de-
bere infra annum, aliàs executio deuolatur ad epi
scopum, quòd si testator reliquit mille illis pau-
peribus quos talis elegerit, & ille non eligit infra
annum, poterit tamen moram purgare, & post an
num eligere, licèt episcopus eligere uelit. Quod
15 † non procedit in tali casu quando ad pias causas
distribui debet: ut dixit Bald. in l. finali. C. de epis.
& cleric. & C. commun. de legat. l. finali. & in l.
captatorias. C. de mil. test. sed extra pias causas
bene procederet opinio Barto. ut possint eligere
16 post annum. quod † procedit in electionibus per-
sonarum. circa quod uide notata in dicta l. cum
quidam. Sed in electione rerum ad nõ pias causas
si executor infra annum non eligat uel eligere nõ
possit, tunc transfertur electio in legatarium: ut
dicta l. finali. §. i. C. comun. de legat. circa hoc ta-
men uide notata per Ioannem Andreę in c. Ioan
nes. de testam. & Anton. de Butrio in c. tua. eod.
17 tit. Sed aduerte ultra prædicta imò † uidetur q̃
etiam in relictis ad non pias causas transferatur
potestas exequendi in ipsum episcopum post an-
num, cum ad ipsum spectet executio testamẽto-
rum generaliter: ut uidetur tenere Ioannes And.
in dicto c. Ioannes. Ad hoc Glos. ij. in c. si hære-
des iussa. eodem titulo. de testam. quod tenet In-
noc. in dicto c. nos quidam. & Hostiens. in dicto
c. Ioannes. & in c. tua. eodem titu. licèt Glos. sen-
tiat contrarium, & non bene: ut uidetur uelle
Host. in dicto c. religiosus. & Ioannes And. in d.
c. Ioannes. quod patet: quia pium est quidquid
diffinit testator dummodo non sit contrà legem,
& talis eius uoluntas quæcunque sit, dicenda est
18 pia, & pium † est illa seruari. C. de sacros. eccles.
l. i. & xiij. q. ij. ultima uoluntas. §. sed aliud. magna
enim pietas est fideliter adimplere illius uolun-
tatem, qui nec seruare, nec amplius loqui põt: ut
d. l. i. Ad hoc textus in d. c. Ioannes. ibi, creditori-
19 bus. secundum Io. And. ibi. ubi † dicit hoc proce
dere quando episcopus ex officio p uiã executio
nis facit, cũ tunc liceat etiam in non piis: secus si
per modum libelli, & per uiam actionis ad peti-
tionem partis, cũ nõ liceat cõtra hęredes laicos.
20 Sed aduerte ultra prædicta: † quia executor de-
putatur ad exequendum ea quę actionem non
producunt, sed tantum iudicis officium, ut sunt
ea quæ respiciunt honorem testantis, uel simi-
lia de quibus in l. hæreditas. ff. de petitione hæ-
reditatis. & in l. Quintus. §. in testamentis. ff.

de annuis legat. in istis episcopus potest monere & mandare ut exequantur,& executore negligẽte deuolueretur executio ad episcopum, etiam si non tendat ad pias causas,& ita procedit dictum Ioannis And. ut uidetur ipse sentire.

21 Si uerò† sunt talia relicta exequenda quæ tribuant actionem,& quãdo relinquitur certæ personæ uel loco,& cũ in istis cesset officiũ iudicis, ex quo cõpetit actio,& ad episcopum nõ uoluebi
22 tur executio,† nisi essent relicta ad pias causas,& ita procedat dictũ Bartholomęi prædicti. unde si testator mãdat dari aliquid uni ex liberis,uel uni ex scholaribus suis quẽ elegerit talis, si ipse non eligat infra annũ,nõ deuoluetur ad epm electio, sed locum habebit lex cum quidam. de lega. j.
23 Et hoc† quando committitur electio personarum. Si verò electio rerum ad utilitatem alicuius, & tunc si infra annum executor non eligat transfertur electio in legatarium illum:ut l. fin. C.commu.deleg.
24 Prædicta uera † in executoribus seu ministris, circa quos ultra prędicta dici potest,quòd si non exequantur infra annum,ut debent secundũ prędicta ipso iure priuati sunt potestate exequendi computando annum à die scientiæ & potentię, nisi aliter per cõstitutionem prouideatur, & nisi in casibus supradictis.
25 Si uerò† ipsi non acceptarunt officium,& tunc potest eisdem præfigi certus terminus arbitrio episcopi infra quẽ acceptent, adeò ꝙ termino elapso episcopus exequi poterit: argumento c.si tibi absenti.de prębeu.
26 Si uerò† acceptauerunt,& tunc poterit eos episcopus compellere ad exequẽdum eius arbitrio, ut per talẽ terminũ appareat de eorũ negligẽtia, propter quam poterit episcopus eos priuare ab officio exequẽdi,ut videtur uelle Gul.in d.§.nũc uerò.uersi.illud etiam quæritur.ubi plus dicit ꝙ si primò & secundò monitus differat exequi non erit ulterius expectandus:vt in auct.de ecclę. tit. in §.si autem. qui ad hoc adducit quod notatur.
27 C.de episcop.& cler.auctẽn.licet.Imò† plus etiã dicit quòd si incontinenti cõstet episcopo de malitia eorum debentium exequi non sunt ulterius, expectandi,sicut manifesti contumaces, nec erit alia dilatio danda:ut in c.j.de iudic.& in c.fin.de tempo.ordi.secundum Gulielm. ibi. cuius dictũ, procedit, ut tali officio priuari possint per episcopum propter negligentiam.Ad hoc quod notatur C.de episco.& cler.auct.licet.& C.de pro-
28 cura.l.eum.Sed quo† ad hoc ut ipso iure priuentur officio,& in episcopum officium exequendi transferatur,sufficit quòd ipsi executores exequantur infra quinquennium , quando testator mandat monasterium uel ecclesiam construi:ut in auct.de ecclesi. tit.§.si quis ædificationem.
28 Si uerò † mandat hospitale construi, uel quid simile,& tunc infra annum, ut dicto §. si quis,si autem aliquid ad pias causas,tunc infra sex menses, ut eod.titu. §.si autem legatum.Sed certè dicta iura non loquuntur in executoribus,sed loquuntur in hæredibus vel alijs grauatis per testatorem,vt patet in dictis iuribus. & ut notatur plenius in d.auct.hoc amplius.nec etiam loquuntur quo ad hoc ut potestas transferatur in episcopum,ut patet in dictis iuribus,& uide supra nota ta in secundo membro quinti mẽbri principalis.
30 Circa quod dici potest† ꝙ si mandetur cõstrui monasterium vel ecclesiam,& tunc ædificare debent infra quinquennium à die scientiæ.

Si uerò hospitale vel aliud simile,& tunc infra annũ similiter à die scientiæ.Aliàs compelluntur emere uel cõducere domum: vt patet in d.§.si qs ædificationem.in auct.de eccl.tit. Imò plus dicit
31 Bartholom.prędictus † ꝙ si executores ceperint infra annũ quædã distribuere,tamen post annum residuum exequetur episcopus: vt notatur in d.c. nos quidem.de testa.& c.tua nobis.& c.hęredes.
32 Quod uerum est† si illud quod exequendum est sit separatum ab eo quod est executum: aliàs secus:ut patet ex notatis in l.ita.§.fina.ff.de admi. tut.& ff.de negot.gest.l.nam & lerum.§.si nume-
33 rus.Sed imò† & fortè si sit connexum inchoato, tamen nõ poterit exequi episcopo nolente si fuerit negligens,cum propter negligentiam priuetur potestate exequendi: ut d. c. nos quidem. licet bene possit ipse episcopus eum compellere vt
34 exequatur si uelit. Imò† & ultra dicit in dicto c. religiosus.Bartholomęus prædictus quòd si parũ restat de anno,ita ꝙ certum sit executorem exequi non posse,tunc statim episcopus exequi poterit. per notata.ff.de uerbo.obliga.l.hoc iure.& c.fin. de consuetud.in Glo. Ad hoc l.alij. in fine. ff.ad Velleian. licet aliud sit in cap. commissa. de
35 electio. libro vj.† Quod ideò ibi est: quia ante annum ecclesia non vacat ut ibi plenius, & in dicto c.religiosus.per Bartholomæum prędictũ.
36 Qui etiam dicit † quòd executor si sit suspectus de dilapidatione poterit remoueri sicut tutor suspectus:ut l.j.§.eundi.& l.iij.§.præterea.ff.de suspect.tutor.& etiam sicut procurator:ut notatur in l.post litem.ff.de procurat. ut ibi plenius per eum,qui prosequitur plura circa materiam suspi-
37 cionis,& coram quo, & qualiter. Imò plus † dixit Bald. in l. athletę. §. dat remissionem. ff. de excusatio.tuto.argumento illius. §. quòd executor propter superuenientem inimicitiam tacitè videatur remotus. Hæc ut dixi in executoribus,
38 in hæredibus uerò uel fideicommissarijs,& tunc licet Bald. dixerit in dicta auct. hoc amplius,secundũ quòd dixi supra in secundo mẽbro quinti membri principalis. tamen fortè ultra ea dici potest quòd aut ipse hęres uel fideicommissarius, uel legatarius grauatus non remoueretur, nam tunc debet implere infra quinque annos si sit iussus cõstruere monasteriũ uel ecclesiã,hospitale uel quid simile:& tunc infra annum intellige à die scientiæ & potentię. Aliàs si nõ ita cõstruat, tunc cõpelluntur emere uel cõstruere,ut patet in authen.de ecclesi.tit.§.si quis ædificationem. Sed alia

alia relicta ad pias causas debent exequi infra sex menses à die intimationis testamenti, aliàs cogentur restituere omne legatum & fructus: ut eod.titu.§.si autem legatum. Sed alia non teneretur adimplere nisi à tempore requisitionis uel morte ut ff.de fideicommiss.liber. l. fideicōmissaria.& ibi notatur. Si uerò iubeantur exequi & implere testatoris voluntatem, & tūc si nō adimpleatur infra annū priuatur hæreditate, & omni relicto & commodo, & eius officio exequendi: ut in aucten.hoc amplius.C.de fideicom. Quod procedit in relictis nō piis. Imò & in relictis piis priuatur non solum post annum sed etiam infra annum, eo ipso quòd sunt negligentes ut uidetur uelle textus in dicta auct.licet.de episcop. & cler.quæ nota.

OCTAVI MEMBRI

SVMMARIVM.

1 ☞ *Executor testamentarius rationem reddere tenetur, non solum finito officio sed etiam ante super certis male gestis, etiā si testator prohibuisset reddere rationem. nu. 3. quæ ex bono & æquo recipienda est.nu.4.ad quam reddēdam rationem tenetur actione mandati, si mandatum suscepit uiuente & rogante testatore.nu. 5. Si uiuente testatore aliter suscepit actione negotiorum gestorum esset compellendus.nume.6.imò & tunc mandati actione.nu.7.*

2 *Executor rationem reddere habet hæredibus & legatariis quibus integrè solutum non est, secūdum communem.* ✽ *& nu.9.& 10.*

11 *Executor rationem reddere tenetur ipsi ciuili iudici, & hoc quando executor deputatus erat ad distribuendum ea quæ pertinent ad pias causas, uel ad authoritatem & honorem testantis.nu.12.& quādo episcopo uel alteri ordinario, et cuius loci, uide nu.13.14.15.16.& 17.*

18 *Executor rationem reddere non tenetur alteri executori, licet cum eo communicare, si extra iudiciū petatur quod si recusaret ut suspectus à quolibet deferri posset nu.19. Idem in relictis ad pias causas. nume.20.*

21 *Executor quomodo, & qualiter reddere habent rationem. & dicendum est eius sacramento stādum, maximè si rationum codicem scripsit; nec apparet quòd circa officium malè gesserit, seu de mendatio arguatur.num.22.& tunc in expensis paruis alias probatio requiritur.nume. 23.& hoc si qualitas expensarum est talis quòd possit de facili probari: aliàs iuramento standum.nu.24.*

25 *Specificatio multum iuuat ad ueritatem & falsitatem detegendam.*

26 *Liber rationum executoris cum sacramento sufficit in distributionibus minutis: secus in his in quibus instrumenta fieri consueuerunt. nu. 27. nisi aliter episcopo uideretur.nume.28.de quo uide.nu.30. 31.32.33.34.35.36.& 37.*

29 *Intellectus ad l.si quis pro redemptione.C.de dona.*

38 *Expensæ facienda per executorem pro adimplenda defuncti uoluntate non de proprio per executorē nec hæredis, sed illorum ad quorum utilitatem fiunt, quod qualiter procedat uide nu.39.& 40.*

41 *Executor legitimus ille dicitur, cui à iure talis datur potestas.*

42 *Executor legitimus dicitur episcopus uel inferior se ordinaria seu quasi episcopalem iurisdictionē habeat in loco nume. 43. & mortuo episcopo capitulum exequitur.nu.44.sed contra nu.45.de quo uide nu.46.47.quidquid sit, certum est capitulum succedere in executorum compulsione secundum communem.* ✽ *nu.48.*

49 *Episcopo infirmo uel absente capitulum in potestate exequendi non succedit, sed fortè dandus coadiutor.nume.50.*

51 *Archiepiscopus mortuo episcopo uel absente seu infirmo exequi non potest, nisi data negligentia. numero 51.*

53 *Iudex secularis non exequente episcopo ob infirmitatem uel absentiā, uel quia mortuus ille sit exequi poterit. secundum communem.* ✽ *Sed contra, cum in his casibus possit tantum compellere executorem, uel hæredem ad adimplendam uoluntatem defuncti, & eligere alterum ex hæredibus qui alimenta præstet nu.54.55.& 56.*

57 *Episcopus loci, in quo defunctus originem traxit, est ille qui legitimè exequi potest, secundum cōmunem.* ✽

58 *Testator si ex una ciuitate trahat originē, & in alia habeat domicilium tempore mortis, utrunque episcopum exequi posse, sed contra cum ille exequatur, ubi domicilium habebat si ibi suum in totum transtulerat nu.59.& hoc nisi in loco originis essent suæ facultates.nu.60.imò episcopus originis ad cuius requisitionem alter sub quo sunt bona exequetur nu.61.uel dic quòd uterque distribuet in diœcesi sua nu.62.si uerò in altero tantum loco sunt bona, tunc ille in cuius diœcesi sunt bona num. 63.si in neutro, tunc episcopus originis. nu.64. Si dubia sit origo episcopus domicilij.num.65.si domicilium esset dubiū tunc episcopus in cuius diœcesi decessit.nu.66. imò ille qui celerius exequi potest.nu.67.*

68 *Testator si in muri moriatur quis episcopus sit eius uoluntatis legitimus executor, dic in his quæ secū habet uicinior, idem si ibi domicilium habuisset.*

69 *Episcopus in cuius diœcesi testator decessit si capit distribuere & compareat episcopus loci originis, neuter alteri præferretur & factum non retractabitur. Sed an alter tradere possit possessionem bonorum in alterius diœcesi positorum, & quod non nume. 70. & 71. Sed tantum alterum compellet ad id nume.72.*

73 *Executor si suscipiat officium in domicilio testatoris, episcopus illius loci eum compellet ad exequendum.*

74 *Episcopus & si legitimus executor sit, non tamen sine consensu capituli exequetur. sed cōtra.nu.75.*

imò

imò ipse suo uicario executionẽ committere posset.nume.76.

77 Executor legitimus tenetur facere inuentarium, nisi à testatore remissum foret.nu.78. Idem si remissa sit redditio rationis.sed contra.nu.79.

80 Executor legitimus agit contra haeredes & debitores haereditarios pro uoluntate defuncti exequenda: sed qua actione.nume.81.82.& 83. Si particularis sit quid agere possit. nume.84.85.& 86. in extraiudicialibus quid. uide nume.87.88.& 89.

90 Executor legitimus etiam nullo dato executore per testatorem exequi potest, & sine alterius consilio nume.91. sed contra num.92. primum uerius. nu.93.& 94. nisi in defectum primi executoris testator de alio prouidisset.num.96. Imò legitimus executor ue est episcopus facere potest constitutionem super huiusmodi executoribus.nume.97. ac etiam capitulum quando in executione succedit.nume.98.

95 Testatoris dispositio non potest tollere legis uel canonis dispositionem, nec immutare.

99 Executor legitimus tunc exequi potest, cum nullus est datus ab homine executor uel datus exequi non uult, uel non potest, uel ob negligentiã exequendi potestatem amittit.

100 Executoris legitimi potestas exequendi durat tanto tempore, quanto potestas executoris testamentarij.sed contra nu.101.& 102.

103 Executor datiuus qui dicatur.

104 Executor datus in minus solenni testamento si per iudicem uel episcopum confirmetur, non datiuus sed testamentarius censetur.

105 Tutores in minus solenni testõ dari non possunt.

106 Executorem datiuum quis dare possit.& nu.107.108.& 109.

110 Executorem ut quis dare possit tria requiruntur, & quae nu.111.112.& 113.

114 Executores datiui dantur triplici de causa, et quibus, et nu.115.& 116.

117 Executor datiuus quando dandus sit.& nu.118.

119 Executores diuersi generis simul esse possunt.& numero 120.

121 Executor testamentarius donec uult & potest exequi, non habet se intromittere legitimus & numero 122.

123 Executor datiuus ad quid teneatur, & quid in eo requiratur & nu.125.126.127.& 128.

124 Intellectus ad §.i.l.iij.ff.de alimen.& cib.lega.& numero 134.

129 Executores datiui ad quid teneantur.& nu.130.131.132.& 133.

135 Executor datiuus quae agere possit & nu.136.

137 Executor datiuus infra quantũ tempus possit exequi & nu.138.139.& 140.



IRCA octauum membrum principale; quia supra uidimus de executoribus testamentariis, & de eorum potestate, & infra quantum tempus exequi debeant, uerum: quia quandoq; aliquid apud se retinent exequendo, quoniam non fideliter exequuntur, uidendum erit an ipsi teneãtur reddere rationem ante uel post finitum eorũ officium, secundò cui reddere debeãt. Tertiò qualiter, & quomodo.

1 Circa primum dicendum est † quòd ipsi exe-
cutores testamentarij tenẽtur reddere rationem:
ut C.de episc.& cler.l.nulli.& in Clem. una. de
testam. Ad hoc quod notatur in Clem. quia con-
2 tingit.de religios.domib. Non † solum finito of-
ficio, sed etiam ante officio non finito, licet tunc
non de generali administratione, quae differtur
usque ad finitum officium. sed tantum tenentur
reddere rationem super certis malè gestis: ut te-
nuit Iacob.de Arena in dicto suo tractatu, ut re-
fert Ioannes And.in additionibus in d.§. nunc
uerò.in uerbo.sed an simplex commissarius, di-
cens hoc uerum generaliter in quolibet admini-
stratore nisi sit tutor, ut ibi plenius per eum, de
quo per Cynum in l.ii.C.de administ.tutor.licet
Glos.aliud uidetur uelle in l.qui proprio §.fina.
ff.de procurat.quod procedit in executoribus te
3 stamentariis † etiam si ipsi testatores prohibue-
rint executores reddere rationem, cum per talia
uerba non uideatur facta remissio, sed solum ad-
hibitus modus rationis reddendae: ut uidelicet
non fiat scrupulosa inquisitio, quoad negligen-
tiam quę uidetur remissa, nisi tamen lucrum fa-
ciant quod est penes eos. Ad hoc l.si seruus ueti-
tus.ff.de legat.j.& ff.de administ.tut.l. quae plu-
res.secundum Ioannem And.in c.Ioannes.de te-
stamen. ubi post multa referendo Hostien.tenet
4 † talem executorem qui non necessariò sed uo-
luntariè suscepit officium teneri ad rationẽ red-
dendam ex bono & aequo iudicis arbitrio: arg.
ff.de admin.tut.l.qui filium, ad finem.& ff.de li-
berat.legat.l. Aurelius.§.i.unde iudex pensata fa
ma, & conditione executoris, & qualitate, & quã-
titate articuli de quo quęritur, in aliquibus habet
credere eiusdem iuramento: ut C. de do.l. pe-
nultima. & cap.qualiter, & quando.el secundo,
de accusatio.& in aliquibus plenam probationẽ
requiret. ut C.de episco.& cleri.l.nulli.ad finẽ.
primi responsi.& §.j.ibi, post unum.& in auctẽ.
de ecclesiast.titul.§.si quis aedificationem. & se-
quenti, & arbitrabitur taliter quòd non sit locus
fraudi, & quòd non sit minus plenè executum.
cap.tua. de testamen.& talis praesumitur fuisse
mens testatoris clausulam illam apponentis, nec
est uerisimile quòd illam inclusionem suae uolũ-
tatis ad officij pontificalis exclusionem apposue-
rit, sed magis uti uoluisse fide utriusque: argu-
mento.ff.de testamen.milit.l.iii.& ff. de condi-
tioni.& demonstrationi.l. cum seruus. & ff.de
administratio.tuto.l.qui nominibus. & l.Lu-
cius. titulo eodem.c.nos quidem.de testam. secũ
dum Ioannem And.in d.c.Ioannes.eo.tit. de te-
stam.ubi plenius de ijs.
5 Ad hanc autem † rationem reddendam exe-

cutores

cutores testamentarij tenentur & compelluntur actione mandati, si mandatum susceperunt testato re uiuente & rogante.

6 Si uerò † non susceperunt ab eo uiuente ab initio sed peruiuentem facta epistola peruenisset ad eos post mortem, tunc cum non concurrat consensus duorum non oritur obligatio ex mandato.ff.de action.& obligat.l.ij.sed tunc compellentur actione negotiorum gestorum. qua actione tenetur ex quo uoluntariè gesserunt, ut uoluit Io. Andr.in additionibus Speculatoris.in d.§. nunc uerò.uersiculo de executore in uerbo, ad primum
7 dico.ubi plenius.sed imò † fortè semper actione mandati, cum mandatum tale cōferatur post mortem, & concurrat consensus duorum, uidelicet ipsius executoris & eius hæredis qui adeundo uidetur ratificare mandatū testatoris, ut supra dixi in primo membro seu capitulo.

8 Circa secundū uidelicet †, cui sit reddenda ratio, dicendum est ꝙ ratio fortè reddenda est per ipsos executores hæredibus legatariis præsentibus cum eorum intersit.C. si ut se ab hæred.abst. l.i.& auct.ibi posita.ut uidetur uelle Gulie.in d. §. nunc uerò.in uer.sed an simplex. Imò & legatariis quibus integrè solutum non est reddenda est ratio, cum ipsorum etiam intersit. ut tenuit Iacob.de Arena allegando l. finalem. C.de auctor. præst. quod refert Ioannes And. in dicto uerbo sed an simplex. cum quo communiter transeunt
* Doctores. *

9 Circa quod tamen aduerte: † quia hæres potest dare executori res distribuendas, & liberatur distributione facta per ipsum executorem, & hæres exiget rationem administrationis pro suo interesse
10 se ut sic appareat liberatus. Et † etiam ad hoc ut impleatur uoluntas testantis possunt etiam legatarij ipsi rationem administrationis exigere ab ipso executore cum eorum gratia uideatur datus, ut eorum procurator censeatur. Ad hoc quod di-
11 xi supra in septimo principali membro. Imò † & ultra dicit Gulielm.in dicto uer. sed an simplex. quòd ipsa ratio reddenda erit ipsi prætori seu ciuili iudici secundum quòd sibi uidetur.per l. nulli.§.i.C.de episc.& cler.& in auct.de eccles.titul.
12 §.si quis ædificationem. Quod † uerum uidetur quando ipsi executores deputati sunt ad distribuēdum ea quæ pertinent ad pias causas, uel ad auctoritatem & honorem testantis, in quibus competit iudicis officium pro eorum expeditione: ut notatur in l.hæreditas.ff.de petition.hæred.circa qđ uide plenius notata supra in septimo mēbro.

Item & ultra etiam dicit Gulielm. ibi, quòd
13 † secundum quòd sibi uidetur, erit reddenda ratio per ipsos executores episcopo: ut dicto §. si quis ædificationem.& l. si quis ad declinandam. C.de episc.& cleri.& ibi per Bald. quod expeditum est hodie per Clementinam unam de testam. Imò etiam per dictam Clementinam, non solum episcopo, sed inferioribus prælatis, dummodo habeant iurisdictionem ordinariam reddēda erit ratio administrationis per executores: ut uidetur sentire Glos.ibi, & clarius Paul. & Francis. de Zabarell.

14 Quod procedit † non solum in relictis ad pias causas, sed in aliis quibuscunque, cum uoluntas testantis pia sit: ut uidetur uelle Paul. in dicta Clemen. Ad hoc quod notat Ioannes Andr. in dicto c.Ioannes.

15 Quod fortè uerum est † in illis quæ actiones non tribuunt ut l.hæreditas.ff.de petit.hæred.cu ca quod uide notata supra in septimo membro ad finem, & poterit ipse ordinarius rationem exigere ab ipso executore quādocunque infra annum, & etiam post, secundum ꝙ sibi uidebitur expedire, ut tenuit Laurent.in d.Clem.una.ut refert ibi Francis.de Zabarel.

16 Imò † etiam poterit ipse ordinarius exigere usque ad quadraginta annos, cum prosequatur ius pauperum, ut in auct.de eccle.tit.§.pro corporalibus.secundum Bald.in dicta l.id quod pauperibus.hanc autem rationem exigit seu exigere poterit ordinarius loci originis defuncti, secundum Paul.in dicta Clement. una. uel ordinarius loci ubi habitabat defunctus.secundum Matthæum de Roma ibi.ubi etiam dixit, quòd si de hoc sit dubium tunc reddenda erit ratio ordinatio loci in quo testator defunctus est. C. de episc.& cler. l.nulli.

17 Sed imò † ut tenet ibi Francis.de Zabarellis.ordinarius executoris constringet executorem ad rationem reddendam ad instantiam iudicis qui fuit ordinarius defuncti, ut ibi plenius per eum, ubi dicit quòd intelligitur ordinarius defuncti ratione domicilii ubicunq; defunctus fuerit, cum possit quis plura domicila habere, & in omnibus conueniri.cap.ex parte.de foro competen. Hęc uera ut ibi ipse dicit quando testator est de uno loco, executor uerò de alio. Aliàs autem si essent de uno & eodem loco, & ipse executor acceptasset officium in domicilio defuncti, tunc posset conueniri ad reddendam rationem in loco de quo ambo sunt.

18 Executor † tamen executori rationem reddere non tenetur, sicut nec tutor uel curator cōtutori uel concuratori: ut l.ij.C.de admin. tut. & ff.de administ.tut.l.actus.& hoc in iudicio: quia
19 non habet actionem.sed bene † debet communicare rationem coexecutori, si extra iudicium petatur, sicut tutor uel curator. ut l. iij. §. i. ff. de admin.tut.& d.l. actus. adeò quòd si non communicet, uel ex fide administret & gerat poterit ut suspectus deferri & accusari, ut dictis l. actus. & erit actio publica, cum possit à quocunque accusari de suspicione, ut tenuit Iacob. de Rauenna.secundum quod refert Ioannes And.in additionibus in dicto uersic.sed an simplex. ubi etiam
20 dicit † hęc uera etiam de relictis ad pias causas, cū possit idem dici per dictam l.nulli licere.in fine. cum publicè intersit ultimas uoluntates exequi.

ut

ut l.qunta.ff.quemadmod.testa.aper. & maximè
quando pia causa sine reliquis exp ediri nô posset,
& idem posset dici in non relictis ad pias causas.
viij.q.ij. ultima uoluntas. quod non distinguit.
& c.Ioannes.extra de testam.
21 Circa tertium uidelicet †:quomodo, & quali-
ter sit reddenda hæc ratio administrationis; dicẽ
dum est, quòd ratio reddenda est per ipsos exe-
cutores hoc modo uidelicet:per eorum sacramen
tum cui elt standum.C.de do.l.si quis pro redem
ptione.& ibi per Glos.& hoc etiam uult.Glos. in
c.qualiter, & quando. de accusat. quod placuit
Azoni.ut refert Guliel.in dicto §.nnne uerò.uer.
quid si executor. quod etiam tenuit Nicolaus &
Gulielm.de Cuneo: ut refert ibi in additionibus
Ioannes And. quod maximè procedit in codice
suarum rationum ubi scripsit erogata:argumen-
to.ff.de neg.gest.l.Nesennius.secundum Guliel.
in dicto uersicu. sed nunquid. ubi uidetur uelle
22 hoc procedere † dummodo circa officium malè
se non gesserit, nec de mendacio arguatur, cum
tunc suo iuramento nnn stetur.ff. de adulter. l. si
quis adulterij.& ff.qui satisd.cogan.l. de dic.§.fi-
na. Sed bene si fuerit persona eius fida & legalis.
23 & tunc † in expensis paruis & modicis;aliàs uerò
si sit magna probari debet testibus:argumento.ff.
de pignor.act.l.si pignore subiecto.& ff. de uent.
in pos.mitt.l. i. in fine.uel per scripturam: ut in
auct.de sacrosant. episc. §. œconomos. & dicta l.
24 nulli.Quod uerum est† ut uidetur uelle Odof-
fred.& Iacob.de Rauena in dicta l.id quod pau-
peribus. quando qualitas expensarum est talis q
possit probari de facili,ut solutio legatorum:aliàs
uerò si non possent de facile probari, ut eleemosi
nę, & tunc iuramento standum erit, secundum
eum ibi, ut refert Ioannes Andr. in additionibus
in dicto uerbo, quid si executor. ubi tenet speci-
ficandas esse expensas notabiles non minutissi-
mas, & illas probari per scripturam ubi eę speci-
ficentur. super qua scriptura erit iurãdum. Speci
25 ficatio † enim multum ualet per quam ueritas &
falsitas de facili pôt deprehẽdi.ut c.fi.de frigid.&
ma.aliàs sine specificatiõe periculosum esset hoc
asserere.sufficiet ergo notabiles expẽsas singula-
riter scribere:& scriptas manifestare, & super ea-
rum ueritate iurare:ut dicta l.si quis.pro redem-
ptione.§.i.& ita intelligit Iacob. de Arena dictũ
§.ut refert. ibi Ioannes And.Sed Bald.in dicta l.
26 id quod pauperibus. dicit, quòd codex † ratio-
num cum sacramento sufficit in distributionibus.
minutis, de quibus non possunt commodè fieri
instrumenta, puta si dat quinque solidos pro quo
27 libet paupere.secus† aũt in his quæ continent ali
quã quantitatẽ maiorẽ de qua consueuerunt fieri
instrumenta. cum tunc non sufficiat codex ratio
num pro scribente, nisi sit publica scriptura, nec
sacramentum ad probationem. Ad hoc quod no-
tatur de iur. delib.l. finali. §. in computatione. si
28 † tamen ex qualitate personæ uideatur episcopo
iuramentum deferendum, tunc erit tali iuramen-
to standum, cum ipse non solum sit iudex sed pa-
ter pauperum cum libera administratione, unde
potest iuramentum deferre: & ita procedat d.
29 † l.si quis pro redemptione.secundũ Bal.ibi. qui
hoc idem uidetur uelle in d.l.nulli. C. de episco.
& cleri.licet non ita clarè dicat,tamen quòd tunc
erit standum simplici iuramento quando execu-
tor non potuit sibi parare probationes, ut quia
30 erant expensæ ualde minutæ. Aliàs uerò † quan-
do quilibet diligens homo sibi parasset probatio
nes,ut quia erant expensæ & distributiones ma-
gnæ, tunc non esset standum simplici iuramen-
to secundum Iacob. de Arena, ut refert ibi Bal.
31 Sed † ipse Bald. C.de fide instrumen.in rubr. di
cit quòd si ipsi fideicômissarij seu executores scri
bant in eorum codicibus per se recepta, & tunc
non est amplius inquirendum, cum ex contem-
ptu scripturæ damnetur, nec in receptis requi-
ratur causa. vt ff.de conditio.& demonstratio.l.
quę sub conditione rationum.& ff. de administr.
tuto.l.si quis Lucius. §. Tutelæ. Si uerò scribant
expensas & distributiones, & tunc oportet quòd
32 assignent causas expensarum, cum † in redditio-
ne rationis causæ sint assignandæ, & si sunt ue-
risimiles probantur per librum seu per codicem
ipsarum rationum adiuncto iuramento, secus si
aliter: vt patet in dicta l. si quis pro redemptio-
ne,secundum Bald.ibi. ubi dicit considerandum
33 esse † quòd expensæ interdum probantur per re
rum naturam, ut in alimentis, & interdum per
operis euidentiam, ut ędificiis. C. de administr.
tuto.l. lex quæ tutores. interdum per aliàs conie-
cturas pro motu iudicis approbandas: quia cum
sit facti non potest dari certa doctrina, ut l. ius.
ff. ubi pup. educ. deb. secundum Bald. ibi. Ad
hoc quod ipse Bald. notat in dicta l. id quod pau
peribus. ubi dicit quòd si executor deputatus est
super capella fienda, & appareat quòd capella sit
facta, tamen executor non potest probare expen
sas, & tunc ex qualitate operis & temporis præ-
sumetur quantitas expensarum, & ita esse factã
per ipsum executorem: vt C. de ali. pu.l. finali.
& ibi per Bartol. super hoc ergo adhibebun-
tur duo architetti qui extiment: ut in auctenti.
de non alienand. §. quod autem. collatione
secunda.
Sed aduertè ultra pędicta: qa ut ex prædictis
34 colligi potest, dicitur † quòd si super expensis
uel distributionibus factis pauperibus uel alias
ad pias causas episcopus uult deferre iuramen-
tum, & tunc tali iurõ standũ est siue sint expensę
minutæ siue non, & siue appareant in codicibus
rationum siue non cum ipse habeat liberam ad-
ministrationem super huiusmodi distributio-
nibus & expensis ad pias causas. Ad hoc l.iusiu-
randum quod ex conuentione. §. fi. ff. de iureiu.
35 Si uerò nolit † deferre iuramentum, tunc de-
bet ipse executor probare se tales expensas, & si
sunt

sunt distributiones minutæ ut quinque solidorum pro qualibet partita,& tunc propter difficultatem probationum:& quia testator suã fidẽ elegit si de eis constet in libris rationum ordinatè præstito iuramento sufficiet,ut patet ex d. l.si quis pro redemptione.& d.l.nulli. Si uerò
36 † sint expensę magnæ,& tunc similiter sufficiet liber rationum ordinatus cũ iuramento, si sint uerisimiles,propter uerisimilitudinem resultat presumptio propter quam defertur iuramentũ, & hoc si appareat de uerisimilitudine, aliàs uerò si non sint uerisimiles,& tunc probandę sunt per duos homines & peritos qui ita æstiment,vt patet ex prædictis.& hoc quando testator simpliciter deputauit executores.Si uerò † testator uelit rationes reddi per executores,& tunc talis executor tenetur ad rationem reddendam arbitrio iudicis ex bono & æquo.vnde iudex pẽsata qualitate execųtoris, & quantitate eius de quo,in aliquibus credet eius iuramento: ut d.l. si quis pro redemptione.& in aliquibus exiget plenas probationes: ut d.l.nulli. ut tenet Ioan. Andr.post Hostiens. in d.c.Ioannes.& Paul.in
37 Clemen.una de testam.dicens † etiam quòd in aliquibus credetur eius conscientiæ,c.de una.§. sanè.de foro comp.de quibus plenius per Host. in dicto c.Ioannes. & per Paul. in dicta Clem. una. de testam.quæ omnia nota. sunt enim usu quotidiana.
38 Et ultra hæc adde quòd † expensæ moderatæ quas faciunt executores pro executione, fieri debent expensis legatariorum,uel de quantitate ad illa deputata,& non expensis hæredis pro cuius utilitate nõ fiunt,nec expẽsis propriis ipsorum executorum, quando ignorando illos oportet expendere,puta eundo uel mittendo ad
39 loca ubi sunt captiui † de quibus etiam deducitur quod domi expẽdissent,nisi forsan in opera uiuerent cui tunc uacare non potuerunt, uel clerici erant,qui præsentes de distributionibus uixissent.ff.de administ.tut.l.& si.§.i.& de petit.hæredit.l.sed & si §.quod autem. secundum Iacob.de Aren.ut refert Ioannes Andr.in additionibus in d.§.nunc uerò.uersi.ultimo qui incipit.quod executor.Nec non dicit quòd si expensa sit facta pro certis legatis illis solis imputabitur.Ad hoc l.quoniam.C.de testib.& C.de appel.l.eos.§.j.dicẽs etiã quòd si propter quòd oportuit equum emi, uel alium apparatum facere, tunc id non remanebit apud executorem, sed illi dabitur,cui imputata fuit expensa: arg. prædicti §.quod autẽ.& ff.de condit.ob caus.l.

dum Ioannem Andreæ ibi,qui ex his dicit põderanda esse uerba testatoris: ut ibi plenius.

Expeditus de executoribus testamẽtariis, & sic de primo genere executorum ultimarũ uoluntatum uidendum restat de secundo genere, executorum ultimarum uoluntatum uidelicet: de legitimis.

Circa quos uidendum est.Primò quis sit legitimus executor.Secundò qui sint ad quos spectet legitima executio.Tertiò ad quid teneatur ipse executor legitimus.Quartò de ipsius potestate.Quintò quando,& à quo tempore,& quã to tempore exequi possit.

41 Circa primum † dicendum est quòd ille cẽsetur legitimus executor cui huiusmodi potestas siue officiũ datur à iure,secundũ Guliel.in Speculo.in d.§.nunc uerò. circa principium.& sic ille qui datur à lege siue à iure, sine hominis dispositione,ut est episcopus & alij secundum Bartholomæum prædictum in repetitione dicti c. religiosus. de test.lib.vj.

42 Circa secundum dicendum est † quòd similes executores sunt episcopi. C. de episcop. & cle.l.nulli.& c. nos quidem. & c.si hæredes,extra de testam.secundum Guliel.in dicto §.nunc uerò, circa principium & Bartholomæũ præ-
43 dictum ubi supra.Imò † prælati etiam inferiores ab episcopis si ordinariam iurisdictionem seu quasi episcopalem in loco habeant, & hoc uoluit Ioannes Andr.in dicto c.Ioannes.de testam.in uer.diœcesanum.Ad hoc quod notatur in Clem.una .de testam.
44 Imò † & plus: quia mortuo ipso episcopo capitulum exequi poterit,& sic capitulum legitimus executor erit,& hoc tenuit Vber.argum. l.ubi.ff.de tutor.& curat.dand.ab his.& l. i. in
45 principio.ff.de mag.conuen.Sed alij † contrarium dicunt, maximè ubi hoc officium communiter ad eos ptinet, quo casu de uno ad aliũ nõ transfertur.supra de concess.præb.c.postulasti. & de supplend.neg.prælat. c. fin. Sed hæc iura
46 † non obstant cum loquantur quando communiter sunt in culpa,aliàs secus; si alter tantum. ut in auten.de hęred.& falc.§.si quis autem nõ implens.ut uoluit Guliel.in d.§.nunc uerò.uersiculo.item circa legitimos Quod etiam uidetur uelle in dicto c.religiosus.prædictus D.Bartholomæus Nannis, dicta Gulielmi referendo.
47 Sed Ioãnes Andreæ in additionibus † ubi dicit quòd licèt quãdo communiter spectat potestas exequendi non transferatur ut patet ibi, tamen remanet apud capitulum,per c.unum.ne sed.ua

de maiorit.& obedien.vt uult ipse Ioannes Andreæ in dicto verbo capitulum, & in versiculis sequentibus.& clarius in dicto c. Ioannes. in verbo diœcesanus.ubi dicit quòd licet negetur eum in officio legitimę executionis succedere, Tamen succedit in iurisdictione compellendi, licet non succedat in ministerio conferendi: ve notatur in d.c.j.ne sede uacant.& hoc quod habetur de foro compet.c.verum.& communiter
✻ cum eo transeunt Doctores. ✻ Sed ipso † epi-
49 scopo existente infirmo uel absente; ita & taliter quòd implere nō possit, tunc capitulum adimplere seu exequi non poterit: argumento c. quia diuersitatem. in fine. de concessio.præben. ut videtur uelle Gulielm. in dicto. §. nunc uerò.versiculo quid si episcopus.per cap.quia. in fine. de concess. præben.cui statur, saluo quod habetur. de supplend.negligen.prælat.c. si episcopus, libro vj. secundum Ioannem Andreæ in additionibus.in dicto §.nunc uerò. & uersiculo quid si episcopus. in uerbo.in fine. & clarius in dicto cap.Ioannes. ubi dicit,quòd episcopo infirmo uel absente in capitulum nō transit. Imò
50 † & fortè tunc dandus erit coadiutor per notata in cap uno. de cleric. ægrotan. libro vj. & cap. pontifices. vij. quæstio. prima. secundum Bartholomęum prędictum in dicta repetitione dicti c.religiosus.circa quæ vide plenius notata.in dicto c.uno.& in c.j.de supplen.neglig. prælat.eod.libro.
51 Archiepiscopus †aūt mortuo episcopo,vel infirmo,uel absente exequi non poterit cū certi sint casus in quibus iurisdictionem habet in subditos suffraganeos,inter quos casus iste non
52 est:ut c.pastoralis.de offi.ordinar.licet fortè † si episcopus esset negligens archiepiscopus posset exequi:ut in aucten.de ecclesi.titu.§.si autem se. & c.quæ diuersitatem. & cap. quia postulasti. de concess.præbend.circa quod uide infra notanda.
53 Sed iudex secularis † bene poterit in prædictis casibus adimplere & exequi deficiente episcopo,ad quem primo loco spectat executio, ut supra patet.vt ff.de petitio.hæredi.l. hæditas. in fine.& ff.de alimen.& cibar.lega.l.iij.in princip.& §.j.& C.de episcop.& cleric.l.nulli.§. cū autem.& in aucten.de ecclesia.tit.§.si quis ædificationem.& §.si uerò semel.& §.sequen.quod videtur tenere Vbert.vt refert Gulielm. in dicto.§.nunc uerò.versic.sed nunquid iudex. hoc idem videtur tenere Bartholomeus prędictus in dicta repeti.adducens.l.præsens. C.de transf. l.j.& vltimam.C.de episcop.audient .cum qui-
✻ bus cæteri transeunt. ✻
Nam si ipse habet potestatem dandi executorem:ut d.l.iij.de alimen.& cibar.leg. multo magis poterit exequi:ut l.i.C.qui pro sua iur.
54 Sed aduerte † quòd fortè dici posset per iura. supra allegata quòd ipse iudex secularis exequi

non possit,sed æquè principaliter possit compellere executorem, uel hæredem,ad adimplēdam uoluntatem defuncti,ac etiam possit eligere vnum ex hæredibus qui alimenta præstet: ut d.l.iij.tamen nō poterit exequi ipse & uoluntatem testatoris adimplere, cum non habeat legitimam administrationem, nec petere possit
55 quod exequendum est,licet ipse episcopus † ut pater pauperum, uel ut legitimus defensor & administrator pauperum & ecclesiarū bene possit ut notatur. in cap.fina. de succession.ab intesta. & C.de episcop. & cleric.l. nulli. & l. si quis ad declinandam. potest distribui & exequi instare & petere ac exigere, et petitum & consecutum distribuere: ut supra patet. Ad hoc quod notat Ioannes Andr. in additionibus. in dicto §.nunc uerò datiuo. Quæ omnia nota ex
56 quibus uidetur concludi posse † quòd solus episcopus seu alius inferior prælatus iurisdictionem quasi episcopalem habens est sine dubio legitimus executor.
57 Sed nunc uidendum est: † quis episcopus sit legitimus executor,& in hoc dicendum est, quòd episcopus loci in quo originem traxit ipse testator, & hoc sine dubio, ut probat textus in dicta l.null. quòd uidetur tenere Gulielm.in dicto §.nunc uerò. versicu.quid si episcopus & etiam Bartholomęus in dicta repetitione. & Ioannes Andreę in dicto cap. Ioannes & com-
✻ muniter tenetur. ✻
58 Si uerò † natus fuit testator in una ciuitate,& in alia domicilium habebat tempore quo decessit, tunc tenuit Accursius in d. l. nulli. utrunq; episcopum habere potestatem exigendi & distribuendi,quod tenuit Azo & Hostiens. ut refert Gulielm. in d. §. nunc uerò. uersiculo sed quid si fuerit natus. Ad hoc l.finalis.ff. ad municipal.& in l.assumptio. & l.municeps.& l.in-
59 cola.& ff.de senator.l. senatores. sed † argumentum contra. ff.de uerborum obligatio.l.prouinciales. per quam l. & per plura alia iura dicunt quòd episcopum, in cuius ciuitate uel diœcesi domicilium habebat,si suum in totum transtulerat habere huiusmodi potestatem, & hoc
60 † nisi in hoc loco originis essent suæ facultates: argumento. ff. de tutor. & curato. dand. ab his,l.prima.in fine. ut refert Guliem.in dicto uerbo. Sed quidquid referendo Ioannes And. in dicto capit. Ioannes. uideatur tenere, & in dictis additio. in d. uerbo.ad Specula. dicit illa
61 † lex. prouinciales non contradicere,imòq; cōcordat, cū dicat prouinciales uocari ex domicilio, nisi illos dumtaxat, qui sunt inde originarij, sed etiam eos qui domicilium habent. Ad hoc Gloss. in dicta l. prouinciales. & ideò quòd acquisitionem episcopi pronuntiantia alter episcopus sub quo sunt bona exequetur. de his tamen plenius in dicta l. nulli. ubi Bald. dicit secundum quod tenent Doctores.

Quod

62 Quòd †si patrimonium est in utroque loco, tunc uterque episcopus poterit distribuere in diœcesi sua, & sic non concurrent in exequendo, sed erit executio diuisa per loca: argumen. to l. prima. C. ubi petan. tuto. uel curat. Si uerò
63 † bona sunt in alterò loco tantum, & tunc ille episcopus in cuius diœcesi sunt bona exequetur: argumento. ff. de iudi. l. si fideicommissum.
64 Si uerò † in neutro loco sunt bona, tunc poterit episcopus originis: ut dicta l. nulli. & l. municeps. de incol.
65 Si uerò † origo sit dubia, tunc episcopus do
66 micilii. Si uerò † de domicilio sit dubium, tunc eps in cuius diœcesi decessit exequetur: ut dicta l. nulli. §. quid si. secundum Iaco. de Beluis. quod procedit in rebus solo cohętentibus quę sunt propriè in territorio uel diœcesi, nisi in pecunia quę non censetur huiusmodi secundum Petr. cōtra quem facit. l. ex facto. §. tecum. ff. de hęredib. instit. secundum Bald. in dicta l. nulli. ubi demū
67 concludit † quòd ille episcopus exequetur qui celerius exequi potest: argumento dictę l. nulli. ibi, sine ulla communicatione. Si tamen testator
68 † moriatur in mari tunc posset esse locus ei quod notatur. de elect. in c. ubi periculum lib. vj. §. porro. in Glos. i. Quod posset habere locum in his quę secum haberet, uel si esset eius domicilium uicinum secundum Ioannem Andreæ. in additionibus in uersiculo quid si episcopus. ubi plenius de his.
69 Si uerò † episcopus in cuius diœcesi testator decessit cepit agere & distribuere, si postea compateat episcopus loci unde originem duxit, tūc neuter alteri pręfertur, nec quod per primum legitimè factum erit retractabitur, per alterum. C. de fideicommiss. libe. l. secunda. & ff. de itin. actuque priuat. l. secunda. & C. de confirm. tutor. l. neque.
70 Sed aduerte ultra prędicta † quòd licet episcopus originis domicilij uel loci ubi defunctus est possit exequi executione iuris uidelicet petendo bona & eligendo pauperes, in quos bona deueniant, ut supra, & etiam executione facti, si bona destribuenda sint in eius diœcesi. Tamen
71 † executione facti uidelicet in tradendo possessionem uel aliter exequi non poterit si bona nō sunt in eius diœcesi, sed episcopus loci ubi sunt bona, ad literas ipsius episcopi ad quem legitima executio spectat. ut uidetur uelle Ioannes Andreæ, ut patet ex prædictis. & etiam Bartholomæus Nannia in dicta repetitione. & hoc
72 quò ad ipsam executionem. Sed quo † ad ip-

73 Si tamen † ipse executor suscipiat officium in domicilio testatoris, tūc episcopus illius domicilij, ubi quasi cōtractum fuit, eum compellet, si eum ibi inueniat. aliàs seruabitur quòd dicitur de foro competen. in cap. Romana. §. cōtrahentes. libro sexto, uel exequetur tunc collega, si collegam habet, ex quo est ille absens, & si collegam non habet, exequetur episcopus testatoris: ut in cap. religiosus. de testamen. libro sexto secundum Ioannem Andr. in dicto cap. Ioannes.
74 Sed aduertē ultra prædicta, † quia licèt episcopus sit legitimus executor, & uoluntatē testantia exequi possit, non tamen sine consensu capituli: ut in cap. primo & in capitu. nouit. extra de his quæ fiunt à prælat. sine consensu cap. & de officio ordinarij. cap. in refragabili secundum Bartholomæum Nannis. in dicta repetitione.
75 Quod uerum † non uidetur cum ipse episcopus solus possit iurisdictionalia exercere sine consensu capituli: ut notatur in cap. edoceri. de rescrip. & sic potest solus non solum executores compellere ut exequantur uoluntatem testatoris: sed etiam solus potest ipse exequi, cum sit legitimus administrator ecclesiarum & pauperū. ut supra patet, & ut notatur in cap. ultimo. de
76 succes. ab intest. Quinimò ipse † episcopus potest committere executionem suo uicario generali cum possit etiam collationem beneficiorum eidem committere, ut in capitulo finali de officio uicar. libro sexto. ut tenet Bartholomęus prædictus in dicto capitu. religiosus. & uidetur tenere Bald. in dicta l. nulli. C. de episcop. & cleric. dicens quòd episcopus ex causa potest uices suas alteri committere, licet executor à testatore deputatus hoc non possit, cum secundum suam conscientiam distribuere debeat ipse executor ut dicta l. nulli. non autem episcopus, ad quem tale uerbum non refertur ut ibi dixit Bald.
77 Circa tertium uidelicet, † ad quid teneatur ipse executor legitimus, dicendum est, quòd ipse legitimus executor tenetur facere inuentarium: ut l. nulli. §. cum autem. C. de episcopis & cleric. & in Clementina una. de testament. quod uoluit Gulielm. in dicto §. nunc uerò. in uerbo sed an teneatur. Quinimò non solum tenetur facere inuentarium, sed rationem reddere, ut dicta Clementina una. & C. de administratio. tuto. l. communis. & in dicta l. nulli. & in Clementi. quia contingit. de religios. domib. secundum Bartholomæum præ-

cutorum. Ad hoc quod notat Ioannes And. post
Hostien. in dicto cap. Ioannes. Non tamen tene-
tur ipsi executori legitimo ut dicta l. nulli. hoc
tenet Bartol. in l. solent. ff. de aliment. & ci-
bar. legat.

Circa quartum articulum uidelicet de po-
testate ipsius executoris legitimi, & dicendum
est, quòd quandoque recipit potestatem circa
iudicialia, & in iudicicilibus, quandoque cir-
ca extraiudicialia. uidendum est primo de iu-
dicialibus.

80 Circa † iudicialia autem dicendum est, quod
executor legitimus potest agere contra hæredes
& debitores hęreditarios pro uoluntate exe-
quenda. dicta l. nulli. C. de episc. & cler. §. i. &
dicta l. si quis ad declinandam. eodem titulo. ut
tenet in dicta sua repetitione Bartholomęus prę
dictus, qui etiam dicit, quòd aget contra hære-
des conditione ex. l. nulli. uel actione in factum,
cum nomen actionis non sit cautum. ut. l. quo-
ties. de pręs. uerb. & ut notatur in l. ex placito. de
81 rei uendic. Et hoc nisi † exequatur in defectum
executoris dati à testatore, cum tunc agat illis
actionibus quibus ipse testamentarius executor
ageret, cum transeat in episcopum omnis pote-
stas quã habet ille executor. ut in c. si hæredes.
& c. nos quidem. extra de testam. & auct. licet.
C. de epis. & cleri.

82 Sed aduerte circa prędicta: † quia dici po-
test, quod si sunt instituti hęredes pauperes uel bo
na inter pauperes sunt distribuenda nullis datis
executoribus uel datis & negligentibus seu no-
lentibus exequi, ita quòd potestas in legitimum
transferatur, & tunc ipse executor legitimus pro
nomine ipsorum pauperum poterit hæredita-
tem adire & agere contra debitores hæredita-
rios, & alios. & etiam cõueniri. ut dicta l. si quis
ad declinandam, cum habeat ius & nomen hæ-
redis quantum ad actionem intentandam & su-
scipiendam, & quantum ad ipsam distributio-
nem secundum Bald. in dicta l. si quis ad decli-
83 nandam. ubi etiam dicit † quòd ipse episcopus
potest se nomine pauperum immitti in posses-
sionem ex edicto diui Adriani. secundum Ia-
cob. Butrig. ut refert. Bald. in dicta l. si quis. ubi
dicit ita fuisse obtentum, & ipse episcopus sit
legitimus administrator & defensor ecclesiarum
& pauperum. ut dicta l. si quis. & dicta l. nulli. &
hoc quando ipse executor legitimus est uniuer-
salis executor, ut quia nullus est institutus hęres
nisi pauperes uel pius locus.

84 Si uerò † ipse legitimus executor sit particu-
laris, & tunc ipse potest compellere ex officio
hæredes & alios ad quos spectat exequi ultimam
uoluntatem in relictis ad pias causas, uel in his
quę spectant ad honorem uel auctoritatem te-
stantis. ut l. hæreditas. in fine. ff. de pet. hęred. &
l. Quintus. ff. de annuis legat.

85 Potest † etiam legitimus executor nomine
pauperum uel pii loci agere cum sit legitimus ad-
ministrator & defensor. ut in c. cum dilectus. de
successionib. ab intest. & dicta l. si quis ad decli-
nãdam. in aliis uerò quam in relictis ad pias cau
sas uel pertinentibus ad honorem & auctorita-
tem testãtis, licet ipse legitimus executor possit
ex officio compellere hęredem uel àlium qui po
test uoluntatem defuncti exequi: ut dictis. c. Ioã
86 nes. & c. tua. de testam. tamen † nomine legata-
riorum agere non potest, sicut nec poterat te-
stamentarius excutor ita nec legitimus eo casu
quo ad eum deuoluitur exequendi potestas, &
hæc circa iudicialia.

87 In extraiudicialibus uerò dicendum est † quod ip
se episcopus seu legitimus administrator po-
test à se capere bona quę ueniunt distribuen-
da, & hoc si pauperes uel alius pius locus scri-
pti sint hæredes: ut C. de episcop. & clericis. l.
88 si quis ad declinandam. Si uerò † alius sit insti-
tutus hęres & bona pauperibus uel pio loco,
uel aliis sint restituenda, tunc à se capere non
potest, sed de manu hæredis: ut dicta. l. nulli.
§. finali. & l. alio. ff. de aliment. & cibar. legat.
89 & hoc † nisi testator expresserit, quòd à se ip-
sis capiant pauperes uel alij legatarii. l. Titia
cum testamento. §. primo. ff. de legat. primo:
& ibi notatur: & hoc tenet Bartholomęus prę-
dictus in dicta repetitione c. religiosus. de testa.
libro vj. ac etiam quòd † episcopus uel alius le-
gitimus executor potest transigere, pacisci, &
alia facere quæ potest executor testamentarius,
cum potestas quæ habet testamentarius in eum
transeat ut patet in iuribus supra allegatis. Ad
hoc l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cler.
& l. nulli.

90 Si tamen nullus sit datus executor † tunc exe-
quitur potestate sibi à lege concessa: ut dicta l. si
quis ad declinandam. & in auct. de ecclesiasti.
titu. §. si quis autem. & §. sequenti. Imò & omnia
alia quę põt facere executor testamẽtarius, de qui
bus supra dixi, poterit iste executor legitimus,
ut uidetur uelle Bartholomęus prędictus ubi su-
91 pra, qui tamen dicit quòd licet † executor te-
stamentarius debeat exequi cum consilio alicu-
ius ex dispositione defuncti, tamẽ ipse executor
legitimus exequi poterit liberè absque alterius
consilio & requisitione, cum executionẽ episco-
pus faciat ex iurisdictione, non testatoris per-
missiõe. ut in dicta auct. licet testator. C. de epis.
& cler. & c. nos quidam. & c. si hæredes. de testã.
nec conditio apposita certo generi personarum
in alio genere repetita intelligitur, ut l. quę con
ditio. ff. de condition. & demonstratio. secun-
92 dum eum. contra quem facit † quod notatur
in capitulo ne pro defectu. de electione. & in
Clementina una. de supplend. neglig. præl. & in
capitulo statutum. §. in nullo. de rescript. lib. vj.
& ibi per Pet de Anchar.

93 Sed non obstant † ut patet ex notatis per Ioã

nem

nem Andr.in cap.contra eum.de regul.iur.lib. vj.Imò plus dicit Bartholomæus prædictus ubi
94 supra † quòd episcopus seu legitimus defensor prohiberi non potest à testatore ne exequatur & uoluntatem defuncti adimpleat, intellige in casu quoad eos ex iuris dispositione spectat dispositio & executio:ut d.c.tua nobis.& auct.licet.C.de episcop.& cler.
95 Quoniam † non potest testatoris dispositio dispositionem legis uel canonis tollere uel immutare.ut l.nemo potest.de leg.i.& de testam. c.requisiuisti.
96 Quod uidetur uerum † nisi testator in defectum primi executoris de alio prouidisset sibi, cum possit.ut tenuit Bald.in dicta auct.licet testator.et clarius in l.si fundum.§. si Stichum.de
97 legat.i.Imò etiam† non solum ipse episcopus potest exequi ut supra,sed etiam constitutionẽ facere super executoribus & circa executionem vltimarũ voluntatũ. cũ possit facere cõstitutionẽ super his quę nõ sunt contra ius.ut in c.ii.de constit.libr.vj.& in c.si quis.de maior.& obed.
98 Imò † & non solum episcopus sed etiam capitulum potest quando in executione succedit super modo exequendi statuere. per notata de uerbo.signif.in c.constitutionem.eodem libro vj.et in c.cum aliquibus.de rescrip.eodem libr. & de constitu.c.cum omnis.secundum Bartholomæum prędictum ubi supra,ubi ponit materiam, a u episcopus capiat quartã de relictis piis locis,de quo nos in conclusione & distinctione quartę canonię plenè diximus.ubi etiam tetigimus an testator possit episcopum priuare dicta quarta.

Circa quintum articulum, uidelicet quando & à quo tempore exequi possit legitimus exe-
99 cutor & quanto tempore,uidendum est†primo quo tempore,& quando.

Et in hoc dicendum est, quòd ipse executor legitimus,licet possit quandocunque compellere executorem ut exequatur uoluntatem defuncti post quàm tale officium acceptauit,ut in dicto c.Ioannes.de testam.& ut supra dictũ est, & etiam ipse exequi & distribuere & uolũtatem defuncti adimplere potest,quando nullus datus est executor testamẽtarius, cum prouisio hominis tollat prouisionem legis,nã tunc ipse exequi non poterit,nec distribuere,nec uoluntatem defuncti adimplere,nisi tunc demum cum ipse executor datus exequi non uult, uel non potest.Ad hoc Glo.penultima in cap.religiosus. de testamen.libro vj.& ibi notata, uel

quanto potestas testamentarij executoris secũdum Bartholomæum prædictum.
101 Sed aduertẽ:quia imò†uidetur quòd ipse episcopus quandocunque compellere & exequi potest, cum ad superiorem archiepiscopum non fiat deuolutio propter negligentiam nisi in casu in iure expresso:ut notat Paul.in Clem. ple-
102 risque.de elect. Quod † intellige ipso iure, cũ superior bene possit inferiori terminum assignare, quo elapso ipsum potestate exequendi priuare poterit propter negligentiam:ut notatur in c.cum ecclesia.de elec. Ad hoc.l.cũ quia. & quod ibi notat Bal.C.de procur.

Expeditus de primo & secundo genere executorum ultimarum uoluntatum, descendo ad tertium genus executorum uidelicet datiuorũ, circa quos uidendum est primò qui sint executores datiui. Secundò quis possit executores datiuos dare.Tertiò ex qua causa & quãdo executor datiuus dari possit.Quartò ad quid teneatur ipse executor datiuus,& quid in eo requiratur.Quintò de eius potestate. Sextò quando & quanto tempore exequi possit.

Circa primum dicendum est quòd licet lar-
103 gè loquendo † executor datiuus dicatur ille qui datur à testatore uel à lege,de quibus supra plenius,tamen strictè loquendo datiuus censetur ille qui datur per hominem uiuentem ut per iudicem uel alium iurisdictionem habentẽ ut l viij.dist.§.fi.& ff.de alimen.& cibar. lega.l. iii. & ff. de tuto.& curat.dand.ab his.l.i.& l.iij. secundum Bartholomæum prædictum ubi supra,quod uidetur uelle Guliel.in dicto §. nunc uerò.uersiculo datiui cũ quo communiter transeunt cęteri.
104 Si tamen executor † in minus solenni testamento datus per iudicem uel per episcopum confirmetur,tunc non datiuus sed testamentarius censetur,cum in qualibet ultima uoluntate dari possit:ut in dicto cap.religiosus. de testament. lib. vj. & in Clementina unica. de testamen.unde confirmatio non est necessaria, nec aliquid operatur licet aliud sit in tutoribus. ut ff.de testamen.tutor.l.iure nostro.§.fin.cum
105 † tutores in minus solenni testamẽto dari nõ possint ut ibi. circa quod uide plenius notata per Bar.in l.i.ff.de confirm.tut.
106 Circa tertium uidelicet† quis possit dare executorem datiuum dicendum,quòd ipsos potest dare iudex uel consul ciuitatis secundum Guliel.in dicto §.nunc uerò. in uerbo datiui.Imò etiam ut dicit Bartholomeus Nannis in reperti-

ſuper ultimis uoluntatibus capitu. nos quidem. de teſtamen. & capitu. tua nobis. eodem titulo. & C. de epiſc. & cler. l. ſi quis ad declinandam. & l. nulli. & auct. licet.

107 Sed aduerte † quia licèt epiſcopus & etiam alius legitimus executor poſsit alium executorem uidelicet datiuum dare, cum & ipſe poſsit alteri executionem committere, ut patet ex iis quæ dixi ſupra in ſecundo membro executorū legitimorum. Ad hoc quod notatur ſupra in c. uno. de reb. eccleſ. non alienan. libro vj. Et ſecularis poſsit compellere hæredem uel executorem ad exequedum in certis caſibus ut patet ex notatis ibi & in l. hæreditas. ff. de petit. hæreditat. Et etiam poſsit unum ex hæredibus eligere qui præſtet alimenta ex prouiſione illius legis iij. ff. de alimen. & cibar. lega. tamen † ipſe iudex ſecularis non poterit executorem datiuū dare, cum iure hoc expreſſum non reperiatur.

108 Nec obſtat dicta † l. iij. quia ibi non eſt executio uoluntatis, cum ceſſaret unico exiſtente hærede, ſed eſt quædam prouiſio ut alimenta non diuidantur, & hoc uidetur uelle Ioannes And. in additionibus. in dicto §. nunc uerò. uerſiculo datiui.

109 Sed aduertè ultra prædicta † quòd ſi quæratur quis epiſcopus uel iudex det executores iſtos, & in hoc dicēdum eſt quòd epiſcopus ſeu iudex loci ubi ſunt bona ſicut in tutore dicitur ut l. propter litem. §. fin. ff. de excuſati. tuto. nō epiſcopus uel iudex loci originis, licet ipſi in exequendo præferantur, ut uidetur uelle prædictus Bartholomæus in dicto c. religioſus. Sed imò uidetur quòd ille epiſcopus ſeu iudex qui in exequendo præfertur poſsit executorem deputare & alteri executioni committere, unde ſi bona ſunt alibi & non in ſua diœceſi, poterit ipſe epiſcopus qui eſt legitimus executor ut epiſcopus originis domicilij executione iuris exequi & mandare diœceſano loci ubi ſunt bona ut exequatur, ut patet ex his quæ dicta ſunt in ſecundo membro executorum legitimorum.

Sed ultra prædicta etiam aduerte: quia ut dicit Bartholomæus prædictus. in dicto cap. religioſus. Tria requiruntur ut poſsit dari executor,
110 † uidelicet quòd quis habeat iuriſdictionem, & poteſtatem dandi, ut ſupra patet.
111 Secundò † quòd det ei cui poteſt ratione poſſeſsionis & originis, quod intellige ut ſupra.
112 Tertiò † quòd ſub ſua iuriſdictione habeat quem dat: ut C. qui pro ſua iuriſdic. l. una. & C. qui pet. tuto. l. in locum quod intellige uerum
113 † ut datus poſsit compelli miniſtrare, cum nō poſsit cogi niſi ſubſit iuriſdictioni dantis, licet bene dare poſſet & ualeret ſi ille tale officiū acceptaret & exequeretur, ut in ſimili notatur in dicta l. vnica.

Circa tertium dicendum eſt. Primo ex qua cauſa dentur. Secundo quando dentur.

114 Circa primum dicendum eſt † quòd executores datiui dantur triplici de cauſa, quia interdū dantur cauſa honoris, puta magni uiri, & iſti no cantur executores honorarij, id eſt, caſu honoris dati, non ut effectualiter exequantur, ſi tamē exequi uolunt, poſſunt, licèt nō teneantur. In-
115 terdum † dantur cauſa notitiæ ut ſunt illi, qui dantur non ut exequantur, ſed quia notitiam patrimonij defuncti habeant ut inſtruāt & doceant bona & rationes illis qui effectualiter exequuntur. de his duobus generibus. ff. de teſtam. tuto. l. iure noſtro. & l. quæro. §. j. & ff. de ſolut.
116 in l. quod ſi fortè. Interdum † dantur ad hoc tantum ut effectualiter exequātur, & iſti adminiſtrare habent & cogi poſſunt ut notatur in d. l. quod ſi fortè, & ſupra de iis plenius dixi, & ut notatur in l. j. C. de peric. tut.

117 Circa ſecundum uidelicet † quando dandus ſit executor datiuus ſeu dari poſsit, dicendum eſt quòd dari poteſt quando nullus eſt executor teſtamentarius uel legitimus, cum in defectum teſtamentarij & legitimi datur: ut in d. c. religioſus. de teſtam. libr. vj. & cap. nos quidem & cap. ſi hæredes. extra eo. tit. de teſtam. & ff. de legit. tutor. l. i. ii. & iij.

118 Sed hæc iura non probant † cum loquantur in tutoribus & non in executoribus, imò tantū datiuis eſt locus, quando nullus executor teſtamentarius extāt. cum tunc ad ordinarium executio ſpectet, unde teneatur alium dare ſeu deputare ut ſupra dixi. unde ſi ſunt dati plures executores uel unus tantū, & omnes ſunt mortui, uel nolunt exequi, tunc ipſe epiſcopus ſeu ordinarius eccleſiaſticus exequi & diſtribuere poterit: ut in dicto cap. ſi hæredes. cap. tua. et c. Ioannes. de teſtamen. l. nulli. C. de epiſc. & cler. ſecūdum Bartholomæum prędictum ubi ſupra. Imò ipſe epiſcopus ſeu ordinarius alium depu-
119 tare poterit & dare ut ſupra dixi. Non † enim reperitur prohibitum quòd diuerſi generis executores ſimul eſſe poſsint dicto cap. Ioannes. & cap. tua & dicta l. nulli. licet aliud ſit in tutoribus: ut l. ſi tutor reipublicę. §. j. ff. de tut. & ratio diſtrahen. ſecūdum Bartholomęum prędictum
120 ubi ſupra, qui ulterius dicit † quòd legitimus executor cum teſtamētario et datiuo ſimul cōcurrere poteſt. Ad hoc quod notatur in dicto cap. religioſus. in Gloſſ. penultima. et C. de confirmat. tutor. l. ſi vt præponis, imò etiam plus dicit, quòd propter maximum patrimonium quod eſſet per exequutorem diſtribuendum epiſcopus ſeu ordinarius poterit executorem dare, qui ſimul cum teſtamentario exequetur, ſicut in tutore dicitur. ff. de excuſat. tuto. l. propter litem. §. fin.

Sed aduertè ultra prædicta, quis forte dici
121 poſſet † quòd licet epiſcopus uel iudex poſsit executorem teſtamentarium cōpellere ad exequendum ut ſupra dixi, tamen ſi ipſe executor teſtamen-

testamentarias uelit & possit ex equi, legitimus se nō intromittet nec exequetur. Ad hoc dicta l. si tutor §. i. & dicta l. nulli. cum prouisio hominis tollat legis prouisionem ut supra dixi. Vnde si datus est unus executor tantum uel plures & unus uelit & possit exequi non erit locus legitimo executori uel datiuo cum ipse possit & ad eum deuoluatur executio ut in dicto capitulo religiosus.

122 Si uerò † ipsi executores nolunt exequi, uel non possunt propter mortem uel negligentiam uel ex alia causa, & tunc ipse episcopus poterit exequi. ut dicto c. Ioannes. & d. c. si heredes. & alium dare, imò & si alter uelit exequi eo casu quo non potest, ut puta quia sunt dati cum clausula ut unus sine alio exequi non possit, tunc ipse episcopus exequetur: ut uult Glos. penultima in dicto. c. religiosus. de testamentis libro vj. nec alium dabit cum dare possit, ut ex prędictis patet. & poterit solus ipse episcopus uel alius executor datus exequi & distribuere.

123 Circa quartum uidelicet † ad quid teneatur ipse executor datiuus, & quid in eo requiratur, dicendum est quòd ipsi dantur uocatis hęredibus secundum Gulielm. in dicto §. nunc uerò. uersiculo datiui. uel secundum Bartholomęum prędictum in dicto tractatu ad finem posito in repetitione dicti c. religiosus. uocatis illis quibus fieri debent distributiones. ut l. iij. §. finali, ff. de alim. & cibar. legat.

124 Sed aduerte quia in d. † §. i. non est deputatio executorum, sed est quædam prouisio & conuentio in qua necesse est consensus hęredum quibus debet solui, ut ibi patet, & non probat

125 prędicta, unde † dicendum est quòd ipse episcopus uel alius legitimus executor poterit aliũ in executorem deputare etiam non requisito hęrede, uel alio cui debeat fieri executio, cum non reperiatur iure cautum, & possit delegare absque consensu partium. ut in c. super quæstio-

126 num. §. finali. de offi. deleg. licet † ipse executor datus in exequendo & distribuendo, requirere debeat ipsum hęredem uel alium quem interesse pretendere posset, sicut ipse episcopus; quod quando sit dixi supra in tractatu executorum te-

127 stamentorum, & ultra etiam dicendum est † quòd dantur isti executores datiui post aditam hęreditatē, cum etiam legitimus ante aditam hęreditatem exequi non possit. ut ff. de te. tu. l. si uerò. de rebus. & l. si nemo. & l. illud. de adminis. tut. & l. i. in fine. ff. de tut. & cur. dand. Quod ue-

128 rum est † nisi quando esse distribuendum id

hęreditatis non dependeat, ut dixi. licet ante aditam hęreditatem ministrare non possit bona hæreditaria.

129 Circa secundum uidelicet † ad quod teneantur ipsi executores datiui, dicendum est quòd teneantur conficere inuentarium & rationem reddere, sicut & legitimi & testamentarij. Ad hoc quod notatur. ff. de admin. tut. l. tutor qui repertorium. secundum Bartholomęum prædictum. Ad hoc Clemen. quia contingit de religios. domib. & quod notatur in l. Orphanotrophos. C.

130 de epis. & cler. Quod uerum est † si testator id non remiserit, cum remittere possit confectionem inuentarij, sed non redditionem rationis executori datiuo, de quo quis sit ignoret ut notatur in l. tutores. la ij. C. de admin. tut secundũ Bartholomęum prędictum, quod qualiter procedat uide notata supra in ultimo membro testamentarii.

131 Tenentur † etiam ipsi executores datiui satisdare ut. ff. de alim. & cibar. legat. l. iij. §. i. ut tenuit Bartol. in dicta l. iij. §. i. quod uerum est

132 † secundum Bartholomæum prædictum ubi supra, quando sine inquisitione dati sunt. l. non dubium. C. de tut. qui sati sd. nō cog. aliàs si cum inquisitione dati essent, non tenerentur satisdare, nisi ex post facto effecti essent non soluendo. l. liberto. §. largius. in fine. ff. de annuis legat. secundum Bartholomæum prædictum circa finem suæ repetitionis.

133 Sed aduertè † quia imò fortè posset dici quòd non teneantur satisdare, cùm non reperiatur iure cautum. Ad hoc quod notat Glos. in dicta Clementi. quia contingit. in uerbo pręstare. & in l. Orphanotrophos. C. de episcop. & cler. cum ipsi potius æquiperentur hospitalariis quã tutoribus seu curatoribus, ex quo piè agunt & officium eorum non debet esse eisdem dam-

134 nosum. Non † obstat d. l. iij. §. primo. quia ibi est quædam prouisio & conuentio non executorum datio, nec ille §. loquitur de satisdatione. vnde dicendum non teneri ad satisdandum. sed bene cauere de bene & legaliter administrando & exequendo, & de restituendo quòd superest cum hoc onus non imponat. Ad hoc quod notatur in dicto §. j. & in dicta Clemen. quia contingit. & quòd supra dixi in sexto membro principali.

Circa quintum principale membrum dicen-

135 dum est † quòd executor datiuus potest agere distribuere, uendere, transigere, pacisci, & facere omnia quæ potest facere executor testamē-

cutor legitimus, de quibus supra dixi in legitimo executore.

Circa sextum principale membrum dicen-
137 dum est, quòd † cum detur ad distribuendum & exequēdum certum negotium, eo ipso quòd est per habentem de hoc iurisdictionem datus, potest tale negotium expedire & exequi quousque negotium perficiat, & semper sicut episco-
138 pus, ut supra dixi, † nisi ad certum tempus sit datus, uel nisi propter negligentiam uel suspicionem remoueatur, cum remoueri possit propter suspicionem: ut testamentarius: ut in simili notatur. ff. de suspect. tuto. l. j. §. ostendimus. & quasi per totum. & ut notatur. de offi. delega. in c. uenerabilis. & ut supra dictum est de testamētario secundum Bartholomæum prædictū ubi
139 supra, qui etiam dicit † quòd mandatum huiusmodi executoris datiui non expirat etiam re integra post mortem dantis. l. si uerò. §. fina. ff. manda. & ff. de institu. l. si quis mancipiis. §. si impubes. Sicut nec expirat mandatum executoris testamentarii, secundum Bartholomæum prædictum.

140 Sed aduerte: quia † mandatum executoris testamentarii confertur post mortem ipsius testātis, unde non mirum si non expirat: ut d. l. si uerò, sed mandatum huiusmodi executoris datiui non confertur post mortem ipsius dantis, licet cōferatur post mortem ipsius testatoris, unde uidetur dicendum quòd expiret reintegra per mortem ipsius committentis, siue cōmissio talis sit commissio iurisdictionis: ut in c. gratum. de offic. delegat. & ut notatur in l. & quia. ff. de iurisd. omn. iudic. siue sit commissio exercitij, actionis, seu ministerij: ut l. mandatum. C. mandat. Laus Deo.

F I N I S.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP.

Omnes sunt Terniones præter P P. Duernionem.

VENETIIS
Apud Cominum de Tridino Montisferrati.
M D LXVIII.

